BYZANTINAE Historiae Scriptores Varii

CINNAMUS



CINNAMUS
~~CEDRENUS~~

JOANNIS
CINNAMI
IMPERATORII GRAMMATICI
HISTORIARUM
LIBRI SEX.



ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO D.

JOANNI BAPTISTÆ COLBERT

REGI AB INTIMIS CONSILIIS
ET SECRETIS,
GENERALI ÆRARII MODERATORI,
SUMMO REGIORUM ÆDIFICIORUM
PRÆFECTO,
REGIORUM ORDINUM QUÆSTORI,
MARCHIONI DE SEIGNELAY

CAROLUS DU FRESNE F.

EXIGIT *officij mei ratio*, VIR ILLUSTRISSIME, *ut vulgandam Lucubrationem hanc meam auspiciis non aliis committam quam Tuis, cujus moderationi autoritatique præcipuæ*

quodcumque in re æraria munus gero, subjectum est. Atque ad patrocinium quidem Tuum præ cæteris ambiendum cum id me satis per se superque impellat, tum adducor inprimis amore ac studio isto singulari, quo & Literas & Literatos omni data occasione prosequeris. Qua enim es amplitudine animi, non minus in Liberalium quam in cæterarum etiam inferiorum Artium renovationem incubuisti hactenus: & quantum felicitatis attulisti advecta per has restitutas rerum omnium affluentia, tantum decoris illarum patrocinio conciliasti Regno universo, cujus nomen ab eruditis quibusque ad immortalem gloriam facilius traducatur. Certe cum amplissima laudum accessione aucta sit atque locupletata Gallia, ex quo LUDOVICUS *subditorum sibi Populorum splendori & commodo tanta cum animi contentione invigilat, id diligentiæ præsertim & industriæ Tuæ,* VIR ILLUSTRISSIME, *memori animo illa adscribit, quod ardua tanti Principis consilia strenuus plane fidusque Administer exequeris. Si red-*

ditum ab Rege Populis terra marique Commercium; si Principatum illum Eloquentiæ, quem etiam Romani Gallis aliquando detulere, nunc quasi postliminio recuperatum; si restitutam denique suam Artibus omnibus celebritatem merito illa gloriatur: hoc opera quodammodo Tua perfectum agnoscit, qui omnem ingenij ac solertiæ vim in mandatis Regiis conficiendis tam operose impendis. Eodem pariter jure obstrictam se Tibi profitetur Bibliotheca Regia, quam a FRANCISCO I. *inchoatam, ab* HENRICO II. *&* CATHARINA MEDICEA *non mediocriter adauctam, Rex idem noster nova Manuscriptorum Voluminum accessione locupletavit. Ea enim & numero propemodum infinita, & raritatis laude omnium haud scio an præstantissima, ita studio Tuo incredibili sunt conquisita, ut non tam auxisse, quam novam Bibliothecam effecisse dicendus sit, atque adeo divisam in majoribus suis, in se*

collectam, Te procurante, gloriam conjunxisse. Sed & præcipuum Bibliothecæ istius decus, pretiosa illa raraque Numismata, quæ à Serenissimo Aurelianensium Duce GASTONE *collecta tanto labore tantoque delectu, tum Coronæ, vt aiunt, Regiæ legata, nunc asservantur ibi diligenter, quotidie ab Rege consiliis Tuis incitato mirifice multiplicantur. Ac ne reconderetur fons ille eruditionis vberior, eodem quo Bibliotheca constructa est loco, Academiæ Virorum totius Europæ peritissimorum, Te suadente, constitutæ; qui cum eo parati accedant certis quibusdam diebus ad omne humanioris doctrinæ genus tractandum, tum si quid inter disputandum dubij forte controuersique acciderit, illico ad librorum autoritatem, quasi ad decretorium judicium confugiant. Atque hoc in memoriam revocat, haud absimilem olim Imperatorum quorumdam Byzantinorum pro re literaria curam; qui insignem Constantinopoli Bibliothecam insti-*

tuerant, & ipsi curandæ perficiendæque præfecerant viros omnino duodecim, vt lectißimos totius Imperij, sic omnibus disciplinis quam excultißimos. Etsi autem, VIR ILLUSTRISSIME, *minime dubitem, quin tanta pro superandis literarum molestiis commoda sint eiusmodi, vt iis ad suscipiendas egregias lucubrationes plerique ingenij doctrinæque laude illustres impellantur acrius; haud scio tamen an ista facilitate, benignoque aditu inflammentur maxime, quo tum ipsos, tum ipsorum opera soles beneuolus amplecti. Equidem licet id mihi non arrogem, vt me in tantorum virorum numero collocare ausim, benignitatis tamen istius specimen, nuper iam sensi luculentum, cum illustratam vtcumque a me* SANCTI LUDOVICI *Historiam, dicatamque Regi nostro Christianißimo, Tibique oblatam, excepisti amantißime. In quo vt profuerint multum & Majestas Augusti quod præfert Nominis, & argumenti nobilitas atque san-*

ctimonia, plus tamen, mea sententia, profuit maxima Viri Illustrissimi Caroli Colbert *fratris autoritas, cuius commendatio tanto plus habuit apud Te ponderis, quanto Te & arctiori conjunctione sanguinis, & veriori prudentiæ, ingenij, modestiæ, virtutisque similitudine complectitur. Quas quidem in eo dotes cum tota paßim Gallia suspiciat, tum Rex ipse adeo perspectas habet atque exploratas, vt amplißimis eas muneribus ornauerit: quorum omnium instar hæc duo sunt, demandata nuperæ Pacis sanciendæ cura, & solennis quam apud Serenissimum Magnæ Britanniæ Regem nunc obit Legatio. Cui quidem vtrique prouinciæ, quod non modo præfectus fuerit ab Rege perspicacissimo rerum æstimatore, sed etiam satisfecerit vndecunque summo Principum plausu, & publica omnium gratulatione, vel inde conjicere licet quanta apud Regem gratia, quanta apud exteros fama, quanta apud*

omnes existimatione floreat. Cæterum qua in me passim vsus est beneuolentia, eadem quoque, VIR ILLUSTRISSIME, *adducor, vt sperem Te mihi nunc facilem ac benevolum affore. Quod quidem haud ægre præstiteris, si has Tibi inscriptas qualescumque in Historiam Comnenicam, & in Paulum Silentiarium Exercitationes benigno exceperis animo, & Nominis Tui quasi autoritate protexeris. Hanc spem meam auget inprimis præclara consiliorum Tuorum factorumque ratio, quæ eo duntaxat ex communi omnium consensu pertinet, vt Regni Regisque nostri Invictissimi gloriam amplitudinemque, si tamen accessionem aliquam admittunt, quocumque modo amplifices. Nam cum in hoc opere elaborando nihil aliud mihi propositum fuerit, quam vt egregia quæque Gallorum Facinora, vt suscepta olim incredibili animo, ita felicius toto Oriente, laudabiliusque perfecta, collocarem in meliori lumine, tum hoc per-*

gratum Tibi, perquejucundum fore confido, ad commendandam quippe Galliæ gloriam, cui uni inservis, omnino accommodatum.

PRÆFATIO
IN HISTORIAM
JOANNIS CINNAMI.

CVM propensus erga literas omnes, artesque ingenuas amor, non decorus solum Principibus viris, iisque quos ad hominum imperia magnasque res & arduas capessendas, seu virtus, seu natura genuit, sed etiam perutilis iure censeatur: tum is maxime qui versatur in hoc studio, quod in Historiæ & antiquitatis scientia situm est. Ex ea quippe non superiorum modo notitiam ætatum, sed & certa civilis prudentiæ petunt documenta, & alienis exemplis & casibus, in suis vel communibus gerendis rebus nullo suo periculo cautiores evadunt. Et vero Historia magistra morum, & regula posteris est, ad quam, vitam dirigere suam iubentur; & quædam clara lux veritatis, quæ sicubi aberrent, aut degenerent, pravitatem erroremque in obscuro esse non sinit. Præ reliquis autem Constantinopolitanorum Imperatorum Annales frequenti rerum humanarum fortunæque, quam in iis legere est, vicissitudine, quid tenendum vitandumque sit, attentis variorum eventuum æstimatoribus haud obscure demonstrant. Hujus porro Byzantinarum Historiæ rerum in eam ego partem studiose mihi, ac sane, ni fallor, vtiliter incumbendum putavi, quæ & videbatur a nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relicta, & arctiori cognationis nexu cum Gallicis devincta, atque conjuncta, lucis iisdem plurimum afferre posset. Eos igitur commentariis & animaduersionibus Autores illustrandos constitui, qui in id præcipue stylum contulerunt, vt eam literis consecrarent: vt appareat non frustra Amplissimos Viros, qui vniversam Byzantinam Historiam Typis Regiis hactenus edendam curarunt, operam collocasse, quo non senescentem modo, sed extinctam prope, Scriptorum tam illustrium laudem & memoriam ab oblivione hominum atque silentio vindicarent, qui permulta de nostris rebus, Gallorumque

toto fere Oriente laudabiliter ac præclare gestis, haud comperta memoriæ prodiderunt. Quæ certe digna sunt, vt in iis commendandis immortalitati Scriptorum omnium certet industria, cum acres sæpe aculeos ad gloriam habuerint alienæ, aut, vt verius dicam, cognatæ virtutis monumenta; nec omnino ferendum sit, vt tot clarissimarum exempla virtutum in tanta tamque diuturna apud posteros obscuritate delitescant. Scribere autem orsus sum ab expugnata captaque a Gallis, tum Venetis Constantinopoli, partim editis ad eam rem in Villharduinum, qui expeditionis huius, cuius & ipse pars magna extitit, exordia descripsit, observationibus; partim etiam e probatis Scriptoribus Græcis ac Latinis, tum veteribus quoque monumentis e Regiis Tabulariis, quæ harum expeditionum consilia atque acta conservant, depromptis, totius historiæ illius continuatione serieque contexta, quæ & salebris impedita explicaret, ac obscurata, peneque obruta in lucem proferret. Jam vero en ad novum aggredior opus scholiis notisque illustrandum, quod propter vel eventuum varietatem, vel rerum quas complectitur præstantiam, vel eorum qui id elucubrarunt illustrem dignitatis gradum, præcipuam quamdam apud Eruditos gratiam meretur & commendationem. Ea est Historia Comnenica, seu Imperatorum Constantinopolitanorum ex nobilissima Comnenorum familia, quæ præ cæteris, quæ hujusce Imperij gubernacula tenuerunt, Nostris potissimum innotuit, tum ob bella quæ cum Francis ac Normannis gessit, tum propter varia cum iis pacis, atque adeo connubiorum & affinitatum inita fœdera. Gentis istius incunabula ac incrementa primus publicauit NICEPHORVS BRYENNIVS CÆSAR, Annæ Comnenæ Porphyrogenitæ Alexij Comneni Imperatoris filiæ conjux : vir non modo splendore natalium inclytus, ac Magistratuum prærogativa, sed omni etiam disciplinarum genere quam excultissimus: in cuius quidem Commentariis, quæ ad priscos illos nostrates Normannos, qui in Oriente non modica bellicæ virtutis edidere documenta, spectant, plurima occurrunt intermixta. Historiam a conjuge Bryennio exaratam excerpsit, & prosecuta est ANNA COMNENA CÆSARISSA, eamque in quindecim libros partita est, quibus ALEXIADIS appellationem indidit, seu de rebus gestis ALEXII COMNENI Imperatoris parentis sui, qui vna cum Isaacio Comneno decessore Comnenorum potentiæ viam aperuit;

quos quidem acri profecto ſupra ſexum judicio ac ſingulari elegantia conſcripſit. Quippe, vt fidem faciunt Scriptores ejus ævi, literarum laude apprime floruit, ac cultu præſertim Atticæ limatæque dictionis. Alexio autem imperante e Gallia Normanni in illius Principatu, totoque Græcorum Imperio, cum in Italia, atque adeo in Dalmatia, præclaris patratis facinoribus plurimum inclaruerunt, tum vero potiſſime Franci, cum iis Gotefrido Duce in Palæſtinam properantibus Alexius obſtitit, qui non ſemel cum ingenti ſuorum ſtrage repulſus eſt. Rebus proinde ipſis, quas cum laude deſcripſit, & variis vtrimque cum Imperatore vafro initis fœderibus interfuit, oculiſque ipſis pleroſque vſurpavit ex inclytis illis ducibus ac belli fulminibus, quorum appulſu Oriens totus cohorruit. Quin & ſingulorum notavit nomina, dignitatem generis, & quæ gerebant munera deſignavit. Illuſtriſſimorum hoc par conjugum, eorumque Annales e tenebris primus eruit, & Romana civitate donavit Petrus Poſſinus Soc. Jeſu Presbyter, vir vtriuſque linguæ peritiſſimus, & omni eruditionis genere inſtructiſſimus, qui, vt multa alia Scriptorum monumenta, Georgij Pachymeris hiſtoriam a ſe luculenter illuſtratam, diuque ab Eruditis expectatam, hoc ipſo tandem quo ſcribimus anno luce publica donauit. Alexiadem Annæam excipit JOANNES CINNAMVS Imperatorius Grammaticus, qui ab exceſſu Alexij Comneni Imperatoris, Annæ parentis, Hiſtoriam ſuam exorſus, reſque a Joanne Imperatore, Alexij filio, & Annæ fratre, carptim & libro vnico complexus, eas potiſſimum deſcribendas ſuſcepit, quæ MANVELE COMNENO, Joannis filio, imperante accidere, cum & iis interfuerit, ipſique Manueli militarit, in omnibus quas ille obiit expeditionibus fidiſſimus comes. Nemo porro ex tot Principibus qui Conſtantinopoli imperarunt, in Latinos æque propenſo fuit animo, atque Manuel, cum & vxores Latini generis binas ſibi adjunxerit, & cum Latinis fœdera plurima pepigerit, & Conradum Imperatorem Germanicum in Caſtris primum, deinde Hadrianopoli; ac Regem denique Franciæ LVDOVICVM VII. Conſtantinopoli exceperit magnifice, ipſiuſque Ludovici filiam AGNETEM Alexio filio in vxorem expetierit, & obtinuerit. Et ſane ea voluntatis & animi propenſione fuiſſe Manuelem in Latinos profitentur Scriptores omnes, vt inde non ſemel ſubditarum ſibi gentium invidiam ac odium conflarit. At cum

Cinnami Historia haud ita pridem ex MSS. Codicibus eruta, nondum Regiis Typis ac Luparæis ornamentis donata esset, hanc iis committere operæpretium visum est, ne quid hac in re ad Historiæ Comnenicæ laudem deesset & commendationem. Verum cum ea omnia quæ sparsim de rebus potissimum nostratibus in hac nobilissimorum Scriptorum triade interseruntur, vt dicam quod res est, non ita sint explicata, in medioque posita, (quia de rebus exteris ἀκριβῶς & enucleate scribere oppido difficile est) vt a Scriptoribus coæuis arcessito lumine non indigeant, eorum cum Bryennij Annæque & Cinnami narrationibus comparationem institui, vt rerum quæ describuntur veritas elucescat, & eorum infirmetur fides, siquando socero gener, parenti filia, & Principi subditus, plusculum etiam quam concedit veritas, indulserint. Quamquam nuda hac & simplici collatione minime contentus, difficiliores insuper magisque perplexos elegantis istius Historiæ Comnenicæ nodos pro virili extricare studui, atque e tenebris eruere multa quæ ad res Byzantinas spectant, non obvia cuivis & expedita. Porro vt Imperatorum ac Principum, tum Græcorum, tum Latinorum, & Turcorum, quorum passim in tota hac Historia injicitur mentio, familiæ & Stemmata facilius dignoscerentur, non gentis duntaxat Comnenicæ, sed etiam Bryennianæ, atque adeo Normannicorum Apuliæ Ducum & Regum Siciliæ, & Turcicorum ac Iconiensium Sultanorum Indices Genealogicos præmittere consultum putaui; interim dum totum quod de Familiis Orientalibus digessi opus in publicum prodeat. Iis denique adjungere visum est Topographiam & Descriptionem Constantinopoleos, aliquot annis antequam Vrbs in Turcorum potestatem concederet a CHRISTOPHORO DE BONDELMONTIBVS Florentino exaratam, brevioribusque Notis illustratam; vt & præclarum PAVLI SILENTIARII de Sophiana Æde Poëma, quod in manus meas affecta pene hujusce operis editione pervenit, cum rem gratam facturum me Eruditioribus arbitratus sim, si hæc inedita Historiæ Byzantinæ monumenta in publicum proferrem.

DE CINNAMO.

DE *Cinnamo hujuſce Hiſtoriæ, quæ elegantiſſimis & vere Regiis Typis nunc prodit, Scriptore quædam obſervaturus, ordiar a verbis Leonis Allatij, qui in Diatriba de Symeonibus illius elogium perſtrinxit.* CINNAMVS, *inquit vir eruditiſſimus*, neſcio quo fato a quibuſdam Sinnamus dicitur, reluctante apertiſſime Vaticano Codice, ex quo exempla cætera exſcripta ſunt. Cinnamorum Familia ad hæc vſque tempora non contemnenda in Græcia agnoſcitur, Sinnamorum nulla eſt, quæ etiam ſi eſſet, cum illa Hiſtoria Cinnamum præferat Autorem, fruſtra operam ludunt, qui aliter proferunt, poſterioris Exſcriptoris incuria decepti. *Certe Cinnamorum Familiam in Italia pridem notam conſtat ex Martiale, apud quem occurrit neſcio quis* CINNAMVS *tonſor, Eques Romanus effectus, nomine licet tacito notatus a Juvenale Sat.* I. *in quem ita luſit lib.* 7. *Epigr.* 63.

Qui tonſor fueras tota notiſſimus Vrbe,
Et poſthæc Dominæ munere factus Eques:
Sicanias Vrbes, Ætnæaque regna petiſti,
CINNAME, cum fugeres triſtia jura fori.
Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos?
Quid facit infelix & fugitiva quies?
Non Rhetor, non Grammaticus, ludive magiſter,
Non Cynicus, non tu Stoicus eſſe potes:
Vendere nec vocem Siculis, plauſumque Theatris;
Quod ſupereſt, iterum, CINNAME, tonſor eris.

Extat præterea Romæ vetus Inſcriptio, quæ Cinnamorum Familiam Italicam aſſerit, hiſce concepta verbis: RELIQVIÆ. CINNAMI. TI. CÆSARIS. AVG. FAVSTIANI. *Sed & ſeneſcente Græcia ſedem fixiſſe in Apulia docet Joannis Archiepiſcopi Barenſis Diploma, quod deſcripſit Ferdinandus Vghellus in Epiſcopis Juvenacenſibus N.* I. *exaratum* quadrageſimo anno Imperij Conſtantini, ſimulque cum eo regnante Romano Porphyrogenito dilecto filio ejus, Sereniſſimis Imperatoribus, *proinde A. Ch.* DCCCCLI. *in quo mentio habetur* Pandonis Clerici, filij CINNAMI Imperialis Spathæ (*id eſt, Spatharij*) quondam, & Judicis Juvenaciæ. *Ex quibus perſpicuum etiam fit Cinnamos ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis in Italia munia non contemnenda obiiſſe, vnde poſtea Conſtantinopolim & in Thraciam conceſſerunt. Quippe præter Joannem Cinnamum hujuſce Hiſtoriæ Scriptorem, qui Manueli Imperatori meruit, nonnullos alios Cinnamos memorat Joannes Cantacuzenus lib.* 3. *cap.* 26. 89. 95. & 97. *quos iis, qui vulgo* Ἄρχοντες *indigitantur, florebantque ſub Palæologis, accenſet, vt & Michael Pſellus hiſce Verſibus ab Allatio laudatis:*

Τοῖς ἐν πνέουσι καὶ συνουσιωμένοις,
Συγκλητικοῖς, ἄρχουσι τῆς Ἐκκλησίας,
Βαρδάις, Προκοπίοις τε, Κινναμοις πλέον, &c.


Ex Cinnamorum igitur nobili ſatis & antiqua gente ortus Joannes Cinnamus vixit ſub Manuele Comneno, cujus res geſtas aliquot libris digeſſit, quemadmodum & Joannis parentis. Sed Joannis vitam leviter, vnicoque libro perſtrinxit, quod, vt ipſe ait, eo imperante, ac nedum plane fatis functo, nondum ad maturam ætatem perveniſſet. At Manuelis Hiſtoriam eo lubentius ſcribendam ſuſcepit, quod & vixerit illius ætate, eique meruerit ab ipſa adoleſcentia, & plurimis in vtramque continentem ab eo ſuſceptis expeditionibus interfuerit; adeo vt neminem alium majori cum fide & diligentia iſtud operis aggredi poſſe exiſtimaret. Huc accedebat quod literis non modo humanioribus, ſed etiam divinis apprime eſſet inſtructus, proindeque Hiſtoriæ ſcribendæ perquam idoneus. Nam, vt Allatij de Cinnami Scriptoris charactere judicium appingam, autor eſt elegans ſi quis alius, formulis dicendi peregrinis ſæpius vtitur, figuris ex Sophiſtarum penu. Periodi illi conciſæ, planæ, niſi cum compoſitionis novitate aſperantur, & obſcurantur. Totum ſe, vt verbo extricem, ad Procopium componit. Et mirum eſt inter tot alios poſterioris ſæculi Scriptores tumultuarie in dicendo ſcribendoque delirantes, hunc tantum ſapuiſſe. *Cinnami vero in rebus Theologicis eruditionem commendat Nicetas Choniates in Andronico Tyranno lib. 2. N. 5. cujus etiam ſpecimen non vnum in Hiſtoria ſua ſuppeditat, cum de ijs diſſerendi ſeſe offert occaſio. Certe in iſto opere, vt in enarrandis Græcorum geſtis nimium ſibi videtur indulſiſſe, dum ea longe majora, quam erant, facit, ita in Pontifices Romanos, Imperatores Germanicos, atque adeo in Latinos omnes, ex innato Græcanicis ingeniis in illos odio, ſeu potius invidia, parum æquus, imo ſemper & acriter intemperans eſt. Sed id, vt dixi, non Cinnamo duntaxat, ſed cæteris etiam Scriptoribus Græcis, ſeu Byzantinis, familiare eſt. Militari ſtudio operam dediſſe Cinnamum, ex ipſiuſmet Scriptis arguitur. Scribit enim lib. 1. cap. 1. ſe vixdum adoleſcentem vna cum Manuele in vtramque continentem profectum eſſe; initiſque in ijs bellis interfuiſſe :* ἐπεὶ καὶ οὔπω μειρακίῳ γε ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν εἰς ἤπειρον ἑκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν. *& lib. 5. cap.* 18. *ait ſe in Manuelis comitatu fuiſſe, cum Zeugminum oppugnavit. Denique Nicetas loco laudato teſtatur Joannem Cinnamum, quem* Κίναμον Ἰωάννην *vocat, Andronico Tyranno militaſſe, cum ad Lopadium in Bithynia caſtra poſuit. Vnde forte miretur aliquis, quod vir rebus bellicis, militarique officio tota vita ſua impeditus, Regij, ſeu potius Imperatorij Grammatici munus obierit, quod idem fuit ac Notarij, ſeu Secretarij. Nam, vt autor eſt Hieronymus Blanca in prologo ad Commentarios rerum Aragonenſium,* ipſi Notarij, ac privilegiorum hujuſmodi Scriptores, tum Scribæ Regij, tum & quandoque GRAMMATICI Regum appellari, Græco nomine retento, conſueverunt. *Atque hac notione* Γραμματικοὺς *vocem vſurpaſſe videtur Pachymeres lib.* 1. *cap.* 19. *lib.* 3. *cap.* 11. *& lib.* 5. *cap.* 26. *Quæ quidem appellatio Notariis indita eſt, quod id muneris Literatos potiſſimum viros ſpectaret : nam, vt ait Diomedes lib.* 2.

de Arte Grammat. Grammaticus Latine Literatus est appellatus. *Grammatici igitur Imperatorij dignitas Palatina fuit, etsi in Catalogis Officiorum Aulæ Constantinopolitanæ nulla illius occurrat mentio. Cinnami Historiam primus è Vaticanæ Bibliothecæ Codice exscripsit* ISAACVS VOSSIVS, *majoribusque distentus curis Cornelio Tollio Vltrajectensi tradidit Latio donandam, proferendamque in lucem. Hanc ille tandem emisit Trajectensibus typis anno* MDCLII. *cum levioribus aliquot notis, quæ non tanti visæ sunt, vt eas huic adjungerem Editioni, cum nihil fere eorum quæ ad Historiæ Cinnamicæ illustrationem, aut locorum difficilium enodationem pertinent, contineant. Sed & illius versionem tumultuaria quadam, vt ipsemet fatetur, opera exaratam recensere operæpretium duxi, cum multis in locis Scriptoris mentem vix sit assecutus, in aliis paulo obscurior visus sit. Qua quidem in elucubratione ita sum versatus, vt nihil laudandis Interpretis conatibus detractum velim. Cum vero Codex MS. Cinnami, qui servatur in Bibliotheca Vaticana, in sex libros dividatur, in totidem Historiam hanc, librosque in sectiones, aut capita sum partitus, cum in editione Tolliana in quatuor tantum libros divideretur, quorum vltimus sua mole tres alios fermè excedit. Quippe in MS. Codice in tres pariter distinguitur, vt autor est Allatius, qui præterea principium septimi in eo legi, nec vltra, annotat. Quod inde factum existimat,* quod ille Codex exscribebatur, cum Constantinopolis terra marique obsessa, tormentis bellicis a Mahumetanis oppugnabatur, vt Exscriptor in margine annotaverat. Dei postmodum justo judicio Vrbe hostibus tradita, exscriptio quoque illa post aliquot paginas finem habuit, vel expugnatione Vrbis, vel infortunio, vtinam non cæde Exscriptoris interturbata. *Et sane post Manuelis excessum Historiam se concinnasse ipsemet testatur Cinnamus lib.* I. *cap.* I. *cum ait Manuelem sua ætate defunctum, relicto filio impubere. Hanc autem an absolverit, & ad Manuelis mortem necne perduxerit, etsi videtur probabile, non tamen omnino id constat, quamquam varijs in locis, ac præsertim pag.* 150. *vbi de Alexio Manuelis filio, quædam à se dicenda & enarranda proponit, quæ in* Codice *Vaticano non extant. Vtcumque sit, libri Epigraphe ita concipitur, vt vivo adhuc Manuele, ac nedum extincto videatur apposita, cum* Ἐπιτομὴν *rerum à Joanne Imp. nuper fatis functo gestarum, & Manuelis Joannis filij Historiam dicatur continere. Nam si Manuel tum vivendi finem fecisset, cum Historiam absolvit, aut illius titulum adscripsit Cinnamus, non tam Joannem, quam Manuelem* μακαρίτην *appellasset; solent enim Græci viros potissimum illustres, qui haud ita pridem decesserunt,* τῶν μακαριτῶν *appellatione donare, vt ex Synesio & alijs constat: quemadmodum fœminas nobiliores,* τῶν μακαριτίδων*; quam vltimam vocem vsurpant idem Synesius Epistola* 44. *& Pachymeres lib.* 4. *cap.* 23.

ΕΠΙΤΟΜΗ

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΩΝ ΤΩι ΜΑΚΑΡΙΤΗι ΒΑΣΙΛΕΙ ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩι ΚΥΡΙΩι ΙΩΑΝΝΗι ΤΩι ΚΟΜΝΗΝΩι. ΚΑΙ ΑΦΗΓΗΣΙΣ ΤΩΝ ΠΡΑΧΘΕΝΤΩΝ ΤΩι ΑΟΙΔΙΜΩι ΥΙΩι ΑΥΤΟΥ ΤΩι ΒΑΣΙΛΕΙ ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩι ΚΥΡΙΩι ΜΑΝΟΥΗΛ ΤΩι ΚΟΜΝΗΝΩι ΠΟΙΗΘΕΙΣΑ ΙΩΑΝΝΗι ΒΑΣΙΛΙΚΩι ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΩι ΚΙΝΝΑΜΩι.

EPITOME RERUM PRÆCLARE GESTARUM A DIVÆ MEMORIÆ ET PORPHYROGENITO DOMINO JOANNE COMNENO. ET NARRATIO RERUM QUÆ GESTA SUNT AB INCLYTO IPSIUS FILIO IMPERATORE ET PORPHYROGENITO DOMINO MANUELE COMNENO CONSCRIPTA A JOANNE IMPERATORIO GRAMMATICO CINNAMO.



ΙΩΑΝΝΟΥ ΚΙΝΝΑΜΟΥ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ, ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

IOANNIS CINNAMI REGII GRAMMATICI, HISTORIARVM

LIBER PRIMVS.

α΄. ΟΥ δὲ τὸ τῆς ἱστορίας ἔργον ἀφιλότιμον τοῖς πάλαι ἐνομίσθη σοφοῖς. πλείστοις μὲν οὖν αὐτῶν καὶ ἐντεῦθεν εὐδοκιμηκέναι ξυνέβη. Ο μὲν γὰρ τὰ Ἑλλήνων εἰς ἱστορίαν ἔλαβεν ἔργα. ὁ δὲ Κύρου διεξῆλθεν ἀγωγήν τε τὴν ἐκ παίδων καὶ πράξεις, ὅσας εἰς ἄνδρας ἥκοντι τούτῳ ἐξεπονήθησαν. καὶ καθάπερ ὁπόσα τῷ χρόνῳ φανέντα, εἰσαῦθις ἐπικρυβήσεσθαι κίνδυνον εἶχεν· ταῦτα ἐκεῖνοι καθάπερ ἐν ἀθανάτοις στήλαις τοῖς βίβλοις ἐντυπωσάμενοι, τῷ ἑξῆς παρέδοσαν βίῳ. Τὸ μὲν δὴ ἔργον τοιοῦτον. χρὴ γὰρ οἶμαι, τούς γε μὴ πάνυ ἀναξίως τούτῳ ἐπιχειρήσοντας, εἰδήσεώς τε τῆς περὶ ἕκαστα εὖ ἥκειν, καὶ πραγμάτων ὡς ἐπίπαν ἀφεστάναι, ὅσα βίῳ

A

I. HISTORIAM scribere gloriosum iampridem visum est sapientibus, quorum plurimos contigit non mediocrem inde famam laudémque consequi. Hic enim exarandæ Græcorum Historiæ dedit operam: Ille Cyri a puero institutionem, résque ab illo iam viro præclarè gestas enarrandas suscepit, & vbi periculum erat, ne quæ omnibus manifesta erant rursum obliuione delerentur, ea libris, tamquam perennibus insculpta columnis, posteritati commendarunt. Eiusce modi est quod aggredior opus. Oportere autem arbitror, vt qui aliqua cum laude hoc in studio versari velit, & scientia rerum, quæ eo pertinent, singularum instructus, & variis quæ huic

vitæ perpetuo adhærescunt curis ac negotiis solutus, ad id accedat, quorum neutrum vt opinor, nobis quantum opus foret suppetit. Neque propterea silentio prætereunda videntur, quæ nostro acciderunt seculo: quinimo curandum, vt inter præsentia vtcumque incommoda ad posterorum memoriam perueniant. Id autem ita confici omnino poterit, si cæterarum rerum maxime, quæ in communi hac mortalium vita frequentius eueniunt, omissa narratione, quæ a duobus gesta sunt Imperatoribus, describamus, quorum alter, nobis necdum natis, decesserat, alter nostra ætate & floruit, & extinctus est; filio adhuc impubere Imperij hærede relicto. Fuerunt illi Ioannes & Manuel, ex Comnenorum familia. quid autem egerit is a quo vterque prognati sunt, quorum ille patri, ille auo acceptam referebat Imperij successionem, vtque rem Romanam administrauerit, satis superque enarratum esse ab iis arbitror, qui rerum ab illo gestarum historiam literis consignarunt, vt superuacaneum sit earum memoriam reuocare: vt & quemadmodum in Nicephorum ea tempestate imperantem, adeoque iam ætate confectum rebellarit: omnia enim vt iam præmonui, accurate ab iis pertractata sunt, qui ab omni odio & simultate in scribendo alieni fuerunt. Ioannis quidem res gestas breuiter & summatim attingam, cum illius ætate, quod supra innui, non vixerim. at Manuelis, qui Ioannem excepit, historiam, haud scio an quisquam veraciori stylo persequi valeat, quippe qui vix dum adolescens, susceptis ab eo plurimis in vtramque continentem expeditionibus interfuerim. hæc igitur præfari operæ pretium fuit: res vero postulat, vt ad propositam inde narrationem aggrediar.

II. Alexio vita functo, destinatum iam ante sibi a patre Imperium Ioannes suscepit. rebus ille politicis, prout sese obtulerat occasio, rite compositis, in Asiam transiit. Proxime autem Lycum, Caprumque, Phrygiæ fluuios, est ciuitas, nomine Laodice. hanc a Persis antea captam Romano rursum asserere Imperio constituens Imperator, idoneum exercitum eo transmisit. cumque haud procul abesset Philadelphia, castra illic posuit, valloque circumdedit. misso deinde quodam ex intimis, natione Persa, cum copiis, qui obsidionem aggrederetur, ipse mox cum vniuerso subsecutus exercitu, vrbem primo impetu expugnauit. Hic non modica Barbarorum inuenta multitudo, quos inter extitere ex illustrioribus octingenti vt minimum,

A τὰ δὲ συνέζευκται διηνεκές· ὧν οὐδέτερον ὅπως
οἶμαι χρεὼν ἡμῖν πάρεστιν. Οὐκοῦν οὐδὲ διὰ τοῦ-
το παντάπασιν ἔργα σιγητέον, ἃ τῷ ἡμετέρῳ δή-
που συνέπεσεν αἰῶνι. ἐπιμελητέον δ', ὅπως μὴ
καὶ τῆς ἐνούσης ἄρα ἀχρειείας κατόπιν ἡμῖν ἐλ-
θεῖν γένοιτο. Γένοιτο δ' ἂν, εἰ τῶν ἄλλων καθάπαξ
ἁπάντων, καὶ ὅσα ἐς τὸν κοινὸν ἥκει τῶν ἀνθρώπων
βίον, τὴν ἀφήγησιν ὑπερβάντες, δυοῖν ἔργα παραθη-
σόμεθα Βασιλέοιν· ὧν ὁ μὲν ἔφθη πρὸ τῆς εἰς
τὸν βίον ἡμῶν παρόδου τὸ ζῆν ἀπολιπών· ἅτε-
ρος δὲ ἤκμασέ τε ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἀπῆλθε τοῦ βίου τὴν
βασιλείαν ἀνήβῳ λιπὼν τῷ παιδί. Ἰωάννης οὗ-
τοι καὶ Μανουὴλ οἱ Κομνηνοί. Ὅπως μὲν γὰρ
B εἶχεν ἐξ οὗπερ ἄμφω ἐγενέσθην (ὁ μὲν ἐς πα-
τέρα, ὁ δὲ ἐς πάππον αὐτὸν ἀναφέρων, τὴν βα-
σίλειον ἀνεζώσατο ἀρχὴν) καὶ ὡς τὰ κοινὰ Ῥω-
μαίων διῴκησε πράγματα, ἱκανῶς, οἶμαι, διηγη-
θέντα ἐπὶ τῶν τὰ ἐκείνου ἀναγραψαμένων, οὐ
χρὴ καὶ πάλιν ἀναλαμβάνοντες ἐκτιθέναι. Ἀλλ'
οὐδὲ ὅπως ἐκεῖνος Νικηφόρῳ ἐπανέστη, τῷ
τηνικάδε τὴν βασιλείαν διέποντι, ἀνδρὶ πόῤῥω
τῆς ἡλικίας ἥκοντι, καὶ ἐπὶ δυσμαῖς βίου γεγονό-
τι. Πάντα γὰρ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἤδη, καθάπερ ἔφην,
δεδήλωται τοῖς γε μὴ πρὸς ἀπέχθειαν ἐκείνῳ
συγγεγραφόσιν. Εἰρήσεται δέ μοι τὰ μὲν τοῦ Ἰωάν-
νου κατ' ἐπιτομὴν καὶ ὥσπερ ἐν κεφαλαίῳ, ὅτι
C μηδ' ἐν τοῖς κατ' ἐκεῖνον, ὅπερ ἤδη ἔφην, γέ-
γονα χρόνοις. Τά γε μὴν τοῦ μετ' ἐκεῖνον Μα-
νουὴλ οὐκ οἶδα εἴ τις ἐμοῦ κάλλιον ἐξιστορῆ-
σαι ἔχει. Ἐπεὶ καὶ οὔπω μειρακίῳ γε ὄντι μοι πλεί-
στας συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν εἰς ἤπειρον ἑκα-
τέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν· ἡ μὲν οὖν πρόθεσις
αὕτη· καιρὸς δ' ἂν εἴη λοιπὸν εἰς ἀρχὴν τὸν λό-
γον ἀναγαγόντας, ἐντεῦθεν τῆς ἱστορίας ἄρξασθαι.

β'. Ἀλεξίου τὸν βίον καταλύσαντος, Ἰωάννης καὶ
πρότερον παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μνηστευθεῖσαν τὴν
βασιλείαν παρέλαβεν. ἐφ' ὅσον τε ὁ καιρὸς ἐπεμέ-
τρει τοῖς πολιτικοῖς ἑαυτὸν ἐπιδοὺς πράγμασιν, ἐπὶ
τὴν Ἀσίαν ἐξώρμησεν. Ἔστι δέ τις ἄγχιστα Λύκου καὶ
D Κάπρου τῶν Φρυγίων ποταμῶν κειμένη πόλις ὄνομα
Λαοδίκη. Ταύτην δὲ χρόνῳ τινὶ Πέρσαις ἁλοῦσαν
τῇ Ῥωμαίων ἀνασώσασθαι ὁ Βασιλεὺς διανοηθεὶς,
ἀξιόλογον ἐπ' αὐτὴν στρατείαν ἤλασεν. Ἐπειδή τε πό-
λεως ἄγχου Φιλαδελφείας ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτῇ που
χάρακα περιβαλὼν ἐστρατοπεδεύετο. Τῶν δέ τινα εὐ-
νουστάτων αὐτῷ Ἰωάννης ἐς Πέρσας τὸ γένος ἀναφέ-
ροντα ἅμα στρατεύματι τῆς πόλεως ἀποπειρασόμε-
νον ἔπεμψε. δεήσαν δὲ ὀλίγῳ ὕστερον πανστρατὶ καὶ
αὐτὸς ἐπιστὰς, αὐτοβοεὶ ταύτην εἷλεν. Ἔνθα βαρ-
βάρων τε ἄλλων πολὺν τετύχηκεν ὅμιλον εἶναι, καὶ τῶν
ἐν σφίσιν ἐπιφανεστέρων οὐκ ἐλάττους τῶν ὀκτακοσίων,

ἐν οἷς καὶ Πιχαρᾶς ἦν πολέμων ὡς ἄγαν πολλῶν A ἔμπειρος. Τότε μὲν οὖν φρουρὰν ἀποχρῶσαν τῇ πόλει καταλιπὼν, τῶν ἐπιτηδείων τε διαρκῶς ἐμπλησάμενος, ἐς Βυζάντιον ἐπανέζευξε. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Σωζόπολιν ἐπιστρατεύσας, πόνῳ οὐδενὶ καὶ ταύτην ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔθετο. ὃ δὲ ὅπως, αὐτὰ δὴ μοι λελέξεται. Σωζώπολις αὕτη πόλις μὲν ἐστι τῶν ἐν Ἀσίᾳ πάλαι ἐπισήμων· ἐφ᾽ ὑψηλοῦ δέ τινος καὶ ἀποκρήμνου ἱδρυμένη χωρίου, τοῖς μὲν ἄλλοις ταύτης μέρεσι πανταχόθεν ἄβατος γίνεται, μίαν δέ τινα κομιδῇ στενωτάτην παρέχεται εἴσοδον. ἐφ᾽ ἣν οὔτε μηχανὴν ἑλκύσαι δυνήσεται, οὔτε τι τῶν εἰς τειχομαχίαν εὐτρεπίσασθαι, καὶ ἀνθρώποις γὰρ ὅτι μὴ κατ᾽ ὀλίγους πορευομένοις μόλις ἐπὶ τὴν πό- B λιν εἰσιτητὰ γίνεται. Ἡ μὲν δὴ πόλις οὕτως εἴληχε θέσεως. Βασιλεὺς δὲ Ἰωάννης ὁ μὲν πρῶτον ἀπέγνωστο τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως. ἔπειτα ἔννοιά τις ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἣ τήν τε πόλιν Ῥωμαίοις οὐ σὺν πόνῳ περιεσώσατο, καὶ αὐτὸν μέγα κλέος ἐς ἀνθρώπους πάντας περιβαλέσθαι πεποίηκεν. Ἥτις δὲ αὕτη, δηλώσω. Δύο δὴ δορυφόρων προσκαλεσάμενος τῶν αὐτοῦ, ὧν ὁ μὲν Πακτιάριος, ἅτερος δὲ Δεκανὸς ἐπεκέκλητο, ἐκέλευεν ἅμα τῷ ἀμφ᾽ αὐτοὺς στρατεύματι εὐθὺ τῶν τῆς πόλεως ἰόντας πυλῶν, ἀκροβολίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐν τῷ τείχει. Ἐπεξιόντων δὲ αὐτῶν, φυγὴν μηδὲν αἰσχυνομένους, ἕως ἐπὶ πλεῖστον ἐκπεσόντες εἰς δίωξιν, τὸ στενὸν ἀπολίποιεν. ὁ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἀγχιστρόφῳ C ἐπελάσει τὴν τῶν πυλῶν προτερήσαντες διακληροῦσθαι χώραν. Οἱ μὲν οὖν ἀπῄεσαν ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν. Οἱ δὲ βάρβαροι ἐπειδὴ προσιόντας αὐτοὺς εἶδον, τὰς πύλας εὐθὺς ἀνακλίναντες ὡς εἶχον τάχους ἐξέθεον ἐπ᾽ αὐτούς. Τῶν δὲ νωτα διδόντων αὐτοῖς ξυνέβαινε τὴν δίωξιν ἐπὶ πολὺ γίνεσθαι, ἅτερος τοίνυν τοῖν εἰρημένοιν αὐτίκα ὀπίσω ἐχώρει, καὶ Ῥωμαίων αὐτῷ πλεῖστοι εἵποντο. Ἐπειδή τε πρὸς ταῖς πύλαις ἐγένοντο, τῶν ἵππων ἀποβάντες αὐτοῦ ἵσταντο· ἑξῆς δὲ καὶ τὸ ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα τῶν πραττομένων αἰσθόμενοι δρόμῳ πολλῷ ἐχώρουν, καὶ οἱ πολέμιοι ἐν μέσῳ λοιπὸν ἐναπειλημμένοι, ἄλλος ἀλλαχῇ κατὰ D τῆς προκειμένης ἔθεον πεδιάδος. ἥ τε πόλις ἡλίσκετο. Βασιλεὺς δὲ ἐκεῖθεν μεταβὰς Ἱερακορυφίτην τε εἷλε τὸ φρούριον, καὶ πλείστων ἄλλων, ἃ τῇδε ἵδρυται τῇ Ἀτταλοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἀγχιθυροῦντα, οὕτω τε λοιπὸν ἐς Βυζάντιον ἀνακομίζεται.

γ᾽. Οὐ δὴ ἐπ᾽ ὀλίγον διατρίψας ἐπὶ τὴν Μακεδονικὴν ἐχώρει. Σκύθαι γὰρ πανστρατὶ τὸν Ἴστρον διαβάντες εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσέβαλον ὅρια. ἀλλὰ τότε μὲν χειμῶνος ἐπιλαβομένου, ἐνταῦθά που περὶ πόλιν Βεῤῥόην διεχείμαζε. ὁ μὲν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξαρτύων,

A atque in iis Picharas, militari scientia insignis. Relicto itaque ad continendam vrbem valido præsidio, rebusque necessariis prout decebat procuratis, Byzantium rediit. tum versa ad Sozopolim acie, vrbem labore nullo Romanis subiecit. quomodo autem id factum sit, nobis promendum. Sozopolis, & ipsa inter ciuitates Asiæ quondam præcipuas, excelso præruptoque sita loco, aliis quidem locis præclusa vndique & imperuia, vnicum duntaxat, sed angustum ad modum præbet aditum, per quem aut machina duci, aut quicquam eorum, quæ ad murorum oppugnationem pertinent, apparari nequaquam potest, cùm B hominibus raro agmine incedentibus vix pateat. eiusmodi fuit vrbis situs, at primum quidem Ioannes illius capiendæ spem abiecit. mox subiit cogitatio, quæ & Romanis vrbem nullo negotio asseruit, & Imperatori apud omnes homines gloriam non mediocrem peperit, qua vero ratione id contigerit, paucis perstringam. accersitis duobus ad se satellitibus, quorum alteri Pactiario nomen, alteri Decano erat, iussit, vt confestim portis vrbis cum copiarum parte subeuntes, leui eos velitatione, qui in mœnibus stabant, prouocarent: quod si egrederentur, terga verterent nullo pudore, donec longius ad persequendos C ipsos effusi excessissent locorum angustiis; tum repente conuersis inde equis viam, quæ ad portam tendebat præciperent, locumque illum occuparent. profectos itaque quasi ad vrbem oppugnandam, iamque aduenientes simul atque conspexerunt barbari, reseratis e vestigio portis, quanta poterant celeritate in illos irrupere. Romanis terga dantibus longiusque illis persequentibus, alter eorum, quos dixi, statim retrograditur, & cum eo non modica Romanorum multitudo. Cumque iam portis proximi essent, ex equis desiliunt, ibique stant. mox cæteri e Romanorum copiis, intelD lecto quid ab sociis gereretur, retroactis equis citatum impetum in hostes fecerunt, qui ab ipsis interclusi, alij alio per circumiacentes campos fugerunt, hacque ratione vrbs expugnatur. Digressus inde Imperator Hieracoryphiten, castrum sic nuncupatum, aliaque complura, quæ Attaliæ finitima sunt cepit, posteaque Byzantium reuersus est.

III. Pauco deinde elapso tempore in Macedoniam mouit. nam Scythæ ingentibus copiis Istrum transgressi, in fines irruperant Romanorum. verùm, quod hyems tum erat, circa Beroem ciuitatem in hybernis militem collocauit, cunctisque interim ad bellum in-

A ſtructis, quoſdam ex illorum Phylarchis ſibi conciliare maxime annixus eſt, vt cæteros ab his diuiſos tanto facilius debellaret. ſub vernum tempus, cum ex iis complures, legationibus ſubinde ſubmiſſis, ad ſuas allexiſſet partes, in cæteros profectus eſt, rerumque ſummam cum iis ſtatuit experiri. Commiſſa vtraque acie, æquo aliquamdiu Marte pugnatum, ipſeque Imperator iaculo in crure percuſſus eſt. Tandem Romanis acriter certantibus, ſuperantur Scythæ, quorum alij in ipſo prælio interiere, alij viui capti ſunt. Pars vero quædam non ignobilior ad caſtra reuerſa, fugæ ſe dare nequaquam voluit: quin potius cum coniugibus & liberis quicquid reſtaret periculi ſuſtinere decreuit, compoſitiſque & apte inter ſe connexis plauſtris, B quæ deſuper bouinis contexerant pellibus, poſitiſque in iis vxoribus & liberis, prælium inſtaurant. rurſum igitur atrox conſeritur pugna, & vtrimque fit multa cædes. Scythæ quippe curribus veluti munimento vſi, non minimum Romanis damnum intulerunt. Quæ cum aduerteret Imperator, ſtatuit equo deſcendere, pedeſque cum cæteris militibus dimicare. Verum nequaquam id probantibus ſuis, præcipit Bipenniferis, qui ſibi adſtabant, (gens ea eſt Britannorum, quæ a multis retro ſeculis Romanis militat) vt ſupra inſtarent, ſecuribuſque ſuis currus diſſecarent. Iuſſa iis ſtatim D exequentibus, Scytharum caſtris potitus eſt Imperator. Tunc etiam plerique ex iis qui fuga ſibi conſuluerant, populariu ſuaſionibus adducti, vltro ad eum confluxere, Romanoſque amplexi mores, & numeris inſerti militaribus, diutiſſime in fide perſeuerarunt. atque iſto quidem modo ſe ſe habuit Scytharum ad Romanos tranſitio.

IV. Imperatorem deinceps detinuere res Aſiæ. vbi barbaris inexſpectatus, ſub hyemis maxime tempus, aliis in ſeruitutem redactis, pluribus ad Chriſtianam fidem perductis, non modicam Romano exercitui acceſſionem fecit. Agri- C culturæ enim prorſus imperiti, lac ſorbebant, carnibuſque veſcebantur, atque vagi, Scytharum more, in campis ſub tentoriis degentes, ſi impeterentur, exiſtebant longe promptiores. Prima quidem contigit hæc Perſis quies. Inter Romanos vero, &, qui trans Iſtrum regiones incolunt, Hungaros, bellum hac de cauſa exarſit. Vladiſlao Hungariæ Regi filij duo erant, Almus & Stephanus, horum alter Stephanus, extincto parente, vt natu maior, regnum accepit. Alter patria elapſus, adiit Imperatorem. moris quippe eſt apud Hun-

τὸ δὲ πλέον ἤθελε τῶν ἐν σφίσι φυλάρχων τινὰς ἑταιρίσασθαι, ὡς ἂν οὕτω τοὺς ἄλλους χωρὶς ἀπολαβὼν, οὐ σὺν πόνῳ καταγωνίσηται. ἔαρος δὲ πολλοὺς ἤδη διὰ πρεσβειῶν αὐτῷ προσχωρῆσαι ἀναπείσας ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἐχώρει, πολέμῳ κρῖναι θέλων τὰ πράγματα. συρραγέντων τοίνυν ἀλλήλοις τῶν στρατευμάτων, μέχρι μέν τινος ἰσοτάλαντος ἡ μάχη ἐγίνετο. ὅτε καὶ αὐτὸς Βασιλεὺς βέλει τὸν πόδα ἐπλήγη. Τῶν δὲ Ρωμαίων εὐθύμως ἀγωνιζομένων ἡττῶνται κατὰ κράτος οἱ Σκύθαι, καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ ζωγρείᾳ ἑάλωσαν. μοῖρα δέ τις οὐκ ἀγεννὴς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐπανιοῦσα οὐκέτι φεύγειν ἠξίου, ἀλλ' αὐτοῦ σὺν γυναιξὶ, καὶ τέκνοις τοῖς αὐτῶν τὸν κίνδυνον ὑποστῆναι εἵλοντο, περιπονούμενοι τὰς ἁμάξας, ἃς βοείοις ἄνωθεν βύρσαις περιλαβόντες, ἐς τὸ ἀκριβές τε ἁρμοσάμενοι ἐπ' αὐτῶν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἐνέθεσαν. Αὖθις οὖν μάχη συνίσταται καρτερὰ, καὶ φόνος ἀμφοτέρωθεν γίνεται. Σκύθαι γὰρ ὥσπερ ἐπιτειχίσματι ταῖς ἁμάξαις χρησάμενοι μεγάλα Ρωμαίους ἐλύπουν. ὁ Βασιλεὺς ἐννοησάμενος, ἤθελε μὲν αὐτὸς τοῦ ἵππου ἀποβὰς πεζῇ σὺν τοῖς στρατιώταις τὸν ἀγῶνα διαθλεῦσαι. Ρωμαίων οὐδαμῇ ἐπαινούντων, ἐκέλευε τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πελεκυφόροις (ἔθνος δὲ ἐστὶ τοῦτο Βρεταννικὸν βασιλεῦσι Ρωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν,) πελέκεσιν ἐπιστάντας διακόπτειν αὐτάς. Τῶν δὲ αὐτίκα ἔργου ἐχομένων, οὕτω δὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σκυθῶν στρατοπέδου ἐγκρατὴς Βασιλεὺς γίνεται. ὅτε καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο, οἱ πλείους διὰ φίλτρον τῶν ἑαλωκότων αὐτόμολοι Βασιλεῖ γεγονότες, εἴς ἤθη τε τὰ Ρωμαίων ἀπηνέχθησαν, καὶ στρατιωτικοῖς ἐγγραφέντες καταλόγοις ἐπὶ μακρὸν διετέλεσαν. Η μὲν οὖν τῶν Σκυθικῶν ἐθνῶν ἐς Ρωμαίων διάβασις ταύτῃ πῃ ἔσχε.

δ'. Βασιλεὺς δὲ καὶ αὖθις τῶν κατὰ τὴν Ασίαν εἴχετο πραγμάτων. ἀπροσδόκητος γὰρ τοῖς τῇδε βαρβάροις χειμῶνος μάλιστα ἐπιτιθέμενος ἄρδην ἠνδραπόδιζεν, πλείστους τε αὐτῶν ἐπὶ τὴν εὐσεβῆ μεταφέρων δόξαν, αὔξησιν στρατευμάτων ἐντεῦθεν Ρωμαίοις πεποίητο. Οὔπω γὰρ γεηπονικοῖς ἐνησκημένοι ἔργοις, γαλακτός τε ἀπερρόφουν καὶ κρεῶν ἐσιτοῦντο, κατὰ τοὺς Σκύθας ἀεὶ σποράδες τε ἀνὰ τὸ πεδίον ἐσκηνωμένοι ταύτῃ τοῖς βουλομένοις αὐτοῖς ἐγχειρεῖν προχειρότατοι ἐγίνοντο. Πέρσαις μὲν δὴ οὕτω συνέβαινε βιοῦν πρότερον. Ρωμαίοις δὲ καὶ Οὔννοις οἳ ἐπὶ τὰ ὑπὲρ τὸν Ιστρον χώρας οἰκοῦσι, πόλεμος ἀπ' αἰτίας ἐνερράγη τοιᾶσδε. Λαδισθλάβῳ τῷ Παννονίας Ρηγὶ παῖδες ἄρρενες ἤστην δύο, Αλμούζης καὶ Στέφανος. Αλλὰ Στέφανος μὲν, ἐπειδήπερ ὁ πατὴρ αὐτοῖς ἀποθάνοι, τὴν ἀρχὴν αὐτὸς ἀναλαμβάνει, πρεσβύτερος ὤν, ἅτερος δὲ φυγὰς ἐπὶ Βασιλέα παραγίνεται. Εθος γὰρ Οὔννοις ἐστὶ τοῦ ἐν σφίσιν ἄρχοντος

ἐπὶ παισὶ τετελευτηκότος, ἕως μὲν ὁ τὴν ἡγεμονίαν ἐκ τούτων παραλαβὼν ἄρρενος οὐκ εἴη πατὴρ παιδὸς, ξυνεῖναί τε ἀλλήλοις τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τῆς παρ' ἀλλήλων τυγχάνειν εὐνοίας, ἐπειδὰν δὲ ἤδη παῖς αὐτῷ γένηται, οὐκέτι ἄλλως τοὺς ἐπὶ τῆς χώρας ξυγχωρεῖν αὖθις διατρίβειν, ἀλλ' ἢ τὰς ὄψεις ἐκκεντηθεῖσιν. Αλμούσης μὲν οὖν τούτου δὴ ἕνεκα παρὰ βασιλέα ἦλθεν. Ὁ δὲ ἄσμενός τε τὸν ἄνθρωπον εἶδε, καὶ ξὺν φιλοφροσύνῃ ἐδέξατο. Ἐτύγχανε γὰρ δὴ βασιλεὺς Ἰωάννης Εἰρήνην τὴν Βλαδισλάβου παῖδα γυναῖκα γαμετὴν ἤδη πεποιημένος, σωφρονεστάτην τε εἴπερ τινα, καὶ ἀρετῆς ἐς τὰ μάλιστα μεταποιουμένην. Ὅσα γοῦν ἐκ βασιλέως τε ξυνοίκου καὶ τῆς βασιλείας ἐπεπόριστο, οὔτε τοῖς παισὶν εἰς κλήρους ἀφώρισεν, οὔτε περιττότητι κόσμων ἀνάλωσε καὶ τρυφῇ. εὖ δὲ ποιοῦσα διετέλει τὸν πάντα τῆς ζωῆς αἰῶνα, τοὺς ὅσοι ἐφ' ὁτῳοῦν ἐκείνης δεόμενοι ἦσαν. ἣ δὲ καὶ φροντιστήριον ἐπ' ὀνόματι τοῦ παντοκράτορος ἐν Βυζαντίῳ συνεστήσατο, ἐς κάλλος καὶ μέγεθος ἐν τοῖς μάλιστα τῶν ἐπισημοτάτων ὄν. Ἡ μὲν δὴ Αὐγοῦστα τοιάδε τις ἦν. Ὁ δὲ τῶν Οὔννων Ῥὴξ ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὸν ἀδελφὸν ἤκουσε, πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψας, χώρας τῆς Ῥωμαίων ἀπελαύνεσθαι τοῦτον ἠξίου. ὡς δ' οὐκ εἶχε πείθειν, ποταμὸν Ἴστρον περαιωθεὶς Βελέγραδα πόλιν παρ' αὐτῷ κειμένην ἐκπολιορκήσας εἷλεν, εἰς ἔδαφός τε αὐτὴν καθελὼν ναυσὶ τοὺς λίθους ἐκεῖθεν μετήνεγκε, δι' ὧν Ζεύγμινον ἐν Σιρμίῳ πόλιν ἀνήγειρεν, ἣ πολλοῖς μὲν ἔκτοτε διήρκεσε χρόνοις. Ἐπὶ δὲ τῆς Μανουὴλ βασιλέως αὐτοκρατορείας ἐκ βάθρων κατενεχθεῖσα, ὡς ἐκ περιτροπῆς τινος ὅλη πρὸς τειχοδομίαν πόλει τῇ Βελεγράδων ἐγένετο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἔπειτά μοι λελέξεται, ἐπειδὰν ὁ λόγος βαδίζων ἐπ' ἐκείνους ἔλθῃ τοὺς χρόνους. Βασιλεὺς δὲ τούτων ἀκούσας, πανστρατὶ ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐφέρετο, συμμαχικὸν ἐπαγόμενος ἔκ τε Λιγύρων ἱππέων, (οὓς Λωμπάρδους ἡμῖν ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι) καὶ Περσῶν. καὶ ὁ μὲν αὐτοῦ που ἐπὶ ταῖς ὄχθαις ηὐλίζετο τὰ πρὸς τὴν μάχην εὐτρεπιζόμενος. Στεφάνῳ δὲ ξυνέπεσε τὸ σῶμα μαλακισθέντι περί που τὰ τῆς χώρας αὐτῷ μέσα νοσοκομεῖσθαι. οὐ μέντοι οὐδὲ ὡς καταμελεῖν ἤθελεν, ἀλλὰ δυνάμεις ὅπως εἶχε τάχους ἐξέπεμπεν ἐμποδὼν βασιλεῖ, ἐς τὴν περαίαν στῆσαι σφίσιν ἐγκελευσάμενος. Οὖννοι μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐποίουν. Βασιλεὺς δὲ ὅπως αὐτῷ μὴ ξὺν βίᾳ τὰ τῆς ἀποφάσεως γίνοιτο, ἐννενόει τοιάδε. τὸ ξυμμαχικὸν ἀποτεμόμενος ἅπαν, ἐκέλευε τοῦ ποταμοῦ κατόπιν ὡς ἐπὶ χωρίον Τέμπαν, οὕτω καλούμενον ἐλθόντας, ἔνθα βουνός τις ἐκ τῆς τῶν Οὔννων φυόμενος χώρας ἄχρι ἐς τὸν ποταμὸν διήκει, ἐντεῦθεν περαιοῦσθαι. Ὁ δὲ σὺν τῷ ἄλλῳ Ῥωμαίων στρατῷ ἀντικρὺ Φρουρίου Χρα-

A garos, vt cum Princeps superstitibus liberis vita fungitur, quandiu prolis masculæ exsors est, qui in Imperium succedit, conueniant inter se fratres, mutuamque beneuolentiam exerceant: simul ac vero natus illi filius, non alias iis intra regni fines, nisi excœcatis oculis, habitare concedatur. eapropter ad Imperatorem confugit Almus, a quo & visus lubenter, & benigne exceptus. quippe iam vxorem duxerat Ioannes Imperator Irenem, Vladislai filiam, modestia singulari cumprimis fœminam, & virtutibus decoratam. quidquid illa ex coniugis Augusti liberalitate comparauit, siue ex Imperij reditibus, non transmisit in liberos, aut in superfluos B sumptus, luxumque immodicum expendit: sed obseruata semper eadem viuendi ratione, famulis suis indigentioribus erogauit. Monasterium CP. exstruxit, dicauitque Omnipotenti, opus structuræ elegantia&amplitudine nulli secundum. Huiusmodi quidem moribus fuit Augusta. Rex Hungariæ interim, perceptis iis quæ de fratre ferebantur, per Legatos Imperatorem rogauit, vt finibus expelleretur Romanorum. renuente, idque denegante Ioanne, transmisso Istro, Belegradam, ciuitatem fluuio adiacentem, expugnat, dirutaque illa a fundamentis ipsis, lapides inde nauigio auexit, & ex C iis vrbem Zeugmen condidit in Sirmio, quæ exinde multis annis substitit: donec, imperante Manuele, a fundamentis perinde euersa, tanquam vicissitudine quadam, murorum Belegradensium instaurationi tota inseruiit. verum ista deinceps commemorabuntur, cum ad ea tempora historia pertigerit. Hæc postquam comperit Imperator, Istrum versus cum vniuerso exercitu profectus est, ex Ligurinis equitibus, quos nostri Lombardos vulgo appellant, & Persis, ascitis in societatem copiis, sedit aliquandiu ad fluuij ripas, se se comparans ad prælium. Interea Stephanus etsi corpore cæteroquin inualidus, in inte- D rioribus Regni partibus ægritudine detineretur, nulla interposita mora, vires quam potest maximas contrahit, quibus Imperatorem progredi vltra prohiberet, suis hoc dans in mandatis, vt in transistriana regione manerent. Iussis paruerunt Hungari. Imperator vero, vt quæ negari videbantur, absque vi vlla exequeretur, hæc comminiscitur. Separata sociorum auxilia iubet retro a flumine veluti ad Tempam regionem progredi, & qua collis quidam ex Hungarorum terra exsurgens ad fluuium vsque protenditur, amnem superare: dum ipse cum reliqua parte exercitus ex aduerso Chra-

A mi castelli consistens, fingit eo sese confestim suos transmissurum. quo facto, nullo negotio Romani transiuerunt: ac ne primum quidem Hungari sustinentes impetum, totis viribus fugam arripuere. Insequentibus ad flumen vsque Romanis, vniuersaque Hungarorum turba in pontem, qui Istrum iungit, confluente, pons ipse disruptus complures in amnem præcipitat, ac extinguit: plurimi in manus Romanorum veniunt, quos inter viri fuere magni apud Hungaros nominis, Acuses & Celades. His feliciter gestis Imperator, Chraneoque castello primo impetu expugnato, confestim in Romanorum regionem rursum transuolat, vrbeque B Branizoua militari præsidio, cui Curticium præposuit, munita, Constantinopolim reuertitur. At non multo post obsessam Branizouam occuparunt Hungari, cæsis partim, qui in ea reperti sunt Romanis, captis aliis, aliquot etiam fuga elapsis. Id factum grauiter accipiens Imperator, Curticium die indicta proditionis reum condemnat, tergumque illius, flagris cædi, imperat, licet ille non prius, quam hostes cum vniuerso exercitu vrbem irrupissent, incendissentque ædificia, cessisset mœnibus.

C V. Eadem ferme tempestate Seruij, Dalmatica gens, a fide deficientes, Rasum castellum euerterunt. Qua de causa Imperator in Critoplum, cui demandata fuerat loci custodia, animaduertit, indutumque muliebri stola, & asino impositum, per forum traduxit. Branizouam deinde versus expeditione iterum sumpta, instaurari vrbem quantocius curat. Diebus vero compluribus in eiusmodi operibus consumptis, præ hyeme & rerum necessariarum penuria exercitum vehementer laborare contigit. Quod vt comperit Hungariæ Rex, statuit, Istro quam citissime superato, inopinantes, ac nihil metuentes tale inuadere. Erat autem apud Hungaros mulier D natione Latina, quæ diuitiis & generis nobilitate cæteris antistabat. Illa hostium consilia per Legatos aperuit Imperatori. At ille cum viribus longe impar signa conferre cum hoste non auderet, (morbi quippe, & rerum necessariarum inopia, vti ante dictum est, exercitum illius non modice imminuerant) vrbe vtcumque munita, retro cessit: neque cum Hungarorum copiis congredi necesse haberet, per loca impedita ac prærupta iter instituit, vnde & Mala scala ab incolis Locus iste appellatur. Ibi in nouissimi agminis cohortes de improuiso irruentes Hungari, cætera quidem nihil Romanis nocuerunt: raptis-

A μου ἑστὼς, δόκησιν παρεῖχεν, ὡς ἐκεῖθεν αὐτίκα μάλα περαιωθησόμενος. οὗ δὴ γεγονότος ἀμογητὶ Ῥωμαῖοι διέβαινον, Οὖννοί τε μηδὲ τὴν πρώτην αὐτοὺς ὑποστάντες ἀνακεχαρότες λοιπὸν ἔφευγον, καὶ ἡ δίωξις ἄχρι ἐς ποταμὸν ἐγίνετο, ἔνθα τῶν Οὔννων τῇ γεφύρᾳ ἀθρόον ἣ τὸν ποταμὸν ἐζεύγνυ, ξυμπεπλωκότων, αὐτὴν μὲν καταπαθῆναι ξυνέβη, τῶν δὲ πλείστους μετὰ τοῦ ποταμοῦ παρασυρρέντας, ἐνταῦθα δὴ τὰς ψυχὰς ἀπερρεύξασθαι, πολλοὺς δὲ καὶ χερσὶν ἁλῶναι Ῥωμαϊκαῖς, ἐν οἷς Ἀκούσης καὶ Κελαδὴς ἤστην, ἄνδρες ὀνομαστότατοι παρ' Οὔννοισι. Ταῦτα κατορθωκὼς ὁ βασιλεὺς τό Χράμοντε αὐτοβοεὶ παραστησάμενος φρούριον αὐτίκα ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων αὖθις μετέβαινε, B πόλιν τε Βρανιτζόβην στρατιωτῶν ἀσφαλείᾳ κρατυνάμενος, ὧν Κουρτίκιος ἦρχεν, ἐς Βυζάντιον ἦλθεν. Οὖννοι δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον Βρανιτζόβην τε περικαθίσαντες εἷλον, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ Ῥωμαίων οὓς μὲν ἔκτειναν, οὓς δὲ ἐζώγρησαν, ἦσαν δὲ καὶ φυγῇ οἳ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο. ἐφ' οἷς χαλεπήνας ὁ βασιλεὺς, Κουρτίκιον μὲν προδοσίας ἐγκλήματι ὑποδικάζει, καὶ πολλὰς ξαίνει κατὰ τῶν νώτων αὐτοῦ. Καίτοι οὐ πρότερον ἐκεῖνος τειχέων ἀφίστατο, πρὶν ἤ φασιν οἱ πολέμιοι εἰσρρέοντο πανστρατὶ ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ πυρὶ τὰς οἰκοδομὰς ἔφλεγον.

C ε'. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Σέρβιοι, ἔθνος Δαλματικὸν, ἐς ἀποστασίαν ἰδόντες τὸ Ράσον κατεστρέψαντο φρούριον. Οὗ δὴ ἕνεκα καὶ Κριτόπλον βασιλεὺς ἀμυνόμενος, ὃς τὴν τοῦ φυλακτηρίου τοῦδε ἐπετέτραπτο τήρησιν, γυναικείαν ἐνδεδυκότα στολὴν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἦγεν ὄνῳ ἔποχον. ὁ δὲ ἐν Βρανιτζόβῃ τὸ δεύτερον γεγονὼς ἀνοικοδομεῖν αὐτὴν σπουδὴν ἐποιεῖτο. Χρόνου γοῦν ἐς τὸ ἔργον τριβομένου ξυνέβαινε χειμῶνι καὶ σπάνει τῶν ἀναγκαίων δυσπαθοῦν τὸ στρατιωτικὸν ἐς ἄγαν ταλαιπωρεῖσθαι. Ὃ πυθόμενος ὁ τῶν Παιόνων Ῥὴξ ἔγνω τὴν ταχίστην τὸν Ἴστρον διαβὰς οὐδὲν προσδεχομένοις ἐπιθήσεσθαι τούτοις. Ἦν δέ D τις ἐν τῇ τῶν Οὔννων χώρᾳ γυνὴ Λατίνα μὲν γένος, πλούτῳ δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ περιφανείᾳ διαφέρουσα, αὕτη παρὰ βασιλέα πέμψασα δῆλα καθίστησι τὰ μελετώμενα. Ὁ δὲ ἐπεὶ μὴ εἶχεν ἐξ ἀντιπάλου δυνάμεως αὐτοῖς συμπλακήσεσθαι, ἅτε νόσῳ καὶ σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἤπερ εἴρηται προκατεργασθέντος αὐτῷ τοῦ στρατεύματος, τὴν πόλιν ὅποι δυνατὰ τειχισάμενος ὀπίσω ἐχώρει. Ὅπως μέντοι μὴ τῷ Οὔννων στράτευμα συμμίξαι αὐτῷ γένοιτο, διά τινων ἐρυμνῶν καὶ ἀποκρήμνων χωρίων τὴν πορείαν ἐτίθετο. ἀμέλει καὶ κακὴ σκάλα ἐγχώριοι ὁ τόπος ὠνόμασθαι, ἔνθα ὁ τῶν Οὔννων στρατὸς αἰφνίδιος ταῖς οὐραγούσαις ἐπεισπεσὼν φάλαγξιν, ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ Ῥωμαίους ἐζημίωσαν, τερμά-

χία, ἐκ δὲ τῶν τὴν βασιλικὴν ξυμπληρούντων αὐλὴν παραπετασμάτων, ὑποζυγίων ἀπορίᾳ περιορασθέντα ἀνελόμενοι ἀνεχώρησαν, καὶ τὸ Ῥωμαίων στράτευμα ἀσινὲς ἐκεῖθεν διαγέγονεν. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ὁ Βασιλεὺς διέβη, πόλιν Κασάμωνα Παφλαγόσι πρόσοικον ἐξελεῖν ἐπειγόμενος. Πέρσαι γὰρ οἱ ἐνταῦθα ᾠκημένοι ἐπὶ τὴν πλησιόχωρον, καὶ Βασιλεῖ κατήκοον ἐξορμώμενοι, ἐκεῖθεν ἀεὶ κακῶς τοὺς τῇδε Ῥωμαίους διετίθεσαν. Ἐκπλήξας τοίνυν αὐτοὺς τῷ μεγέθει τῆς ἐς τὸν πόλεμον παρασκευῆς, τήν τε πόλιν καὶ σφᾶς αὐτοὺς προδοῦναι Ῥωμαίοις ἠνάγκασεν, οὕτω τε ἐς Βυζάντιον ἐπινικίων μεγαλοπρεπέστερα ἐπόμπευσεν. ὅτε καὶ ἅρμα ἀργύρου μὲν πεπηγμένον, χρυσῷ καταχόρως ἀληλιμμένον, ἡτοίμησε μὲν ὡς ἐπιβησόμενος, οὐ μέντοι καὶ ὠχήσατο τούτῳ δι᾽ ὑποψίας ἴσως παραίτησιν, ἀμέλει καὶ εἰκόνα τῆς θεοτόκου ἐνθέμενος αὐτῷ, ὁ μὲν σὺν τῷ σταυρικῷ προῆλθε σημείῳ. Τὸ δὲ ἐχώρει, θαῦμα τε ἦν Βυζαντίοις ὁρᾶν, ὅπερ οἶμαι οὔπω μέχρι καὶ τότε κατεῖδον, ἐξ ὅτου Ἡράκλειοι καὶ Ἰουστινιανοὶ τὴν Ῥωμαίων διέπον ἀρχήν.

ς´. Ῥωμαίων οὖν ὁ δῆμος ἐν τούτοις ἦν. Τανισμὰν δέ, ὃς Καππαδοκίας ὑπὸ τοῦτον ἦρχε τὸν χρόνον, Κασάμωνα στρατεύματι περιλαβὼν ἐπολιόρκει. ἐπειδή τε Βασιλεῖ ἐς τὸν πόλεμον ἤδη καθισταμένῳ τύχη τις ἐμποδὼν ἐγένετο, (ἥ τε γὰρ ξύνοικος Εἰρήνη ἐξ ἀνθρώπων ἐφάνιστο, ὁ δὲ νόσῳ ἁλοὺς ἐς Βυζάντιον ἀνεκομίσθη) λιμῷ τὸ πρότερον αὐτὴν κατατείψας, εἶτα καὶ τειχομαχήσας εἷλεν. ὃ δὴ ξυνενεχθὲν μεγάλα τῆς Βασιλέως καθίκετο ψυχῆς. Ἐπειδὴ γοῦν τύχῃ τινὶ Τανισμὰν μεταξὺ τὸν βίον καταστρέψαντος, Μαχούμετ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστὰς διάφορος τῷ φυλάρχῳ τῆς Ἰκονίου γένοιτο πόλεως. ὃν δὴ Σουλτὰν τῶν ἄλλων ὑπερτιθέντες ὀνομάζουσι Πέρσαι, πρέσβεις εἰς Ἰκόνιον στείλας, ἐπειδήπερ ἐς τὸ φίλιον αὐτῷ ξυνεγένετο, Ῥωμαίοις ξυμμαχῆσαι κατὰ Μαχούμετ ἀνέπεισεν. Ἧκε τοίνυν οὐκ ἐς μακρὰν τῶν παρ᾽ αὐτῷ τις ἐπιφανῶν ἅμα στρατεύματι, ὁμηρεύσων τε ἅμα καὶ τοῦ πολέμου συνεφαψόμενος. Βασιλεὺς μὲν οὖν οὕτω ξὺν τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ Γάγγραν ἐλθών, περὶ τοῦ ταύτης περιβόλου τὴν στρατοπεδείαν ἐπήξατο, ἐν παρασκευῇ ὢν ὡς ἐς νέωτα τειχομαχήσων. ἀλλὰ Μαχούμετ οὐκοῦν ἀξιόμαχον ἑαυτὸν Βασιλεῖ ἐπιστάμενος, δεῖν ἔγνωκε τὸν Σουλτὰν ἑταιρείσασθαι, ἄλλως τε καὶ κατὰ γένος αὐτῷ προσήκοντα. καὶ τοίνυν τὰ διάφορα λύσαντες, κατὰ Ῥωμαίων καὶ ἄμφω ξυνεπνευσάτην. Οἵ τε ξύμμαχοι Πέρσαι μετάπεμπτοι πρὸς τοῦ Σουλτὰν γεγονότες νυκτὸς ᾤχοντο φεύγοντες. Γνοὺς οὖν τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Βα-

que tantum aulæorum, quibus insterni solet Imperatoris tabernaculum, fragmentis, quæ inopia iumentorum relicta neglectaque erant, redierunt: sicque Romanorum exercitus nullo periculo inde excessit. Haud multo post in Asiam contendit Imperator, vrbem Castamonem Paphlagonibus finitimam, expugnare statuens. Persæ enim qui eam incolebant, regiones vicinas, & Imperatori subditas, excursibus variis fatigabant, indeque Romanos non paucis afficiebant incommodis, hos magnitudine apparatus bellici exterritos, & se & vrbem dedere compulit, ac Byzantium deinde reuersus, magnificum egit triumphum. Carpentum enim argento compactum, obductumque auro vndique, tamquam in eo sessurus, parari iussit. Non ascendit illud tamen, ne qua forte de se apud subditos suboriretur suspicio, sed imagine Dei genitricis imposita, ipse Crucis signum præ manibus gestans antecessit. Sic processit Carpentum, resque miraculi instar a Byzantinis visa, quod à nemine vt opinor, factitatum nouerant, ex quo Heraclij & Iustiniani Imperium obtinuere.

VI. Dum hæc apud Romanos gererentur, Tanisman, qui ea tempestate Cappadociæ imperabat, Castamonem obsidione cingit, & oppugnat. Imperatorem quippe bellicis alias consiliis occupatum fœlicior fortuna tum deseruerat. Quin & Irene Augusta excesserat e viuis, ipseque acri conflictatus morbo Byzantium fuerat relatus. Vrbem igitur fame prius attritam, deinde & vi expugnando cepit Tanisman: quæ res principis animum grauiter afflixit. Interea nescio quo casu extincto Tanismane, eum inter Machumetum qui Imperium erat adeptus, & Iconij Phylarchum, quem Sultanum, cæteris anteponentes principibus, vocant Persæ, simultas intercederet, Imperator missis Iconium Legatis, vt secum amicitiam & societatem aduersus Machumetum contraheret, illi persuasit. Venit itaque non multo post quidam ex primatibus ab illo submissus cum exercitu, & obses, & belli pariter socius futurus. Imperator igitur cum iis copiis Gangram profectus, castra fixit ante vrbis mœnia, seque hac ratione composuit, tamquam oppugnationem sequenti anno suscepturus: at Machumet, cum se Romano Principi cerneret imparem, necessarium censuit Sultanum ad suas partes allicere, cui cæteroquin affinitate iunctus erat. Diremptis simultatibus, in Romanos vna conspirant, ac Persæ auxiliares reuocati a Sultano, noctu fuga dilabuntur. Dolo cognito,

Imperator non mediocri animi anxieta- A
te perculsus, castra inde mouere confe-
stim statuerat, nisi quidam Monachi,
qui tum forte aderant, a consilio auo-
cassent, persuasissentque, vt cœptis in-
sisteret, & Gangrensis vrbis expugna-
tionem cum fiducia aggrederetur. His
persuasus, mœnia postridie adoritur:
verum inde repulsus, ad Rhynda-
cem recedit, exercitumque in hyber-
nis locat. Romani longo istic tempo-
re commorati, atque abs re frumen-
taria, cuius propter hyemem haut faci-
lis erat transuectio, non modice labora-
runt, adeo vt fames complures oppres-
serit. Castamone itaque inde repetita B
& certis recuperata conditionibus, Gan-
gram exercitum reduxit. at Persæ, qui
ciuitatem tenebant, cum resciissent con-
gregatas rursum ad Rhyndacenem mili-
tares copias, vrbem Imperatori tradere
primo quidem detrectarunt, auxilium
inde sibi submittendum rati. Verum vt
hæ copiæ, antequam in vnum conue-
nirent, rursum dissipatæ sunt, (instante
quippe hyemali tempore, vt supra com-
memorauimus, bellum geri non posse
putant) necessitate adacti, hac vrbem
conditione dediderunt, vt & ipsi, &
qui superstite adhuc Tanisinane, bello
capti erant a Romanis, ab eorum ma-
nibus & potestate innoxij dimitterentur.
Sedenim Persæ, concessæ sibi libertati C
spontaneam præferentes seruitutem, Im-
peratoris gratiam promeruere, & non
ignobilem copiis Romanis fecere ac-
cessionem.

VII. Exinde res Isauricæ initium belli
dederunt. Nam Liuo, vir Armenius,
complura oppida, ex iis, quæ Romanis
parebant, subegerat, ipsamque Seleuciam
statuerat obsidere. quæ postquam Im-
peratori comperta sunt, contractis con-
festim militaribus copiis, obuiam pro-
ficiscitur. Hac de causa, quam mox
dicam, Imperator in Ciliciam conten-
dit. Boemundo, qui Antiochiæ præ-
erat, extincto, regionis primates ad Im-
peratorem mittunt, renuntiantque, si D
Boemundi filiam cum Manuele, vltimo
ex liberis, matrimonio copulari patere-
tur, Antiochenum Principatum in sua
potestate fore: at ille tunc in Ciliciam
non potuit venire, aut noluit. a suo ita-
que consilio frustrati, qui prius socij &
amici fuerant, facti sunt hostes infen-
sissimi. viribus autem inferiores se se
Romanis videntes, Liuonem in suas
partes perducendum putarunt, eductum
igitur de carcere hominem, quem bel-
lo captum in vinculis habebant, liber-
tate donant, hac conditione, fideque
in id interposita, ipsum amicum & so-

σιλεὺς ἐν ἀθυμίᾳ πολλῇ ἦν, καὶ βεβούλευται παρ᾽ αὐτὰ ἐκεῖθεν ἀναζευγνύειν. ἀλλά τινες μοναχοὶ κατά τινα τύχην ἐνταῦθα παρόντες, ἀπέλεγον πρὸς τὴν ἐγχείρησιν μονονουχὶ θαρσεῖν τὰ ἐπὶ τῆς Γάγγρας ἁλώσει διατεινόμενοι. Οἷς ἀναπεισθεὶς τῇ ὑστεραίᾳ τῷ περιβόλῳ προσέβαλεν, ἐκεῖθέν τε ἀποκρουσθεὶς ἐπὶ Ῥυνδακηνὴν μετέβη. ἐνταῦθά τε παντὶ τῷ στρατῷ διεχείμαζεν. Ἔνθα Ῥωμαίοις πολύν τινα διατρίβουσι χρόνον, ἐπειδὴ μὴ εἶχον ὅθεν χειμῶνος ἐσκομίσονται ἐπιτήδεια, ξυνέβαινεν ἤδη λιμῷ πιέζεσθαι. ἄρας τοίνυν ἐκεῖθεν ἐπὶ Κασάμονα ἦλθεν, ὁμολογίᾳ τε ταύτην ἑλὼν ἐπὶ Γάγγραν μετῆγε τὸ στράτευμα. Πέρσαι τοίνυν οἳ τὴν πόλιν κατεῖχον δυνάμεις ἐπὶ Ῥυνδακηνῆς ἀθροιζομένας καὶ πάλιν μεμαθηκότες, τὸ μὲν πρότερον ὤκνουν βασιλεῖ τὴν πόλιν ἐνδοῦναι, ἐλπίσιν ἐπικουρείας εἰς τοῦτο φερόμενοι. Ἐπειδὴ αἱ μὲν εἰρημέναι δυνάμεις οὔπω ἔτι ἐς ταὐτὸν ξυνελθοῦσαι διελύοντο αὖθις, (χειμῶνος γὰρ ὥρᾳ στρατεύειν ἀδύνατα εἶχον, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι διηγηται,) ὑπ᾽ ἀνάγκης ἀπειρηκότες τὴν πόλιν αὐτῷ παρέδοσαν, ἐπὶ ὁμολογίᾳ τοῦ αὐτούς τε καὶ τοὺς ὅσοι Τανισμὰν ἔτι περιόντος δορυάλωτοι Ῥωμαίοις ἐγένοντο, ἀθῴους τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀπαλλάξαι χειρός. Ἀλλὰ Πέρσαι ἀντὶ τῆς ἐν χερσὶν ἐλευθερίας αὐθαίρετον προελόμενοι δουλείαν, εὐνοίας τε τῆς παρὰ βασιλέως ἔτυχον, καὶ προσθήκη δυνάμεως οὐκ ἀγεννὴς Ῥωμαίοις ἐγένοντο.

ζʹ. Τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν τὰ τῶν Ἰσαυρικῶν πολέμων ἀρχὴν Ῥωμαίοις εὕρατο. Λεβουνὴς γὰρ ἀνὴρ Ἀρμένιος ἄλλας τε ὡς πλείστας τῶν Ῥωμαίοις κατηκόων πόλεις εἷλεν Ἰσαυρικάς, καὶ δὴ καὶ τὴν Σελεύκου πολιορκεῖν ἐπεβάλετο. ὁ πυθόμενος βασιλεὺς, τὰς δυνάμεις ἀγείρας τάχει πολλῷ ἐπ᾽ ἐκεῖνον ᾔει. Τούτου δὴ ἕνεκα βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐστέλλετο, καὶ οὕπερ ἄρτι δηλώσω. Βαϊμούνδου, ὃς Ἀντιοχέων ἦρχεν, ἐξ ἀνθρώπων ἠφανισμένου, οἱ τῆς χώρας προὔχοντες ἐπὶ βασιλέα πέμψαντες ἔφασαν, ὡς εἴπερ βουλομένῳ αὐτῷ εἴη, θυγατέρα τὴν Βαϊμούνδου τῷ ὑστάτῳ τῶν παίδων ξυνοικίζειν τῷ Μανουὴλ αὐτίκα μετὰ κήδους τὰ Ἀντιοχέων ὑπ᾽ αὐτῷ πράγματα ἔσται. ἀλλ᾽ οὔπω ἔφθη τῇ Κιλίκων αὐτὸς ἐπιβῆναι· καὶ τοῦ σκοποῦ μεταθέμενοι, ἀντὶ φίλων τε καὶ ξυμμάχων πολεμιώτατοι τούτῳ κατέστησαν. Οὐκ ἀξιομάχους γε μὴν ἑαυτοὺς τῇ Ῥωμαίων εἰδότες στρατιᾷ, δεῖν ἔγνωσαν καὶ Λεβούνην σφίσιν ἐπιστήσασθαι. ἀμέλει καὶ τῆς φρουρᾶς τὸν ἄνθρωπον ἐξελόντες, ἔνθα ἐπειδὴ πολέμῳ περιγεγόνασι καθείρξαντες ἐτήρουν. Τὰ πιστά τε παρ᾽ αὐτοῦ λαβόντες, ἐφ᾽ ᾧ φίλον καὶ σύμμαχον

μάχων κατὰ Βασιλέως αὖθις ἔσεσθαι, ξὺν φιλο- A
φροσύνῃ ἀπέλυσεν. Βασιλεὺς δὲ ἐς Κιλίκων πα-
ρελθὼν Μοψουεστίαν τε εἷλε, καὶ Ταρσοῦ καὶ
Ἀδάνης περιγεγονώς, περὶ Ἀναζάρβου τὸν χά-
ρακα πήγνυται. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο ξυνέπε-
σε τι τοιοῦτον. Τῷ κόμητι Πετούης, ἣ περὶ κόλ-
πον ἵδρυται τὸν Ἰόνιον, παῖδες γίνονται δύο. ὧν ὁ
μὲν, πατρὸς τετελευτηκότος, εἰς τὴν πατρῴαν
καθίσταται ἀρχήν, ἅτερος δὲ ἐν πένητος σχήμα-
τι ἐς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν παραγίνεται. Ἐπει-
δή τε αὐτὸν ὁ νεωκόρος ἴδοι, κάλλους τε καὶ μεγέ-
θους ἐκπεπληγμένος, ἐπυνθάνετο προσιών, ὅστις
εἴη δηλῶσαι αὐτῷ. ὁ δὲ συνέφρασε μὲν ἐξ ὧν ἥ-
κιστα δηλωθήσεσθαι ᾤετο, πείθειν δ' οὐκ ἔχων, B
ἔκφορα λοιπὸν τὰ περὶ ἑαυτοῦ καθίστα. Ὁ δὲ ταύ-
των ἀκούσας δρομαῖος ἐς τὸν Ῥῆγα παρελθών, παρ-
αυτὰ τὸν ἄνδρα ἐμήνυσε, καὶ ὃς ὡς ἑαυτὸν τὸν
Ραιμοῦνδον μεταπεμψάμενος, τοῦτο γὰρ αὐτῷ
ὄνομα ἔκειτο, τῇ Βαϊμούνδου ξυνοικήσειν ἀνέπει-
σε θυγατρί, οὔπω ἔτι εἰς ἡλικίαν ἀφιγμένῃ. Ὁ
μὲν οὖν ἀπῄει ὡς τῇ Ἀντιόχου λοιπὸν ἐπιβησόμενος,
καὶ τύχῃ τινὶ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς σκοποῖς ἐμπεσών, ἐγγὺς
μὲν ἁλῶναι ἐγένετο. τῶν γάρ τις στρατιωτῶν ἐπιόν-
τα τοῦτον ἐπιστὰς παίει κατὰ τοῦ κράνους, καὶ εἰ μὴ
ἀμφοτέραις τοῦ ἱππείου ἐπιλαβόμενος αὐχένος
ἔπεσχε τὸν ὄλισθον, πλεῖστοι τε ἤδη τῶν ἑπομένων
συνέστησαν, ὕπτιος ἂν παραυτὰ ἐξεκυλίσθη. Ὁ μὲν C
οὕτω τὸν κίνδυνον διαφυγὼν ἐς Ἀντιόχειαν ἦλθε.
Βασιλεὺς δὲ Ἀνάζαρβον ἐνέκειτο πολιορκῶν. Ἀλλ'
οἱ ἔνδον ἀπρακτῆσαι οἱ μηχανώμενοι τὴν ἐγχείρη-
σιν, σιδήρεια ἱκανῶς τῷ πυρὶ διακαίοντες, ἐπὶ
τὰ πετροβόλα τῶν μηχανημάτων ἠφίεσαν. τὰ δὲ
τοῖς ἐμπροσθίοις αὐτῶν ξυλίναις πελάζοντα κίοσιν,
ἐνεπίμπρων αὐτίκα. τοῦτο πολλάκις γινόμενον εἰς
ἀθυμίαν ἐνῆγε τὸν Βασιλέα. Ὀψὲ γοῦν ἀλύοντι
προσελθὼν Ἰσαάκιος, ἀλλὰ ἄγε ὦ πάτερ πλίν-
θοις, ἔφη, περιειλῆφθαι κέλευε τὰ ξυλώματα. οὗ
γεγονότος, οὐκ ἔτι ταῖς συχναῖς προσβολαῖς οἱ ἔν-
δον ἀντέχειν δεδυνημένοι, τὰς πύλας ἀναπετάσαν-
τες τὸν Ῥωμαίων εἰσδέχονται στρατηγόν. Ἀνάζαρ-
βος μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο. D
Ῥαιμοῦνδος δὲ καὶ Βαλδουῖνος, ὃς Μαρασίου κατ'
ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἡγεμονεύων ἦν, ἕως μὲν οὔπω ἐπὶ θύ-
ραις ὁ κίνδυνος ἵστατο, στράτευμα ἀγείραντες ἱκανόν,
ἐπὶ Παλαιστίνην ἠπείγοντο, τὸν τῇδε Ῥῆγα τοῦ κινδύνου
ἐξαιρησόμενοι. Σαρακηνοὶ γάρ, οἱ Παλαιστινοῖς
προσοικοῦσι, πολέμῳ περιγεγονότες αὐτοῦ, ἐς τὸ
Μοντζάφαρα φρούριον ἀναφυγόντα ἐπολιόρκουν.

η'. Ἐπεὶ δὲ Βασιλεὺς Ἀνάζαρβον ἤδη πα-
ραστησάμενος ἐπὶ τὸ Βακᾶ ἐχώρει κρησφύγε-
τον, δείσαντες περὶ τῇ Ἀντιόχου σπουδῇ καὶ

cium fore in posterum, & contra Romanos vna secum militaturum. Imperator vero Ciliciam ingressus, Mopsuestiaque, & Tarsa, & Adana potitus, ad Anazarbum castra ponit. Interea dum hæc aguntur, hoc accidit. Pictauorum, quæ regio est ad sinum Ionium, Comes, filios habebat duos, quorum alter extincto parente paternum adeptus est principatum, alter mendici assumpto habitu, templum adiit Hierosolymitanum. cum simul ac conspicatus est æditituus, miratus staturam viri & formam, accessit, & percontatus est, quis esset. Ille vero ea respondit, primum, e quibus minime se se agnitum iri arbitraretur. verum vbi persuaderi non posse æditituum perspexit, quæ vera essent tandem omnia de se retulit. quibus cognitis, æditituus confestim ad Regem perrexit, virumque prodidit. Rex vero accito Raimundo, (id enim ipsi nomen) suasit, vt vxorem duceret Boëmundi filiam, quæ nondum pubertatis annos attigerat. Atque ille dum iter instituit versus Antiochiam, forte incidit in speculatores Romanos, parumque absuit quin captus fuerit. aggredienti enim miles quidam obuersus galeam percussit, vt, nisi vtraque manu comprehensa equi ceruice præcauisset lapsum, subuenissentque non pauci, pronus haud dubie ad terram decidisset. Ita demum vitato periculo Antiochiam peruenit. Imperator interea Anazarbi oppugnationi totus incumbebat. Oppidani e contra irritos facere impetus hostiles conantes, candentia igne ferramenta in machinas quibus emittuntur lapides, iaculantur, quæ anteriores earum e ligno comprehensas columnas extemplo incenderunt. res illa sæpius repetita animum Imperatoris grauiter pupugit. anxium tandem & sollicitum sic adorsus est Isaacius filius: *quin iubes, Pater, lignamenta obduci tegminibus limo confectis.* quod vbi factum, ad frequentem depellendam vim non amplius idonei oppidani, portis apertis, copias Romanorum recepere. sic in Romanorum ius concessit Anazarbus. Raimundus interea, & Balduinus qui ea tempestate Maresiæ præerat, cum nondum præsens adesset discrimen, conscribentes exercitum, propero itinere in Palæstinam contendunt, quo Regi, qui istic non modicum periclitabatur, subuenirent. Hunc enim Saraceni Palæstinis contermini, prælio facti superiores, in castello Montisferrandi, quo se fuga contulerat, oppugnabant.

VIII. Imperator Anazarbo potitus, ad castrum Bacam progreditur, cuius præsidiarij milites Antiochiæ metuen-

tes, eo ſe denuo receperunt. Romanorum interea exercitus, poſtpoſita Bacæ obſidione, ad flumen quod vrbem allambit, caſtra locat. Antiocheni primo quidem apparuere intrepidi, murorum robori, cæteriſque confiſi munimentis: vnde protracta in longum tempus obſidione, dum quidam ex numeris militaribus, vt plerumque fieri amat in numeroſo exercitu, in vicina & vrbi adiacentia prorumpunt pomaria, decerpuntque fructus, improuiſo eos adorti, complures ceciderunt. verum re percepta, Romaniſque militibus aliis ſubuenientibus, portas tumultuario repetunt, multis ſuorum in fuga amiſſis. at inſtituentibus oppugnationem Romanis, in magnam trepidationem venere, adeo vt Raimundus ad Imperatorem accederet crebrius, ſupplexque deprecaretur, vrbem acciperet hac conditione, vt Imperator quidem illius eſſet Dominus, & diceretur: Ipſe autem iure illam regeret vicario: ſed nihil horum impetrato, re infecta ad ſuos rediit. Paucis poſtea elapſis diebus, relato ad Romanorum conſilium negotio, Raimundus petita tandem obtinuit. Exindeque reliquæ Latinorum copiæ in partes tranſierunt Imperatoris, atque adeo ipſi qui Fratres ab iis vocantur, & qui regiones iſtas incolunt. ea ſic ſe ſe habuerunt. Ioannes Imperator tam opportunam minime dimittendam occaſionem ratus, cum iiſdem copiis in Superiorem irrumpit Syriam, Pizam caſtrum belli iure ac lege capit, multiplicique iſtic potitur præda, quam cum multitudine captiuorum Antiochiam præmittit, præfecto iis Thoma, viro genere quidem ignobili, ſed a pueris inter Imperatoris Scribas allecto. ipſe interea ad Berrhœam pergit, vrbem antiquam & celebrem; ſed enim Thomas initio ſtatim itineris ab hoſtibus oppreſſus, & præda & ſpoliis, quibus præerat ereptis, amiſſaque captiuorum, quam abducebat, turba, ægre ac vix tandem periculum effugit. Berrhœæ cum appropinquaret Imperator, & aquarum penuria laborare circumiacentem videret regionem, hanc præteriit. Chama autem & Chabarda caſtellis in tranſitu expugnatis, Seſerim adortus eſt, ciuitatem tum aliarum rerum, tum hominum copia florentem. Hanc quidem oppugnando cepit, ſed ab arce repulſus, cum ſecundo tentare vellet, ſuperuenere Legati, qui & præſentem pecuniæ vim offerrent, & in futurum annuam, ſtati tributi nomine, ſoluturos ſe ſe Romanis pollicerentur. Eiuſcemodi fuit Legationis ſumma; ſed oblata reſpuit Im-

A πάλιν ἐπ' ἐκείνην ᾔεσαν. Ἐν τούτῳ καὶ ὁ Ῥωμαίων στρατὸς τὴν Βακᾶ ὑπερθέμενος πολιορκίαν, περὶ ποταμὸν, ὃς τὴν πόλιν αὐτοῖς παραῤῥεῖ, τὸν χάρακα ἐπήξατο. Ἀντιοχεῖς δὲ τὸ μὲν πρότερον ἄτρεστοι ᾔεσαν, τειχέων τε καρτερότητι καὶ τῇ ἄλλῃ ἀσφαλείᾳ πιστεύοντες. ὅθεν καὶ ἐπειδήποτε τῆς πολιορκίας ἐφ' ἱκανὸν παρατεινομένης, τῶν ἐκ καταλόγου τινὲς, ὁποῖα ἐν πολλῷ στρατεύματι γίνεσθαι εἴωθεν, ἐς τοὺς περὶ τῆς πόλεως ἐκδραμόντες κήπους, ἐδρέποντο τὴν ὀπώραν, αἰφνίδιοι κατ' αὐτῶν ἐπελάσαντες πολλοὺς ἔκτειναν. συναισθήσεως δὲ γενομένης, καὶ τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν σπουδῇ βεβοηθηκότων, ταῖς πύλαις ἐνέπεσον φεύγοντες, πολλοὺς τῶν σφετέρων ἐν τῇ φυγῇ ἀποβαλόντες. B Ἐπεὶ δὲ Ῥωμαῖοι τειχομαχίας ἤδη ἥπτοντο, εἰς πολλήν τινα ἐνέπεσον ὀῤῥωδίαν. ὅθεν καὶ συχνὰ ἐπὶ βασιλέα Ῥαϊμοῦνδος ἐξιὼν θερμῶς ἐλιπάρει τὴν πόλιν αὐτῷ παραδιδοὺς, ἐφ' ᾧ βασιλέα μὲν κύριον εἶναι καὶ λέγεσθαι, τὸν δὲ δικαίῳ τῷ ἐξ αὐτοῦ ταύτης ἐπιτροπεύειν. Ἀποτυγχάνων δὲ ὧν ἐδεῖτο ἄπρακτος ἀνεκομίζετο. ἡμέραις δὲ ὀλίγαις ὕστερον τῆς Ῥωμαίων βουλῆς περὶ τούτου ψηφισαμένης, αὐτὸς δὲ προσεδέχθη ἐφ' οἷς εἴρηται. καὶ αἱ λοιπαὶ Λατίνων δυνάμεις βασιλεῖ προσεχώρησαν, οἵ τε παρ' αὐτοῖς Φρέριοι λεγόμενοι, καὶ οἱ τὴν χώραν περιοικοῦσι. Ταῦτα μὲν ὧδε ἐχώρει. Βασιλεὺς δὲ Ἰωάννης τηλικαύτην καιροῦ ξυντυχίαν μηδαμῆ καταπροήσεσθαι θέλων, ξὺν δυνάμεσι ταῖς εἰρημέναις C εἰς τὴν ἀνωτάτω ἐμβάλλει Συρίαν, τὸ Πιζᾶ τε φρούριον πολέμου νόμῳ λαβὼν, καὶ λαφύρων μέγα τι χρῆμα ἐντεῦθεν περιβαλλόμενος, ταῦτα μὲν ἅμα τῷ πλήθει τῶν ἀνδραποδισθέντων ἀνθρώπων ἐπὶ Ἀντιοχείας ἔπεμψε, Θωμᾶν ἐπιστήσας αὐτοῖς, ἄνδρα ἐξ ἀσήμων μὲν γεγονότα, τοῖς δὲ βασιλέως ὑπογραμματεῦσιν ἐκ παίδων οἶμαι κατειλεγμένον. Ὁ δὲ ἐπὶ Βέῤῥοιαν ἐχώρει, πόλιν ἀρχαίαν, καὶ λόγου πολλοῦ ἀξίαν. Ἀλλὰ Θωμᾶς μὲν οὐκ εἰς μακρὰν πολεμίων ἄφνω ἐπιθεμένων αὐτῷ, ἅτε ἐπήγετο λάφυρα καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὸν ὅμιλον ἀποβεβληκὼς, μόγις αὐτὸς τὸν κίνδυνον ἔφυγε. Βασιλεὺς δὲ πρὸς D Βέῤῥοιαν γεγονὼς, ἐπειδὴ παντάπασιν ἄνυδρον χώραν τῇ ἐκτὸς αὐτὴν κατενόει, τὴν μὲν παρῆλθε. Χαμᾶ δὲ καὶ Χαβαρδᾶ ἐξ ἐφόδου παραστησάμενος φρούρια, ἐπὶ Σέσερ μετέβη, πόλιν εὐδαίμονά τε καὶ πολυάνθρωπον. Ἀλλὰ τὴν μὲν πόλιν τειχομαχήσας εἷλεν, ἐν δὲ τῇ ἀκροπόλει γεγονὼς ἀπεκρούσθη. μέλλοντι δὲ καὶ δευτέραν προσάγειν πεῖραν αὐτῇ, πρέσβεις ἀφίκοντο, χρήματα, ἃ μὲν αὐτίκα παρέχειν ἀπαγγελλόμενοι, τὰ δὲ καὶ ἀνὰ πᾶν ἐκεῖθεν Ῥωμαίοις κομίζεσθαι ἔτος τακτόν τινα φόρον. Τοιοῦτος μὲν τῆς πρεσβείας αὐτοῖς νοῦς ἦν. Βασιλεὺς δὲ τότε μὲν ἀπεπέμψατο του-

τοῖς, ἐλπίδα ἔχων πολέμῳ περιγεγονέναι καὶ αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ πολλάκις αὐτῆς προσβαλὼν ἀνηνύτοις ἐπιχειρεῖν ἔγνω, δεξάμενος τὴν πρεσβείαν, ἐπὶ συμβάσεις ἐχώρει, κομίζονται γοῦν αὐτῷ μεγάλα μὲν χρήματα, προσάγεται δὲ καὶ σταυρὸς, ἐξαίσιόν τι χρῆμα, καὶ βασιλεῦσι δῶρον ἀντάξιον. λίθος ἦν λυχνίτης, μεγέθους μὲν ἱκανῶς ἔχων, ἐς σταυρικὸν δὲ διαλαξευθεὶς σχῆμα, ὀλίγον τῆς φυσικῆς ἐν τῷ λαξεύεσθαι ἀποβεβλήκει χροιᾶς. οὗ ὁ ἐν βασιλεῦσι φασὶν ἀπόστολος ἐφιλοτεχνήσατο Κωνσταντῖνος. * τρόπῳ δὴ ὅτῳ δὴ Σαρακηνοῖς εἰς χεῖρας ἦλθε. ταῦτα δὲ οὕτω δεξάμενος, τὰ πιστὰ δὲ καὶ περὶ τῆς ἑξῆς φορᾶς λαβὼν ὡς ἐπὶ τὴν Κιλίκων αὖθις ἐχώρει. τό Βακᾶ τε ὁ Καπνισκέρτι φρούρια B παραστησάμενος ὀχυρὰ, ὁ μὲν ἐπὶ χώρας ἔμενε, μοῖραν δὲ τοῦ στρατεύματος ἀποτεμόμενος ἐπὶ καταδρομὴν τῶν λοιπῶν ἔστελλε. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς ἀκρίβειαν ἱστορεῖν ὑπόθεσιν οἶμαι ὑπερβαίνει τὴν ἡμετέραν. ὡς γὰρ ἐν κεφαλαίῳ προὔκειτό μοι περὶ τῶν προόντων εἰπεῖν, ἅτε μηδὲ αὐτεπιστήσαντι ταῦτα, μηδὲ τὸ πιστὸν ἐντεῦθεν λαβόντι. τοσαῦτα δὴ οὖν ὅμως τῆς τύχης εὐμενῶς προσβλεψάσης αὐτῷ ἐνιαυτοῖς μὲν δυσὶν οἶμαι εἴργαστο.

θ'. Οὕτω δὴ βασιλεῖ Ἰωάννῃ τά γε ἐν Ἀσίᾳ εὐδοκιμεῖν ξυνέβαινε μάχας· πλήν γε δὴ ὅτι μὴ τὰ ἀμφὶ τῇ Νέᾳ Καισαρείᾳ κατὰ σκοπὸν τούτῳ ξυνέπεσον. C ἦν μὲν γὰρ ἀμφὶ τροπὰς ἤδη χειμερινάς. ὁ δὲ οὐ μακρὰν ἄποθεν αὐτῆς αὐλισάμενος, πολιορκίᾳ παραστήσασθαι ᾤετο. ἐπεὶ δὲ Πέρσαι τε οἱ τὴν πόλιν εἶχον ἰσχυρότατα τούτῳ ἐνέκειντο πολεμοῦντες, καὶ χειμὼν ἐξαίσιος οἷος ἐπιγενόμενος ἐπίεζε τὸ στρατιωτικὸν, τῆς μὲν πόλεως ἀπῆρεν, ἐς δὲ τὴν παρακειμένην Περσῶν εἰσελάσας χώραν, λείαν ἐκεῖθεν πολλὴν ἤλασε, καὶ ἀνθρώπων ὅμιλον μακροῦ τοῦ χρόνου Πέρσαις δουλεύοντα τῇ Ῥωμαίων ἀπέδωκεν. ἐν ταύτῃ δὴ τῇ ἐκστρατείᾳ, λέγω δὲ ὁπηνίκα ἔτι αἱ Νέας Καισαρείας ἐπαύλεις εἶχον αὐτὸν, ξυνέπεσέ τι λόγου καὶ ἀκοῆς ἄξιον. ἐπειδήποτε ξυμβολῆς μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν καρτερᾶς γενομένης, τύχῃ τινὶ τὰ Περσῶν D καθυπέρτερα ἦσαν, τὰ προορώμενα Μανουὴλ καὶ παίδων, ὃς ὕστατος, ὥς μοι πολλάκις ἐρρέθη, παίδων βασιλεῖ ἐγεγόνει Ἰωάννῃ, τοῦ πατρὸς οὐδὲν αὐτῷ ξυνειδότος ἐς μέσους σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐμπίπτει τοῖς πολεμίοις. καὶ αὐτοὺς μὲν ἀπεώσατο. ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἤδη ἐκλελοιπὸς ἀνέρρωσε φρόνημα. ἐφ' οἷς ἐδυσχέραινε μὲν ὁ πατήρ, καὶ ἐν δεινῷ τὴν τόλμαν ἐποιεῖτο. θαῦμα δὲ αὐτὸν ἔνδον ἐπεῖχε καὶ ἐξεπέπληκτο μονονουχὶ, εἰ ὀκτωκαίδεκα οὔπω γεγονὼς ἔτη, τηλικούτοις ἑαυτὸν παραβάλλειν κινδύνοις τολμᾷ, ῥύσιόν τε αὐτὸν δημοσίᾳ τοῦ Ῥωμαίων ἀπεκάλει στρα-

A perator, ſperans fore vt & ipſos tandem expugnaret. verum cum variis factis impreſſionibus vrbem tentaſſet fruſtra, admiſſis iterum Legatis, in propoſitas conditiones conceſſit. magna igitur obtulere illi munera, atque in iis crucem, rem ſane mirandam, donumque quod Imperatorem deceret. Lapis erat Lychnites iuſtæ magnitudinis, qui cum in Crucis ſpeciem efformaretur, paululum natiui ſplendoris in ipſa elaboratione perdiderat. Hanc ferebant a Conſtantino, inter Imperarores Apoſtolo, adornatam . . . . hoc modo in manus venerat Saracenorum. His itaque omnibus acceptis, fide etiam ſoluendi deinceps tributi interpoſita, Ciliciam verſus iterum proficiſcitur: & Baca & Capniſcerti, validis munitionibus captis, ipſe in ea regione manet, partem vero exercitus mittit ad cæteras incurſandas. Sed enim accuratius illa tractari, videtur a propoſito noſtro prorſus alienum; cum id nobis conſilij potiſſimum fuerit, hiſtoriam rerum præſentium, quas aut ipſi non vſurpauimus oculis, aut quarum propterea fides non adeo certa, ſummatim enarrare. Hæc fauente, non minimum fortuna biennio, vt opinor, geſta ſunt.

IX. Aſiatico igitur bello ingentem conſecutus eſt gloriam Ioannes Imperator, præterquam in ea quam ad Neocæſariam ſuſcepit expeditione, in qua non pro votis ceſſere omnia. Nam poſitis circa ſolſtitium hybernum non procul ab vrbe caſtris, haud ægre expugnari illam poſſe in animum induxerat. Sed cum Perſæ oppidani crebris ipſum eruptionibus impeterent acrius, attereretque exercitum hyems validior, caſtra mouit, & in circumiectam regionem effuſus, prædas inde abſtulit ingentes, turbamque non modicam hominum, qui diu ſub Perſarum iugo ſeruierant, Romanis aſſeruit. In expeditione illa, cum adhuc ſcilicet circa Neocæſaream caſtra haberet, accidit relatu res digna, perinde ac auditu. Cum enim Romanos inter & Perſas conflictu habito, ſuperiores forte euaſiſſent Perſæ, Manuel, qui, vt non ſemel monui, liberorum Ioannis minimus erat, hæc aduertens, patre inſcio, cum iis qui tum ſibi aderant, in medios ſe ſe hoſtes intulit: quibus validius repulſis, Romanorum demiſſos ante animos plurimum erexit. Id facinus ægre tulit parens, nec filij probauit audaciam: etſi rem miraculi inſtar eſſe ſecum animo reputaret, adoleſcentem duodeuiginti annos vix natum, tanta fiducia præſentibus ſe ſe obieciſſe periculis, palamque exercitus

seruatorem profiteretur. Ita non semper virtus ætatibus circumscribitur. Ex eo prælio, nihil fere equitatui Romano accidit. His ad Neocæsaream gestis, Imperator, cum Sozopolim a Persis iterum oppugnari accepisset, propero illuc agmine contendit. Sed cum nullus adesset hostis, (iam enim aduentu Romanorum percepto, inde excesserat) copias ad Pasgusam paludem traduxit, quæ ea longitudine & latitudine supra quam dici potest protenditur, circa medium paribus ferme interuallis eminentibus supra aquas insulis interstincta, in quibus ab antiquo exstructa sunt valida castella. qui eas inhabitant homines, munitionum loco aquis vtuntur, facileque illis Iconium venientibus, eadem die domum redire. Hac maxime de causa necessarium duxit Imperator paludem expugnare: quam cum vltro non dederent Romani, vt qui iam olim Persis permixti, eorum vt plurimum mores amplexati erant, id tandem excogitauit. Lembis & actuariis coactis compluribus, iisque lignis desuper inuicem connexis, machinas imponit, ac recta ad castella progreditur. Agitata tum ventis vehementioribus palude, non pauci interiere Romanis ex militibus: tandem, nec sine labore, iis potitur.

X. At cum Raymundum Antiochenorum Principem percepisset res nouas moliri, continuo Ciliciam repetit, eo animo vt non Ciliciam duntaxat, sed & Antiochiam, Attaliam & Cyprum Manueli filio in hæreditatem daret. Vnde vero id ei venerit in mentem, paucis expediam. Alexio primogenito Romanum Imperium iam pridem tradere decreuerat: sed nato Manuele liberorum postremo, de eo statim prædictiones in vulgus sparsæ, & in puero non pauca Imperij agnita sunt auguria, quorum vnum atque alterum recensere haud abs re erit. Dormienti aliquando Manueli, apparuit mulier, vultu seuero, nigra induta veste, manibus tenens calceamenta, quibus Imperatores indui moris est. ea Manueli obtulit, indueretque præcepit: atque illo reiiciente, monstrauit consueta cærulea. Excitatus cum ingenti perturbatione, vbi quæ viderat non reperit, ad pueros plorabat, quod ea e domesticis aliquem crederet abstulisse. eiusmodi fuit augurium, cui haud istud cedit. Monachus gente Galilæus, qui vitam monasticam in siluis ac montibus agebat, dum forte vna cum Imperatore colloqueretur, videretque accedentes ad se illius liberos, cæteros veluti priuatos habuit, Manueli vero humaniter accepto benedictionem impertiit. Ro-

A τοῦ. οὕτως οὐκ οἶδε παντάπασιν ἡλικίαις ἀρετὴ πε-
ριγράφεσθαι. ἐκ τούτου δὲ τοῦ πολέμου σχεδὸν οὐδενὶ Ῥω-
μαίων ἐφ' ἵππων ἐπιδημιόντι ξυνέπεσε. Τὰ μὲν δὴ Νέας
Καισαρείας ἐνταῦθα ἐτελεύτα. Βασιλεὺς δὲ Πέρσας
ἐς αὖθις Σωζόπολιν πυθόμενος πολεμεῖν, πασιῤῥώμως
ἐνταῦθα ἐφέρετο. Ἐπειδή τε οὐδενὶ πολεμίων ἐντε-
τυχηκέναι αὐτῷ ἐγένετο, ἤδη γὰρ ἐπιέναι σφίσι Ῥω-
μαίους πυθόμενοι ᾤχοντο ἀπιόντες, ἐπὶ τὴν Πασγοῦσην
καλουμένην λίμνην διεβίβαζε τὸν στρατόν. αὕτη γὰρ
δὴ ἐς ἄφατόν τι μῆκος καὶ εὖρος ἐκτεινομένη, νήσοις
κατὰ μέσον περιέχεται διακριδὸν ἀλλήλαις τοῦ ὕδατος
ἀνεχούσαις, ἐν αἷς φρούρια ἐκ παλαιῶν ἀνῳκοδό-
μηται χρόνων. Οἰκοῦσι τε ἐν αὐτοῖς ἄνθρωποι, τὸ
B ὕδωρ ἀντὶ ταφρείας πεποιημένοι· ἔξεστι δ' αὐτοῖς ἐς
Ἰκόνιον ἀνιοῦσιν αὐθημερὸν ἐκεῖθεν ἐπανελθεῖν. οὗ
δὴ μάλιστα ἕνεκα Βασιλεὺς περὶ πλείστου τὴν τῆς λί-
μνης ἐπικράτησιν ἐποιεῖτο. Τῶν δ' ἐν αὐτῇ Ῥω-
μαίων οὐκ ἐνδιδόντων ταύτην αὐτῷ, χρόνῳ γὰρ δὴ καὶ
ἔθει μακρῷ Πέρσαις τὰς γνώμας ἀνακραθέντες ἦσαν,
τοιάδε τινὰ ἐνενοεῖτο. Λέμβους ὡς πλείστους καὶ ἀκάτια
ξυναγαγών, ξύλοις ἄνωθεν ἐπεζεύγνυ, ἐπὶ τούτων δὲ
τὰς μηχανὰς θέμενος εὐθὺ τῶν εἰρημένων ἦγε φρουρίων.
Ἔνθα ξυνέβη πνεύματι ξηρῷ, τῆς λίμνης ἐκταρα-
χθείσης, πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀπολωλέναι στρατιω-
τῶν. μόγις δ' ὅμως καὶ ξὺν βίᾳ πολλῇ καὶ ταῦτα εἷλεν.
ι'. Ἐπειδή τε Ῥαϊμούνδον τῆς Ἀντιοχείας Πρίγκιπα
C νεωτερίζειν ἐπύθετο, εὐθὺ καὶ πάλιν Κιλίκων ἐχώρει,
κατὰ νοῦν ἔχων τὴν Κιλίκων καὶ Ἀντιοχέων ξὺν Ἀττάλου
καὶ Κύπρῳ εἰς κλῆρον ἀποδώσεσθαι τῷ Μανουήλ. ὅθεν
δὲ ἐπὶ ταύτην τὴν ἔννοιαν ἦλθεν, ἐρῶν ἔρχομαι. Φθάνει
μὲν Ἀλεξίῳ, ὃς πρεσβύτατος αὐτῷ παίδων ἐγένετο, τὰ
Ῥωμαίων ἐκ πολλοῦ μνηστευσάμενος σκῆπτρα. Ἐπεί-
δε καὶ Μανουὴλ ἔσχατος αὐτῷ ἐγένετο, φάσεις αὐτίκα
ἐφοίτων, καὶ ξύμβολα βασιλείας εἰς τὸν παῖδα ἐγνω-
ρίζετο, ὧν ἑνὸς ἢ δυοῖν ἐπιμνησθῆναι, οὔ μοι ἔδοξεν
ἀπὸ εἶναι καιροῦ. Ἐπειδήποτε πρὸς ὕπνον κατέδαρ-
θεν ὁ Μανουήλ, γυνή τις ὄναρ ἐφίσταται τούτῳ, ὄψις
σεμνή, μέλαινα ἐσθής, ἐν δὲ χερσὶ πέδιλα, ὁποῖα
βασιλεῦσιν ὑποδέδεσθαι νόμος. Καὶ παρείχετο
τῷ Μανουὴλ χρῆσθαι κελεύουσα, ἀποσεισαμένῳ
D τουτί, ἐδείκνυε δὲ τὰ συνήθη κυανᾶ. Ὁ δὲ θορύ-
βου μεστὸς ἀνεγρόμενος, ἐπειδὴ μὴ ἐντυγχάνειν
τοῖς ὁραθεῖσιν εἶχεν, ἐκλαυθμυρίζετο κατὰ τοὺς
παῖδας. καὶ ἀφῃρῆσθαι ταῦτα παρὰ τοῦ τῶν περὶ
τὴν ἑστίαν ᾤετο. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. ἕτερον δὲ
οὐδὲν αὐτοῦ ἔλασσον. Ἦν τις μοναχῶν, πατρὶς αὐτῷ
Γαλιλαία, βίος ἀναχωρητικός τε καὶ ὄρειος, οὗτος
ἐπειδήποτε ἐς ὁμιλίαν Βασιλεῖ καθίστατο Ἰωάννῃ,
τοὺς παῖδας ἐς αὐτὸν προσελθόντας ἰδών, τοῖς μὲν
ἄλλοις ὅσα καὶ ἰδιωτικοῖς προσηνέχθη, Μανουὴλ
δέ, τοῦτον σὺν εὐλαβείᾳ προσιὼν ἐπευλόγει. Πω-

θανομένου δὲ Βασιλέως, ὅτου ἕνεκα ταῦτα ποιοίη, A
ὑπολαβὼν ὁ μοναχὸς, ὅτι ἔφη, μόνος ἐξ ἁπάντων Μανουὴλ Βασιλεὺς ἐμοὶ φαίνεται. Ἐκ δὲ τούτων καὶ τοιούτων ἄλλων ἐς ἀπεράντους ὁ Βασιλεὺς ἐννοίας ἐξέπιπτεν, ἀναλύειν δὴ οὐκ ἔχων, ἅπερ αὐτῷ δόξειεν ἐξ ἀρχῆθεν ἐς τὸν εἰρημένον σκοπὸν ἐβλεψεν. Ἀλλ' ἔοικεν ἀνθρωπίνης ἄρα ἐπινοίας τῶν πάντων πραγμάτων ἠρτῆσθαι μηδέν. οὔπω γὰρ τῆς Κιλίκων ἐφίστατο, καὶ δυοῖν μὲν ἀφῄρετο παίδων, οἳ χρόνῳ προῆκον. ἅτερος δὲ τοῖν ἀπολελειμμένοιν, ἐπεὶ μὴ δὴ αὐτῷ ξυνέβαινεν ἐς τὸ σῶμα καλῶς ἔχειν, ἀπῄει τοὺς νεκροὺς ἐς Βυζάντιον ἀνακομίζων. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τῆς Κιλίκων τὸν βίον ξυνεμερείσατο, καὶ Μανουὴλ λοιπὸν εἰς τὸν B
Βασιλείας ἄνεισι θρόνον. Ἄξιον δὲ καὶ τὸν τῆς τελευτῆς αὐτοῦ τρόπον διηγήσασθαι. Ἐξιόντι πρὸς θήραν αὐτῷ σῦς ἀπήντα, μέγα τι χρῆμα, ὁποῖα πολλὰ ἡ Κιλίκων τρέφει γῆ, καὶ ὄρη τὰ Ταυρικά. Ὁ μὲν οὖν ἀκόντιον ὡς φησὶ χειρισάμενος ἐπιόντα τοῦτον ὑφίστατο. ὁ δὲ τῆς αἰχμῆς τῷ στέρνῳ ἐγκρυφθείσης θυμαίνων ἐπὶ τῇ πληγῇ, ὠθισμῷ μᾶλλον ἐχρῆτο, ὡς ἐντεῦθεν τοῦ Βασιλέως χεῖρα διὰ σφοδρὰν τὴν ἀντέρεισιν τοῦ εὐθέως ἐκτραπεῖσαν, ἐφ' ἣν περιήρτητο περιενεχθῆναι φαρέτραν πλήρη βελῶν οὖσαν, εὐθὺς οὖν τραῦμα ἐπηκολούθει ταῖς ἀκίσι ξυσθέντος αὐτοῦ τοῦ ἐπικαρπίου. καὶ ἀφρὸς μετ' ἐντεῦθεν ἐξεμύσατο ὕφαιμος. ὑμὴν δέ τις λεπτὸς, ὃν ἐκδη- C
ρὰν οἱ πολλοὶ ἰδιωτικῶς ὀνομάζουσι, προσῆγετο δῆθεν συνάξων τὸ διεστηκὸς, καὶ συνουλώσων τὸ τραῦμα, ὡς μὴ φλεγμήνασαν ὀδύνας ἐγχειρήσει, ἀλλ' ἦν ἐκεῖνο τῆς εἰσέπειτα φλεγμονῆς αἴτιον. Τὸν γὰρ τῆς ἀκίδος ἰὸν ἔνδον τῇ στυφότητι ἐναπολαβὸν ἐπὶ τὸ ἄλλο μετέφερε σῶμα, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. Τότε δὲ μηδεμίαν ἔτι ὀδύνης συναίσθησιν ἔχοντι, τράπεζά τε αὐτῷ παρετίθετο, καὶ ἡ κλίνη τοῦτον εἶχεν ὡς ἀριστήσοντα. προβαίνοντος δὲ τοῦ ἀρίστου, παῖδες ἰατρῶν ἐνταῦθα παρεστηκότες, ὡς τὸ ἐπίθεμα εἶδον ἐπυνθάνοντό τε τὴν τοῦ τραύματος αἰτίαν, καὶ μαθόντες τῇ τε τραπέζῃ ἐπεμέμφοντο, καὶ ἠξίουν αὐτίκα τῆς χειρὸς ἀπεῶσθαι τοῦτο. ὁ δὲ προσφῦναί τε τραῦμα ἐνταῦθα διετείνετο, καὶ τοῦ λοιποῦ μηδὲν ὄγκου ἢ D
φλεγμονῆς πέρι δεινὸν ὑφορᾶσθαι, ἀλλ' ἄρτι πρὸς ὕπνον κατέδαρθεν ἀριστήσας, καὶ ὀδύναι δριμεῖαι ἀνέβαινον ἄφνως, καὶ ὄγκος ἀνίστατο τῆς χειρός. συνῄει τε πᾶς ὁ τῶν ἰατρῶν κύκλος, καὶ ἀγὼν προὔκειτο περὶ τοῦ πρακτέου. τοῖς μὲν οὖν τέμνειν ἐδόκει τὸν ὄγκον. τοῖς δὲ τὸ ἀπέπαντον ἐδυσώπει, καὶ ἄλλως μαλάσσεσθαι τοῦτο προὔτρεπον. Ἀλλ' ἔδει γὰρ ὡς ἔοικε γενέσθαι, κακῶς ἐκράτει τῆς χειρουργίας ἡ ψῆφος. τμηθέντος γοῦν, ὄγκος ἀνέβαινε μείζων, καὶ ἡ χεὶρ ὠργανοδ-

gatus a Principe quorſum hæc egiſſet, Reſpondit Monachus, vnum ex omnibus Manuelem ſibi Imperatorem videri. Hæc & ſimilia etſi varie Imperatoris animum verſarent: cum tamen, quæ antea decreuerat, nollet reſcindi, priori propoſito ſtetit. Sed ita comparatum eſt, vt rerum exitus ex humanis non pendeant conſiliis. Nondum enim attigerat Ciliciam, cum duobus filiis natu maioribus orbatur: ſuperſtitum vero alter, qui male perinde affecto corpore, neſcio qua detinebatur inualetudine, Byzantium mittitur, fratrum cadauera deducturus. Moritur etiam in Cilicia Imperator, Imperiumque adipiſcitur Manuel. quo pacto autem vitam finierit, enarrare videtur operæpretium. Ad venationem egreſſo, obuius fit aper ingentis magnitudinis, quales in Cilicia multi, & montibus Tauricis, aduenientem, vt fert fama, telo quod manu tenebat excipit: contra ille mucrone in pectus adacto ex plaga furibundus vehementius inſtat, adeo vt inde manus Imperatoris, quæ dum fortius obnititur, a recto deflexa, in Pharetram ſagittis plenam quam ex humero ſuſpenſam gerebat, impegerit, quarum cuſpidibus vulnerata perſtrictaque eſt pars carpo proxima. Ex eo vulnere cruenta ſanie effluente, tenuis membrana, quam vulgo Ecderam vocant, adducitur, quæ diuiſam cogeret carnem, & cicatricem contraheret, ne inflammata dolores concitaret, ſed hæc fuit poſtea inflammationis cauſa: nam venenum quo telum infectum erat, ipſa adſtrictione arctius incluſum, in reliquum transfuſum eſt corpus. Ita primum, cum necdum vllus adeſſet dolor, paratur ipſi menſa, eique velut pranſurus accumbit. Inter prandendum, qui circumſtabant medicorum filij, vt appoſitum emplaſtrum conſpexere, cicatricis cauſam ſciſcitati, & edocti, remouendum illud a manu, & a menſa abſtinendum cenſuerunt. Contra ille hoc medicamento ſolidari vulnus contendebat, nec quicquam tumoris inde, aut inflammationis metuendum. Poſt prandium ſomno ſe dedit, ſtatimque acutiſſimi dolores ſuborti, totaque manus intumuit. Conuenit illico vniuerſa medicorum turba, quidque facto opus variis inuicem diſputauere ſententiis. Quidam enim cenſebant reſecandum tumorem, alij nondum maturum, proindeque emolliendum prius inſtabant. Sed faciendum fuit, vt pluribus placuit, vicitque eorum ſententia qui reſecandum ſtatuerant. Peracta ſectione, augeri repente tumor, & vehementius excandeſcere ac irritari manus

cœpit : Imperatoris vero mortis iam imminentis metu animus non modice concutitur animus : tum maxime quod iam ante conceptam animo in Palæstinam peregrinationem non confecisset , cuius gratia Lucernam viginti talentorum , ex auro conflatam , loci Templo offerendam parauerat. Cum iam in extremis laboraret , Monachum quemdam ex Pamphylia oriundum , vitæ sanctitate celebrem iubet acciri , qui continua prece Deum placaret. Ferunt hunc exaudisse voces canentium. Sed & conspecta est ex alto Lucerna , visusque Diuinus adolescens , compescens tumultum & perturbatum illorum animum. Ita res fuit. Imperator vero cum se in extremis esse videret , accersitis magnatibus , Ducibus , virisque præcipuis , hanc ad illos orationem habuit : *Non ignoratis, viri Romani , quotquotque hic adestis , complures , atque adeo qui apud nos retro imperarunt , Principes , ad liberos Imperium paternum veluti hæreditatem , transmisisse. Vtque ego Principatum hunc a parente Imperatore in me transfusum accepi , ita nemo vestrum facturum me aliter opinatur. Idcirco fortassis existimatis , me quoque in extremo vitæ constitutum discrimine , duorum superstitum filiorum maiori , prout apud cæteros homines fieri consueuit , Imperium thronumue concessurum. Verum tanta est apud me vestri cura , vt si neutri eorum deberetur ex merito virtutis , lecturus vltro alium fuerim , qui & meo & vestro iudicio eiusmodi dignitati idoneus probaretur. Neque enim gloriosum esse arbitror, seu danti , seu accipienti , si quis nauem , quam gubernandam ab alio susceperit , præ inscitia vndis submergat , pereatque ille cum munere , & sustineat donantis imprecationes. Nam prudentis non est imperito quidquam demandare , imo mera insania. Eo me erga vos affectum esse animo , vel inde vobis constabit , cum postposito naturæ ordine , vtilitati vestræ consulam. Filij mihi sunt duo , vterque probis moribus , quorum alter ætate prior. Sed temporis prærogatiuam mens mea respuit , quærit quod optimum est , suadetque vt virtus cum virtute conferatur. Ardua sane & præ cæteris difficilis contentio , meliorem inuestigare , cum igitur quod melius est optimo debeatur ipso iure , imperioque nihil quidquam videatur excellentius : optarem quidem , viri commilitones , adesset cumulata virtus cum ætatis prærogatiua. Sed hæc minorem spectant , & in illum propendet calculus , qui genuina præ se fert imperandi Symbola : quo in iudicio , nulla me affectum protestor inuidentia , vel amore immoderatiori. Vterque enim filij , vno caritatis gradu dilecti,*


A τό. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐλπίσιν ἤδη θανάτου τὴν ψυχὴν κατασείεσθαι ἤρχετο. καὶ μάλιστα ὅτι μηδὲ πέρατι τὸν σκοπὸν ἔδωκε, ὃν τῆς περὶ τὴν Παλαιστίνην ἐπιδημίας πάλαι ὠδινήσας ἔφθη. οὗ δὴ ἕνεκα καὶ εἴκοσι ταλάντων ἀπὸ χρυσοῦ λυχνίαν εἰργασμένος ἔτυχεν, ἀνάθημα τῷ τῇδε ναῷ κατασκευαζόμενος. Ἐπειδὴ γοῦν ἐν ἀμηχάνοις ἦν, μοναχόν τινα ἐκ Παμφυλίας ἄνδρα μεταπεμψάμενος ἱερόν, παννύχῳ δεήσει τὸ θεῖον ἱλάσκεσθαι ἠξίου. Τὸν δὲ τῇ δεήσει προσευχηκότα, φωνῶν ἀκοῦσαι λέγεται ᾀδόντων τινῶν. ὤφθη ὁ λύχνος μετηρμένος, καὶ θεῖος νεανίας καταστέλλων τὸν θόρυβον αὐτῶν τῆς ψυχῆς. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. Βασιλεὺς δὲ αἰσθόμενος ἤδη ἐν κακοῖς ἑαυτοῦ γεγονότος, παρεῖναι τοὺς ἐν τέλει κελεύσας, καὶ ὅσον ἐν μεγιστᾶσι καὶ στρατηγοῖς, καὶ ἄλλως ἀπόβλεπτον ἦν, ἔλεξε τοιάδε. Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ὅσοι ἐπὶ ταυτηνὶ ξυνελέγητέ μοι τὴν ἀκρόασιν, ὡς μὲν πολλοῖς ἤδη, καὶ ἄλλοις τῶν πρὸ ἡμῶν βασιλεῦσιν ἐπὶ τοὺς παῖδας τοὺς αὐτῶν, ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον, τὴν ἡγεμονίαν διαβιβάζειν ἔδοξεν. αὐτὸς δὲ οἶδα, πρὸς πατρὸς βασιλέως τὸ δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, καὶ ὑμῶν δὲ ἑκάστῳ, ταῦτα μοι περὶ τούτου γινώσκειν ξυμβαίνει. Ταύτῃ ἄρα καὶ οἴεσθέ με ἴσως ἐς πέρατα τῆς παρούσης ὡς ὁρᾶτε ἀφιγμένον ζωῆς, παίδοιν ἐμοὶ ἀπολελειμμένοιν δυοῖν ἐπὶ τῷ χρόνῳ προήκοντα, ὥσπερ ἀνθρώποις νόμος ἐστὶν, ἀρχὴν τὴν δὲ καὶ θρόνον μεταγαγεῖν. ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον ἐμέλησεν ὑμῶν, ὡς

C εἰ μηδετέρῳ τοῖν εἰρημένοιν τὸ χρῆμα τοῦτο προσῆκεν ἐξ ἀρετῆς, εἰλόμην γε ἄν, ὃς παρ' ἂν ἐμοί τε καὶ ὑμῖν οὐκ ἀπὸ γνώμης εἶναι φανείη. ξυνοίσειν γὰρ οἶμαι οὐδὲν οὐδὲ τῷ δόντι, οὔτε τῷ δεξαμένῳ, ἐπειδὰν ἀμαθίᾳ κυβερνήτης τὴν ναῦν καταδύῃ. Εἰ μὴ καὶ μᾶλλον προσαπόλλυται τῷ δώρῳ. καὶ κατεύχεται τοῦ δεδωκότος οὐκ ἀγαθά. Ἀπειροκαλία μὲν οὖν καὶ τὸ δωρεῖσθαι ἀμαθίαν, καὶ ξυνόλως οὐδὲν οἶμαι ὑγιές. οὕτω μὲν δὴ γνώμης αὐτὸς περὶ ὑμᾶς ἔχω. Τεκμήριον δὲ, καὶ γὰρ ἐπὶ ξυμφέροντι τῷ ὑμῶν δεῆσον, τάχα καὶ φύσιν ἀδικήσων ἰδοὺ πάρειμι. Παῖδε μοι ἄμφω καλώ. ἅτερος δὲ αὐτοῖν καὶ χρόνῳ προὔχει. Ἀλλ' ἡ γνώμη τὸ πρεσβεῖον ἀποστερουμένη,

D τὸ βέλτιον ἰχνηλατεῖ. καὶ πείθει ἀρετὴν ἀρετῇ παραβάλλοντα. δυσχερὲς δὴ τοῦτο τῶν ἁπάντων ἀγώνισμα τὴν κρείττω πειρᾶσθαι λαβεῖν. Ἐπεὶ καὶ χρὴ τῷ βελτίστῳ προσνέμειν τὸ βέλτιον. Βασιλείας δέ τι αὖτις θεῖον σεμνότερον ἕτερον. Βουλοίμην μὲν τὰ ἂν ἄνδρες συστρατιῶται, τῷ χρόνου πρεσβείῳ καὶ τὸ ἐξ ἀρετῆς μᾶλλον προσεῖναι ἐντελές. ἀλλ' ἥ γε ψῆφος ἐπὶ τὸν τελευταῖον ὁρᾷ. καὶ ὁ βασιλείας κανὼν τῷ ἐλάττω μᾶλλον προσφύεται, καὶ οὐδήπου ὀφθαλμίαν ἐμοὶ τὴν ἐξ εὐνοίας δεδιέναι ἔπεισι. Παῖδε γὰρ ἄμφω καὶ φίλω πάντως ἀπὸ ταὐτοῦ,

» καὶ τοῦτό γε τὸ μέρος οὐδὲν ἅτερος προὔχει. Ψῆ-
» φον μὲν δὴ τὴν ἐπ' αὐτοῖν ἐμοὶ καὶ μᾶλλον διὰ ταῦ-
» τα, ἤπερ ὑμῖν πιστευτέον αὐτοῖς. Ἐκεῖνο δὲ κοινῇ καὶ
» μάλιστα περιεργαστέον, λέγω δὲ μήποτε ἀδελφοῦ
» μὲν κρατιστεύειν δήπου τὸν παῖδα ξυμβαίνῃ, ἐς
» δὲ τὸν θρόνον παραβαλλόμενος ἥσσων ἐλέγχηται.
» Ἐμαυτῷ γὰρ οὐκέτι καὶ τοῦτο θαῤῥῶ, δεινῶς μο-
» νωθεῖσαν ὑπειδόμενος τὴν εὔνοιαν, ἱκανὴ γὰρ μάλιστα
» ψῆφον δεκάσαι πηνίκα μὴ παρὰ ἴσης ἐκκρούοιτο.
» Βούλεσθε τοίνυν αὐτοὶ μὲν ὑμῖν τὰ αὐτοῦ καταλέγοιμι,
» ἐπιψηφίσασθαι δ' αὐτοί; ἰσχύος μὲν δὴ καὶ ῥώμης καὶ
» τοῦ ἐς τὰ πολέμια θάρσους, ὁπόσου αὐτῷ μέτεστι,
» παντί που δῆλον ἐστί. καὶ μάρτυρες μοι τὰ Νεοκαισα-
» ρέων τοῖς λόγοις, ἔνθα ἐπιδήλως ἐς γόνυ τὰ Ῥω-
» μαίων κάμψαντα ὑπὸ δὴ τούτῳ ἀνορθωκότα περι-
» σωθείη. Ἃ δὲ προσμαρτυρεῖν αὐτῷ μόνου ἂν εἴη τοῦ
» πατρός. Ἀκούσατε δὲ πολλὰ πολλάκις ἐν οὐ μετρίαις
» ἐμοὶ πονουμένῳ πραγμάτων δυσκολίαις, ἐκτὸς τῶν
» ἄλλων ἀπειρηκότων μέγας ἐν βουλαῖς ὤφθη, ἱκανὸς
» μὲν χειμῶνα προϊδέσθαι γινόμενον, δεξιὸς δὲ ζάλην
» ἀποκλῖναι, καὶ βίαις πνευμάτων ἀντισχεῖν. Ὃ δ' ἂν
» παρὰ τῶν ἄλλων ἐπ' αὐτῷ σκοπεῖν δίκαιοι ἂν εἴημεν,
» βραβεῖα Θεοῦ ἐπὶ τὸν μείρακα δὴ πίπτει. σκοπεῖτε
» δ' ὅπως. Ἐμοὶ μὲν Ἀλέξιος ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἐκ-
» λήθη, καὶ ἡ γνώμη χρόνοις τισὶν ἀποδέδεικτο πρότε-
» ρον. Θεὸς δὲ καὶ περιφανῶς ἐμοὶ τοῦ ἐφ' ὃν ἀναπέπαυτο
» προδεδειχώς, τελευταῖον δὴ καὶ ἐκ μέσου μοι τοῦ νεανίαν
» ἐκεῖνον πεποίηται. Εἶπον ἂν ὑμῖν καὶ τῶν συμβόλων
» τινά, ἃ τύχην τὴν προσοῦσαν αὐτῷ προὔφαινεν, εἴγε
» μὴ λόγον ἄλλως αὐτὰ νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς ἠπιστά-
» μην· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐς διαβολὴν ῥᾴδιον ἀνθρώ-
» ποις, ὡς ὀνείρων φάσεις καὶ μελλόντων ὀμφαὶ γίνεται. ἃ
» μὲν οὖν αὐτὸς παιδὶ τῷ ἐμῷ ξυνειδέναι εἶχον, καὶ δή μοι
» εἴρηται. ὑμέτερον δ' ἂν εἴη τὴν γνώμην ἐπιθεῖναι λοι-
» πὸν τὴν ἑαυτῶν. Βασιλεὺς μὲν ταῦτα εἶπεν. οἱ δὲ σὺν ἡδο-
νῇ τε καὶ δάκρυσιν ἐπένευον. ὁ δὲ παῖς, ἦν γὰρ φιλοπά-
τωρ εἴπερ τις ἄλλος, καὶ φύσεως θεσμοὺς εὐλαβούμενος
κάτω νενευκώς, καὶ ἐπὶ στέρνα τὴν κεφαλὴν ῥίπτων, δά-
κρυσι τὸ δάπεδον ἔπλυνε. Τὴν χλαμύδα δ' ὅμως
περιδυθεὶς, καὶ ταινιωθεὶς τῷ διαδήματι, Βασιλεὺς
ὑπὸ παντὸς ἀνηγορεύετο τοῦ στρατοῦ. Βασιλεὺς δὲ
Ἰωάννης ὀλίγαις τὸ ἐντεῦθεν ἐπιβιοὺς ἡμέραις, πρὸς
τὴν ἐκεῖθεν λῆξιν μετέστατο, ἐφ' ὅλοις πέντε καὶ εἴκοσιν
ἐνιαυτοῖς καὶ μησὶν ἑπτὰ Ῥωμαίων ἄρξας, ὀγδόην
ἄγοντος μηνός, ὃν μὲν Ἕλληνες Ξανθικόν, Ἀπρίλλιον
δὲ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.

A *proindeque nec alter alteri præferendus. quamobrem suffragium mihi potius super iis, quam vobis ipsis concredendum videtur. Id vero communi consilio studiose diligenterque explorare conuenit, ne si fratri seniori præferatur minor, cum ille Imperij habenas capessiuerit, minus deprehendatur idoneus. Neque enim tantum mihi soli fido, cum nescio quam verear singularem propensionem, quæ vt plurimum recta peruertit consilia, nisi a pari altera reprimatur. Vultis igitur vobis commemorem quæ illi insunt animi & corporis dotes, vt inde decernatis. quanta sit illius fortitudo, &*
B *in rebus bellicis audacia omnibus sat est compertum. Testantur hæc gesta ad Neocæsaream, vbi inclinatas penitus Romanorum res suapte manu erexit, & seruauit: atque id quidem neminem alium præter parentem attestari haud decet. Audiuistis preterea non semel, haud leuibus rerum difficultatibus inuoluto, cum cæteri animos desponderent, quot mihi ille subministrauerit consilia, in præuidendis tempestatibus vitandisque procellis industrius. At vero collatas adolescenti diuinitus eiusmodi dotes par est vt attendamus. Ale-*
C *xium quidem ad Imperij fastigium euehendum decreueram, meumque iam ab aliquot annis hac de re prodideram consilium. Sed enim Deus quem Imperio dignum præuiderat, ante me constituens, rebus tandem humanis iuuenem exemit. Quædam preterea vobis referrem portenta, quæ præsentem illi fortunam pollicita sunt: nisi varie varios eiusmodi hæc interpretari certo scirem: cum nihil æque promptum sit ad calumniam, quam obiectis in somniis speciebus, futurorumque prædictionibus fidem præstare. Huiusmodi sunt quæ de filio meo & comperta & dicenda habui: restat vt hæc calculo vestro comprobetis.* Post-
D quam Imperator finem loquendi fecit, gratantes illi, nec sine lacrymis assensum præbuere. Manuel vero, qui singulari præ cæteris in parentem amore flagrabat, naturæ leges reueritus, demissis oculis, pronoque in pectus capite, profusis lachrymis pauimentum rigauit. Chlamydem tamen indutus, sumptoque diademate ab vniuerso exercitu Imperator proclamatur. Ioannes vero paucis post diebus moritur, cum totos viginti quinque annos, mensesque septem Romanis imperasset, octauo die mensis, quem Xanthicum Græci, Romani Aprilem vocant.



ΙΩΑΝΝΟΥ ΚΙΝΝΑΜΟΥ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ, ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

IOANNIS CINNAMI REGII GRAMMATICI, HISTORIARVM LIBER SECVNDVS.

I. HVNC finem habuere res à Ioanne Imperatore gestæ. Manuel vero sceptro potitus, etsi adolescens, vixque prima aspersus lanugine, minime tamen tanta Imperij mole perterritus est, nihilque egit maiestate regia indignum: Isaacio enim Constantinopoli agente, cum multos subiisset suspicio fore vt neutiquam se à rebus nouandis contineret, vtpote & ad turbas suopte pronus ingenio, & quodam animi vehementioris impetu omnia exequi solitus, tum maxime quod id præsens suaderet occasio, hæc tamen neglexit Imperator. Triginta autem post parentis obitum diebus illic commoratus, non prius excessit, quam iusta eidem pro

A α'. ΤΑ μὲν δὴ Βασιλέως Ἰωάννου ἐνταῦθά μοι πέρας ἐχέτω. Βασιλεὺς δὲ Μανουὴλ τῶν σκήπτρων ἤδη ἐπιλαβόμενος, μειράκιον ἔτι, πρώτως ἄρτι ἰουλάζων, οὔτε συνεταράχθη πρὸς τὸν ὄγκον τῆς ἀρχῆς, οὔτε τι ἀγεννὲς ἔπαθεν. Ἰσαακίου γὰρ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐν Βυζαντίῳ διατρίβοντος, ὑποψίας τε ἐντεῦθεν τοὺς πλείστους εἰσιούσης, ὡς οὐκ ἂν ποτε ἀνάσχοιτο μὴ αὐτίκα τι νεωτερίσαι, φύσει μὲν καὶ ἄλλως δύσερις ὤν, καὶ θυμῷ τὰ πλεῖστα διοικούμενος, τότε δὴ οὖν καὶ προφάσεως εἰς τοῦτο λαβόμενος· ὁ δὲ τούτου μὲν ἧττον ἐφρόντισεν. Ἐφ᾽ ὅλαις δὲ τριάκοντα μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τῷ χώρῳ ἐνδιατρίψας ἡμέραις, οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἀπῆρε, πρὶν ἂν τῷ πατρὶ τὴν ὁσίαν ὡς

τὸ εἰκὸς

A τὸ εἰκὸς ἐξετέλεσε. Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ φροντιστήριον ἐπὶ τοῦ τόπου ἱδρύσατο, οὗ δὴ ἐκεῖνον τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι τετύχηκε. Καὶ τὰ Κιλίκων πράγματα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ κατεστήσατο. Ἀντιοχεῖς δὲ καὶ πρότερον μὲν βασιλέως Ἰωάννου ἔτι περιόντος, χεῖρας τῆς ἐκείνου ἀποσκιρτᾶν ἤρξαντο. Τότε δὲ ἐπὶ βασιλέα πέμψαντες Μανουήλ, καὶ ὁρίων σφίσι γῆς ὑπεκστῆναι ἠξίουν, ἃ πόλει μὲν τῇ αὐτῶν ἀνήκειν ἔφασκον, βίᾳ δὲ καὶ οὐ ξὺν τῷ δικαίῳ πρὸς τὴν Ῥωμαίων τανῦν ἔχεσθαι. Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον. Βασιλεὺς δὲ εἰς ἀπολογίαν αὖθις καταστὰς, ἔλεξε τοιάδε· ὡς μὲν οὐδενὸς ἔτι φλαύρου παρ' ἡμῶν Ἀντιοχεῖς πειραθῆναι ξυνέπεσον, ὦ ἄνδρες πρεσβευταί, πάντῃ που δῆλον ἐστίν. Εἰ δὲ ἅτις παρ' B ἑτέρων ἀφῄρηται, ταῦτα δὴ παρ' ἄλλων ἀποφέρεσθαι δίκαιον αὖ εἴη, τί μὴ καὶ ὑμεῖς Ἀντιόχειαν τὴν δὲ Ῥωμαίοις ἀπόδοτε πρότερον, ἀλλὰ χειρὶ καὶ βίᾳ ταύτην πρὸς πατρὸς ἀφῄρησθε τοὐμοῦ. Ἢ οὐχ' ἡμῖν Πέρσαι δουλεύουσαν ἀφείλοντο πρότερον; Ἄλλως δὲ τίνος ὄντα ταυτὶ ἐξ ἡμῶν λαμβάνειν αἰτεῖσθε πόλεως Ἀντιοχείας; ἣ δὲ καὶ αὐτὴ φθάνει κράτει δουλεύουσα τῷ ἡμῶν. Εἰ δὲ τὰ ὑμῖν αὖθις ὡμολογημένα παραβαίνειν, ὑμῖν αἰσχύνη οὐδὲ μία, τί τὴν δικαίων πρόφασιν ἐπικαλοῦντες ἡμῖν πάρεστε, οἵγε εὐθύνας μᾶλλον ἐξ ὑμῶν δικαίως ἂν ἀπαιτοίμεθα; Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τούτου καιρὸς ὁ προσήκων ἡμῖν παραστῆσαι ἱκανὸς ἔσται. Τὸ C δὲ νῦν, ἀπόστητε τῶν οὐ προσηκόντων κελεύω. Ἐμοὶ γὰρ αὐξῆσαι ἃ πρὸς πατρὸς εἰς χεῖρας ἦλθον ἐμὰς, μὴ ἂν ἐλαττῶσαι γένοιτο. Τοῖς πρέσβεσι μὲν ταῦτα εἶπεν.

Ὁ δὲ ἐπὶ τὰς ναῦς, αἳ παρὰ τὸν Πύραμον ὡρμίζοντο ποταμόν, ὃς διὰ Μοψουεστίας φερόμενος ἐπὶ θάλασσαν ποιεῖται τὴν ἐκβολὴν, σὺν προπομπῇ τὸν νεκρὸν κατῆγεν, αὐτὸς ἅμα τοῖς γνησιωτάτοις τὸν ὦμον ὑποσχὼν τῇ σορῷ. Ἐπειδή τε ἐκεῖθεν οἱ δρομῶνες ἐπὶ θάλασσαν ἤδη ἀφῆκαν, λύσας καὶ τὸ λοιπὸν τὸ στρατοπεδεῖον, διὰ μέσης ἐχώρει τῆς Περσῶν γῆς, ἀκηρυκτὶ διαβιβάζων τὸ στράτευμα. Πρὸς ὃ Πέρσαι καταπλαγέντες, τῆς τόλμης τε τὸ παράλογον ἀγασάμενοι, οὐδ' ἀντιλαβέσθαι Ῥωμαίοις ἐτόλμων. D συνέβαινέ τε αὐτοῖς ὡς δι' οἰκίας λοιπὸν ἰέναι τῆς ἀλλοτρίας. Ὁ μὲν οὖν εἰς τὴν Ῥωμαίων οὐ διὰ πολλῶν εἰσέβαλε γῆν. Αἱ δὲ τριήρεις ἐς Βυζάντιον ἀναχθεῖσαι, τὴν βασιλέως κόνιν τῇ χέρσῳ ἀπέδοσαν. ἣν ἡ Ῥωμαίων γερουσία μεγαλοπρεπῶς ἀπολαβοῦσα, εἰς τὸ ἱερὸν παρέπεμψε φροντιστήριον, ὅπερ ἡ βασιλὶς, καθάπερ ἔφην, Εἰρήνη, ἐπ' ὀνόματι τοῦ Παντοκράτορος ἐτύγχανεν ἤδη δομησαμένη. Βασιλεῖ δὲ Μανουὴλ ἔτι περὶ τὴν ἐπάνοδον ἔχοντι, ἐπεὶ μηδέπω τὰ κατὰ τὸν Σεβαστοκράτορα πύθοιτο, καὶ ὡς ἤδη τυραννίδι ἐπιθέσθαι βουλευσάμενον δόλῳ ὑπελθόντες, οἷς τὰ βασιλέως ἐπιτέτραπτο πρότερον ἐμφρουρεῖν, ἐν τῷ τοῦ Παντοκράτορος τεμένει ἐποιήσαντο, ἔννοια γέγονε μήποτε τῶν σὺν αὐτῷ τισίν, καὶ μάλιστα τοῖς τὰς ὑπερηφάνους

more peregiſſet. Inter alia enim Monaſterium extruxit eo loco, vbi pater vitam finierat. Ciliciæ rebus in tuto poſitis, Antiocheni, qui Ioanne adhuc ſuperſtite defectionem parauerant, per Legatos Manuelem rogant, vt agri ſui finibus, quem & ad vrbem pertinere contendebant, nec niſi per vim à Romanis, nulloque iure poſſideri, decederet: hæc fuit Legationis ſumma. quibus contra Imperator in hanc ſententiam reſpondit: *Palam eſt omnibus, Legati, nihil mali à nobis inſperſos Antiochenos. Si vero quæ cui ablata ſunt ab aliis, æquum ſit prioribus dominis reſtitui: cur non & vos Romanis reddidiſtis Antiochiam, quam parenti olim meo vi & armis eripuiſtis? an non eam Perſæ primum, cum adhuc noſtris pareret, expugnarant? qua igitur fronte inſtatis, vt e finibus decedamus Antiochiæ, quæ & ipſa quondam pars Imperij noſtri fuit? quod ſi quæ cum iis pepigiſtis fœdera violare nihil vos pudet, quid poſthabitæ iuſtitiæ crimen nobis ingeritis, qui longe æquiori iure pœnas à vobis deberemus repetere? Sed hæc forte tempus opportunius noſtro reddet Imperio. Vos interim ab iis quæ veſtra non ſunt, abſtinere iubeo: nam quæ mihi a patre tradita ſunt, augere, non minuere eſt animus.* Ita ille Legatis reſpondit. Inde ad naues in Pyramo fluuio, qui Mopſueſtiam prætercurrens in mare effunditur, ſubſiſtentes, parentis funus cum magna ſubſequentium turba deducit, ipſo pariter & agnatis feretro humeros ſupponentibus. Inde, vt curſoriæ mare attigerunt, mouit & ipſe caſtra, copiaſque per medias Perſarum terras, non petito per Legatos commeatu, quo eius facto attoniti Perſæ, licet talem mirarentur audaciam, nihil tamen contra Romanos viciſſim attentare auſi ſunt, per hoſticum nihilo ſecurius, quam per propriam ditionem tranſgreſſos. neque ita multo poſt Imperij fines Manuel ipſe attigit. triremes autem Byzantium appulſæ, Principis cineres in terram expoſuerunt, quos magnifice ſuſceptos Senatus Romanus in Monaſterium intulit, quod Imperatrix Irene, vt ſupra indicatum, extruxerat, dicatatque Deo Omnipotenti. At cum Imperator reditum inſtitueret, ac nec dum de Sebaſtocratore quicquam audiſſet, vtque tyrannidem affectantem, nonnulli, quibus rerum publicarum cura demandata erat, dolo aggreſſi, in Omnipotentis templo cuſtodiendum incluſerant, ſubiit illius animum cogitatio, ne quid temere Sebaſtorator in quoſdam qui cum eo erant, ac illuſtriores præ-

ſertim, ipſorumque ædes decerneret. anxius igitur quo pacto fratrem ab hoc conſilio dimoueret, tandem libellos Byzantium mittere decreuit, qui homines damnationi ſubiicerent, eoque ipſo bonorum ac poſſeſſionum iactura multarent. Sic enim fore aiebat, vt aduerſus Principem inſidias molitas ratus Sebaſtocrator, res eorum domeſticas conſeruaret diligentius, quo ipſos in ſuas partes traducere conaretur. Sane quæ ſemel ille propoſuerat, præuideratque, nullis hominum argutiis neque conuelli, neque euerti poterant. Huiuſmodi fuere conſilia Manuelis, quæ ſuis ille iam ante prodiderat.

II. Iſaacius interea vterque in vinculis habebatur, alter quidem, vt ſupra diximus, in Templo: alter vero, Imperatoris patruus, Heracleæ Ponticæ, vbi citra infamiam vixerat primum, eo a Ioanne fratre adhuc in viuis agente in exilium actus, quod regni conſilia agitans, ſibi ſubinde inſidias ſtruere non ceſſaret. tunc enim ad hanc calamitatem redactus fuerat, eorum qui Conſtantinopoli ſummæ rerum præerant, decreto, quod turbas iterum meditari, & ad reipublicæ adminiſtrationem aſpirare deprehenſus eſſet. Sic igitur id conſilij, vt modo dictum eſt, facilem Manueli aditum ad Imperium fecit. hic autem vbi quid de Sebaſtocratoribus factum eſſet reſciuit, Byzantium ingreſſus, accerſitum continuo fratrem fraterne excipit, eiuſque in amplexum ruit. Patruum etiam reuocat ab exilio, & obliterata eius criminis memoria, cuius gratia relegatus a patre fuerat, veniam conceſſit. militem deinde pecuniis donatum domum remiſit, binos etiam aureos Byzantinis in domos ſingulas largitus. Cumque vacaret Patriarchalis ſedes Conſtantinopoli, Michaelem illi imponit, Monaſterio in inſula, quam Oxiam ex ſitu vocant, antea præfectum, virum liberalibus diſciplinis humanioribuſque literis leuiter quidem imbutum, at morum elegantia, rerumque diuinarum ſcientia nemine inferiorem, vnumque adeo ex iis, quorum ea ætate virtus erat maxime conſpicua. Huius viciſſim manibus cum in Eccleſia Imperatorio diademate fuiſſet inſignitus, depoſito in ſacra menſa auri centenario, inde exceſſit, omnibus vno ore liberalitatem illius & magnificentiam prædicantibus. Clero etiam annuam ex palatio duorum centenariorum penſionem aſſignauit, id numiſmatis vulgo Secundum nuncupant. Eiuſmodi fuere Manuelis Imperij primordia.

A διέποιεν δυσμεναινόντων ἀρχάς, δράσῃ τι, καὶ ἄχρι τοὺς ἀνὰ τὸ Βυζάντιον οἴκους αὐτῶν. Ἀμέλει καὶ ἐσκέπτετο πῶς ἂν ἀμηχάνως τῆς δὲ τῆς ἐγχειρήσεως ἀπαγαγεῖν αὐτὸν γένοιτο. Ἐδόκει τοίνυν αὐτῷ τόμους ἐς Βυζάντιον ἐκπέμψαι, καθοσιώσει δῆθεν τοὺς ἄνδρας καθυποβάλλοντας, χρημάτων τε διὰ τούτων καὶ κτημάτων ἐκπτώσεσι ζημιοῦντας. οὕτω γὰρ ἔφασκεν ὑπὲρ αὐτοῦ Βασιλέως τὴν ἐπιβουλὴν ποιήσασθαι τοὺς ἄνδρας ὑπειληφὼς ὁ Σεβαστοκράτωρ, τὰ οἴκοι συντηρήσειν μᾶλλον αὐτοῖς, ἵν' ἐπὶ πλέον ἔχῃ πρὸς εὔνοιαν αὐτοὺς ἐπισπᾶσθαι. ἀλλ' ἦν ἄρα τὰ τῇ προνοίᾳ καθάπαξ δεδογμένα δυσδιάλυτα πάντη, καὶ λογισμοῖς ἀνθρώπων δυσεπιβούλευτα. ὁ μὲν γὰρ ταῦτα ἐνενόει, καὶ B τοῖς περὶ αὐτὸν δὲ ἤδη τὴν βουλὴν ἐξεκάλυπτεν.

β'. Ἰσαακίους δὲ ἀμφοτέρους, τὸν μὲν, τὸ σεμνεῖον ἐτήρει φθάσαν, ὡς ἔφημεν. τὸν δὲ τὸν πρὸς πατρὸς φημὶ τοῦ Βασιλέως θεῖον, σιδηροπέδαι πρὸς Ἡρακλείᾳ καθειργμένον εἶχεν τῇ Ποντικῇ. Ἔνθα οὐ ξὺν ἀτιμίᾳ μὲν διῆγε τὸ πρότερον πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ κατὰ τὸν Βασιλέως, ἔτι περιόντος ὑπερόριος γεγονώς, δι' ἃς οὐκ ἀνίει ἔρωτι βασιλείας, ἄλλοτε ἄλλας ὑπορύττων ἐπιβουλάς. Τότε δὲ εἰς τοῦτο τύχης ἦλθε γνώμῃ τῶν ἐν Βυζαντίῳ τῶν τηνικάδε ἐφεστώτων, ἐπειδὴ *νεωτέροις αὖθις καὶ αὐτὸν ἐγχειρεῖν ἐπύθοντο πράγμασιν. *νεωπείζειν Ἀλλὰ τὴν μὲν εἰς τὴν βασιλείαν πρόσοδον οὕτω καθάπερ ἤδη ἔφην ἡ πρόνοια φθάνουσα εὔοδον Βασιλεῖ C ἐποίει. ὁ δὲ ἐπειδὴ τὰ κατὰ τοὺς Σεβαστοκράτορας ἤκουσεν, ἐν Βυζαντίῳ λοιπὸν γενόμενος, μετακαλεῖται μὲν ἐπὶ χρῆμα τὸν ἀδελφόν, χερσί τε περιβάλλει, καὶ ἀδελφικῶς περιχέεται. Μεταπέμπεται δὲ καὶ τὸν θεῖον τῆς ὑπερορίας, τὰς αἰτίας τε λύσας, ἐφ' αἷς φυγῇ τὸ πρότερον ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐζημίου, συγγνώμης ἠξίωσεν. Εἶτα δὲ χρήμασι τὸ στρατιωτικὸν δωρησάμενος, οἴκαδε ἀπέλυσεν, ἑκάστῃ γε μὴν τῶν ἀνὰ τὸ Βυζάντιον οἰκιῶν χρυσίνους παρέσχετο δύο. Ἐπεὶ δὲ ποιμένος ἔδει τῇ Κωνσταντίνου, Μιχαὴλ ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνάγει, ὃς τοῦ κατὰ τὴν νῆσον, ἣν Ὀξεῖαν ἐκ τῆς θέσεως καλοῦσιν, ἦρχε φροντιστηρίου, παιδείας μὲν τῆς ἐγκυκλίου, καὶ μαθημάτων τῶν ἐκτὸς ἄκρῳ φασὶ γευσάμενος δακτύλῳ, ἠθῶν δὲ κοσμιότητι, καὶ τῇ τῶν θείων μελέτῃ D λογίων οὐδενὸς ἐλάττων, τῶν εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐπ' ἀρετῇ μάλιστα διαφανῶν, οὗ ταῖς χερσὶν ὕστερον ἐπ' ἐκκλησίας τῷ Βασιλικῷ ταινιοῦται διαδήματι. ὅτε καὶ χρυσίου κεντηνάριον τραπέζῃ τῇ ἱερᾷ καταθεὶς, τά τε μὲν ἐξῆς τὸ ἐλευθέριον αὐτοῦ καὶ μεγαλοπρεπὲς ἐν τοῖς ἁπάντων καταλελοιπὼς στόμασιν. Εἰσέπειτα δὲ ἐτησίαν τῷ κλήρῳ ἐκ παλατίου κεντηναρίων δύο προσαφώρισε δόσιν, καλοῦσι δὲ τοῦτο τὸ νόμισμα δεύτερον. Τὰ μὲν οὖν ἐς τὴν βασιλείαν προοίμια τοιάδε τινὰ αὐτῷ γέγονεν.

γʹ. Ὁ δὲ Ῥαϊμοῦνδον τὸν Ἀντιοχείας πρίγκιπα τῆς A εἰς τὸν πατέρα μετελεύσεσθαι θέλων ἀμοιβάδος, οὔπω γὰρ ἔφθη ἐκεῖνος δίκην αὐτῷ ἐπιθεῖναι τὴν δέουσαν, χρέους αὐτῷ τοῦ φυσικοῦ τὴν ὁρμὴν ἀνακόψαντος, στρατὸν ἐπ' ἐκεῖνον ἠπειρωτικόν τε καὶ ναυτικὸν ἔπεμψε. Ἦρχον δὲ τοῦ μὲν Ἀνδρόνικός τε καὶ Ἰωάννης ἐς Κοντοστεφάνους ἀναφέροντε, καὶ Πρόσουχ ἱκανὸς τὰ πολέμια. Τοῦ γε μὴν ναυτικοῦ Δημήτριος ἡγεῖτο, ᾧ Βρανᾶς ἐπίκλησις ἔκειτο. Ἀλλὰ Πρόσουχ μὲν, καὶ ἄμφω τὼ Κοντοστεφάνω, ἐπεὶ πρὸς τοῖς Κιλίκων ὅροις ἐγένοντο, ἅτε πρὸς Ἀντιοχέων Ῥωμαῖοι ἀφαιρεθέντες ἔτυχον, ἐν ὀλίγῳ ἀνεσώσαντο φρούρια, καὶ Ῥαϊμούνδῳ ἐς χεῖρας ἐλθόντες, ἐτρέψαντό τε αὐτὸν, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ ἔκτειναν. τὸ δὲ ὅπως, ἄρτι δηλώσω. Ἐπειδὴ τὰ εἰρη- B μένα Ῥωμαῖοι παρεστήσαντο φρούρια, μηδενὸς ὅθεν δήποτε ἀντιστατοῦντος αὐτοῖς, ἄχρι καὶ ἐς Ἀντιόχου ἦλθον τὴν πόλιν, λείαν Μυσῶν, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐργαζόμενοι. Ῥαϊμοῦνδος δὲ ἕως μὲν προσιόντας Ῥωμαίους ἑώρα, ἐντὸς τειχέων ἀτρέμας εἶχεν. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖθεν συσκευασάμενοι ἀνεχώρουν, ἐπεξῄει γὰρ σφίσιν οὐδὲ εἷς, τότε κατὰ νώτου ἐπιθήσεσθαι αὐτοῖς ἐννοησάμενος, εἵπετο ἐν τῷ ἀφανεῖ. Καὶ Ῥωμαῖοι μὲν ἐπί τινα χῶρον ἐλθόντες, ἔνθα σφίσι σκηνοῦν ἐδόκει, χάρακα ἐπήγνυντο. Ὁ δὲ ἐν ἐπικαίρῳ καὶ αὐτὸς τὸ στράτευμα καταθεὶς, ὀλίγοις ἅμα ἐπὶ κατασκοπεῖν τῶν πολεμίων ἐχώρει. οὐ μὴν ἔλαθε Ῥωμαίους ἐπιών. τῶν γὰρ ἐπὶ χορταγωγίαν ἐξιόντων τινὲς οὐ μακρὰν ἄποθεν τῶν C χαρακωμάτων ἐντετυχηκότες αὐτῷ δρομαῖοι τοῖς στρατηγοῖς ἀπήγγειλαν. οἱ δὲ, τότε μὲν νὺξ γὰρ ἤδη ἦν, φυλακὰς τάξαντες ἀνεπαύσαντο. ἑξῆς δὲ οὔπω ἡμέρας καταλαβούσης ταξάμενοι ὀπισθόρμητοι ᾔεσαν, γνώμην ἔχοντες σκηνουμένοις ἔτι τοῖς ἀμφὶ Ῥαϊμοῦνδον ἐπεισπεσεῖν. οὐ μὴν οὐδὲ Ῥαϊμοῦνδος ἠμέλει, ἀλλὰ καὶ ὃς ὀρθριαίτερον τοῖς περὶ αὐτὸν, τὰ δοκοῦντα ἐπιτείλας, αὖθις μὲν αὐτοῦ ἔλιπεν. ὁ δὲ ἐπὶ κατασκόπησιν αὖθις ἐχώρει. Ῥωμαίοις δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου συμπεσὼν, αὐτός τε νῶτα δοὺς ἔφυγε. καὶ τὸ λοιπὸν στράτευμα πέμψας κατὰ τάχος ἐντεῦθεν ἀπαίρειν προὐτρέπετο, ἀλλὰ παρὰ πόδας αὖθις ὁ Ῥωμαίων στρατὸς ἐπελθὼν ἐτρέψατό τε, καὶ φόνον αὐτῶν πολὺν εἰργάσατο, καὶ μέχρι τῶν Ἀντιοχείας πυλῶν ἡ δίωξις ἐγένετο, D Ῥαϊμοῦνδος καὶ αὐτὸς μόλις τοὺς πολεμίους διαδρὰς, νυκτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσήλασεν. Οἱ μὲν δὴ ἀμφὶ τὸν Πρόσουχ ταῦτα Ῥαϊμοῦνδον εἰργασμένοι ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἀνεχώρησαν. Δημήτριος δὲ σὺν τῷ στόλῳ ἐπελθὼν τὴν περίοικον καὶ θαλάσσῃ γείτονα ἐληΐσατο, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἠνδραποδίσατο, ναῦς τε τῶν ἐγχωρίων ὡς πλείστας παρὰ τὴν θαλάσσης ἀνελκυσμένας ἀκτὴν πυρὶ ἔφλεξεν· ὅτε δὴ καὶ ὁ τὸ δημόσιον σφίσιν εἰσπραττόμενος νόμισμα αἰχμάλωτος Ῥωμαίοις ἐγένετο.

III. Vlciſcendam vero ſtatuens illatam Ioanni parenti a Raymundo Antiochiæ Principe iniuriam, (quippe illum dignam factis pœnam rependere volentem mors prohibuerat) terreſtres naualeſque copias in eum miſit. His Demetrius cognomento Branas, illis Ioannes & Andronicus ex Contoſtephanorum gente, nec non Proſuchus rerum militarium vſu inſignis præpoſiti ſunt. Proſuchus quidem & vterque Contoſtephanus, poſtquam in Ciliciæ fines peruenerunt, caſtellis, quæ Romanis erepta fuerant ab Antiochenis, intra breue tempus receptis, conſertis cum Raimundo manibus, ipſum verterunt in fugam, plurimoſque ex eius exercitu obtruncarunt. his igitur arcibus obſiſtente nemine expugnatis, ad vrbem vſque Antiochiam, facta Myſorum, vt aiunt præda, & raptis quæ obuia erant, penetrauere. Raimundus interim ingruentes Romanos conſpicatus, intra vrbis mœnia ſubſtitit. vt vero, collecta præda, parant reditum, quod ne vnus quidem in eos egrederetur: Raimundus clam a tergo recedentes eſt inſecutus. ac Romani quidem idoneo reperto loco, vbi pedem figere poſſent, in eo tabernacula collocarunt. Ipſe viciſſim opportune cum ſuis caſtra faciens, cum paucis ad explorandum hoſtem proficiſcitur. non latuit eius aduentus Romanos: nam pabulantium nonnulli, non procul a caſtris obuiam facti, confeſtim Ducibus id renuntiarunt: qui tum quidem (nox enim iam aderat) vigiliis diſpoſitis ſe ſe continuere. Sed orta vix dum luce, inſtructo agmine retro ceſſerunt, quo Raimundi copias in propriis tentoriis opprimerent. Raimundus contra nihilo ſegnius ſe ſe habens, primo diluculo, quæ eſſent agenda ſuis præcipit, iiſque ibi relictis, ipſe denuo ſpeculatum exit. Sed enim in Romanos nec opinatus incidens, continuo fugam capeſſit: miſſiſque ad caſtra nunciis ſuos hortatur, inde quam celerrime excedant. at ſuperuenientes e veſtigio Romani fugarunt fuderuntque magnam partem, ad portas vſque Antiochiæ fugientes perſecuti. Raimundus ipſe ex hoſtium manibus ægre dilapſus, de nocte in ciuitatem peruenit. ea clade affecto Raimundo, Proſuchi milites Ciliciam repetiere. Interea Demetrius cum claſſe aduenniens, Loca maritima incurſat, oramque totam depopulatur, captiuos abducit complures, naueſque ipſas incolarum magno numero in littore ſtantes incendit. ſed & publici apud illos tributi exactor in poteſtatem venit Romanorum.

Hæc postquam ad Raimundum perlata sunt, summo animi ardore, ad classem hostilem contendit, quam vbi cognouit iam a statione auectam, rebus infectis inde regressus est. Romani autem, reflante vento, diebus decem percurrêre eum tractum: cumque aquarum penuria premerentur, rursum ex insperato applicatos ad terram hostes in fugam dederunt, direptisque maritimis duobus castellis, magna vini, & fluuialis aquæ copia impletis nauibus, ventum nacti secundum, ad Cyprum insulam appulere. Quæ ibi gesta sunt Raimundum coegerunt Byzantium proficisci. aduenientem vero ad colloquium admittere renuit Imperator, antequam ad parentis Imperatoris monumentum, venia impetrata, sibi in posterum fidem & clientelam professus esset.

IV. Sub idem ferme tempus Irenem, quam priuatus adhuc sibi desponderat, coniugem accepit, regio ortam genere fœminam, moribusque, & animi dotibus nulla suæ ætatis inferiorem. huic paulo ante Byzantium venienti tradunt obuiam effusas, cum alias natalium splendore conspicuas matronas, tum eam maxime quæ Alexio Imperatori nupserat. Induta erat illa byssina veste, auro cæteroquin & purpura intertexta. Sed ob colorem in byssino cæruleum, cum atrata mulier nouæ nuptæ videretur, quænam illa esset Monacha magnifico habitu, ex iis quæ circumstabant percontata est. omen id parum felix visum audientibus, quod subsecutus non multo post comprobauit euentus. Manuel, traiecto freto, in Asia versabatur, Bithynorum prospiciens finibus, ne in posterum Persarum excursionibus paterent. nam cum prioribus seculis barbarorum irruptiones munitionibus subinde extructis propulsarent, neglectis iis, peruia omnia erant Persis finitimis, sed postmodum restitutæ sunt illæ Imperatoris liberalitate, compluraque ab eo ibi instaurata oppida: quo etiam tempore excitatum illud scio, quod est in ea regione quam Melangia vocant, dum hæc vrgerentur opera, nuntiatur Manueli filiam natu maximam Ioannis Imperatoris, quam Rogerius Cæsar vxorem habebat grauissimo morbo ad proximum vitæ periculum adductam. Itaque isthic aliquamdiu, quo absolueret quæ incœperat, erat commoratus, dum Byzantium festinat, fato fungitur fœmina ingentis spiritus, quæque virilem omnino animum præ se ferebat. at cum illius mihi hoc loco recurrat memoria, operæ videtur pretium vnum quod eam spectat

A Ῥαϊμούνδος δὲ ἐπειδὴ ταῦτα ἤκουσε θυμῷ μεγάλῳ ἐπιών, ὡς τὰς Ῥωμαϊκὰς ναῦς ἀποδραμούσας ἤδη τῆς χέρσου κατενόει, ἄπρακτος ἐκεῖθεν ἀνεχώρει. Ῥωμαῖοι δὲ τῆς θαλάσσης οὐ συγχωρούσης αὖθις ἡμέραις δέκα τὸν χῶρον ἐκεῖνον περιπλεύσαντες, ἐπειδὴ λειψυδροῦντες ἦσαν τῇ χέρσῳ αὖθις αἰφνίδιοι προσοκείλαντες, τούς τε πολεμίους ἐτρέψαντο, καὶ δύο τῶν ἐπιθαλασσιδίων ἐκπορθήσαντες φρούρια, οἴνου τε ὡς πλείστου, καὶ ποταμίου τὰς ναῦς ἐμπλήσαντες ὕδατος, πνεύματός τε ἐπιφόρου τυχόντες ἐς Κύπρον ἀνήχθησαν. Ταῦτα δὴ συμπεσόντα Ῥαϊμούνδον τὴν ἐς Βυζάντιον στείλασθαι ἠνάγκασαν. Ἀφικόμενον δὲ οὐ πρότερον B βασιλεὺς προσελθεῖν ἠξίωσε, πρὶν ἐς τὸ τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς ἀπιὼν μνῆμα, ἐντεῦθεν δὴ τὴν συμπάθειαν ἐκομίσατο, καὶ λίζιον αὐτὸν λοιπὸν ἐποιήσατο.

δ'. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ Εἰρήνην τὴν αὐτῷ οὔπω βασιλεῖ μνηστευθεῖσαν, βασιλεὺς ἠγάγετο κόρην, ἐς ῥῆγας μὲν ἀναφέρουσαν, ἠθῶν δὲ κοσμιότητι καὶ ψυχικαῖς ἀρεταῖς οὐδεμιᾶς ἐλάττω τῶν τότε γεγενημένων. λέγεται δή τι περὶ ταύτης τοιοῦτον. Ὁπηνίκα ἐς Βυζάντιον ἄρτι παρῄει, ἄλλαι τε τῶν ἐπ' εὐγενείᾳ διαφερουσῶν ὑπηντῶν αὐτῇ, καὶ ἡ Ἀλεξίῳ βασιλεῖ εἵρμοστο, ἠμφίεστο δὲ ἐσθῆτα μὲν ἀπὸ βύσσου, τ' ἄλλα δὲ ἐκ χρυσοῦ καὶ πορφύ- C ρας κεκόσμητο. Ἀλλὰ τὸ τῆς βύσσου κυαναυγὲς μελαμφόρον ταύτην ἐποίει, τῇ νεήλυδι καταφαίνεσθαι. ἀμέλει καὶ ἐπυνθάνετο τῶν παρόντων, ἥτις ποτὲ εἴη ἡ μονήρης αὕτη καὶ μεγαλοπρεπὴς λέγουσα. τοῦτο δὴ ξύμβολον τοῖς ἀκούσασιν οὐ μὲν οἰωνοῦ ἀγαθὸν ἔδοξε. καὶ τὸ τέλος οὐκ εἰς μακρὰν ἠκολούθει. Βασιλέα δὲ ἡ τῆς Ἀσίας εἶχε περαία, καὶ τὰ Βιθυνῶν ὄρια σκεπτόμενον, ὅπως ἂν μηκέτι ἐσβατὰ τῷ Περσῶν γένει τὰ τῇδε γένοιτο. Τῶν γὰρ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιτειχιζόντων ὁρμάς, ἀμέλει περιορασθέντων εὐέφοδα Πέρσαις τὰ τῇδε ἐγένοντο. Ἀλλὰ τοῖς μὲν χρόνοις ὕστερον φιλοτιμότατα πρὸς βασιλέως ἀνεπλήσθη, πλείους ἀνοικισαμένου πόλεις. Τότε δ' οὖν ἔγνω D πολίχνην ἐν τοῖς οὕτω Μελαγγείοις καλουμένοις ἀνεγεῖραι. Τοῦ μέντοι ἔργου προβαίνοντος ἠγγέλει αὐτῷ, ὡς τῇ πρεσβυτάτῃ τῶν βασιλέως Ἰωάννου θυγατέρων, ἣν ὁ Καῖσαρ ἠγάγετο Ῥογέριος, νόσος ἐπιγενομένη ἄφυκτον ὑπογράφει τὸν κίνδυνον. Εἰς ὅσον οὖν πέρατι δοῦναι τὸ ἔργον τῷ χώρῳ ἐνδιατρίψας, τῆς ἐπὶ Βυζάντιον εἴχετο. ἀλλὰ μεταξὺ τὸ χρεὼν ἐκείνην ἀπέπλησε. Γυνὴ μεγαλόφρων ἐν τοῖς μάλιστα καὶ πολὺ τὸ ἀρρενωπὸν ἔχουσα. Ἐγὼ δ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος εἰς μνήμην ἦλθον τοῦ ἔργου τῆς γυναι-

κὸς ταύτῃσι, καὶ ἔσεπειτα θαυμάζεσθαι ἄξιον. A
Φασὶ τὸν Καίσαρα Ῥογέριον τῇ βασιλείᾳ καὶ αὐτὸν καὶ ἐκεῖνον ἐποφθαλμίσαντα τὸν χρόνον, ὁπηνίκα οὔπω μετὰ τὴν βασιλέως Ἰωάννου τελευτὴν ἡ Κωνσταντίνου τὸν νέον αὐτοκράτορα εἶχε, συστασιώτας ἑαυτῷ ἄλλους τε προσεταιρίσασθαι συχνούς, καὶ δὴ καὶ τινα Ἰταλιωτῶν γένους συμπατριώτην αὐτῷ ἐκ παίδων ὄντα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἑταιρίσασθαι εἰς τετρακοσίους μάλιστα ἀριθμουμένους. Ἦν δὲ ὁ Ἰταλιώτης γένος μὲν περιφανὴς καὶ ἐπίδοξος, Καπύης δὲ πόλεως ἐξάρχων Ἰταλικῆς, πολυανθρωποτάτης ἄγαν καὶ εὐδαίμονος. Αἰτία δὲ αὐτῷ τῆς ἐν Βυζαντίῳ διατριβῆς αὕτη ἦν· ὁ τῶν τηνικάδε Σικελίας τυραννῶν Ῥογέριος, οὗ πολὺν ἐν τοῖς ὄπισθεν ποιησόμεθα λόγον, ἐπειδὴν τὰς Ἰταλικὰς ἀναγράφοιμεν μάχας, B ἐπὶ τὴν Καπύης λιχνευσάμενος ἀρχὴν, πολὺς ἐνέκειτο τῷ ἀνδρὶ πολεμῶν. ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἀπειρηκὼς, τὸ εἰς Βυζάντιον ἐστείλατο. Καίσαρι μὲν οὖν ταῦτα ἐπράσσετο. Ἡ δὲ σύνοικος ἐπεὶ μετὰ πολλὰς παραινέσεις ἰσχυρογνώμονα τοῦτον ἑώρα, καὶ δεινῶς βασιλειῶντα, καὶ οὐδ' ἂν εἴ τι γένηται μεταθησόμενον τοῦ σκοποῦ, τοῖς τῶν κοινῶν ἐπιμεληταῖς ὡς ἑαυτὴν μεταπεμψαμένη κοινοῦται τὸ πρᾶγμα. καὶ ἤ, φησιν, αὐτοί μοι τὸν ἄνδρα παράδοτε, ἢ γοῦν μελησάτω πάντως ὑμῖν τοῦ τῷ βασιλέως ἀδελφῷ συντηρῆσαι τὸ οὖμόν. ἡ μὲν ταῦτα εἶπεν. Οἱ δὲ τὸν Καίσαρα παντοδαπῶς ὑπελθόντες ἐπί τινα τῶν ἀγροῦ Βυζαντίου προαστείων ἐξῆγον, χρείας δῆθεν τινὸς ἕνεκα. Ἐπειδή τε ἐπὶ τοῦ τόπου ἐγένετο, αὐ- C τὸν μὲν ἐνταῦθα διατρίβειν ἀφῆκαν. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν ἦλθον. Ἡ μὲν δὴ Μαρία τοιάδε τις ἦν. Βασιλεὺς δὲ τοῦ πάθους ἀγγελθέντος αὐτῷ, τότε μὲν ἐς Βυζάντιον ἦλθε.

ε'. Μετὰ δέ τινα χρόνον ἐς τὰ ἐπὶ Ῥυνδακῷ αὐλισάμενος πεδία, ἔνθα βασιλεὺς Ἰωάννης φρούριόν τι ἐκ καινῆς ἀνῳκοδόμητο, ὃ Λοπάδιον ὀνομάζεται τοῖς πολλοῖς, ἐνταῦθα τὸν στρατὸν ἤγειρεν, ἐς τὴν Περσικὴν ἐμβαλεῖν διανοούμενος. Πέρσαι γὰρ τὰς μεταξὺ Ῥωμαίων σπονδὰς παραλύσαντες, Πρακανὴν πόλιν Ἰσαυρικὴν ἐκπορθήσαντες εἷλον, καὶ πλεῖστα ἄλλα Ῥωμαίους προσεζημίωσαν. Ἐπειδὴ γοῦν ὡς ἄριστα παρεσκεύαστο ἤδη, ἄρας ἐκεῖθεν σπουδῇ ἐπὶ τὰ πρόσω ἤγετο, κατὰ νοῦν ἔχων, ὡς ἂν ἀφυλάκτοις αὐτοῖς ἐξαπιναίως ἐπελθὼν ἡβηδὸν ἀπολέσειε. πλὴν ἀλλὰ D τοῦ μὲν σκοποῦ οὐ πάντῃ διήμαρτεν. οὐ μὴν καὶ χεῖρας ἔχρησε τῇ μάχῃ ἐκείνῃ. ὡς γὰρ ὀξέως τὸν Μύσιον ὑπερβὰς Ὄλυμπον, ἄχρι τε ἐς τὴν Πιθηκᾶν γεγονὼς, ἔνθα φρούριον αὐτὸς ἐδείματο καρτερὸν, νύκτωρ διὰ τῶν ταύτῃ ὀρῶν ἐπορεύετο, ἃ τῇ δὲ ἀποκρέμανται ὑψηλὰ, καὶ δεινῶς λάσια, ξυνέβαινεν ἐκ τῶν κατὰ τὰς λόχμας ἀναγομένων ἀτμῶν ἐμπιπλαμένῳ αὐτῷ τῆς κεφαλῆς ἀχθεινὸν κατενηνέχθαι, ὡς μηκέτι μηδὲ ἀναστῆναι δύνασθαι. μέχρι μὲν οὖν καὶ περὶ μέσας νύκτας σχεδόν τι καὶ ἀνεπαισθήτως εἶχεν αὑτοῦ. Μετὰ δὲ ὀλίγον ἀνασφή-

A deinceps admiratione dignum commemorare. Rogerium Cæsarem ferunt, mortuo Ioanne Imperatore, necdum Byzantium vllo obtinente Principe, Imperium cogitantem, collectos plurimos ad suas partes allexisse, atque in his gentilem quemdam Italum, ipsique a teneris annis familiarem, qui numero ad summum quadringenti. Erat autem & ille gente perinde Italus, natalium splendore illustris & conspicuus, Capuæ ciuitatis in Italia potentissimæ clarissimæque Dominus, cui Byzantij commorandi id causæ potissimum fuit. Rogerius tunc temporis Siciliæ Tyrannus, de quo multa deinceps memoranda occurrent, cum ad bella peruenerimus B Italica, Capuano inhians Principatui, acri bello hominem impetiit: Cui cum ille resistendo non esset, Byzantium se contulit. His igitur a Cæsare tentatis, vt eum coniux post multas admonitiones obstinatiorem vidit, Imperiumque validius affectantem, ni prouideretur, nequicquam a proposito posse dimoueri, accersitis quibus tum summa rerum erat, quæ agebantur, prodens, *aut mihi*, inquit, *virum tradite, aut vobis curæ sit Imperatoris filiam fratri meo reseruare*. Hi modis omnibus Cæsarem adorti, in propinquum Byzantio suburbanum adduxerunt, quasi res quæpiam illic agenda instaret, tum vbi eo C accessere, ibi dimisso illo, in vrbem rediere. eiusmodi ingenij fuit Maria. Illius autem cognito obitu Byzantium Princeps rediit.

V. Nec multo interiecto tempore, locatis ad Rhyndacenos campos castris, vbi castellum de nouo extruxerat Ioannes Imperator, quod Lopadium vulgo appellant, copias cogit, & in Persidem impetum facere constituit. Persæ si quidem, posthabitis fœderibus, Pracanam expugnauerant, vrbem Isauriæ, & alia insuper damna Romanis intulerant. rebus vt par erat ad bellum compositis, castra inde mouens, in vlteriora progreditur, quo incautos inopinate aggressus, puberes omnes internecione deleret. nec aberrauit omnino D a proposito, & si ad manus ventum non est. superato enim Olympo Mysiæ monte celebri, ad Pythecam cum peruenisset, vbi validam ipse arcem condiderat, noctu in eos secessit montes, qua confragosi, præruptique sunt, atque arbustis consiti: verum accidit vt ascendentes crebri e tesquis vapores caput ipsius adeo occuparent, vt stare vix posset, & ad mediam vsque noctem omnis sensus fere expers permaneret. tum recreatus paulululum, recuperata-

que consequente die valetudine , ipse quidem substitit ; suorum vero partem dimisit , præfectis ad rem peragendam idoneis ducibus. hi confestim hostibus obuiam facti , iisque profligatis , victorem exercitum cum multiplici præda, ouantes reduxerunt. Dum hæc aguntur ab Imperatore , Persæ, rebus ad bellum paratis , cum ingenti militum multitudine Thracesium irrumpunt Thema, resistente nemine. nam Theodorus cognomento Contostephanus , ad id ab Imperatore missus , exercitu comparato , nondum aduenerat. regionem illi , quam Celbianum vocant , populabundi ineunt , factaque non modica præda, regrediuntur. his Imperator cognitis , impos sui statim cum vniuersis copiis citato impetu Iconium contendit, scriptis prius ad Sultanum literis , quibus consilium suum nuntiaret. harum hæc fuit sententia. *Scire te volumus nostræ huic aduersus te expeditioni molimina tua causam præbuisse. neque enim tantum Pracanam haud tui iuris ciuitatem , a te pridem expugnatam , detines , sed & in Romanos agros nuper irrupisti. Iaconpesanem quoque socium nostrum , compluresque alios ibi phylarchos bello lacessere non desinis. tibi autem viro prudenti cogitandum fuit , nequaquam id neglecturos Romanos, multiplicemque a Deo vindice istiusmodi facinoribus pœnam rependendam.* Literarum id fuit argumentum : quas simul ac ille traditas perlegit : In hunc modum rescripsit. *Literas tuas accepimus, Maxime Imperator , parauimusque omnia quæ iussisti. reliquum tibi est accelerare aduentum. nobis autem crebris identidem missis Legationibus hic morari non conuenit, cætera & Deo & mihi curæ erunt. Locus vero congressui , Philomolium erit , vbi modo castra posuimus.* arrogantissimo hoc misso ad Imperatorem responso , Sultanus Philomelij , vbi castra prius locaueuerat , cum maiori Persicarum copiarum parte consistit , reliquas vero mittit , qui aduentantibus Romanis occurrerent. atque illi haud multo post cum Imperatore qui prope Acrunum aderat, ciuitatem in ea sitam regione quæ Calogreæ collis nuncupatur , prælium conserunt , funditusque deleti ac superati, quam celerrime fugiunt ad Sultanum complures , quos inter & Chares , magni vir apud Persas nominis, Romanorum gladiis interiere. Ille ex accepta clade animo confusus , nec instaurare curans aciem , aut rebus loco necessariis prouidere , fugæ & ipse se dedit.

A λας εἶτα ῥάων ἐς τὴν ὑστεραίαν γεγονώς, αὐτὸς μὲν ἡσυχῇ ἔμεινε, μοῖραν δὲ τοῦ στρατεύματος ἀπολεξάμενος ἱκανήν, ἅμα στρατηγοῖς ἐπὶ τὸ ἔργον διαφῆκεν. οἱ δὲ οὐκ ἐς μακρὰν δυνάμεσι περιτετυχηκότες ἐχθρῶν, ἐπειδὴ καθυπέρτεροι τῇ μάχῃ ἐγένοντο, λαφυρῶντε μέγα τι περιεβάλοντο χρῆμα, καὶ σὺν τροπαίοις ἐκεῖθεν ἀνέστρεψαν. Βασιλεὺς μὲν ταῦτα ἔπρασσε. Πέρσαι δὲ ἐν τούτῳ συσκευασάμενοι στρατῷ μεγάλῳ τῇ Θρακησίων ἐνέβαλλον γῇ. Οὐδενός τε σφίσιν ἀντιστρατοῦντος. Θεόδωρος γὰρ ὁ Κοντοστέφανος ἐπίκλησίς τε ἦν, τούτου δὴ ἕνεκα πρὸς Βασιλέως πεμφθείς, οὔπω ἔφθη τὸν στρατὸν ἀγείρας τῇ δὲ καταλαβεῖν. ἄχρι δὲ ἐπί τι τῶν οὐκ ἀπὸ θαλάσσης χωρίων, ὃ Κελβιανὸν B ὀνομάζεται, προνομεύοντες ἦλθον. λείαν τε ὡς πλεῖστοι ἐπαγόμενοι ἀνεχώρησαν. Τούτων ἐπειδὴ Βασιλεὺς ἤκουσεν, οὐκέτι κατέχειν ἑαυτὸν οἷός τε ἐγένετο. Ταχὺ γοῦν συσκευασάμενος ὅλαις ὁρμαῖς τὴν ἐς Ἰκόνιον ἐφέρετο, γράμμασι περὶ τούτου τὸν Σουλτὰν μεμηνυκὼς πρότερον. Εἶχε δὲ τὰ γράμματα ὧδε. Εἰδέναι βουλόμεθά σε πράγμασιν ἐγχειρεῖν, ἃ τὴν ἡμετέραν κατὰ σοῦ διερεθίζουσιν ἔφοδον. Πρακανὴν γὰρ οὐδέν σοι προσήκουσαν αὐτὸς ἀφελόμενος ἔχεις, καὶ πρός γε Ῥωμαίων ἔναγχος ἐπῆλθες τῇ γῇ. Σὺ δὲ καὶ Ἰαγουπασὰν ἀνδρὶ Ῥωμαίοις ὑπόσπονδον πλείστοις τε ἄλλοις τῶν τῇδε φυλάρχων οὐκ ἀνίης ἔτι πω τινὶ πολεμῶν. Καί τοι ἔδει σε ἄνδρα ξυνετὸν ὄντα ἐκεῖνο κατανοεῖν ὡς οὐκ C ἄν ποτε Ῥωμαῖοι τοιάδε περιφρονούμενοι καταδέξαιντο ἄν, καὶ λελείψεταί σε πολυπλασίαν θεοῦ τὴν ποινὴν ἀποδοῦναι. Ἢ τοίνυν ἀπόσχου τῶν παραλόγων, ἢ μὴν τῇ παρασκευῇ ἔσο, ὡς αὐτίκα Ῥωμαίοις ὑποστησόμενος. Τὰ μὲν δὴ γράμματα ἐν τούτοις ἦσαν. Ὁ δὲ ταύτην αὐτῷ κομισθεῖσαν ἀναλεξάμενος τὴν ἐπιστολήν, ἀμείβεται ὧδε. Ἐδεξάμεθά σου τὰ γράμματα, μέγιστε Βασιλεῦ. καὶ δὴ καὶ παρεσκευάσμεθα ὥσπερ ἐκέλευες. Σὸν δ' ἂν εἴη λοιπὸν ἐπιταχῦναι τὴν ἄφιξιν, μηδὲ μακραῖς ἡμᾶς ἐνταῦθα διάγειν ἐπαγγελίαις. Τἆλλα δ' ὅπως ἔσται θεῷ καὶ ἡμῖν μελήσει. Χῶρος δ' ἡμῖν εἰς ξυντυχίαν Φιλομίλιον τὸ δὲ ἔστω, οὗ δὴ ἐν ᾧ τὰ νῦν ὄντι ἡμᾶς στρατοπεδεύεσθαι ξυμβαίνει. Τού- D τοις ὁ Σουλτὰν φορτικώτατα Βασιλέα διαμειψάμενος, ὁ μὲν αὐτοῦ που ἐν Φιλομιλίῳ, ἔνθα τὸ πρότερον ἐν στρατοπεδευσάμενος ἔτυχε, σὺν τῷ πλείονι τοῦ Περσῶν ἔμεινε στρατοῦ. μοῖραν δέ τινα τούτων ἀποτεμόμενος ὑπαντιάζειν Ῥωμαίοις ἐπιοῦσιν ἐξέπεμψεν. οἳ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἀγχοῦ πόλεως Ἀκρουνοῦ περί τινα χῶρον, ᾧ Καλογραίας βουνὸς ἡ κλῆσις ἐστί, Βασιλεῖ γεγονότι συμμίξαντες, ἡττήθησάν τε κατὰ κράτος, καὶ φυγάδες ἐπὶ τὸν Σουλτὰν ἦλθον. Πολλοί τε ἄλλοι καὶ Χαρὴς παρὰ Πέρσαις ὀνομαστός, Ῥωμαϊκῆς ἔργον ἐγένετο μαχαίρας. Ὁ δὲ τῷ συμπεσόντι καταπλαγεὶς τὴν ψυχήν, οὐδ' ὅσον ἐνσκευάσασθαι, οὐδ' ὅσον κομίσασθαι τῶν πρὸς τὴν χρείαν τῷ χώρῳ ἐπιμείνας ᾤχετο φυγὰς ἐκεῖθεν ἀπιών.

Ὁ πυθόμενος Βασιλεὺς, ἀμφοτέρων τε ἐπικερτομῆσαι αὐτὸν διανοηθεὶς, θράσους τε τοῦ προτέρου, καὶ δειλίας τῆς εἰσέπειτα τοῦ μετρίου πέραν γεγενημένον, ἐπέστειλεν αὐτῷ τοιάδε. Ἐχρῆν μέν σε, ὦ γενναῖε, ἐκεῖνο καλῶς εἰδότα, ὡς ὅσον αἰσχρόν ἐστιν ἡ δειλία, τοσούτῳ μᾶλλον αἴσχιον γίνεται, ὁπηνίκα θράσος αὐτῆς προηγησάμενον τύχοι, μὴ οὕτως δυσεπιστρόφως τὸν ἐς τὸν πόλεμον ἔχειν. Ἐπειδὴ δ' ὥσπερ παντάπασιν ἐπιλελησμένος λήμματός τε τοῦ προτέρου, ὧν τε ἔναγχος ἐς τὴν ἡμετέραν ἐπέστειλας βασιλείαν λόγον πεποιημένος οὐδένα, ἀποτρέχεις οὐκ οἶδα ὅπη, ἡμεῖς ἰδού σοι τούτων ἀνάμνησιν φέρομεν. Εἰ μὴ τοίνυν ἐν Φιλομηλίῳ, ὥσπερ ἤδη φθάνεις ἡμῖν ἐπηγγελμένος, τὴν ἡμετέραν ἀναμενεῖς ἄφιξιν, λείπεται πάντως ὡς τὸ γενναῖον ἐκεῖνο καὶ μεγαλόψυχον σφόδρα δειλὸν καὶ ἀγεννὲς ἀντιπαρειέσι σοι. Τὰ μὲν δὴ γράμματα ἐν τούτοις ἦσαν. Βασιλεὺς δὲ ἐν Φιλομηλίῳ γενόμενος, αὐτὸ μὲν κατὰ κράτος τε εἷλε καὶ ἐνεπρησεν ἅπαν. Ῥωμαίων δέ τινας μακροῦ τοῦ χρόνου ἐνταῦθα ὑπὸ φρουραῖς καθειργμένους εὑρὼν, ἔλυέ τε τῶν δεσμῶν τοὺς ἀθλίους, καὶ φῶς ὁρᾶν παρεῖχεν ἐλεύθερον. Πέρσαι γὰρ τὸ μὲν πρῶτον δυνάμει τῇ σφῶν θαρρεῖν ἔχοντες, ἄλλοθι γῆς Βασιλέως ἐπιόντος μετοικίζειν αὐτοὺς οὐδαμῇ ἔγνωσαν. Ἐπεὶ δὲ δέος αὐτοὺς ἤπειγεν, οὐχ ὅπως αὐτῶν κατημέλουν, ἀλλὰ καὶ τὰ σφετέρου περὶ ἐλάσσονος ἔθεντο. Τῶν δὲ γραμμάτων ἀπενεχθέντων εἰς τὸν Σουλτὰν, εἴτε τὴν ἐντεῦθεν ἐπίπληξιν αἰδεσθεὶς, εἴτε καὶ ἄλλο τι ἐννοησάμενος, ὀπίσω ἐχώρει ἐπί τινά τε χῶρον ἀναδραμὼν ταχέως, Ἀνδραχμὰν Περσικῶς ὠνομασμένον, ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεύετο. Ταῦτα ἐπειδὴ Βασιλεὺς ἤκουσε, παραυτίκα διεκόσμει τὸ στράτευμα, πόλιν τε Ἀδριανούπολιν ὑπερβὰς, διαβαίνει γὰρ καὶ ἐς αὐτὴν Λυκαονίαν τὸ ὄνομα τοῦτο, ἔν τινι χώρῳ Γραῖτα ὄνομα τὴν παρεμβολὴν ἐποιήσατο. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ, ἤδη γὰρ οὐ πόρρω ἀποσκηνοῦν ἀμφοτέροις συνέβαινε τοῖς στρατεύμασι, ταξάμενος προσωτέρω ἐχώρει. Ἐπειδή τε ὁμόσε τοῖς Πέρσαις ἦλθε, ἔργου εἴχετο. Πέρσαι τοίνυν μηδὲ τὴν πρώτην Ῥωμαίους ὑποστάντες, ἐς ὑπαγωγὴν ἔκλινον. Οἱ δὲ κατὰ νώτου αὐτοῖς ἐφεπόμενοι, οὓς μὲν ἀνῄρουν, οὓς δὲ ἐζώγρουν. Ὁ δὲ Σουλτὰν οὐ πρότερον ἀνῆκε φεύγων, πρὶν ἢ τεταραγμένος ἐς Ἰκόνιον ἐλθὼν ἐντὸς τειχέων εἰσπεσεῖν· ἐπειδή τε ἤδη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καθεστήκει, βουλὴν βουλεύεται τοιάνδε. Εἰ μὲν ἔνδοθι οὐ πάνυ τι ἐθάρρει, ὡς μὴ ἐνταῦθα κατακλείσας ἑαυτὸν ἀπρόϊτον πολιορκοῦσι Ῥωμαίοις ἐργάσηται. ἄλλως τε καὶ τὸ τοῦ πολέμου τέλος οὐκ εἰδὼς, εἰς ὅ, τι τύχης αὐτῷ περιστήσεται, ἐν στενῷ περισχεθῆναι ἀξύμφορον ᾤετο. Καὶ δὴ τὸ μὲν τοῦ στρατεύματος ἐπὶ φυλακῇ τῆς πόλεως ἔταξε. τὸ δ' ἄλλο διχῇ διελὼν, τὸ μὲν κατὰ νώτου τῆς πόλεως ἐπὶ τοῦ

A quo cognito Imperator, vtrumque illi exprobrare gestiens, & quod audaciæ primum, & metus deinde excessisset fines, literas ad eum in hanc fere sententiam dedit: *Non decebat te, Generose Princeps, qui probe noueras per se turpem metum fieri turpiorem, cum præcessit ferocia, bellum adeo segniter gerere. Quandoquidem igitur propositi prioris immemor, & iis quæ paulo ante ad Maiestatem nostram rescripseras, neglectis, nescio quo recedis, ecce tibi horum memoriam refricamus. Nisi itaque aduentum nostrum, sicuti nobis iam antea nuntiasti, Philomelij opperiaris, reliquum erit, vt palam profiteamur magnanimitatem istam tuam* B *degeneri timore elanguisse.* Literarum ea fuit summa. Manuel vero Philomelium progressus, vrbem vi expugnat, totamque incendit, & e Romanis aliquot, qui captiui iamdudum detinebantur, pristinæ restituit libertati. Persæ quippe freti primo viribus suis, atque alio terrarum abeunte Imperatore, de transferendis iis nequicquam cogitarant. at vbi illos incessit metus, non captiuos modo, verum propria neglexerunt. Perlatis ad Sultanum literis, siue ex castigatione Principis pudore suffusus, siue alia nescio qua de causa, retulit pedem, regionemque Andrachmam a Persis nuncupatam magnis itineribus petiit, ibique castra C posuit. Id postquam accepit Imperator, apparato confestim exercitu, vrbem Adrianopolim supergressus, (istud quippe nominis ad Lycaoniam vsque excurrit) in quadam regione, quam Graitam vocant, fixit tabernacula. Postera die, cum leui vtique interuallo vtraque derimeretur acies, instructo agmine, castris excedit, signisque cum hostibus collatis, prælium init. ac Persæ quidem primum Romanorum non sustinentes impetum, ad receptum se se comparant. Instant contra Romani a tergo, alios occidunt, alios capiunt viuos. Sultanus non ante destitit a fuga, quam perculsus metu intra Iconij mœnia se se abdidisset. D Sed neque ibi adhuc in tuto positus, hæc secum animo voluit. Cum nempe vereretur, ne si intra mœnia se se pateretur includi, Romanis vrbem obsidione cingentibus, nullus sibi superesset euadendi locus: ancipites præterea mente versans bellorum euentus, incertusque quo inclinatura esset fortuna, angusto coerceri loco haud opportunum arbitrabatur. Itaque relicto ad præsidium ciuitatis idoneo militum numero, reliquos bifariam diuidit. partem vnam à tergo vrbis, loco

arduo, stare iubet: aliam, cui ipse præerat, ad dexteram locat, fretus maxime positione montis, qui Iconium Cabalamque castrum interiacet.

VI. Dum hæc agebantur apud Persas, peruenit Imperator ad Cabalam, ibique nescio quo œstro percitus, in Sultanum inuadere decreuit: sed quo is loco consideret, cum statim non potuisset rescire, animi impetum paulisper inhibuit. tum militari, qua potissimum præstabat experientia, edoctus, ad dexteram ciuitatis præesse illum militum cuneo, signiferum fræno apprehensum eo confestim trahit, rapitque. Stupuit ad eiusmodi facinus Romanus exercitus, magni instar miraculi ratus esse, quod tantas copias, & quæ suas numero longe excederant, inopinato vellet aggredi, atque ita prælij aleam subire. terrebat enim quod non appareret agmen illud hostile, eosque quos videbat, præcursores esse arbitraretur copiarum hostilium, quæ in montium faucibus delitescerent. Ea admiratione defixis, sensim tandem reddita vultui serenitate, *Viri*, inquit, *Romani, animorum vestrorum solertiam non perturbet Barbarorum stratagema. Neque enim propterea quod ab exercitu, qui e regione conspicitur, abesse signa contingat, ea alibi cum copiis aliis latere, vel adesse, existimandum est. nullam, vt arbitror, aliam exercitus partem habent Persæ: sed intra arbusta & in obscuro habent militaria signa, vt ostentatione multitudinis terrorem nobis incutiant. Nolite numerum extimescere Barbarorum, spernite potius imbecillitatem; iis enim qui fucum faciunt, adest raro veritas. Contendo igitur cum his qui coram sunt conserturus manus. vestrum erit cum cæteris copiis subsequi, ne alias hostium insidiis circumueniamur.* Hæc locutus Imperator, impetu magno in hostes fertur, locumque occupat sinistrum, mediæ illorum obuersum aciei, in qua plurimi stabant optimique Persarum. At hi, superioribus, vt opinor, præliis attriti, repressaque audacia, vbi Romanos micare gladios vident, relictis ordinibus dissipantur passim, vnoquoque militum inde euadere inter primos adnitente. In quibus ipsum etiam aiunt adfuisse Sultanum. Romani dum fugientibus acrius instant, non parum temporis consumpsere. atque ita quidem se se res habuit. Aliæ interim Romanorum copiæ, instructis, vt retuli, ordinibus a tergo succedentes, primo quidem in insidias quasdam, nec opinato, delapsæ, fugantur. Ingruentibus quoque a tergo aliis turbari etiam cœperunt: nam

A κατόπιν τούτοις ἔστησεν, ὁ δὲ αὐτὸς ἔχων ἐν δεξιᾷ παρετάξατο, τῇ τοῦ ὄρους ὀχυρότητι μάλιστα πεποιθὼς, ὃ μεταξὺ πόλεως Ἰκονίου, καὶ τοῦ φρουρίου Καβάλας ὑποτείνει.

ϛʹ. Πέρσαι μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν. Βασιλεὺς δὲ ἐπειδὴ πρὸς τῇ Καβάλᾳ ἤδη ἐγένετο, δαιμονίᾳ τινὶ κεκινημένος ὁρμῇ, τὴν ἐπὶ τὸν Σουλτὰν ἐσφάδαζεν ἰέναι. οὐκ ἔχων δὲ ἐκ τοῦ παραχρῆμα στοχάζεσθαι ὅπῃ αὐτὸν ξυνέβαινεν εἶναι, πρὸς βραχὺ μὲν ἐπεσχέθη τῆς ὁρμῆς. Στρατηγικῇ δὲ ἐμπειρίᾳ τῆς ἐν δεξιᾷ τῆς πόλεως ἐξηγεῖσθαι φάλαγγος αὐτὸν διεγνωκὼς, ὅστις γὰρ εἴπερ τις τὰ τοιαῦτα ἐτύγχανεν ὤν, αὐτίκα τοῦ σημειοφόρου λαβόμενος, εἷλκε τοῦ ῥυτῆρος ἐπ᾽ ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐπιστρέφων αὐτόν. Διαπορουμένου δὲ τοῦ Ῥω- B μαίων στρατοῦ, καὶ ἐν θαύματι μεγάλῳ ποιουμένου τὸ πρᾶγμα, ὅπως ἐς τηλικαύτην ἀνυπέρβλητον ἰσχὺν ἀπροοράτως ἐθέλοι παρακινδυνεύειν οὕτως. ἐξεπλήττετο γὰρ αὐτοὺς τὸ μηδαμοῦ τοῦ στρατεύματος ἐκείνου διαφαίνεσθαι, κἀντεῦθεν ᾤοντο πρόδρομα ταῦτα τῆς σὺν τῷ Σουλτὰν ἔσεσθαι παρατάξεως, ὧν τοῦ ὄρους ὡς εἰκὸς ἀμφιλαφεῖ κρυπτομένης· θαυμαζόντων οὖν, αὐτὸς ἠρέμα διακεχυμένος τὸ πρόσωπον, Ἄνδρες ἔφη Ῥωμαῖοι, μὴ δὴ τέχνῃ Βαρβαρικῇ δεδίττεσθε τὴν ὑμετέραν ἀγχίνοιαν, μηδ᾽ ἐπὶ ταῖς σημαίαις ἀπεῖναι ξυμβαίνει τοῦ κατὰ μέτωπον ἡμῖν ὁρωμένου τούτου στρατεύματος, ἀλλαχόθεν που ταύταις C σὺν στρατεύματι ἄλλῳ παρεῖναι οἴεσθε. Οὔτε γὰρ ἑτέρα τις μοῖρα δυνάμεως ὑπολέλειπται οἶμαι Πέρσαις, καὶ τὰ σημεῖα δὲ σφίσιν αὐτοῦ που, καὶ ἐπὶ τῇ λόχμῃ ἑστᾶσιν ἐν τῷ ἀφανεῖ, ἵν᾽ ἐπιδείξει πλήθους ἐκπλήττειν ἡμᾶς ἔχοιεν. Μὴ τοίνυν τοῦ πλήθους θαμβεῖσθε τὸ βάρβαρον, περιφρονεῖτε δὲ μᾶλλον τῆς ἀσθενείας. οὐ γὰρ πέφυκεν ἀλήθεια φαντασίᾳ συγγίνεσθαι. ἀλλ᾽ ἐγὼ μὲν σὺν τῶν ταγμάτων τοῖς ἐμπροσθίοις ἄπειμι παραυτὰ συμμίξων αὐτοῖς. Ὑμᾶς δέ μοι ξὺν τῷ ἄλλῳ στρατεύματι ξυντεταγμένους ἐπιέναι χρεὼν, μήποτε πολεμίων ἐνέδραις περιπεσεῖν γένοιτο. Ταῦτ᾽ εἰπὼν ὁ Αὐτοκράτωρ, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἵετο, χώραν αὐτὸς τὴν ἐν D ἀριστερᾷ κληρωσάμενος, ἅτε τῷ μεσαιτάτῳ ἀντιμετωποῦσαν τοῦ τῶν ἐναντίων στρατεύματος, ἔνθα πλείστους τε καὶ ἀρίστους συνέβαινεν εἶναι Περσῶν. Πέρσαι τοίνυν μάχαις, οἶμαι, ταῖς προλαβούσαις παρειρτημένοι τὴν τόλμαν, ἐπειδὴ τὴν Ῥωμαϊκὴν εἶδον ῥομφαίαν, τὴν τάξιν ἀπολείποντες, οὐδενὶ κόσμῳ ἐφέροντο, ὅπως αὐτὸς ἕκαστος πρότερος ἐνθένδεν ἀπαλλάσσοιτο σπουδὴν ἔχοντες. Ἔνθα καὶ τὸν Σουλτὰν ἡ φήμη παρεῖναι διήγγελε. Φευγόντων οὖν, Ῥωμαῖοι τῇ διώξει ἐγκείμενοι, πολύν τινα κατέτριψαν χρόνον. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. Τὸ δὲ ἄλλο Ῥωμαίων τὸ στράτευμα κατὰ νώτου συντεταγμένως, ὥσπερ εἴρηται, ἐπιὸν, τὸ μὲν πρῶτον λόχοις τισὶν ἐξ ἀπροσδοκήτου περιτυχὸν ἐτρέψατο. Εἶτα καὶ τῶν ἄλλων κατόπιν ἐπιθεμένων αὖθις, ὅσοι τε

Ἰκονίου

A Ἰκονίου ἐντὸς φυλακὴν εἶχον. ἐπεξῄεσαν γὰρ ἤδη καὶ οὗτοι, θαρσήσαντες ὡς τὸν Αὐτοκράτορα μακρὰν ἄποθεν Ἰκονίου ποιεῖσθαι τὴν δίωξιν, καὶ ὅσοι ἐν κατάντει τῆς πόλεως ὄπισω, καθάπερ εἴρηται, ἐτάξαντο, κλονεῖσθαι ἤδη ἤρξαντο. ὅπερ ἐπεὶ τάχιστα Βασιλεὺς ἤκουσεν, ἐπ' αὐτοῖς δυνάμεις τῆς σὺν αὐτῷ τὴν ταχίστην ἐξέπεμψεν, ὧν Πυρρογεώργιος τε ἦρχεν, ἀνὴρ δραστήριος μάλιστα, ὃς καὶ τῷ Πριμμικηρίου τῆς αὐλῆς ὕστερον τετίμηται ἀξιώματι, καὶ ὁ Χουρούπ ἐς τοὺς Βασιλέως καὶ πρὸς τῆς Ἀλουργίδος ὑπηρέτας τελῶν. ἀλλὰ καὶ τούτων βεβοηθηκότων, οὐδὲν ἧττον καὶ πάλιν κλονεῖσθαι συνέβαινεν ἅπαξ πεπονηκὸς τὸ στρατιωτικόν. Ἀλλὰ Βασιλεὺς, ἦν γὰρ ὀξύτατος τὸ δέον εὑρεῖν, καὶ καταστοχάσασθαι τοῦ πρακτέου δεξιώτατος, B ἔγνω ἐπινοίας μᾶλλον ἢ ἰσχύος ἐνταῦθα χρῄζειν τὸ πρᾶγμα. αὐτίκα τοίνυν τὸν τινα στρατιωτῶν καλέσας, Βεμπετζιώτην μὲν ἐπικεκλημένον, πόλεως δὲ ὡρμημένον Ἀδριανοῦ, ἐκέλευε τὸ κράνος τῆς κεφαλῆς ἀποθέμενον, μετέωρον δὲ τῆς χειρὸς πανταχόσε περιδινοῦντα, τὴν τοῦ Σουλτὰν δῆθεν ἐπὶ τοῦ στρατεύματος διακηρυκεύεσθαι ἅλωσιν. οὗ γεγονότος, ἀνεθάρρησέ τε παραχρῆμα τὸ Ῥωμαϊκὸν, καὶ τοὺς ἐναντίους ἰσχυρῶς ἐγκειμένους ἀπεώσατο. Οὕτω πολλάκις ἓν βούλευμα συνετὸν ὑπὲρ μυριοπληθεῖς ὤνησε χεῖρας, καὶ ἀνδρὸς ἑνὸς ἀρετὴ πολλῶν ἀσπίδων δυνατωτέρα γίνεται. Ἀλλὰ τότε μὲν ἐπειδὴ τάχιστα νὺξ ἐπῄει, αὐτοῦ που ηὐλίσαντο. Ὡς δὲ C κύκλῳ περιελθὼν οὐκ εὐέφοδον εἶναι αὐτὸ κατενόει, ἥ τε φήμη, ἢ ἔθνη τὰ πρὸς δύοντα ἥλιον ἐξ ἐθνῶν ἐπαναστάντα τῶν πατρίων, ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων παμπληθεὶ ἐμήνυε φέρεσθαι, ἑκάστης ηὔξανεν ἡμέρας, τοῦ μὲν πολιορκεῖν ἀπέσχετο· χρόνου τε πλείονος καὶ μείζονος ἄλλης, ἢ κατ' ἐκείνην δῆθεν νομίσας παρασκευῆς, δῃώσας δὲ καὶ ἀφανισμῷ τὰ ἐν ποσὶ παραδοὺς, ἐκεῖθεν ἀπήλαυνεν. Ὅτε δὴ λέγεται, ὡς τοῖς πρὸς τῆς πόλεως Περσῶν τάφοις πολλὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἐνυβρισάντος, ἔκθετά τε τῶν σωμάτων ὡς πλεῖστα πεποιηκότος, ὁ δὲ οὐδ' ἐν τηλικούτοις καιρῶν ὀξύτησι κατυφεῖναι θέλων τοῦ μεγαλοπρεποῦς, τῆς τοῦ Σουλτὰν γειναμένης παντάπασιν ἀνύβριστον διατηρηθῆναι τὴν κόνιν ἐκέλευε. D Χρῆναι τοῖς καὶ κατὰ βραχὺ σωφρονοῦσιν εἰπὼν, αἰδεῖσθαι μᾶλλον δυστυχοῦσαν εὐγένειαν. Γράμματά τε χαράξας οὐ πόρρω θρύψεως ὂν περὶ τὴν τοῦ Σουλτὰν ἔπεμπε γαμετήν. Εἶχε δὲ ὧδε τὸ γράμμα. » Εἰδέναι βουλόμεθά σε, ὡς τὸ τῆς ἡμετέρας παιδίον Βασιλείας ὁ Σουλτὰν ζῇ, καὶ ἔτι περίεστι τὰς τοῦ πολέμου χεῖρας διαπεφευγώς. ἡ δὲ πρόβατα περί που τὰ δισχίλια, καὶ βοῶν μέγα τι χρῆμα, καὶ πλεῖστα ἄλλα τῶν ἐδωδίμων, ἐν παρασκευῇ μὲν εἶχεν, ἐφ' ᾧ Βασιλέα τούτοις δεξιώσαιτο. Ἐπεὶ δὲ πυρὶ τὰς περὶ τῆς πόλεως οἰκοδομὰς, καθάπερ εἴρηται, τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔφλεξεν, οὐκέτι πέρατι τὸν σκοπὸν ἐδω-

& quotquot erant Iconij præsidiarij milites excesserant, ea fiducia, quod Imperatorem longius ab vrbe insequendi ardor abripuisset: vt & quotquot post ciuitatem, vti memoratum, in decliui steterant. Id simul accepit Manuel, partem copiarum quanta potest celeritate mittit, quibus præpositus fuit Pyrrogeorgius, vir maxime industrius, qui postmodum Primicerij Aulæ dignitate auctus est, & Churupus, inter ministros Imperatoris, qui a Purpura sunt, allectus. Illis licet adiuuantibus, nihilo serius rursum conturbatur acies. At Imperator animo perspicacissimus & in rebus inuestigandis solertissimus, consilio potius quam armis rem tum egere animaduertit. aduocato igitur cuidam e militibus, nomine Bempetziotæ, qui Adrianopoli oriundus erat, iussit vt demptam capite galeam, & manibus in altum sublatam circumferret vbique, captumque esse Sultanum magna per exercitum voce proclamaret. Id stratagematis Romanorum extemplo subleuauit animos, vimque hostium acrius insistentium retudit. Ita sæpe numerosis copiis vtilius fuit consilium prudens, virique vnius virtus clypeorum robore validior. Sent. At deficiente die, ibi pernoctatum. Inde profectus Iconium, quod vbi vndique explorauit, viditque aditu haud facile, rumore ad hæc increbrescente in dies, Occidentis populos patriis excitos sedibus ingenti multitudine ad fines Romanorum contendere, ab eo oppugnando destitit. Tempore præterea maiore, longeque alio apparatu, quam qui aderat, opus sibi fore animaduertens, obuiis quibusque incensis & perditis, recessit. Ferunt tum militibus Romanis fœde ac contumeliose Persarum posita iuxta vrbem sepulchra tractantibus, nec non ex iis multa refodientibus cadauera, Principem eo difficilium temporum momento, magnanimitatis non oblitum suæ, inuiolatus vt seruaretur matris Sultani cinis, præcepisse: dixisseque, Vel minimum sapientibus reuerendam esse nobilitatem infelicem. Sent. Scriptas itaque officiosas admodum literas ad Sultani coniugem mittit, in hanc sententiam: *Scias velim, Sultanum Maiestatis nostræ seruum viuere, & superesse adhuc, vitatis belli periculis.* Illa vero pecudum circiter duo millia, boum copiam ingentem, & cibaria alia complura, quibus exciperet Imperatorem, adparauerat. Sed vbi ædificia suburbana, vti memorauimus, Romani incenderunt, haudquaquam executa est proposi-

tum. His ita constitutis, cum iam reditum moliretur Imperator, iterum ad Sultanum scribit literas, eo argumento: *Multum te sæpenumero quæsiuimus, nec dum inuenimus. Fugis enim semper, atque instar vmbræ te nobis subducis. ne itaque videamur bellum gerere cum vmbra, domum denuo repetimus: proximo autem vere maiori cum apparatu ad te reuertemur. prouidendum tibi ne & tum quoque fugam inertem quaquauersum capessas.* Hæc ille.

VII. Interea Persarum magna vis, quæ regiones vltra Iconium sitas incolebat, vbi imperauerat Thanisman ille, auxilium vt ferret Sultano venit, illiusque copiis adiungitur. quibus ille elatus, non fugere, vt ante, voluit: quin potius ordinato agmine cum Romanis, qui tum ad eum peruenerant locum, quem Tzebrelitzeman barbarico vocabulo nuncupant, prælium initurus deproperat. est vero is, si quis alius, difficilis accessu, nec explicato duntaxat agmini, sed & paucis incedentibus, ægre peruius. Dum castra communire occupat miles, Imperator, quem acrius pungebat ætatis vigor, quique paulo ante duxerat vxorem ex Latinorum gente, militari aliquo facinore, secundum eorum morem, vires suas decreuit experiri. Viro quippe Latino, qui nuper coniugem sibi nuptiarum iure adiunxerit, nullum edere generositatis specimen, non modicum est dedecus. Insidias igitur in vallibus binis locat, quarum alteræ constabant ex agnatis, sibique arctissimo sanguinis nexu proximis, ac etiam sororiis: alteræ ex duabus militaribus cohortibus conflatæ erant, quibus præerat Nicolaus cognomento Angelus, vir impiger manu, & fortitudine insignis. Hos omnes isthic subsistere iubet, donec se conspiciant equo insidentem contra hostes progredi. Vix autem rogantibus Isaacio fratri & Ioanni Orientalium atque Occidentalium Domestico assensus, simul cum ipsis in locum quemdam proficiscitur, vbi Romanorum turmas aliquot sparsim pabulari animaduertit, ibique absconditis armis, ne a Persis ex eorum comparatione agnosceretur, opperiebatur, dum Persæ, vti erat vero simile, in pabulatores irruerent. Vbi vero nemo in conspectum venit, militem vocat ad se, Persam quidem genere, virum cæteroquin magnanimum, manuque strenuum, nomine Pupacem, huic præcipit, vt progrediatur longius, speculeturque diligentissime, num forte aduentantes aliunde Persas conspiceret.

A κεν. Ἦσαν δὲ ταῦτα μὲν τοιάδε. Βασιλεὺς δὲ ἐπειδὴ τῆς πορείας ἤρξατο, γράμμα καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν Σουλτὰν ἔπεμψεν. ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε. Πολλά σε πολλάκις ἀναζητήσαντες, οὔπω ἐτύχομέν σοι. φεύγεις γὰρ ἀεί, καὶ καθάπερ σκιὰ διολισθαίνεις ἡμῶν. ἵν' οὖν καὶ δοκοίημεν μὴ σκιαμαχεῖν, τοῦ τέως μὲν ἄπειμεν παλινοστοῦντες· ἔαρος δὲ σὺν μείζονι τῇ παρασκευῇ ἐπί σε ἥξομεν. μελήσει δέ σοι τοῦ μὴ καὶ τότε ἀναξίως οὕτως ἑαυτοῦ φεύγοντι οἴχεσθαι διόλου. Ταῦτα μὲν ἐν τούτοις ἦσαν τὰ γράμματα.

ζ'. Περσῶν δὲ οἱ ἀνωτάτω πόλεως ᾤκοντο Ἰκονίου, ἔνθα Θανισμὰν ἦρχεν ἐκεῖνος, δυνάμεις ὡς πλείστας ἐπὶ ὁμαιχμίαν παρὰ τὸν Σουλτὰν ἀφικόμενοι, συνέμιξαν ἤδη τούτῳ, αἷς ἐπαρθεὶς ἐκεῖνος οὐκέτι B φεύγειν ὡς τὸ πρότερον ἤθελε, ταξάμενος δὲ Ῥωμαίοις περὶ τὸν χῶρον Τζιβριλιτζημανὶ βαρβαρικῶς ὠνομασμένον ἤδη γεγενημένοις, ἐπιθέσθαι ἠπείγετο. ἔστι δὲ ὁ χῶρος δυσπρόσοδός τε εἴπερ τις, καὶ ἀνδράσι, μὴ ὅτι γε συντεταγμένοις, ἀλλ' οὐδὲ πορευομένοις κατ' ὀλίγους ῥᾳδίως διεξίτητος. Τὸ μὲν οὖν ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα ἤδη ἀμφὶ τῷ χάρακι ἐπονεῖτο· Βασιλεὺς δὲ τῇ ἡλικίᾳ τυραννούμενος, τι δὲ καὶ γυναικὶ οὐ πολλῷ συνοικήσας πρότερον, κατὰ ἔθος τὸ αὐτῶν ἀθυργῆσαί τι ἐς τὴν μάχην ἤθελεν. Ἀνδρὶ γὰρ Λατίνῳ ἄρτι γυναῖκα εἰσοικησαμένῳ, μὴ οὐχὶ ἀριστέα φανῆναι, αἰσχύνη οὐχ ἡ τυχοῦσα ἐπάγεται. Ὁ μὲν οὖν D λόχους περὶ ἑκάτερα ἐν φάραγξι δυσὶ καταθείς, ὃν μὲν ἐκ τῶν καθ' αἷμα καὶ ἐγγυτάτων αὐτῷ συνεστῶτα, ἐν οἷς ἄλλοι τε ἦσαν τῶν αὐτῷ οἰκειοτάτων πολλοί, καὶ οἱ ταῖς ἀδελφαῖς αὐτοῦ ξυνοικοῦντες· ὃν δὲ καὶ ἐκ καταλόγων δύο στρατιωτικῶν, ὧν ἡγεῖτο Νικόλαος ἐπίκλησιν Ἄγγελος, ἀνὴρ τήν τε χεῖρα γενναῖος, καὶ ἀνδρείας εὖ ἥκων, αὐτοὺς μὲν αὐτοῦ ἡσυχῇ μένειν ἐκέλευε, ἕως ἐπὶ τοὺς πολεμίους αὐτὸν ἱππαζόμενον ἴδοιεν. ὁ δὲ μόγις ἀξιοῦσιν Ἰσαακίῳ τε πεισθεὶς τῷ ἀδελφῷ, καὶ Ἰωάννῃ τῷ τῶν ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν Δομεστίκῳ, ἅμα αὐτοῖς ἐπί τι χωρίον ἦλθεν, οὗ δὴ C χορταγωγίας ἕνεκα τῶν τινας Ῥωμαίων σποράδας ἰόντας ἑώρα· ἐνταῦθά τε τὰ ὅπλα καλυψάμενος, ὡς μὴ ἐκ τοῦ παραλλάσσοντος Πέρσαις κατάδηλος εἴη, τῶν Περσῶν τινάς, ὡς τὸ εἰκός, κακουργήσοντας ἰέναι ἐξεδέχετο. ὡς δὲ οὐδεὶς οὐδαμόθεν αὐτῷ κατεφαίνετο, τῶν τινα Ῥωμαίων μεταπεμψάμενος στρατιωτῶν, Πέρσην μὲν τὸ γένος, Πουπάκην ὄνομα, ἀνδρεῖον δὲ ἄλλως καὶ πολὺ τὸ δραστήριον ἔχοντα, ἐκέλευε προσωτέρω χωρήσοντα, εἴπου Περσῶν τινας ἐπιόντας προσίδοι ἐπιμελέστατα διασκοπεῖσθαι. Ὁ μὲν οὖν

A ἀπῄει, καὶ μικρῷ ὕστερον ἐπανιὼν, Περσῶν οὐ πλείονας τῶν ὀκτὼ ἰδεῖν ἰσχυρίσατο. Ὁ δὲ Βασιλεὺς τοὺς ἄλλους πρὸς ταῖς ἐνέδραις, καθάπερ εἴρηται, ἀπολιπὼν, αὐτὸς σὺν τῷ ἀδελφῷ, καὶ τῷ Δομεστίκῳ, τοῦ Πουπάκη τὴν ὁδὸν σφίσιν ἀποδεικνύντος, ᾗ τάχους εἶχεν ἐπ' ἐκείνους ἤλαυνεν. Γαμβροῖς μέντοι τοῖς αὐτοῦ ἐπὶ τοσοῦτον ἀγανακτῆσαι παρεορaθεῖσιν ἐγένετο, ὡς καὶ ὅρκοις φρικωδεστάτοις αὐτῶν τε ἕκαστον, καὶ πάντας ὁμοῦ ξυνδῆσαι καὶ καταλαβεῖν, ἢ μὴν μηδὲ βουλομένῳ, ἂν οὕτω τύχῃ ταύτην ξυνάρασθαι Βασιλεῖ τὴν μάχην. Βασιλεὺς δὲ οὔπω τοῖς ὁραθεῖσιν ἀνεμίγνυτο τῶν Περσῶν, καὶ εἰς ὀκτὼ καὶ δέκα τούτοις ἠθροῖσθαι συνέβαινεν. ἤθελε μὲν οὖν, καὶ ἐσφάδαζεν ἐπ' αὐτοὺς ἰέναι, ὅπως μέντοι μὴ, ἅτε εὐζωνότεροι ὄντες ἀποδρᾶναι δυνηθεῖεν, οὐ B γὰρ εἶχεν ἐκ τοῦ σχεδὸν αὐτῶν καθιππάσασθαι, ἀπωτέρω ἔτι ἑστὼς, τοιάδε τι ἐννενόει. Ἐκέλευε τὸν Πουπάκην ἔγγιστα αὐτῶν γεγονότα, ἐπειδὰν προσιόντων αἴσθοιτο, φεύγειν δυνάμει πάσῃ, ἕως ἤδη παρ' αὐτὸν γένοιτο. Ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐποίει. ἐπεί τε διώκεσθαι πρὸς τῶν βαρβάρων ἤρξατο, ἤδη ἔφευγε λοιπὸν, οὐ μέντοι παντάπασιν κατετάχει τὸν δρόμον. Ἀεὶ δὲ ἐλπίδα τοῦ καταληφθήσεσθαι σφίσιν ἐμπαρεχόμενος, ἔλαθεν οὕτω ἄχρι καὶ εἰς Βασιλέα τούτους παρελκυσάμενος, οὐ μὴν οὐδ' ὡς τοῦ κατὰ σκοπὸν Βασιλεὺς ἔτυχεν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν εἶδον, θᾶττον ἢ λόγος ἐξιππασάμενοι ᾤχοντο· ὡς δὲ πεντήκοντα ἕτεροι κατόπιν αὐτῶν ἰοῦσιν συνῆλθον, τῷ πλήθει θαρσήσαντες ἐλογίζοντο ἤδη ὡς ἐπιόντα τοῦτον ὑποστησόμενοι. C Ὁ δὲ, καίτοι πολλὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν οὐκ ἐπαινούντων τὸ ἐγχείρημα, πολλοῦ γὰρ ἔφασκον ἤδη ἄποθεν τοῦ στρατεύματος αὐτοὺς γεγενῆσθαι, ὅλοις ὅμως ῥυτῆρσιν ἐδίωκεν, οὐδένα καιρὸν ἀνιεὶς, μέχρι μὲν οὖν τινὲς συμπαρῆσαν αὐτῷ, καὶ ὁ Σεβαστοκράτωρ καὶ συνιππάζετο. Ἐπεὶ δὲ τοῦ ἵππου ἤδη αὐτοῦ κεκμηκότος οὐκέτι προσωτέρω χωρεῖν ἠδύνατο, αὐτὸς μὲν αὐτοῦ που ἐλέλειπτο, τήν τε σωτηρίαν ἤδη ἀπογνοὺς, πολλὰ τὸν ἀδελφὸν παρεκάλει, γυναικός τε καὶ παίδων τῶν ἑαυτοῦ. ὁ δὲ αὐτῷ μὲν ἐπετίμα, καὶ τὴν ὀλιγωρίαν ὠνείδιζεν. Εἶτα,
» λέγων, ὦ φίλτατε ἀδελφὲ, ζῶντα με ὑπείληφας
» ὑπὸ ταῖς τῶν πολεμίων σε λελοιπέναι χερσί; μή σύγε
» μὴ οὕτως ἀναξίως ἑαυτοῦ καὶ φρόνει καὶ λέγε. τοῦ δὲ, Ἀλλὰ D
» κἂν μεῖνον γοῦν ὡς συνέψομαί σοι τῆς ἐπὶ τοὺς βαρβά-
» ρους ἰόντι, προσθέντος τοῖς λόγοις, Μετὰ τὴν συμπλο-
» κὴν, ἔφη θᾶττον, ἢν διδῷ θεὸς, ἐπί σε ἥξω. ὡς νῦν γε
» πρὸς ἑτέροις τὸν νοῦν ἔχω, καί με ἡ τοῦ ἀνδριαθήσε-
» σθαι ἐπιθυμία δεινῶς ἐφ' ἑαυτὴν ἕλκει. Ταῦτ' εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ, τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἤλαυνεν.

Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Βασιλέα τῇδε ἐφέρετο. Οἱ δ' ἐπὶ τὸν λόχον, καθάπερ εἴρηται, τεταγμένοι, τῶν ἐπὶ δόξης τινὰ ἐπίκλησιν Κοτέρσην, ὁπήποτε τύχης ἔχει τὰ κατὰ τὸν Βασιλέα μαθεῖν σπουδῇ ἔπεμψαν.

abit ille, & exiguo post tempore, haud amplius octo se vidisse renuntiat. Tum vero Princeps, reliquis, vt ante dictum est, in insidiis relictis, cum fratre & Domestico, præmonstrante viam Pupace, quanta potuit celeritate in eos contendit. At illius consanguinei, quod nullo loco habiti visi essent, tanta exarserunt indignatione, vt horrendis sacramentis se, & quotquot aderant omnes, constringerent, etiam si iuberet, deinceps vna cum Imperatore non se amplius certaturos. Ille visos Persas non ante est adortus, quam coiuissent numero octodecim. Cum igitur vellet gestiretque illos statim inuadere, ne cum essent expeditiores, fuga se proriperent; nec posset cum iis collato pede præliari, quod ipse adhuc distaret procul, tandem id comminiscitur. Pupacæ imperat, vt Persis accederet quam proxime, & simul ac illos cerneret aduenire, fugam arriperet, nec desisteret, donec sibi adiungeretur. Mandata ille executus, Barbaris insequentibus, paulatim cessit, non tamen ita maturauit fugam, vt sui attingendi spem præriperet hostibus: cum vero ij fraudis nescij ad Imperatorem vsque fuissent pertracti, nihil inde tamen ex animo ille consecutus est. Ipso quippe animaduerso, statim fugæ se dedere. mox adiuncti quinquaginta aliis subsequentibus, numero confisi, consilium capiunt opperiundi Imperatoris. Ille, & si comites vt plurimum facinus improbarent, seque dictitarent procul semotos ab exercitu, laxis habenis, ne tantillum quidem donec adesset aliquis moratus, vna cum Sebastocratore insequitur. Vbi vero fatigato iam equo pergere vlterius non potest, despondens animum saluteque quodammodo desperata, fratrem obsecrat, vxorisque ac liberorum curam habeat hortatur. At ille succensens fratri, exprobransque metum, *Frater*, inquit, *charissime, méne dum superstes sim existimas sub manibus te hostium relicturum? noli, quæso, tam indigne de me aut sentire, aut loqui.* Tum Imperator: *Mane igitur*, ait, *donec tecum Barbaros aggrediar.* At ille: *Post initum prælium*, inquit, *quam cito Deus dederit, ad te redibo. nunc quidem alia animo obuersantur, ac nescio quæ præclari cuiusspiam edendi facinoris me tenet libido.* His fratrem allocutus, irruit in hostes. atque ille tum forte casus Imperatori obuenit. qui vero in insidiis, vti memorauimus, positi erant, quemdam e magnatibus, Cotersem nomine, confestim mittunt, qui sciscitaretur quem

exitum habuissent ab Imperatore tentata. Verum hunc Imperator ad eos rursus missum, quam cito iussit celerare. Prætergressus ille adiacentem collem, incidit in agmen Persicum militum quingentorum, quod a tergo haud procul cum vniuersa acie subsequebatur Sultanus. Hos vt vidit, directa statim hasta in hostes ruit, pluresque fortiter dimicando in terram prosternit. Tantum facinus admirati illi, nescio quo stupore perculsi sunt. Interea dum hæc geruntur, iam prope conspiciebantur accitæ iussu Imperatoris Romanorum, quæ latuerant, vt dictum est, in insidiis, copiæ, quas postquam aduertere Persæ, parti vni exercitus subeunt, dum alia subsequitur a tergo, vt Romanos aduentantes expectaret. iam enim intra retia conclusos illos esse abitrabâtur. Dum suas sic componunt acies, Imperator defixæ in terram hastæ innixus, dat in mandatis Pupacæ, qui tum ipsi aderat, vt curaret sedulo, ne Romanos a proximo colle arcerent Persæ: ita quippe fore, vt omnis sibi intercluderetur exitus. Sedenim Pupaces consilium respuens Imperatoris: *Desine*, inquit, *desine; nonne vides Domine, quanta in mala præcipites ruamus? salutis tandem memineris tuæ.* Hæc igitur, aliaque multa id genus clamitans, posteaquam nihil persuasit, iussa exequitur. Cum enim non absque probro locum se deserere posse putaret Imperator, eiusmodi monitis aurem præbere noluit. Rursum igitur in hostes progressus, vnoque ex iis occiso, cæteris terrorem iniecit. auctis inde animis collem petit, quo & alij e Romanis conueniunt, & ante omnes Ioannes fratris filius, quem postea Sebastocratoria dignitate donauit. Ita liberatus periculo Princeps, inde abscessit, sudante non modicum, acriusque anhelante equo. Ioannes vero Domesticus, implicito hostibus Imperatore, relictus post tergum, veritus ne hostibus subinde turmatim subeuntibus, cum nulla adesset præterea auxilij spes, veniret in eorum potestatem; haud sana in his rerum angustiis consilia meditatus, locum in quo tum erat, esse ait maxime opportunum, modo occurreret, eoque cogeret copias Imperator. Cum igitur plurimos ex iis, qui a castris pergebant ad Principem, detinuisset, eorum ope seruatus, ad Imperatorem venit. Ioannes autem, Romanique alij complures, eiusmodi damnarunt audaciam, quod ad temeritatem propius accederet. Mihi sane hæc percensenti mirari subit, qua ratione in mediis versatus periculis, neque vulneratus illo die, neque læsus fue-

A ἀλλ' αὐτὸν μὲν Βασιλεὺς αὖθις ἐπ' ἐκείνους ἔπεμψεν, ἥκειν τὴν ταχίστην κελεύσας αὖθις. Ὁ δὲ ἄρτι βουνόν τινα παρακείμενον διελθὼν, ὅλῳ Περσικῷ ἐντυγχάνει στρατεύματι ἐς πεντακοσίους μάλιστα ξυνισταμένῳ, οὗ κατόπιν οὐ πολλῷ ἄποθεν πανστρατὶ ὁ Σουλτὰν ἐπορεύετο. ἅμα τε οὖν εἶδε, καὶ ἅμα τὸ δόρυ ἰθύνας κατ' αὐτῶν ἵετο, πολλούς τε δορατίσας εἰς γῆν ἔβαλεν. Οἱ δὲ ὥσπερ εἰς ἀφασίαν ἐμπεπτωκότες, ἑστήκεσαν ἀτρεμοῦντες. ἐν ᾧ δὲ καὶ ταῦτα ἐγίνετο, Ῥωμαίων δυνάμεις, αἱ ταῖς ἐνέδραις, καθάπερ εἴρηται, συμπληρωθεῖσαι ἐγγὺς παρεφαίνοντο, Βασιλέως αὐτὰς ὡς εἴρηται μεταπεμψαμένου, ὃ συμβαλόμενοι Πέρσαι, μέρος ἀποτεμόμενοι τῆς στρατιᾶς, κατὰ νώτου τούτων γεγονότες, ἐκέλευον ἐμποδὼν Ῥωμαίοις ἐπιοῦσιν ἵστασθαι. ᾤοντο γὰρ ἤδη ἀρκύων ἐντὸς περιποιησάμενοι ἔχειν. Οἱ μὲν οὖν κατὰ ταῦτα ἐποίουν. Ὁ δὲ ὀρθίῳ τῷ δόρατι κατὰ γῆς ἐρεισάμενος ἵστατο. Τότε Πουπάκην, παρίστατο γὰρ ἤδη τούτῳ, ἐκέλευε τηρεῖν ἀκριβῶς, μὴ καὶ ἀπὸ τοῦ ἄγχιστα βουνοῦ εἶρξαι Πέρσαις τὸ Ῥωμαϊκὸν γένοιτο, κἀντεῦθεν παντάπασιν ἀδιεξίτητα αὐτῷ ἔσται. ἀλλ' ὁ Πουπάκης τοὐναντίον ἤπερ αὐτὸς ἐβούλετο προσφερόμενος, Μέθες τὸ λίαν, ἔλεγε, μέθες, ὦ δέσποτα. οὐχ «ὁρᾷς οἷ κακῶν γενοίμεθα; μνῆσαι δὴ σωτηρίας τῆς «ἑαυτοῦ. Ὁ μὲν τοσαῦτα καὶ πλείω τούτων, εἰπὼν, ἐπειδὴ «μὴ πείθειν εἶχε, κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐποίει. Ὁ δὲ Βασιλεὺς, «οὐ γὰρ ἐξῆν αὐτῷ μὴ οὐχὶ σὺν ἀτιμίᾳ τοῦ λοιποῦ διαC δρᾶναι, τοῖς μὲν λεγομένοις προσεῖχεν οὐδαμοῦ, τῶν δὲ πολεμίων αὖθις καθιππευσάμενος, καὶ αὐτῶν ἕνα κτείνας, τοὺς λοιποὺς συνετάραξεν. Ἀδείας τε οὕτω λαβόμενος, ἐπί τι γήλοφον ἀνιὼν ἔστη, ἔνθα Ῥωμαῖοι ἄλλοι τε αὐτῷ συνέστησαν, καὶ πρό γε πάντων Ἰωάννης, ὃν ἅτε ἀδελφιδοῦν αὐτῷ ὄντα, ἐς τὸ τῶν Πρωτοσεβαστῶν χρόνοις ὕστερον ἀνεγράψατο ἀξίωμα. Ὁ μὲν οὖν Βασιλεὺς τοῦτον τὸν τρόπον περισωθεὶς, ἐκεῖθεν ἀπηλλάττετο, ἱδροῦντος αὐτῷ κομιδῇ τοῦ ἵππου καὶ δεινῶς πνευστιῶντος. Ὁ δὲ Δομέστικος Ἰωάννης, τοῦ Βασιλέως ἔτι τοῖς πολεμίοις ἐμπλεκομένου, κατόπιν ἀπολειφθεὶς, δείσας μὴ τῶν πολεμίων, ἄλλοι τε ἄλλων ἀεὶ κατὰ συστήματα ἐκφαινομένων, ἔρημος βοηθείας ὢν ὑπὸ χερσὶ γένοιτο τῶν αὐτῶν, D σκήψεις οὐχ ὑγιεῖς τινὰς ἐπὶ ξυμφέροντι τῷ αὐτοῦ ἀνέπλαττε, φάσκων μάλιστα ὡς ἐπιτήδειον εἴη τὸ χωρίον, οὗ δὴ αὐτὸς ἑστὼς ἔτυχε, καὶ δεῖν αὐτοῦ Βασιλεῖ καταλύτημα ποιουμένους ἐνταῦθα μᾶλλον ἢ διιστᾶσθαι. πολλοὺς τῶν ἐς Βασιλέα ἐκ τοῦ στρατοπέδου καθάπερ εἴρηται ἰόντων, τούτῳ τῷ τρόπῳ παρ' ἑαυτῷ κατασχεῖν ἴσχυσε, πρὸς αὐτῶν τε διασωθεὶς ἐπὶ Βασιλέα ἦλθεν. Ὅτε δὴ αὐτὸς Ἰωάννης καὶ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων πολλοὶ, ὠνείδιζόν τε αὐτῷ τὴν τόλμαν, καὶ οὐ πόρρω θράσους εἶναι τὰ τοιαῦτα διετείνοντο. Ἐμοὶ δὲ ταῦτα διασκοπουμένῳ θαυμάζειν ἔπεισιν, ὅπως ἐν μέσῳ τηλικούτων γεγονότι κινδύνων, οὐδὲ τετρῶσθαι γοῦν, οὐδὲ βεβλῆσθαι ἐκείνης τῆς ἡμέρας

συνέπεσεν αὐτῷ. Εἴτε οὖν ἐκ τοῦ συχνὰ κατὰ τουτωνὶ τῶν βαρβάρων ἀνδραγαθίσασθαι, πεῖραν τῆς αὐτοῦ παρεχόμενος σφίσι γενναιότητος, ἀπρόσιτος μονονουχὶ τούτοις ἐγένετο, εἴτε καὶ τῆς προνοίας αὐτὸν περιεπούσης, τρόποις, οἷς αὕτη ἐπίσταται, λέγειν μὲν οὐ πάνυ θαρρῶ. τόγε μὴν πεπραγμένον, οὐκ ἐν ἐπαινετέοις αὐτὸς τίθεμαι. ἐοικότως οὐδὲ τὴν Ἀλεξάνδρου τόλμαν ἐπαινεῖν ἔχω, ὁπότε μὴ σὺν τύχῃ τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα διεξετάζοιμι· εἰ μή τις διδῷ τι καὶ ἡλικίᾳ νεότητος· ἄμαχον γάρ τι χρῆμα νεότης ἐστὶν, ἰσχύι καὶ ῥώμῃ συνεργούμενον δυσμαχώτερον γίνεται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥς τῳ φίλον ἑκάστῳ φρονείσθω τε καὶ λεγέσθω. Βασιλεὺς δὲ πολλὰ πρὸς τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν, ὥσπερ εἴρηται, κακιζόμενος, » Οὐ χρεία τοιούτων ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι, ἔφη, » βουλητέον δ᾽ ὡς ἔνι μάλιστα, μὴ καὶ πλείους Ῥωμαίων » ἀπολέσθαι συμβαίη ἐς ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν, πολ» λοὶ γὰρ κατόπιν ἡμῶν ἀπολελειμμένοι χωροῦσιν. Ἐδόκει τοίνυν λόχον αὐτοῦ που καὶ παρὰ τῇ ἔγγιστα καθίσαντας φάραγγι, ὡς τοῖς κατόπιν ἰοῦσιν ἐπιβοηθεῖν ἔχοιεν, τοὺς ἄλλους ἠρέμα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἰέναι. οὕτω δὴ ταῦτα εἶχε. Καὶ Βασιλεὺς μὲν σὺν ὀλίγοις τῶν περὶ αὐτὸν πρόσω ἐχώρει. Νικόλαος δὲ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, ἐνεδρεύσων ὀπίσω ἐλείφθη φάλαγξιν ἅμα δυσὶν, ἃς καὶ τὴν πρώτην, ὁπηνίκα Περσῶν κατεφέρετο, ὑπ᾽ αὐτῷ Βασιλεὺς ἔταξεν. Ἀλλ᾽ οὔπω ἐπὶ πλεῖστον Βασιλεὺς προῆλθε, κἀπειδὴ περί τινα φάραγγα ἐγένετο, Πέρσας ἐπιόντας ἰδὼν, κατὰ τάδε ἐποίει. Ὁ μὲν ἐπὶ θάτερα τῆς φάραγγος, ὀλίγοις ἅμα τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν ἔστη. Τοὺς δ᾽ ἄλλους ἐκέλευεν ὑπερβάντας εὐθὺ τῶν πολεμίων ἰέναι. ἅμα τε οὖν ἐκεῖνοι ὁμόσε τοῖς βαρβάροις ἐχώρουν· καὶ οἱ ἐπὶ τῶν ἐνέδρων αἰσθόμενοι ἐβοήθουν δρόμῳ. Νικόλαός τε, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, Πέρσην ἄνδρα τῷ δόρατι ἔβαλε μὲν, οὐ μὴν καὶ ἀποσφαιρεῖσαι τῆς ἕδρας ἠδυνήθη, ἅτε μηδὲ σφοδρᾶς, διὰ τὸ τοῦ χώρου ἄναντες, γενομένης τῆς ἀντερείσεως. ἵν᾽ οὖν μὴ καὶ ἐπὶ πλέον ἀπώσαιτο αὐτοὺς μηχανώμενος, ἐκέλευεν ἤδη καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ὅλῳ δῆθεν ῥυτῆρι ἄχρι καὶ ἐπὶ τὴν φάραγγα ἰέναι, μὴ μέντοι καὶ ὑπερβαίνειν. Οἱ Πέρσαι κατανοήσαντες, ἀνεχώρουν ἠρέμα. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Κοτέρτζην τοξόται, οὓς τοῖς κατόπιν καθάπερ εἴρηται ἀπολειφθεῖσι Ῥωμαίων ἐπιβοηθεῖν Βασιλεὺς ἔπεμψεν, ξυνέμιξαν ἤδη τῷ Βασιλεῖ, καὶ λοιπὸν αὖθις ἀντεπεξῄει τοῖς πολεμίοις. Ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι αἰφνίδιον τὰς ἡνίας στρέψαν» τες, φυγῆς ἤρξαντο. ὅπερ ὁ Βασιλεὺς κατιδὼν, Θαρ» σεῖτε, τοῖς σὺν αὐτῷ ἔφη, δύναμις γὰρ ἐς ἡμᾶς ἔρ» χεται στρατοπέδου. Τῶν δὲ μὴ προσιεμένων τὸν λό» γον, τινὲς ἔφησαν, Πέρσαι (δέους αὐτοὺς ἐπείγοντος » οὐδενὸς, οὐδὲ γὰρ ἀξιόμαχοι αὐτοῖς τέως τυγχάνομεν » ὄντες) αἰφνίδιον οὕτω νῶτα στρέψαντες οἴχονται ἤδη

A rit. An vero, quod crebrius rem fortiter aduersus Barbaros gerendo, generositatis suæ non pauca hactenus dedisset documenta, ab iis nequaquam sit impetitus: vel quod diuina illum circumsteterit prouidentia, tutataque fuerit, modis ipsi soli cognitis, non ausim plane definire. Ego quidem vt nequaquam id laudo facinus, ita nec Alexandri commendare ausim audaciam, si absque fortuna quæcumque ab illo gesta sunt, spectentur, nihilque detur adolescentiæ. res quippe inuicta est iuuentus: & quæ cum viribus & animi fortitudine fulcitur, omnino nequit superari: Sed de his pro- B ut libitum fuerit quisque sentiat velim, ac scribat. A suis igitur, vt dictum est, obiurgatus Princeps, *Nihil hæc*, inquit, *in præsens iuuant: quin potius videndum maxime, ne plures hodie pereant ex nostris, cum multi adhuc a tergo relicti veniant.* Itaque placuit cum ibi, tum in valle proxima insidias ponere, quæ pone venientibus ferrent opem, dum cæteri pedetentim castra repeterent. His ita constitutis, cum paucis ex suis Imperator vlterius progreditur. Nicolaus vero, cuius supra memini, mansit in insidiis cum duabus cohortibus, quibus a Principe, cum primum in Persas mouit, præfectus fuerat. Ne- C que ita multum perrexerat, cum vbi ad vallem quandam pertigit, aduentantes conspicit Persas, Quare paucis ex iis qui secum erant assumptis, partem vallis occupat: cæteros collem superare, & in hostes recta progredi iubet. Simul atque illi conflixere cum Barbaris, qui in insidiis erant, confestim auxilio venerunt: Nicolaus autem, de quo supra retulimus, Persam quidem percussit hasta, sed non potuit de sella deiicere, quod fuisset ictus ex asperitate loci remissior. Itaque ne longius illos propelleret, suos iubet ad vallem vsque laxis habenis, sed non vltra, progredi. quod vbi ani- D maduertunt Persæ, sensim retrocedunt. Interea sagittarij, qui erant cum Cotertze, & ab Imperatore, vt dictum est, submissi fuerant ad ferendam opem qui pone relicti erant Romanis, iam se Imperatori adiunxerant: quibus suffultus, prælium cum hostibus rursum instaurat. Quos postquam vidit conuersis protinus equis fugam meditari, *Bono*, inquit suis, *estote animo; tota enim exercitus nostri moles ad nos venit.* Quidam vero qui dictis aurem præbere nolebant, dixere: *Persæ nullo impellente metu, (neque enim viribus hactenus ipsis fuimus pares) de repente sic paßim terga*

vertunt, abeuntque, quod liceat iis in alto constitutis, quæ hactenus nobis occulta fuerunt explorare. Nec Imperatoris coniecturam fefellit euentus. Nam qui castra seruabant Romani, non modicis Imperatorem implicitum angustiis edocti, citato agmine opem laturi properabant. Quo tempore tradunt Isaacium Sebastocratorem Imperatoris patruum, qui tum in ipsis aderat castris, vbi ea super Principe, ipsumque adeo in extrema adductum pericula accepisset, in Imperatorium venisse tabernaculum, ibique in confecto ex velis aulæisque oratorio, euentum rei, Imperij iam auidum expectasse; illius quippe inuadendi iam pridem virum inuaserat libido, adoleueratque, vt ita dicam, & cum ipso fuerat enutrita, vnde postmodum in liberos, patriæ instar hæreditatis, transfusa est. Sed hæc a nobis deinceps commemorabuntur.

VIII. Imperator (vt eo vnde deflexit, reuertatur oratio) adiunctis, vti diximus, quæ e castris aduenerant copiis, numero confidens, rursum in hostes se se infert; editisque præclaris ibi facinoribus, composito agmine reuertitur in castra, indeque postridie sub auroram discedit. At Persæ, quorum haud procul aberant acies, Romanos, qui in difficili quodam adhuc stabant loco, ab vtraque parte adorti, nonnullos e peditibus cecidere, cuius quidem cladis ea narratur causa. Vir erat in Romanorum exercitu armis præ cæteris strenuus, cui nomen Critoples, copiis aliquot pedestribus præpositus. Relicto ille ordine, cum Persis e propinquo subsequentibus congressus, tandemque multitudine circumfusus, palam fugæ se commisit, vixque multis suorum amissis sospes euasit. Quod vbi intellexit Imperator, commissa fratri, aliisque aliquot ex consanguineis acie, eaque exercitus parte in qua tum erat, laborantibus opem laturus, cum paucis ipse festinat. In medios igitur illos se se inferens, fortiterque stare iussos, rursum in Persas educit. At illi, re animaduersa, cominus rem gerere detrectant. Tum Imperatorem subiit cura, quo pacto Romanorum demissos animos recrearet. Iam enim ex accepta a pedite, vt dictum est, clade, sensim dilapsa erat innata magnanimitas. nihil quippe tam validum ad commouendam mentem, quam effusi popularium sanguinis e propinquo conspectus. Ad vltimum protrahit e sinu chartam, omnium ordinum nomina continentem, inque eiusmodi rerum an-

A πάντως, ὅτι ἔξεστι σφίσιν, ἅτε ἀφ' ὑψηλοῦ σκοπουμένοις, τὰ ἡμῖν τέως ὁρᾶν ἀφανῆ. καὶ ἔτυχέ γε τοῦ ἀληθοῦς εὐστοχώτατα τὸ πρᾶγμα τεκμηριωσάμενος. Ῥωμαῖοι γὰρ οἱ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἦσαν, ἐν στενῷ κομιδῆ τὸν Βασιλέα περιέχεσθαι μεμαθηκότες, σπουδῇ βεβοηθηκέναι ἠπείγοντο. ὅτε δὴ λέγεται, ὡς ὁ πρὸς πατρὸς τῷ Βασιλεῖ θεῖος ὁ Σεβαστοκράτωρ Ἰσαάκιος, τῷ στρατοπέδῳ τηνικάδε παρών, ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὸν Αὐτοκράτορα ἐπύθετο, καὶ ὡς ἐν ἐσχάτοις εἴη κινδύνοις, ἐς τὴν βασίλειον αὐλὴν παρελθών, εἴσω δὲ τοῦ διὰ πέπλων σχεδιαζομένου εὐκτηρίου γεγονώς, ἐκαραδόκει τὸ μέλλον, ἐπιθέσθαι τῇ βασιλείᾳ διανοούμενος. ἔρως γὰρ αὐτῆς ἐκ πολλοῦ, καθάπερ εἴρηται, τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰσιών, συνήκμαζέ τε
B αὐτῷ καὶ συνανετράφη, μονονουχὶ ἤδη δὲ καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς αὐτοῦ καθάπερ τις πατρῷος διέβη κλῆρος. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τούτων ὁ λόγος ἑξῆς διηγήσεται προϊών.

η'. Βασιλεὺς δὲ, ἐπάνειμι γὰρ ὅθεν τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην, ἐπειδὴ αἱ παρὰ τῷ στρατοπέδῳ, ὥσπερ ἔφην, συνέμιξαν ἤδη τούτῳ δυνάμεις, τῷ πλήθει θαρσήσας, καθιππεύσατό τε αὖθις τῶν πολεμίων, καὶ γενναίων αὐτουργὸς γεγονὼς ἀριστείων, συντεταγμένως λοιπὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἧκεν. ὄρθρου δὲ ἀναστὰς, ὁδοῦ εἴχετο. Πέρσαι τοίνυν, ἔγγιστα γάρ που καὶ οὗτοι ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἔτυχον, περί τινα δυσχωρίαν αὖθις γενομένῳ τῷ Ῥωμαίων
C στρατῷ, ἐκ τοῦ παρ' ἑκάτερα ἐπιθέμενοι, ἰσχυρῶς ἔθλιβον, ὅτε δὴ καὶ πολλοὺς τῶν ἐκ πεζικῶν καταλόγων πεσεῖν ἐγένετο ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ἦν τις ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ἀνὴρ ἀγαθὸς τὰ πολέμια, ᾧ Κριτόπλης ἐπίκλησις ἔκειτο. Οὗτος δὴ ὁ ἀνὴρ πεζικῶν μὲν τῶν τότε δυνάμεων ἦρχε· τὴν τάξιν τε παρεκκλίνας, Πέρσαις ἐκ τοῦ σχεδὸν ἑπομένοις εἰς χεῖρας ἦλθε, τῷ πλήθει τε βιασθεὶς, εἰς φυγὴν ἀπαρακάλυπτον ἔβλεψε. τούτῳ τε τῷ τρόπῳ πολλοὺς τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀποβεβληκὼς, μόγις ἐσώζετο. Ὅπερ αἰσθόμενος ὁ Αὐτοκράτωρ, τὴν ἀμφ' αὐτὸν φάλαγγα τῷ ἀδελφῷ πιστεύσας, ἄλλοις τε τῶν γνησιωτάτων πολλοῖς, αὐτὸς σὺν ὀλίγοις τὸ πεπονηκὸς τοῦ στρατοῦ ἀνακτήσασθαι ἠπείγετο. Ἐς μέσους τοίνυν
D αὖθις παρελθὼν, στῆναί τε θαρσαλέως ἐκεκελεύσατο, καὶ Πέρσας ἀντεπεξῆγε. Ὅπερ ἐκεῖνοι κατανοήσαντες, οὐκέτι ἀπὸ χειρὸς Ῥωμαίοις ἐμάχοντο. Τῷ δὲ Βασιλεῖ ἐπιμελὲς ἐγεγόνει, ὅπως ἂν ἀναθαρσῆσαι τὸ Ῥωμαϊκὸν γένοιτο, ἤδη γὰρ ὡς τὸ περὶ τὰς πεζικὰς, ὡς εἴρηται, τῶν δυνάμεων συμπεσὸν, ὑποκλέπτειν ἠρέμα τὸ γενναῖον αὐτοῖς ἤρξατο. ἐπεὶ μηδὲν οὕτω ψυχὴν ἐστὶ κατασεῖσαι ἱκανὸν, ὡς τὸ συμφύλων αἱμάτων ἐκχύσεις ἐκ τοῦ σύνεγγυς καθορᾶσθαι. Ἀμέλει καὶ ὃν ἐπικόλπιον εἶχε τόμον ἐξενεγκὼν, ᾧ πρὸς ὄνομα τῶν ταγμάτων ἐγλύφετο ἕκαστα, ἐν οὕτως ὀξείᾳ περιστ-

A ματων ῥοπῇ ἑκάστῃ τὸ ποιητέον ἐπέστελλεν. Ἤδη γὰρ τῶν ταγμάτων ὡς πλεῖστα παντημέλεια τοῖς πολεμίοις ἀντιτάττεσθαι ἀπειρηκότα, ἀπέλιπόν τε τὴν τάξιν, καὶ ἐπὶ τὸ σκευοφορικὸν μετέθεντο τοῦ στρατοῦ· ἐπὶ τοσοῦτον τῶν Βασιλέως ἀφροντιστήσαντες κελευσμάτων, ὡς καίτοι πολλῶν ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐς τὸ σῶμα παρ' αὐτοῦ διὰ ταῦτα ζημιωθέντων, τοὺς ἄλλους οὐδ' ἐπαΐειν τῶν προσταττομένων μονονουχί. Τὸ γὰρ λίαν φιλόψυχον παντάπασιν ἀνεπίμνηστον τῆς ἀρετῆς γίνεται. Τὸν οὖν τρόπον τοῦτον ἀεὶ τῶν κατόπιν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπιμιγνυμένων, ἅπαν λοιπὸν τὸ τοῦ πολέμου βάρος εἰς τὸν Βασιλέα περιεστᾶν, δεινῶς τοῦτον ἐπίεζεν· ἀλλὰ στρατηγικῇ ἐμπειρίᾳ τοῖς πολεμίοις ἀντεπεξιὼν, ἀσινὴς οὕτω B διαγενέσθαι ἴσχυσε. Τότε δὴ τοῖς μὲν ἄλλοις αὐτοῦ που σκηνοῦν ἐδόκει, μηδὲ προσωτέρω χωρεῖν. Τὸν Βασιλέα δὲ ταῦτα οὐδαμῇ ἤρεσκεν, ὡς μὴ ἐν συγχύσει καὶ ταραχῇ φερομένοις καταπολεμήσεσθαι μᾶλλον Ῥωμαίοις γένηται, ἢ αὐτίκα, ἢ γοῦν ἐς νέωτα πάντως ἐς τὴν ἀπορίαν συσκευαζομένοις. ἐπεξιέναι δὲ μᾶλλον ἔλεγεν εἶναι χρεὼν, εἴπως τοὺς πολεμίους ἀπωσάμενοι, κατ' ἐξουσίαν τε τὸν χάρακα πήξηνται, καὶ σκηνώσωσιν οὐκ ἐν στενῷ χώρῳ εἰρχθέντες. Ταῦτα λέγων, ἐπεὶ μὴ καὶ πάντας ἐνδεχομένους τὸν λόγον ἑώρα, Τζικανδύλην μὲν καὶ Σινωπίτην, πρὸς δὲ καὶ Κριτόπλην, καὶ τῶν ἄλλων πολλοὺς στρατηγῶν τῷ στρατοπέδῳ C ἐφίστα. Ὁ δὲ αὐτὸς τὴν βασιλικὴν ἀνελόμενος σημαίαν σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ὅλῳ ῥυτῆρι ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἤλαυνε. καταπλήξας τε τῷ ἀθρόῳ τῆς ἐπελάσεως, εἰς φυγὴν βλέψαι ἠνάγκασε. Λαμπρᾶς τοίνυν γενομένης τῆς διώξεως, κατόπιν ἑπόμενοι Ῥωμαῖοι πολλοὺς ἔκτειναν, τινὰς δὲ καὶ ζωγρείαν εἷλον, ἐν οἷς καὶ Φαρκουᾶς ἦν ἀνὴρ παρὰ Πέρσαις ἐπιφανὴς, ὃς δειπνοῦντι τῷ Σουλτὰν ἐνετίθει τῷ ἔκπωμα ταῖν χεροῖν. Πιγκέρνην τοῦτον Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Ἦν δέ τις ἐν τῇ βαρβάρων στρατιᾷ εἰς Ῥωμαίους μὲν ἀναφέρων τὸ γένος, ἐν δὲ Πέρσαις καὶ τραφεὶς καὶ αὐξηθεὶς, τύχῃ τινὶ σατραπείαν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρ' αὐτοῖς διεῖπε. Γαβρᾶς αὐτῷ ἐπίκλησις ἦν. Τοῦτον ἐπεὶ καὶ ἐκείνην τὴν ἡμέραν Ῥωμαῖοι ἔκτειναν, κεφαλὴν ἄγοντες τὴν αὐτοῦ παρὰ τὸ στρατόπεδον ἦλθον. Βασιλεὺς δὲ, D πόῤῥω γὰρ ἤδη ἦν τῶν νυκτῶν, καὶ ἔτι τοῦ διώκειν ἀποσχόμενος, σὺν τοῖς ἑταίροις ἐκεῖθεν ὑπέστρεφεν. ἐν συγχύσει τε ἔτι καὶ ἀταξίᾳ πολλῇ Ῥωμαίους εὑρὼν, οὔπω γὰρ οὐδὲ τοῦ κατὰ νώτων ἄχθους τὰ σκευοφόρα τῶν ζώων ἀπηλλάττοντο, ἅπαν τὸ στρατόπεδον σπουδῇ περιελθὼν, τῶν ταγμάτων ἑκάστῳ τὴν προσήκουσαν ἐνείματο χώραν. Ἀλλὰ καὶ ὣς τῶν στρατιωτῶν οὐκ ὀλίγους ἐφίππους διανυκτερεῦσαι ξυνέπεσε, τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς πυκνώσεως οὐδ' ὅσον ἀποβῆναι τῶν ἵππων ἰσχύσαντας. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκεί-

gustiis, quid cuique agendum esset, singulis transmittit. magna enim iam militum pars continuis cum hoste præliis attrita, relictis ordinibus, ad impedimenta se exercitus retulerat, neglectis vsque adeo Imperatoris mandatis, vt etiamsi nonnulli hactenus eapropter pœnas dedissent, cæteri tamen nihilo minus hisce coercerentur. Immodicus quippe vitæ amor, virtutis obliuionem omnino inducit. (Sent.) Dum igitur qui a tergo instabant ita continuo se adiungunt prioribus, tota etsi in Imperatorem incumberet belli moles, militari tamen arte subinde hostes aggressus, ab eorum manibus incolumis euasit. Ibi tum locanda castra censebant quidam, neque progrediendum vlterius. Sed non placuit ea Principi sententia: quin potius Romanis esse bellandum censebat, dum nulla adhuc consternatio tumultusve illorum inuasisset animos, quam primo quoque tempore, aut anno sequenti, cum angustiis omnino premerentur. Satius itaque sibi videri hostibus occurrendum, iis pulsis habituros tutiora castra, atque in loco liberiore consessuros. His dictis, etsi non omnes sibi assentiri animaduerteret, Tzicandylem, Sinopitem & Critoplem, aliosque e ducibus complures castris præficit. Ipse arrepto Imperatorio vexillo, toto impetu cum suis in hostem fertur, crebraque irruptione fatigatum, tandem ad fugam compellit. protracta longius insecutione, Romani a tergo instantes, multos occidunt, quosdam & capiunt viuos, quos inter fuit Pharcuas, magni vir apud Persas nominis, qui discumbenti Sultano poculum porrigebat. Pincernam hunc Romani vocant. Erat autem quidam in Barbarorum exercitu, qui a Romanis oriundus, apud Persas vero enutritus & educatus, forte prouinciam quamdam sub hæc tempora ab ipsis regendam susceperat, nomine Gebras. Hunc posteaquam ea die occiderunt Romani, amputatum illius caput in castra secum attulere. Imperator, quoniam nox instabat, fugientes non longius persecutus, cum trophæis inde reuertitur: Romanisque in summa rerum perturbatione & absque vllo ordine iuuentis, (necdum enim sarcinis iumentorum dorsa exuerant) vniuersa confestim circum equitans castra, singulis ordinibus opportunum locum adsignat. Sed non pauci interim e militibus noctem in equis transegere, quod adeo compressi confertique starent, vt ab iis nequirent desilire. Sic igitur nox illa

A transacta. At orto iam Sole, Imperator equo in medium exercitum inuectus, vt solent militarium ordinum duces, in hunc modum verba fecit. *Viri strenui, non quod timiditatem vllam in animis vestris, vel quampiam aliam deprehenderim ignauiam, ad virtutem & audaciam vos excitaturus venio (absit enim vt degeneres sint Romani, partamque a maioribus gloriam deturpent) sed vt consuetum ducibus seruem morem, & aduersum futura pericula reddam obfirmatiores.*

Sent. *Quod enim improuiso superuenit malum, vel fortissimam mentem etiam interdum potest perturbare. Scitote igitur, Commilitones, imminere nobis hodie bellum ante actis cæteris longe maius, illudque postremum & vltimum veluti esse certamen, quod quam optime apparari deceat, tum propter priora quæ hactenus gessimus bella, tum ne vilescat tot præclare factis probata virtus nostra, nobisque ipsis ingentes calamitates accersamus.*

Sent. *Vt enim priorem infœlicitatem auspicatior deinde emendat fortuna, ita priorem fœlicitatem subuertit subsecuta calamitas. Igitur ne eiusmodi quid nobis eueniat, Viri præstantissimi, curandum inprimis, vt suos quisque ordines teneat, sibique inducat in animum, si illi seruentur probe, nec a nobis dissoluantur omnino; si denique operam quisque suam iunxerit, certam nos adepturos victoriam, & quæ transmittetur ad posteros gloriam consecuturos. e contra vero si ordines solui contigerit, nosque ab inuicem disiungi, pro certo habete nos facile in hostium venturos potestatem. Quemadmodum enim effracta obsessæ ciuitatis latera aditum expugnantibus facilem præbent, ita se res habet in castris & in explicato exercitu. Neque porro aliam ob causam, prisci duces adinuenere insidias, aciei instructionem, primam vel postremam aciem, dextra aut sinistra cornua, æquales ordinum series, formamque explicandæ aciei. Est enim instar ciuitatis exercitus: cui & portis opus, & turribus & lateribus & fossis, & cæteris quæ ad vrbium vsus necessaria occurrunt. Hæc igitur omnia a nobis apparanda sunt, qui in medio soli hostilis versamur, a finibus Romanis longo interuallo disparati.* Hæc postquam est effatus, rite composita ordinataque acie, ad paludem, quam olim veteres Scleri, nunc vero Pungusæ vocant, recta iter intendit. Cumque in patentes campos peruenisset, & relictis montium angustiis, in porrecta planitie collocasset exercitum, militi cuidam imperat, vt altiori contenta voce Persam aliquem aduocaret. Is iussa exequitur. Accedenti Persæ, *Hæc,* inquit Princeps,

νην οὕτως ηὐλίσθησαν. Ἡλίου δὲ ἄρτι πρὸς τὸ τῆς γῆς ἐπανάγοντος πρόσωπον, ἐς μέσην ἔφιππος παρελθὼν τὴν στρατιάν, ὡς ἔθος ἐστίν, οἷς στρατιωτικῶν ἡγεῖσθαι ταγμάτων συμβαίνει, ἔλεξε τοιάδε. Ἄνδρες γενναῖοι, οὐχ ὡς δειλίαν ὑμῶν καταγνούς, ἤ τινα μαλακίαν ἄλλην, ἐπὶ θάρσος ἥκω παρακελεύων ὑμᾶς (μὴ οὕτως Ῥωμαίοις γένοιτο ἐξεῖν ἀγεννῶς, μηδὲ οὕτω πάτριον αἰσχῦναι δόξαν) ἀλλὰ νόμον τε τοῦτον στρατηγικὸν ἐκπληρῶν, πρὸς τὸ μέλλον δὲ ἀσφαλεστέρους ἐνάγων ὑμᾶς. Ἀπροόρατον γὰρ ἐπερχόμενον τὸ δεινόν, καὶ γενναίαν ἐστὶν ὅτε ξυνετάραξε γνώμην. Ἴστε τοίνυν, ὦ συστρατιῶται, πόλεμον ἡμῖν ἀπαντήσειν τὴν σήμερον, τὸν μείζω τε τῶν

B προλαβόντων, καὶ ὥσπερ ἀγώνισμα τελευταῖον δὴ τοῦτο καὶ ἔσχατον, καὶ χρὴ παρασκευάσασθαι καλῶς, τῶν τε προτέρων ἡμῖν ἀγώνων ἕνεκα, καὶ ὡς ἂν μὴ καὶ τὴν φθάσασαν ἤδη τῶν ἔργων ἐλέγξωμεν ἀρετήν, καὶ αὖθις δὲ ἡμῖν ὅπως μεγάλων ἄρτι αἴτιοι ἐσόμεθα συμφορῶν. Ὡς γὰρ προλαβοῦσαν δυστυχίαν τελευταῖον ἐπανορθοῦν εὐτύχημα πέφυκεν, οὕτως ἀτύχημα ὕστερον τὴν ἤδη διέφθειρε εὔκλειαν. Ἀλλ᾽ ὅπως μὴ καὶ ἡμῖν αὖθις τηλικοῦτόν τι, ὦ λῷστοι, γένοιτο ξυμπεσεῖν, τηρητέον ὡς ἔνι μάλιστα τὴν τάξιν ἑκάστῳ, ἐκεῖνο καλῶς εἰδόσιν, ὡς εἰ μὲν τὰ τῆς τακτικῆς ἀπαράλυτα παντάπασιν ἡμῖν γένοιτο, ἕκαστός τε τὸ ἑαυτοῦ τοῖς ἄλλοις ξυνεισενέγκῃ, νικᾶν τε ἡμῖν περιλήψεται, καὶ κλέος ἑαυτοῖς περισώζειν,

C ὃ καὶ εἰς τοὺς εἰσέπειτα πάντως ἀνθρώπους παραμενεῖ. Εἰ δ᾽ αὖ τοὐναντίον ὁποσονοῦν ἡμῖν ἀλλήλων ἀποδιῃρῆσθαι συμβαίη, αὐτίκα ἴστε ὅτι δὴ εὐχείρωτοι τοῖς ἐχθροῖς ἐσόμεθα. Καθάπερ γὰρ πολιορκουμένης πόλεως πλευρὰ διαρραγεῖσα εὐέφοδον αὐτὴν τοῖς πολεμίοις ἐποίει, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν στρατοπέδων ἔχει. Ἀμέλει καὶ τούτων ἕνεκα λόχοι καὶ παρατάξεις, ὀπισθίαι τε καὶ ἐμπρόσθιαι φάλαγγες, τά δεξιά τε καὶ εὐώνυμα τῶν κεράτων, ἰσοστοιχίαι τε καὶ σχήματα παρατάξεων, τοῖς πάλαι ἀνθρώποις ἐπινενόηται. Πόλις γάρ τις καὶ τὸ στρατόπεδόν ἐστι. Καὶ δεῖ μὲν αὐτῷ πυλῶν, δεῖ δὲ πλευρῶν, δεῖ δὲ τάφρων, καὶ πάσης ἄλλης πόλεσιν ἀναλογούσης ἀκολουθίας. Χρὴ

D τοίνυν οὕτω παρασκευάσασθαι καὶ ἡμᾶς, ἔτι γὰρ περὶ μέσην που πολεμίαν ἐσμέν, καὶ τῶν Ῥωμαΐδος μακρὰν ἀποπεπλανώμεθα ὁρίων. Τοσαῦτα εἰπών, συντάξας τε κατὰ κόσμον τὸ στράτευμα, εὐθὺ τῆς λίμνης, ἣν πάλαι μὲν τοῦ Σκλήρου, κατὰ δὲ τοὺς νῦν χρόνους τοῦ Πουγκούσῃ καλοῦσιν, ὁδὸν εἶχεν. Ἐπειδὴ ἐν ταῖς πεδιάσιν ἤδη ἐγένετο, καὶ τῆς προτέρας στενοχωρίας ἐν εὐρυχώρῳ καθίστατο τούτῳ, τὸ στράτευμα, κελεύει τῶν στρατιωτῶν τινὶ μέγα τι καὶ ἐξάκουστον ἀνακεκραγότι Περσῶν τινα καλέσαι. Ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐποίει. Προσιόντι δὲ τῷ Πέρσῃ, Ταῦτα πρὸς τὸν Σουλτάν, Βασιλεὺς ἔφη, ἄγγελλε.

„ ἀγγέλλεις. Βασιλεὺς σοι μέγας ταῦτα ἐπιστέλλει δι' ἐμοῦ. A
„ Ἥκομεν ἄχρι καὶ εἰς Ἰκόνιον αὐτό. Περιεληλύθαμέν σου
„ τὴν χώραν, μετελευσόμεθά σε τῆς ἐς τὴν ἡμετέραν
„ βασιλείαν ἁμαρτάδος μάλιστα προθυμούμενοι. Σὺ
„ δ' ἀνεχώρεις ἀεὶ, κατὰ τοὺς δραπέτας, ἄλλην τε ἐξ ἄλ-
„ λης ἀμείβων, οὔπω μέχρι καὶ νῦν ἀντιμέτωπος στῆ-
„ ναι ἡμῖν ὑπέμεινας. Ὅθεν ἡμεῖς μὲν ἄπιμεν ἐπὶ τὰ
„ ἑαυτῶν, σὲ δὲ χρὴ παρασκευάσασθαι καλῶς, εἰδό-
„ τα ὡς ἅμα ἦρι φανέντι σὺν μείζονι αὖθις ἐπὶ σὲ
„ ἥξομεν τῇ παρασκευῇ. Ταῦτα τῷ Πέρσῃ ἐπισκή-
ψας, ἐπιθωρακίῳ τε τῶν ἐπὶ δόξης τινὸς δωρησάμε-
νος, ὡς ἔκδηλος εἴη πρὸς Βασιλέως πεμφθεὶς, ἀπε-
πέμψατο. Ὁ δὲ Σουλτὰν ἐπειδὴ ταῦτα ἤκουσε, πρέσ-
βεις ὀλίγῳ ὕστερον περὶ εἰρήνης ἐπερωτήσοντας ἔ- B
πεμψεν. Ἀλλ' ἦν ὁ Βασιλεὺς μεγάλων τινῶν καὶ
οὐκ εὐπαροράτων τὸ πρᾶγμα σταθμώμενος, ἀμέ-
λει καὶ ἐπισκήψεις τε ἄλλοτε ἄλλας ἀνεχώρει, καὶ
ἀεὶ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τὸ τῆς πρεσβείας ἀπετίθετο τέ-
λος, ἕως οἶμαι σαφές τι περὶ τῶν ἐξ ἑσπέρας,
καθάπερ εἴρηται, προσδοκωμένων μαθεῖν αὐτῷ
γένοιτο.

θ'. Ἐπεὶ δὲ ἐπί τινα χῶρον ἐγένετο, οὗ δὴ Μαίαν-
δρος τὴν ἐκβολὴν ποιεῖται, ἔξω τῶν πολεμίων ἤδη
γεγενῆσθαι νομίσας, εὔυδρόν τε ἄλλως τὸν χῶρον ἰδὼν,
καὶ πολὺ τὸ χαρίεν ἀνθρώπων ὄψεσι παρεχόμενον,
κυνηγεσίων ἀνέσει πόνους τοὺς ἐκ τῆς μάχης παρα-
μυθεῖσθαι ἤθελε. Κινήσεως οὖν τινὸς ἀμφὶ τῇ λόχ- C
μῃ αἰσθόμενος πόῤῥωθεν, ἐπειδὴ μὴ εἶχε διὰ
τὴν λίαν ἀπόστασιν ξυνεῖναι τοῦ φαινομένου, τῶν πε-
ρὶ αὐτὸν τινὰς ἐπὶ κατασκοπήσει στείλας, σκηνὰς μὲν
ἐνταῦθα ἱδρῦσθαι πολλὰς ἤκουσε, τὰ δ' ἐπὶ τοῦ
ἄλσους ταράσσοντα ἵππους εἶναι, τῶν ἐν ταῖς σκηναῖς
ἀνέτῳ στόματι τῇ πόᾳ ἐγχάσκοντας. Τούς τε οὖν Πέρ-
σας, οἵ τινες εἶεν αὐτίκα, συνῆκεν ἐκ τῆς σφετέρας
αὐτοὺς ὀνομάσας φυλῆς, Ῥαμὰν τινὰ φυλάρχην
αὐτοῖς καταλόγων εἶναι. καὶ ὡς κατ' ἔθος τὸ αὐτῶν τοὺς
ἐγγειτόνων Ῥωμαίων ἤδη καὶ νῦν ληϊσάμενοι, λα-
φύρων πλησάμενοι ἥκοιεν. Καὶ δὴ τῶν περὶ αὐτὸν
συχνοὺς ἀπολεξάμενος στρατιωτῶν, σπουδῇ δια-
φῆκεν ἐπὶ τὴν δίωξιν. Ὁ δὲ εἴς ἄποπτόν τι χω- D
ρίον ἀναδραμὼν, ἐνταῦθα σὺν ὀλίγοις ἀποσκοπῶν
ἵστατο. Ἐν τούτοις δὲ οἱ Πέρσαι συσκευασάμενοι,
ἐκεῖθεν ἀπήλαυνον. ὡς δὲ τάχιστα πρὸς τῶν Ῥω-
μαίων καταλαμβάνεσθαι ἤρξαντο, σποράδην αὐ-
τοὺς φερομένους ἰδόντες, ἀντιστραφέντες ἀντιμέτω-
ποι ἵσταντο. Ἀλλὰ Ῥωμαίων ἐπικαταλαμβανόντων,
νῶτα καὶ πάλιν ἐδίδουν· τοῦτό τε πολλάκις γεγονὸς,
πολλοὺς Ῥωμαίων ἀπαυδῆσαι ἐποίησεν, ὅθεν καὶ τοῦ
διώκειν ἀφέμενοι, παλινῳδίας ἐμέμνηντο. ὅπερ ὁ Βα-
σιλεὺς κατανοήσας, ἑστήκει γὰρ ἀνωτάτω που, ὥσ-
περ ἔφην, ἀποσκοπῶν, αὐτίκα ὡς εἶχε τάχους ἀθρω-

Sultano nunciabis. hæc tibi per me significat Magnus Imperator. Ad ipsum vsque Iconium venimus: regionem tuam percurrimus, summo ardore tua aduersus Maiestatem nostram peccata vindicaturi. Tu vero profugorum more alias atque alias in terras demigras semper, nec nostrum expectare conspectum audes. Quandoquidem igitur in proprias sedes abscedimus, præparari te ad bellum quam optime conuenit, scireque cum primum ver aduenerit nos rursum maiore apparatu venturos. His dictis, præceptisque, sago militari cuiusdam e magnatibus donatum, quo missus ab Imperatore dignosceretur, remisit. Quibus intellectis, Sultanus non multo post Legatos mittit ad Imperatorem, qui eum de pace rogarent. At Princeps rem, vt pote maioris momenti, & minime aspernandam, expendens, cum variæ subinde animum versarent cogitationes, de die in diem Legatis responsa facere differebat: donec, opinor, quid certi super iis quæ ex Occidente, vt supra dictum est, afferebantur in dies, inaudiuisset.

IX. Postquam ad eam regionem venit, vbi Meander in mare euoluitur, iam se se ab hostibus tutum ratus, conspicatusque locum aquis irriguum, qui amœnitate sua hominum oblectabat animos, pristinos ex anteactis bellis labores venationum exercitiis demulcere constituit. Cum vero circa siluam e longinquo moueri nescio quid aduertisset, nequiretque accuratius rem, quod inde abesset longius, discernere: missis aliquot ex suis qui specularentur, resciuit tandem conferta ibi esse tabernacula, & motum qui conspiceretur in silua, ab equis e castris ad pabulum liberius tendentibus fieri. Mox Persas esse qui adessent agnouit, nominataque illorum tribu, Raman quemdam ipsis præesse: adeoque secundum morem finitimos Romanos depopulatum venisse. Confestim itaque delectam bellatorum partem ad eos insectandos proficisci iubet: Ipse vero cum paucis locum editiorem conscendit, quæ agerentur exploraturus. E contra Persæ, collectis sarcinis, reditum parabant. Sed vt se a Romanis iam iam comprehendi, illosque effusiore impetu conspexere in se ferri, obuersa fronte restitere. At Romanis instantibus, pedem rursum referunt, quo sæpius eiusmodi repetito dolo, fatigati complures e Romanis despondere animum, reditumque cogitarunt. Quod vbi Imperator animaduertit, (ex alto enim, vt retuli, euentum rei speculabatur) citato quan-

tum poterat cursu absque lorica ad illos contendit. Sed vbi Persæ plurimos Romanorum insecutione defessos, & a se inuicem diuisos conspexerunt, alios exiguo admodum numero rati, vndique circumueniunt, iamiamque parum aberat quin delerentur omnino, nisi inopinate superueniens periculo fugientes exemisset Princeps. Tum vero Persis insequendis plurimum temporis est absumptum: vnde cum iam equum deficere animaduertit, substitit paululum donec alius e velocioribus, adduceretur, quem a celeritate Equiferum vocabant. Sequentibus autem pone singilatim & sparsim Romanis imperat, vt instarent acrius, neque a consilio remitterent. Alij vero cum post plurimam insecutionem nihil demum peragerent, quod deserta esset, vt plurimum regio, nec facile peruia, retrocessere. Princeps Andronico Patrueli, de quo multa a nobis in superioribus dicta sunt, in hostem contendenti obuiam factus, equum inuito extorquet, quem ille insilit, & eum expectare ibi tantisper iubet, dum Equiferum illum iam iam adducendum nactus secum vna contenderet in prælium. Interim in hostem proficiscitur. Copias Persæ bifariam diuiserant. Prior pars constabat eo equitatu, qui liberius absque stramentis gregatim subsequi solet. Reliquus exercitus a tergo incedebat, subeuntes Romanos excepturus. Vbi vero nemo Romanorum conspicitur audaciores effecti, coeunt in vnum omnes, equitatumque, qui liberius vt dixi, excurrit, in locum vnum statuunt. Simul ac autem Imperatorem solum, nec lorica indutum, contra se aduentare cernunt, irruunt in ipsum vniuersi, sagittisque impetunt, sese inuicem subinde ad virtutem hortati. Sed ille heroico generosoque plusquam resumpto animo, postquam ægre circumueniri se posse ab hostibus agnouit, (locus quippe densis virgultis obsitus ab vtroque latere iis obuersabatur) prælium aggreditur, multisque obtruncatis, cæteros ad fugam compellit. Tum Barbarus quidam, non ausus Imperatoris impetum experiri, supinus solo recumbens, vbi præteruectum videt longius, telo emisso extremam pedis partem a tergo attigit, vbi circa clauiculos, versus calcem, quidpiam natura extans reliquit: cumque ille ad ictum repetendum se accingeret, præueniens Imperator, comprehensum crinibus hominem viuum cepit. Inde ad castra cum illo reuertens, obuius fit Andronico, qui iam adductum equum nactus,

A ῥᾴκιστος ἐπ' ἐκείνους ἐχώρει. Πέρσαι δὲ ἐπειδὴ πολλοὺς Ῥωμαίων τῇ διώξει, ὥσπερ ἔφην, ἐκκεκμηκότας χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων γεγονότας εἶδον, καὶ μὴ δὴ ὀλίγους τοὺς ἄλλους καταμονήσαντες, ἀμφιβόλους τε ἤδη ἐποιήσαντο, καὶ ἐγγὺς ἦλθον τοῦ μέγα τι καὶ ἀνήκεστον δρᾶσαι, εἰ μὴ Βασιλεὺς ἀπροσδόκητος αὖθις ἐκφανεὶς, τοῦ κινδύνου διεσώσατο φεύγουσι. Τοίνυν ἀεὶ ἀμφεπόμενος Πέρσαις, πολύν τινα κατέτριψε χρόνον. ὅθεν καὶ ἐπειδὴ τοῦ ἵππου κεκμηκότος ἤδη ᾔσθετο, αὐτὸς μὲν αὐτοῦ που ἔμεινε, τὸν ἐν τοῖς μάλιστα δρομικὸν εἶναι τῶν ἵππων αὐτῷ κομισθῆναι καραδοκῶν, ὃν καὶ Ἀγρίμην, τὸ τάχος αἰνιττόμενοι, ἐκάλουν. Ῥωμαίων δὲ τοῖς, ὅσοι κατόπιν αὐτοῦ καθ' ἕνα καὶ σποράδην ἰόντες ἀεὶ ἐπικατελάμβανον, ἐκέ- B λευε διώκειν μᾶλλον ἔτι, μηδ' ἀνιέναι τῆς προθυμίας. Ἄλλοι μὲν μετὰ πλείστην ὅσην τὴν δίωξιν, ἐπειδὴ μηδὲν ἀνύττειν εἶχον, τόν τε χῶρον ἔνθα ἐπὶ πλεῖστον ἐμπεπλωκότες ἦλθον, ὀπίσω ἐχώρουν. Ὁ δὲ τῷ ἐξαδέλφῳ περιτυχὼν Ἀνδρονίκῳ, οὗ πολὺν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐποιησάμεθα λόγον, τῷ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰόντι, καὶ αὐτῷ πολλὰ βιασάμενος τὸν ἵππον ἀφαιρεῖται. ἐπιβὰς δὲ, αὐτὸν μὲν αὐτοῦ μένειν εἴασεν, ἐπισκήψας ὃν εἴρηται Ἀγρίμην, ὅσον οὐκ ἤδη κομισθησόμενον λαβεῖν, οὕτω τε σὺν αὐτῷ ἐπὶ τὴν μάχην ἐλθεῖν. Ὁ δὲ τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔφερεν. Πέρσαις δὲ δίχα διῄρηται τὸ στράτευμα, καὶ τὸ μὲν πρόσθεν τὴν ἵππον ἐπαγόμενον πᾶσαν ἐχώρει, ὅση ἄνευ ἐπιστρωμάτων ἀγελαία τούτοις εἵπετο. Τὸ λοιπὸν δὲ κατό- C πιν ἐπορεύετο, Ῥωμαίους ἐπιόντας ὑποδεξόμενον. Ὡς δὲ οὐδεὶς οὐδαμῶς Ῥωμαίων ὑπεφαίνετο, θαρσήσαντες τοῦ λοιποῦ συνῄεσάν τε ἀλλήλοις, καὶ τὴν ἵππον ἄνετον ἥπερ εἴρηται φερομένην ἐφ' ἕνα χῶρον ξυνάγειν διενοοῦντο. Ἐπειδή τε Βασιλέα μόνον ἐκ πάντων Ῥωμαίων ἀθωράκιστον ἐπ' αὐτοὺς ἰόντα κατενόησαν, ἀθρόοι λοιπὸν ἐπ' αὐτὸν ἐξεχέοντο, ἐκτείνοντές τε τὰ τόξα, καὶ ἀλλήλοις ἐγκελευόμενοι. Ὁ δὲ ἡρωϊκόν τινα καὶ ἀνδρείας πρόσω τρόπον ἀναλαβὼν, ἐπειδὴ κύκλωσίν τινα αὐτοῦ πρὸς τῶν πολεμίων γεγονέναι ἀδύνατα εἶναι κατενόει (χῶρος γάρ τις ἀμφιλαφὴς ἑκατέρου παρακείμενος μέρους, ἐκ ποδῶν εἶναι τοῦτο αὖθις καθειστήκει) τὴν συμπλοκὴν ἀναδέχεται, πλείστους αὐτῶν ἐπὶ στόμα κατενεγκὼν, τοὺς λοιποὺς D εἰς φυγὴν βλέψαι ἠνάγκασεν. ὅτε δὴ τῶν τις βαρβάρων ἐκείνων τὴν Βασιλέως οὐχ ὑπομείνας ἀκμὴν, ὕπτιός τε διὰ τοῦτο τῷ ἐδάφει προσερεισθεὶς, ἐπειδὴ προσωτέρω ἱππαζόμενον αὐτὸν κατενόει, βέλος ἀφεὶς ἄκρου τυγχάνει τοῦ ποδὸς ὄπισθεν, ἔνθα μετὰ τὰ σφυρὰ ἐπὶ πτέρνην ἡ φύσις ἀναχωροῦσα τὴν ἐξοχὴν ποιεῖται. καὶ ὁ μὲν καὶ δευτέραν πέμψειν ἠπείγετο. Βασιλεὺς δὲ προτερήσας τὴν ὁρμὴν, τῶν τειχῶν εἷλκε ζωγρίαν. Σὺν αὐτῷ δὲ τὴν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἰὼν Ἀνδρονίκῳ συνάντα. ἤδη γὰρ τοῦ βασιλείου ἐνεχθέντος αὐτῷ ἵππου, ὀχησάμενος κατὰ

A Περσῶν καὶ αὐτὸς ἤλαυνε. Πολλά τε τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω πορείας εἴργων, ἅτε παντάπασιν ἄνοπλον ὄντα καὶ αὐτόν, ἐπειδὴ μὴ πείθειν εἶχε, (θάρσει γὰρ καὶ οὗτος ἀπείρῳ διῳκεῖτο, καὶ ἐπεὶ τὰς μάχας, ἐπιεικῶς τὸ δόρυ χειρίσας καὶ τὴν ἀσπίδα, οἷς καὶ αὐτοῖς οὐχ ὡς ἰδίοις ἐχρῆτο, ἀλλά τινος τῶν ἀπὸ δόξης ἀφελόμενος ἔτυχεν) αὐτὸν μὲν ἀφῆκε πορεύεσθαι. ὁ δὲ ὁδῷ προϊών, καὶ τοῖς λοιποῖς συνέμιξε τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ. πυθόμενός τε ὅπως αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἀπηντήσατο, μόνῳ τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους ἰόντι, περὶ μὲν τοῦ τῶν πολεμίων φόνου, οὓς καθάπερ εἴρηται ἀπεκτονὼς ἔτυχεν, ἀπήγγελεν οὐδέν, καυχήσεως ἀγεννοῦς ὑποψίαν παραιτούμενος. B ἔργον γὰρ οὐχ ὑπ' ὄψιν ἐλθόν, τοῖς μὴ εὐμενῶς ἀκούειν ἐθέλουσιν, ῥᾴδιον εἰς ἀνατροπὴν γίνεται. Τοῦ γε μὴν τραύματος ἐπιμελεῖσθαι αὐτίκα ἐκέλευεν, ὡς μὴ φλεγμήναντος, ἀνήκεστόν τι καὶ ἐπισυμβῇ· ὅτε δὴ γέγονέ τι καὶ λόγου ἄξιον. Ἐπειδὴ γὰρ μὴ εἶχον ὅπως αὐτῷ χρήσεσθαι, τῶν στρατιωτῶν τις ἐγχειρίδιον ἑλκύσας, μέρος τῆς αὐτὸς αὐτοῦ σαρκὸς ἀφελέσθαι διενοήθη, ὡς ἂν ἔτι διάθερμον τῷ τραύματι περιθεὶς, οὕτω τὴν φλεγμονὴν ἀποκρούσαιτο. Ἀλλὰ βασιλεὺς τῆς εὐνοίας τὸν ἄνδρα ἀποδεξάμενος, τοῦτο μὲν διεκώλυσε, τῶν δὲ τῆς ὁδοιπορείας κεκμηκότων ἵππων τινὸς τεμμάχιον τῆς σαρκὸς ἀφαιρεῖσθαι κελεύσας, εὐθύωρον προσῆγε τῷ τραύματι. C Ἐκεῖθεν τε μακρὸν κατατείνας δρόμον ἐπὶ μέσας που τὰς νύκτας, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀφικνεῖται πρὸς ταῖς Μαιάνδρου ἐκβολαῖς ἱδρυμένον, ἔνθα πολύ τε καὶ ἀμέτρητον ὕδωρ ῥεῖ μὲν ἐκ τῶν κατὰ ὑπωρείαν πετρῶν, ὡς ἐκ μυρίων ἀναδιδόμενον στομάτων, τὸν δὲ παρακείμενον ἐμπελαγοῦν χῶρον, ἐς λίμνην μὲν τὸ πρῶτον ξυνίσταται, ἑξῆς δὲ προϊὸν διώρυχά τε βαθεῖαν τέμνει, καὶ ποταμὸν ἐντεῦθεν ποιεῖ. Ἀνδρόνικος δέ, καθάπερ εἴρηται, ἐπίπροσθεν ἰών, ἄλλο μὲν ἔδρασεν οὐδέν· ἵππους δὲ συχνούς, οἷς ἐπιβαίνοντες ἦσαν οἱ πρὸς βασιλέως ἀνῄρηνται, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἤλασε. Ταῦτα μὲν οὕτως ἐχώρει. D Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ᾔει. ἐν Βιθυνίᾳ τε γεγονώς, ἐνταῦθά που τοὺς ἐκ Φιλομηλίου, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἀναρρυσθέντας ᾤκισατο Ῥωμαίων, κτησείδιον αὐτοῖς τῶν ἱερῶν τινὸς ἀλλαξάμενος σεμνείων, ἔνθα φρούριόν τε ἀνῳκοδόμησε, καὶ Πύλας αὐτὸ κατωνόμακεν.

ι΄. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, Κοσμᾶς ὁ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τὸ τηνικάδε ἐφεστὼς πραγμάτων, ἀνὴρ βίῳ καὶ λόγῳ κόσμιος, τοῦ θρόνου κατεσπάσθη ἐπ' αἰτίᾳ τοιᾷδε. Ἦν τις ἀνὴρ μοναχικὴν ἐπα-

contra Persas perinde equitabat. Multis autem verbis frustra dehortatus ne vlterius inermis & ipse contenderet, (incredibili enim præditus audacia totum spirabat Martem, hastam tractare, parmamque gestare promptissimus, quibus tunc non propriis, sed acceptis ab aliquo e magnatibus vtebatur,) proficiscentem quidem in prælium dimisit, ipse vero continuato quod instituerat itinere, ad suos tandem rediit. Sciscitantibus vero quid sibi accidisset, in ea quam omnium solus in Barbaros susceperat expeditione, quæque fuisset clades hostium, quos, vt memoraui, occiderat, vanæ gloriæ suspicionem declinans, nihil quidem respondit. Sæpe enim contingit, vt quoduis egregium facinus, quod non sub oculos cadit, ab iis qui audire cupiunt, in contrarium facile deflectatur. Curandum autem confestim vulnus statuit, ne si succederet inflammatio, quidpiam periculosius accideret: quo tum tempore res digna accidit quæ memoretur. Cum nihil ad manum esset, quidam miles, accepta sica, suæ carnis partem aliquam præsecare parat, vt ea calens adhuc applicata vulneri tumorem inhiberet: sed Imperator laudata viri beneuolentia, id abnuit quidem, iussit vero vt ab vno ex iis equis, qui nimio cursu fatigati erant, abscissum carnis frustulum vulneri continuo apponeretur. Productis inde ad medias fere noctes itineribus, exercitum repetit, qui ad Meandri ostia considebat, vbi magna & immensa vis aquarum ex petris, radicibus montium adiacentibus, velut ex infinitis fontibus effusa, marisque instar circumiacentem hic inundans agrum, in lacus speciem primo quidem contrahitur, deinceps vero paulatim diffluens, profundam fossam diffindit, indeque in fluuiam efformatur. Ab Andronico interea, qui in hostem, vt diximus, processerat, nihil factum quidem aliud, nisi quod equos complures eorum, quos ceciderat Imperaror, in castra egit. Sic sese res habuere. Versus Byzantium reditu instituto Imperator, cum in Bithyniam peruenisset, liberatis ex Philomelio, quemadmodum supra retuli, Romanis, sedes ibi assignauit, possessiuncula, a sacro quodam Monasterio per commutationem comparata, vbi & arcem Castrumque extruxit, cui nomen indidit Portarum.

X. Sub idem tempus Cosmas, qui ea tempestate res Ecclesiasticas moderabatur, vir vitæ integritate & grauitate sermonis illustris, a Sede hanc ob causam depulsus, est. Mona-

chus quidam Niphon nomine, qui liberales disciplinas humanasque scientias ne summis quidem labris degustauerat, etsi sacris a pueritia literis imbutus, cum Michaele viro pio, virtuteque insigni Ecclesiasticam dignitatem regente, haud sana circa Christianam religionem sentire visus esset, ideoque iudicio Synodali fuisset condemnatus, barba ad talos vsque protensa, derasa, carceri mancipatur. Vt vero vita functo Michaele, Sedem excepit Cosmas, Niphon liberiori statim vsus licentia, publicos congressus egit in compitis, prauasque suas opiniones vbique diffudit, Hebræorum Deum palam repudians. Amabat hominem supra modum Cosmas, admittebatque in sui consortium, subindeque decreta in eum lata iniustitiæ aguebat. Licet tunc etiam immodice in illum, & ad petulantiam vsque propensus, atrocissime repulsus fuerit, propter virtutem tamen diuinis propemodum laudibus efferebat, addebatque iam olim illi prædictum ab eo, fore vt Patriarchalem thronum conscenderet. Hæc multis non placuerunt: vnde ex iis nonnulli, quibus potissimum Cosmæ salus curæ erat, accedentes non sine indignatione, *Quid*, aiebant, *o diuine Pastor, temetipsum lupo concredis? an non vides propterea te a grege despici? recede ab exitiosa societate. Cum homine enim sacris interdicto cohabitare, per se idonea satis est accusatio.* Hæc & similia illi ingerebant. Qui vero Patriarcham oderant, obtestabantur palam, appellabantque Dei & Imperatoris oculos. At ille neglectis iis, mordicus adhærebat Niphoni; neque etiam si quid immineret damni, ab eo se diuelli patiebatur: vnde ex nimia simplicitate, suimet oblitus, magnas incurrit calamitates. Quippe cum hominem rursum carceri mancipari præcepisset Princeps, adessentque ducturi, parum abfuit quin Patriarcham vox deficeret. Collecto demum spiritu, ad templi vsque atrium pedes progressus, a satellitum manibus conatus est auellere; cumque reluctarent ij, vna cum illo agi in carcerem volebat. Inde enatæ in Ecclesia contentiones, ipso Cosma in iudicium vocato, nec ante ab eiuscemodi tumultibus liberata est, quam se Byzantium Imperator recepit, quem ad hanc vsque diem res bellicæ detinuerant. tum enim ille throno excidit, eo quem mox dicturus sum modo. At primum quidem separatim Præsules allocutus, interrogansque de fide & pietate Niphonis, singulis id quod erat ve-

A νελόμενος πολιτείαν, ὄνομα Νήφων, παιδείας μὲν τῆς ἐγκυκλίου καὶ μαθημάτων τῶν ἐκτὸς οὐδὲ μέχρι πείρας ἐλθών, τοῖς ἱεροῖς δὲ λογίοις ἐκ παίδων ἑαυτὸν ἐπιδούς. Οὗτος ὁ Νήφων, Μιχαὴλ ἔτι ἀνδρὸς ἱεροῦ καὶ πολλοῦ τὴν ἀρετὴν τὸν ἐκκλησιαστικὸν διέποντος θρόνον, δόξαν οὐχ ὑγιᾶ τὰ ἐς τὸ Χριστιανῶν δόγμα πολλοῖς περὶ ἑαυτοῦ δεδωκώς, κρίσει τε συνοδικῇ διὰ τοῦτο ἀποψηφισθείς, τόν τε πώγωνα ἐκάρη ἄχρι καὶ ἐπὶ σφυρὰ κατατείνοντα, καὶ εἱρκτῇ παρεδόθη. Ἐπεὶ δὲ Μιχαὴλ μὲν ἐκεῖνος ἐξ ἀνθρώπων ἤδη ἦν, Κοσμᾶς δὲ ἀντ' αὐτοῦ τὸν θρόνον ἐκόσμει· αὐτίκα παρρησίαν αὖθις ὁ Νήφων ἀνελάμβανε μείζω, καὶ πολὺς ἐν συλλόγοις καὶ ἐν ἀγοραῖς ἦν, ἄλλοτε οὐδὲν ἔπραττεν, ὅτι μὴ δόγμα ἑκάστο-
B τε ἀνεκύκλει, τόν τε Ἑβραίων ἀποπροσεποιεῖτο Θεόν. Καὶ τάγε τοιαῦτα ἐνεργολαβεῖν ἤθελεν. Ἐφίλει τε αὐτὸν ὑπερφυῶς ὁ Κοσμᾶς, καὶ ὁμιλητὴν ἐποίει τὸν ἄνθρωπον, τοῖς τε κατ' αὐτοῦ τὸ πρότερον ἐψηφισμένοις ἀδικίαν ἐπεκάλει. Καίτοι καὶ τότε τὰ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρώπου προπετευσάμενος μέν, πικρότατα δὲ ὅμως ἀποκρουσθείς, καὶ τῆς τε ἀρετῆς αὐτὸν ἐπεθείαζε, κἀκεῖνο τοῖς λόγοις προσετίθει, ὅτι δὴ ἐτύγχανε πολλῷ πρότερον τὴν ἐς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνάβασιν ἤδη προαγγείλας αὐτῷ. Οὐκ ἤρεσκε ταῦτα τοῖς πολλοῖς, ὅθεν καὶ οἱ μὲν αὐτῶν, ὅσοι δηλονότι ἐκήδοντο τοῦ Κοσμᾶ, προσιόντες ἐπὶ χολῆς· Τί δήποτε, ἔφασκον, ὦ θεῖε ποιμήν, λύκῳ πιστεύεις ἑαυτόν; ἢ οὐκ οἶδας
C ὡς ὑποβλέπεταί σε διὰ τοῦτο τὸ ποίμνιον; ἀπορράγηθι τῆς τοῦ λυμεῶνος ξυναυλίας. Ἀνδρὶ γὰρ ἀποβλήτῳ ξυνοικίζεσθαι, αὐτάρκης κατηγορία. Οἱ μὲν ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἔλεγον. ὅσοις δὲ δι' ἀπεχθείας ὁ Ἀρχιερεὺς ἦν, ἀπεβόων διαρρήδην. ἐπεκαλοῦντο τοὺς Θεοῦ καὶ Βασιλέως ὀφθαλμούς. Ὁ δὲ ἄλλα τὴν μὲν ὀλιγώρως εἶχε παντάπασι, τοῦ δὲ Νήφωνος ἀπρὶξ εἴχετο, οὐδ' ἂν εἴ τι καὶ γένοιτο ἀποκλᾶσθαι ἤθελεν αὐτοῦ· ἀμέλει καὶ ἔλαθεν ἑαυτὸν τῇ λίαν ἁπλότητι ἐν οὐ μετρίοις ζημιωθείς. ἐπεὶ γοῦν ποτέ, Βασιλέως κελεύσαντος, εἱρκτῇ καὶ αὖθις διδόναι τὸν ἄνθρωπον, παρῆσαν οἱ τοῦτον ἀπάξοντες. Τὸ μὲν πρῶτον μικροῦ καὶ εἰς ἀφασίαν ἐξεπεπτώκει, ἀναλεξάμενος δὲ ἑαυτόν, πεζῇ τε μέχρι καὶ ἐπὶ
D τὴν αὐλὴν τοῦ νεὼ παρελθών, ἀποσπᾶν ἐπεχείρει τῶν ἀπαγόντων τὸν ἄνθρωπον. τῶν δὲ οὐκ ἐνδιδόντων, ξυναπάγεσθαι τούτῳ τὴν ἐπὶ τὴν εἱρκτὴν ἤθελε. στάσις ἐντεῦθεν εἶχε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ὁ Κοσμᾶς ἐν αἰτίαις ἦν. οὐ πρότερόν τε τῶν ταραχῶν τούτων ἐλύετο, πρὶν ἂν Βασιλέως ἐν Βυζαντίῳ γεγονότος, ἐτύγχανε γὰρ τοῖς πολεμίοις ἔτι πονούμενος ἔργοις, ἔκπτωτος ἐγεγόνει τοῦ θρόνου τρόπῳ, ᾧπερ αὐτὸς ἐρῶν ἔρχομαι. Τῶν γὰρ Ἀρχιερέων ἰδίᾳ παραλαβὼν ἕκαστον, ἐπυνθάνετο ὅπως αὐτῷ ἐς εὐσέβειαν ὁ Νήφων ἔχειν δοκεῖ. Τῶν δὲ ἑκάστου τὸ

A αὐτῷ παρεστάμενον τῇ ἀληθείᾳ διαγορευόντος, τέλος καὶ ἐπὶ Κοσμᾶν τὴν πεῦσιν μετῆγε. καὶ ὃς αὐτίκα πολὺν τοῦ Νήφωνος κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐσχεδίαζε τὸν αἰνετήριον, εὐσεβῆ τε ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἐς ἀρετὴν ἀπαράμιλλον. τέθειται δὲ ταῦτα ἐπὶ βήματος. καὶ ὁ Βασιλεὺς οὐκ ἔτι καθ' ἕνα τοὺς Ἀρχιερέας ἐπηρώτα, ἀλλὰ κοινῇ πάντων ἀνεπυνθάνετο, ὅπως ποτὲ περὶ Νήφωνος φρονοῦντες εἶεν. οἱ δὲ διαρρήδην ἀσεβῆ τὸν ἄνθρωπον ἀπεκάλουν. Οἱ μὲν οὖν οὕτω γνώμης εἶχον. Βασιλεὺς δὲ τὸν λόγον ἐπὶ Κοσμᾶν ἤδη μεταγαγὼν, Σὺ δ' ἀλλὰ τί ποτε, ὦ δέσποτα, περὶ τοῦ ἀνθρώπου φρονῶν εἴης; τοῦ δὲ σὺν ἁπλότητι ταὐτὰ καὶ πάλιν παρρησίᾳ διενισταμένου, ἐπεβόα τε τὸ πλῆθος, καὶ μηδὲν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θρόνου ἥκιστα ἠξίου. Ὁ μὲν οὖν διὰ ταῦτα ἐκ τοῦ μέσου λοιπὸν ἦν. Ἄνθρωπος πλὴν τοῦ ἀφελοῦς, ὡς οἶμαι, τἄλλα πάντα πεπλουτηκὼς ἀγαθά. B

ια'. Βασιλεὺς δὲ ὀλίγῳ ὕστερον ἐπὶ Πέρσας καὶ πάλιν ἐχώρει. Ῥυνδακὸν δὲ καταλαβὼν ποταμὸν, ἐν παρασκευῇ ἐποιεῖτο, ὅπως Ἰκόνιόν τε ἐκπολιορκήσῃ, καὶ τὰ Πέργαμα καταδραμεῖται πάντα. Ἀλλ' οὔπω ἐντεῦθεν ἐκίνει τὸ στράτευμα, καὶ πρέσβεις ἀφίκοντο πρὸς τοῦ Σουλτὰν περὶ εἰρήνης ἐπερωτήσοντες. Ἦρχε δὲ ταυτησὶ τῆς πρεσβείας ἀνὴρ μεγάλα παρὰ Πέρσαις δεδυνημένος, ὄνομα Σολυμᾶς, πολλῶν ἐς ἄγαν πολέμων ἔμπειρος, ἐκ πολλοῦ τῆς Βασιλέως χειρὸς πειραθεὶς, ἐξ ὅτου, καθάπερ μοι δεδιήγηται, περὶ τὸν οὕτως Καλογραίας λεγόμενον βουνὸν, τῷ Ῥωμαίων συμμίξας στρατῷ, κατὰ κράτος ἡττήθη. Ἦν δὲ τῆς πρεσβείας ὁ νοῦς τοιοῦτος. Πρακανάν τε πόλιν ἀποδίδοσθαι Βασιλεῖ, καὶ ὅσα ἄλλα Ῥωμαίους ἀφελκόμενοι ἔφθασαν. οὕτω τε εἰρηναῖα τὸ λοιπὸν Πέρσαις τε καὶ Ῥωμαίοις ἔσεσθαι ὡμολόγουν. Ἃ προσηκάμενος Βασιλεὺς, τὸν πόλεμον λύσας ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθεν. C D

ιβ'. Ἐντεῦθεν τὰ ἔξω ἀρχὴν ἔσχε. Κελτοὶ γὰρ καὶ Γερμανοὶ, καὶ τὸ Γαλατῶν ἔθνος, καὶ ὅσα τὴν παλαιὰν ἀμφινέμονται Ῥώμην, Βρίττιοί τε καὶ Βρεττανοὶ, καὶ ἁπλῶς ἅπαν τὸ Ἑσπέριον ἐκεκίνητο κράτος. Λόγῳ μὲν τῷ προχείρῳ, ὡς ἐξ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβήσονται, Πέρσαις τε μαχησόμενοι τοῖς παρὰ πόδας, καὶ τὸν ἐν Παλαιστίνῃ καταληψόμενοι νεὼν, τόποις τε τοῖς ἱεροῖς ἱστορήσοντες· τῇ γε μὴν ἀληθείᾳ, ὡς τήν τε χώραν Ῥωμαίων ἐξ ἐφόδου* καθέξοντες, καὶ τὰ ἐν ποσὶ καταστρέψοντες. Ἦν δὲ αὐτοῖς ἡ στρατιὰ ἀριθμοῦ κρείττων. Βασιλεὺς δὲ ἐπειδὴ ἄγχιστα τῶν Οὐννικῶν ὁρίων γεγονέναι πύθετο τούτους, πρέσβεις ἔστελλε, Δημήτριόν τε τινὰ Μακρεμ-

* καθεξ.

A re enuntiantibus, tandem & ipse super eo rogatus est Cosmas; qui in Niphonis laudes immensas, prout consueuerat, ex tempore conuersus, Pium illum propalam profitetur, virtuteque nemini conferendum. Res tandem ad tribunal deducta; iamque non singulos Pontifices separatim, sed omnes simul Princeps interrogat, quid de Niphone sentirent. Palam illi impium hominem proclamant. Atque eorum eiusmodi fuit sententia. Conuersus inde Imperator ad Cosmam, *Tu vero Domine*, inquit, *quid de homine sentis?* Et B Cosma eadem simpliciter, liberiusque affirmante, conclamauit cœtus vniuersus, Minime in throno perstare illum debere. Ea propter de medio tollitur, vir, præterquam nimia simplicitate, vti ego quidem existimo, reliquis omnibus bonis copiosissime instructus.

XI. Non multo interiecto tempore rursum aduersus Persas proficiscitur Imperator, atque ad Rhyndacum amnem cum peruenisset, parat se ad expugnandum Iconium, Pergamaque C vniuersa incursionibus infestat. Necdum inde copias abduxerat, cum Legati superueniunt ab Sultano, de pace acturi. Præfuit huic Legationi vir apud Persas potentissimus, nomine Soliman, multa rei militaris experientia conspicuus, quique pridem expertus fuerat Imperatoris vires, ex quo, vt supra scripsimus, ad Calograeæ collem cum Romano exercitu prælio decertans omnino deletus est. Ea autem fuit Legationis sententia: Pracanam ciuitatem, ab iis restituendam, & quæcumque alia Romanis abstulerant: ita deinceps, Romanos inter Persasque pacem fore. D Quibus acceptis conditionibus, solutoque bello, Byzantium Princeps reuertitur.

XII. Tum res extraneæ initium nouorum motuum fecere. Celtæ enim Germanique & Galli, & qui veterem circumhabitant Romam, Brittiique & Britanni, atque adeo vniuersæ Occidentis vires mouerunt. Tantæ expeditionis in speciem causa hæc ferebatur, vt in Asiam traiicerent, dimicarentque cum obuiis Persis, indeque in Palæstinam contenderent, templum Dominicum locaque sacrosancta lustraturi. Cæterum vera huius profectionis causa fuit, vt in transitu Romanorum infestarent agros, & obuia quæque euerterent. Innumerus autem illorum erat exercitus. At vbi iam proximos esse Hungarorum finibus resciuit Princeps, Demetrium quendam Macremboli-

tem, & Alexandum gente Italum, Grauinæ ciuitatis Italicæ olim Comitem, quique a Siciliæ Tyranno cum compluribus aliis, possessionibus suis exutus, ad Imperatorem hac de causa transierat, Legatos mittit: hoc dato in mandatis, vt eorum mentem diligentius explorarent; & si in Romanorum damnum dicerent non se aduenisse, id sacramentis adfirmarent: Legati igitur ad Barbarorum duces perducti, in hunc modum verba fecerunt. *Bellum non indictum inferre iis, qui nullam iniuriam fecerunt, nulli hominum aut sanctum vnquam fuit, aut decorum: maxime quibus nobilitatis & potentiæ abunde est. Si enim vincere illos contingat, fortitudini non adscribetur victoria. Contra, si victi fuerint, non pro virtute periculis se se obiecisse iudicabuntur. Res vtraque infra laudem est. Vobis autem non aliter licebit calcare Romanorum terras, quam fide primum interposita, nullam vos iniuriam Imperatori illaturos. Quod si iureiurando non stare decreuistis, cur non propalam bellum geritis? sin illud etiam cum periurio illis infertis, multo certe grauius nefas erit; cuius Deum & Romanorum arma, vindicta spectabit. At si vestra sincera est amicitia, & nullo fucata dolo, Sacramentis eam confirmantibus, vobis integrum erit vti amicis, iter per ditiones facere Magni Imperatoris, hospitiisque vt par est, atque alia quauis benignitate frui.* Hæc Legati dixere. Illi autem omnes, cum in tabernaculum Conradi Alemannorum Regis conuenissent, vt qui inter Occidentales nationes principem locum obtineret, neutiquam se aduenisse dicebant, vt damna vlla inferrent Romanis: si necesse id foret, rem sacramentis se se firmaturos, idque se libenter facturos asserebant, cum Palæstinam, & incursantes Asiam Persas spectaret ab ipsis suscepta expeditio. Hæc Romanis acceptantibus, confestim quæ dederant verba, facto ipso confirmauere quotquot Regia, aut alia quauis illustri dignitate præstabant, Ducum dico & Comitum. Gaudent autem singulari sua prærogatiua eiusmodi dignitates, ab Imperatorio fastigio, quod cæteris præeminet, & a quo profluunt, quodammodo secretæ. Comitem enim Dux præcellit, Ducem vero Rex, Regem Imperator: & cum illud quod minus est suapte natura potiori subiaceat, belli cum eo partitur onera, in eiusmodi rebus cætera subditus. Quapropter quem Græci Βασιλέα vocant, Latini Imperatorem appellare solent, supremam illius potestatem innuentes: Reges autem, quotquot secundum sortiti sunt ordinem. Hæc apud

A βολίτην, καὶ Ἀλέξανδρον ἄνδρα Ἰταλὸν μὲν
τὸ γένος, Γραβίνης δὲ πόλεως Ἰταλικῆς Κόμη-
τα γεγονότα· πρὸς τε τοῦ Σικελίας Τυράννου
ἅμα πλείοσιν ἄλλοις τῆς τε ἀρχῆς ἀποβιβα-
σθέντα, καὶ Βασιλεῖ διὰ τοῦτο αὐτόμολον γεγο-
νότα. Ἐκέλευε δὲ τῆς τε γνώμης ἀποπειράσα-
σθαι σφῶν, καὶ εἴγε μὴ ἐπὶ τῷ πονηρῷ Ῥω-
μαίων ἥκοιεν, ὅρκοις τὸ πρᾶγμα βεβαιοῦν.
Οἳ καὶ ἐπειδὴ ἐπὶ τοὺς τῶν Βαρβάρων τούτων
ἡγεμόνας ἦλθον, ἔλεξαν τάδε. Ἀκήρυκτον πό- «
λεμον ἄγειν ἐπὶ τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας, οὔτε ὅ- «
σιον, οὔτε ἄλλως εὐπρεπὲς ἀνθρώποις ἐστί· γέ- «
νους τε περιφανείᾳ καὶ δυνάμεως περιουσίᾳ μά- «
B λιστα κεχρημένοις. νικῶντες γὰρ, ἂν οὕτω τύ- «
χοι, οὐ σὺν ἀνδρείᾳ νικήσουσι, καὶ ἡσσώμενοι «
οὐχ ὑπὲρ ἀρετῆς κινδυνεύσουσιν. ἄμφω δὲ οὐκ «
ἐπαινετά. Ὑμῖν δὲ οὐδὲ ἄλλως ἐξέσται γῆν τὴν «
Ῥωμαίων πατεῖν, μὴ πρότερον πίστεις περὶ τοῦ «
μηδὲν ἀδικήσειν δεδωκότας Βασιλεῖ. Ὥστε εἰ μὲν «
ψευδορκεῖν μέλλοιτε, τί μὴ ἐν τῷ ἐμφανεῖ τὸν πό- «
λεμον ἄγετε; εἰ δὲ καὶ σὺν ἐπιορκίᾳ τὸν κατ' «
αὐτῶν φέρετε πόλεμον, πολλῷ δὴ χαλεπώτε- «
ρον· Θεῷ γὰρ καὶ τῇ Ῥωμαίων ἰσχύι λείπεται «
ὑμᾶς. Εἰ δὲ καὶ ἀληθὲς τὸ φίλιον ἐν ὑμῖν, καὶ «
δόλος οὐδεὶς ὑποκάθηται, ὅρκοις τὸ πρᾶγμα «
βεβαιώσασιν, ἐξέσται ὡς διὰ φιλίας τῆς Βα- «
C σιλέως μεγάλου ἰέναι γῆς, ὑποδοχῆς τε ἀπο- «
λαύοντας εἰ εἰκὸς καὶ φιλοφροσύνης τῆς ἄλλης. «
Οἱ πρέσβεις μὲν τοσαῦτα εἶπον. οἱ δὲ, συνῄε-
σαν γὰρ ἐς ταὐτὸν παρὰ τὴν Κορράδου τοῦ
Ἀλαμαννῶν Ῥηγὸς σκηνὴν, ἅτε τὰ πρεσβεῖα τῶν
ἀνὰ τὴν Ἑσπέραν λῆξιν λαχόντος ἐθνῶν, ἐπὶ
κακῷ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἥκειν οὐδαμῇ ἔφασκον,
κἂν δέησοι καὶ ὅρκοις τὸ πρᾶγμα πιστοῦσθαι,
ἑτοιμότατα καὶ τοῦτο ποιήσειν διετείνοντο. Ἐπὶ δὲ
Παλαιστίνην αὐτοῖς ὁρᾶν τὴν ὁρμὴν, καὶ τοὺς
τὴν Ἀσίαν ληστεύοντας Πέρσας. Δόξαν οὕτω
Ῥωμαίοις, καὶ εἰς ἔργον τοὺς λόγους ἐξῆγον, ὅ-
σοιτε ἐς τοὺς Ῥῆγας, καὶ ὅσοι ἄλλως ἐπίδοξοι τῶν
D ἐν αὐτοῖς ἦσαν, Δουκῶν φημὶ καὶ Κομήτων. ἰδιά-
ζουσαι δὲ ταῦτα ἀρχαὶ, καὶ οἷον τινες διαιρέσεις
ἐκ τοῦ τῆς Βασιλείας καθιέμεναι ὕψους, ἡλικω-
τάτου τινὸς καὶ ὑπερκειμένου τῶν ἄλλων πράγ-
ματος. Κόμητα μὲν γὰρ Δοὺξ ὑπεραναβέβη-
κε, Δοῦκα δὲ αὖ Ῥὴξ, καὶ Ῥῆγα Βασιλεύς. καὶ
ὑπείκει τὸ καταδεέστερον ἀεὶ φύσει τῷ ἐπέ-
κεινα, πόλεμόν τε συνδιαφέρει τούτῳ. καὶ πείθε-
ται τάγε τοιαῦτα. διὸ καὶ Βασιλέα μὲν Ἰμπερά-
τορα καλεῖν ἔθος Λατίνοις ἐστὶ, τὸν ὑπὲρ ἐπέκει-
να αἰνιττομένοις. Ῥῆγας δὲ τοὺς ὅσοι δευτέρας εἰ-
λήχασι τάξεως. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω διῃρή-

θω. Τελεσθέντων δὲ τοῖς πρέσβεσιν ὧν ἕνεκα παρὰ τοὺς βαρβάρους ἦλθον, αὐτοὶ μὲν ἐς Βυζάντιον ἀπεκομίσθησαν· οἱ ῥῆγες δὲ ὁδοῦ τοῦ λοιποῦ εἴχοντο. οὐ μέντοι ἀλλήλοις ἀνεμίγνυντο τὰ στρατεύματα, ἀλλ' ὁ μὲν Ἀλαμανὸς προτέρευε, πολλῷ δὲ κατόπιν ὁ Γερμανὸς ἐπορεύετο, οὐκ οἶδα ὅτου ἕνεκα τοῦτο ἐπιτηδεύοντες. εἴτε καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑκάτερος ἀξιόμαχος εἶναι φιλοτιμούμενος, εἴτε καὶ τὰ ἐπιτήδεια μὴ ἐπιλιπεῖν σφᾶς προνοούμενοι. Ἦσαν δὲ ὅμως ἀνάριθμοι, καὶ ὑπὲρ τὴν θαλάσσιον ψάμμον. οὐ τόσαις ὁ Ξέρξης ἐκαλλωπίσατο μυριάσιν, ὁπότε ναυσὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἔζευγνυ. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τῷ Ἴστρῳ γεγόνασιν, ἐνταῦθα εὐτρεπῆ τὰ πρὸς τὴν διάβασιν ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς καθιστάς, ἐκέλευε τῶν ὑπογραμματέων τοὺς πλείους, ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἑστηκότας τὸν ἑκάστης φόρτον ἀπογράφεσθαι νεώς. ἐς ἐνενήκοντα τοίνυν ἐξαριθμησάμενοι μυριάδας, τὸ ἐντεῦθεν οὐχ' οἷόν τε ἐξαριθμεῖν ἐγίνοντο. Τὸ μὲν δὴ πλῆθος τοσοῦτον αὐτοῖς ἦν.

ιγ'. Ἀγχοῦ δὲ πόλεως Ναϊσσοῦ γεγόνασι, ὁ τὴν τῆς χώρας πρὸς βασιλέως ἐμπεπιστευμένος ἀρχὴν, Μιχαὴλ ἐπώνυμον Βρανᾶν, προὐνοεῖτο ἤδη τῶν ἀναγκαίων αὐτοῖς, οὕτω προστεταγμένον αὐτῷ. Μέχρι μὲν οὖν καὶ ἐπὶ Σαρδικῆς ἐν τούτοις ἦσαν, ἔνθα καὶ ἄνδρε δύο τῶν ἐπὶ δόξης ἠλθέτην παρ' αὐτούς, δεξιωσαμένω τε τὰ εἰκότα, καὶ τὰ ἀναγκαῖα σφίσιν ἐμπορευσομένω. Ἦν μὲν ὁ αὐτῶν Μιχαὴλ Σεβαστὸς ἐκ Παλαιολόγων, ἀνὴρ ἱκανῶς συνετὸς καὶ πραγμάτων πολλῶν ἔμπειρος, ὃς βασιλεῖ Ἰωάννῃ οὐκ οἶδ' ὅτι προσκεκρουκὼς πρότερον, ὑπερόριός τε διὰ τοῦτο γεγονώς, πρὸς βασιλέως ἀνεκλήθη Μανουήλ, εὔνους τε αὐτῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίων μάλιστα ἐγένετο πράγμασιν. ὁ μὲν δὴ τοιοῦτος ἦν. ἅτερος δὲ Καρτουλάριος μὲν ἀμφοτέροιν ἐχρημάτιζε τοῖν βασιλέοιν. Τοσούτῳ γε μὴν Ἰωάννῃ βασιλεῖ εὐνούστατος γέγονεν, ὡς ὁπότε Ἀλεξίῳ τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν υἱέων ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι ξυνέβη, ἐνσκῆψαι οἱ τὸν βασιλέα μετὰ τελευτὴν τὴν αὐτοῦ τὸν Μανουὴλ ἐπὶ τὰ σκῆπτρα καλέσαι, καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρίζειν. Οἱ μὲν τούτων ἕνεκα ἐπὶ τὴν Σαρδικὴν ἦλθον. Οἱ δὲ βάρβαροι μέχρι μὲν ἐν δυσχωρίαις ἦσαν (πολλὰ γὰρ ἐκ τοῦ ποταμοῦ Ἴστρου, ἄχρι καὶ ἐπὶ Σαρδικήν, ὄρη ἀνέχουσι ὑψηλὰ καὶ δεινῶς ἄβατα) σιγῇ τε ἐπορεύοντο, καὶ οὐδὲν ὅτι Ῥωμαίοις οὐ κατὰ γνώμην ἐποίουν. Ἐπεὶ δὲ τοῖς πεδίασιν ἤδη ὡμίλουν, αἳ πολλὰ τὰ δυσπρόσοδα τῶν κατὰ τὴν Δαδικὴν διαδέχονται χωρίων, προφαίνειν λοιπὸν τὸ δυσμενὲς ἤρξαντο. τοῖς δὲ κατ' ἐμπορείαν τὰ ὤνια σφίσιν ἀποδιδοῦσι, χεῖρα ἐπέβαλον ἄδικον· κἄν τις ἀπομαχέσαιτο πρὸς τὴν

A illos habetur distinctio. Rebus expeditis quarum causa ad Barbaros venerant, Legati Byzantium redeunt. Reges vero institutum iter prosequuntur, non tamen coniunctis inuicem exercitibus: prior enim incedebat Alemannus, a tergo longiore interuallo Germanus subsequebatur, quod cur ab iis factum sit, haud plane mihi compertum: nisi forte quod quisque iustas se copias ducere crederent, aut quod ita prouidissent, ne rerum necessariarum inopia premerentur. Ibant multitudine innumera, & arenam maris excedente, itaut non tot millibus gloriatus fuerit olim Xerxes, cum Hellespontum nauibus iungeret. Vbi ad Istrum peruenerunt, suppeditatis quæ ad transmittendas copias necessaria erant, delectis scribis dat in mandatis Imperator, vt in aduersa fluminis ripa stantes, annotarent cuiusque onus nauigij. Cumque ad nonaginta vsque millia numerassent, vlterius deinde progredi computando non potuere; tanta erat illorum multitudo. B

XIII. Cum ad Naisum vrbem accessissent, Michael cognomento Branas, cui ab Imperatore demandata erat Prouinciæ præfectura, quemadmodum ei imperatũ erat, necessaria omnia subministrauit. Postquam ad Sardicam ventum est, accessere duo ex Illustrioribus viri, qui & eos humaniter, vt par erat, exciperent, & commeatum præberi curarent. Alter C horam fuit Michael Sebastus, ex Palæologorum gente, vir ingenio & multa rerum experientia præstans, qui nescio quod ob crimen ab Imperatore Ioanne in exilium actus, a Manuele reuocatus fuerat; huic deinceps, rebusque Romanis addictissimus. Alter vero dignitate Chartularius operam suam vtrique impenderat Imperatori; sed Ioannis præsertim adeo fuerat beneuolentiam expertus, vt Alexio natu filiorum maiore rebus humanis exempto, mandauerit ei Imperator, vt post excessum suum Manueli ad sceptra vocato Imperium resignaret. Hunc illi in D finem Sardicam peruenere. Sed enim Barbari, quamdiu fuere in locis difficilibus (multi enim ab Istro flumine, ad Sardicam vsque prærupti eminent, vixq; non inaccessi montes) incedebant quietius, nihilque ab iis actum, quod Romanis displiceret. At postquam attigere loca plana, quæ regionum circa Dadicam difficultates excipiunt, tum demum hostilem animum prodidere. Res quippe iis venales exponentibus, iniustas iniiciebant manus: & si quis rapientibus obsisteret, eum continuo

ense detruncabant. Hæc etsi perpetrarentur, nihilominus mouebatur Rex Conradus, siqui essent qui quererentur, nec præbebat aures; vel si auscultaret, petulantiæ id multitudinis adscribebat. Ea postquam ad Imperatorem peruenere, Prosuchum, militari virtute præinsignem virum, cum raptim coacto agmine aduersus eos mittit: qui iuxta Adrianopolim Barbaros assecutus, haud longo interuallo subsequebatur, ac subinde coercebat inordinatius euagantium excursiones. tandem vbi eos videt supra modum feroces, palam etiam signa confert, tali occasione. Quidam ex Illustrioribus Alemannis, corpore affecto, Adrianopoli se in Monasterium receperat, B cum pecuniis, alioque omni apparatu. Id Romani aliquot milites ex pedestribus numeris subodorati, domicilium, ipsumque adeo ægrotum igne subdito cremant, sicque pecuniis potiuntur. Quam rem vbi accepit Federicus, Conradi ex fratre nepos, homo incredibiliter ferox, impetu vehemens, elatoque admodum animo, Adrianopolim propere reuertit, duorum itinere dierum Conradum præuertens, ac Monasterium, in quo primum diuerterat Alemannus, incendit, sicque belli occasionem Romanis simul ac suis præbuit. Prosuchus igitur idcirco Federicum adortus, in fugam illum coniecit, C & cædem ingentem edidit Barbarorum. Fuit autem ille Federicus, qui post Conradum imperauit Alemannis, ex ea quam in sequentibus trademus occasione. Atque inde a priore hactenus ferocia remisere Alemanni, reipsa edocti Romanorum vires.

XIV. Cum ea isthic agerentur, Andronicus, quem & Opum appellabant, missus est ab Imperatore ad res componendas. Positis ille ob oculos quæ iureiurando de non offendendis Romanis sanciuerant pactis, perfidiam obiecit, hortatusque est, ni damnum incurrere manifestum vellent, vt Abydenum fretum peterent, indeque copias D transportarent. Verum cum nihil persuasisset, infecto negotio Byzantium rediit. At illi coacto concilio, quo de rerũ præsentium statu deliberarent: Byzantium esse contendendum decreuere, itinerique se inde committunt. Neque a pristina rursum remisere arrogantia, quam non fregerunt acceptæ antea clades. Nihilo enim secius pecora passim trucidarunt, & arcentes vim Romanos complures cecidere: neque etiam iam occulte prælia conserebantur. Quæ postquam comperit Imperator, necessa-

A ἁρπαγήν, τοῦτον δὲ ῥομφαίας ἔργον ἐτίθεσαν. Ὅτε δὴ Ῥὴξ Κορράδος ἀνεπιστρόφως πάντη τῶν γινομένων εἶχε, καὶ τοῖς ἐπικαλοῦσιν, ἢ οὐδὲ προσεῖχεν ὅλως, ἢ καὶ προσχὼν τῇ τοῦ πλήθους ἀλογιστίᾳ τὸ πᾶν ἀπεγράφετο. Τούτων Βασιλεὺς ἀκηκοώς, στράτευμα ᾗ τάχους εἶχεν ἅμα Προσοὺχ ἀνδρὶ ἐμπειρομάχῳ κατ' αὐτῶν ἔπεμψεν. ὃς καὶ ἐπειδὴ περὶ πόλιν Ἀδριανοῦ τούτοις συνέμιξε, μέχρι μέν τινος ἀπὸ διαστάσεως εἵπετο, τὰς ἀτάκτους τοῦ πλήθους ἀνασειράζων ὁρμάς. ὡς δὲ καὶ ἐπὶ μᾶλλον θρασυνομένους αὐτοὺς ἑώρα καὶ πολεμίας, ἤδη ἐν τῷ ἐμφανεῖ συνέμιξε χεῖρας ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. Τῶν τινα ἐπισημοτέρων Ἀλαμανῶν μαλακισθέντα τὸ σῶμα σεμνεῖόν τι εἶχε τῶν ἀνὰ τὴν
B πόλιν Ἀδριανοῦ, σύν τε χρήμασι καὶ ἀποσκευῇ τῇ πάσῃ· ὃ φωράσαντες τινὲς Ῥωμαίων τῶν ἐκ πεζικῶν καταλόγων, πῦρ τε τῇ καταγωγῇ ὑφῆψαν, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὕτω προσαπολέσαντες, τὰ χρήματα εἶχον. ὡς οὖν εἰς ἀκοὰς Φεδερίκῳ τὸ γεγονὸς ἦλθε, τῷ Κορράδου ἀδελφιδῷ, ἀνδρὶ ὑπὸ ἀσυμμέτρου αὐθαδείας τήν τε ὁρμὴν ἀκαθέκτῳ καὶ ἐπιεικῶς φρονηματίᾳ, σπουδῇ παλίνορσος ἐπὶ τὴν Ἀδριανοῦ ἦλθε, καίτοι δυοῖν ἡμέραιν ὁδὸν Κορράδου προαπιών, πυρί τε τὸ σεμνεῖον φλέξας, οὗ δὴ ὁ Ἀλαμανὸς κατέλυε πρότερον, ταύτην πολέμου πρόφασιν Ῥωμαίοις τε καὶ αὐτοῖς ἐντεῦθεν ξυνεποιείσατο. Ὁ γάρ τοι Προσοὺχ εἰς χεῖρας διὰ
C τοῦτο Φεδερίκῳ ἐλθών, ἐτρέψατο αὐτόν, καὶ φόνον πολὺν βαρβάρων εἴργαστο. Ἦν δὲ Φεδερίκος οὗτος ὁ μετὰ Κορράδον Ἀλαμανῶν ἄρξας, ἐξ αἰτίας, ἣ ἐν τοῖς εἰσέπειτα λελέξεται λόγοις. Ἐντεῦθεν τῆς προτέρας Ἀλαμανοὶ καθυφῆκαν ἀλαζονείας, ἔργῳ τὴν Ῥωμαίων διδαχθέντες ἰσχύν.

ιδ'. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο. Ἀνδρόνικος δέ, ὃν καὶ Ὦπον ἐκάλουν, ἐκ Βασιλέως τούτων δὴ ἕνεκα πεμφθείς, τῶν τε ὅρκων ἀνεμίμνησκε σφᾶς, καὶ ἃ περὶ τοῦ μηδὲν ἀδικήσειν Ῥωμαίους διωμολογήκασι πρότερον συχνὰ προφέρων, ὠνείδιζέ τε τὴν ἀπιστίαν αὐτοῖς· καὶ εἴγε μὴ εἰς προῦπτον κακὸν ἐμπεσεῖσθαι βουλομένοις εἴη, ἐπὶ τὸν
D Ἀβύδου ξυνεβούλευε πορθμὸν ἰέναι, κἀκεῖθεν αὐτίκα περαιωσομένους. Ἀλλ' Ἀνδρόνικος μὲν ταῦτα εἰπὼν μὴ πείθειν εἶχε, ἄπρακτος εἰς Βυζάντιον ἀνεχώρει. Οἱ δὲ εἰς βουλὴν συλλεγέντες περὶ τῶν ἐν χερσὶ πραγμάτων ἐσκέπτοντο. Δόξαν δὲ τῆς ἐπὶ Βυζάντιον ἔχεσθαι, ἄραντες ἐκεῖθεν ὁδοῦ προῄεσαν. Οὐδέν τε ἧσσον αὖθις ἐκεῖνοι, καὶ μετὰ τὴν πληγὴν ἦσαν οἱ πρὶν ἀλαζόνες. Τά τε γὰρ βοσκήματα συνέκοπτον ἀφειδῶς, καὶ Ῥωμαίων δὲ τῶν ἀνθισταμένων πολλοὺς ἔκτεινον· ἥ τε μάχη οὐκέτι λοιπὸν ἐκ τοῦ ἀφανοῦς συνίστατο. Ταῦτα ἐπειδὴ

ἐπειδὴ Βασιλεὺς ἤκουσε, δεῖν ἔγνω παρασκευάσασθαι καὶ αὐτός. Πόλιν μὲν οὖν τὴν Κωνσταντίνου αὐτίκα στρατόπεδα ἐφρούρει, τὰ μὲν περὶ τῶν τειχέων αὐλιζόμενα, τὰ δὲ καὶ πυλῶν ἔνδοθι διατελοῦν ἔχοντα. Βασίλειον δέ, ὃν καὶ Τζικανδύλην ἐπεκάλουν, πολλοῖς ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀγῶσι καὶ μάχαις κατὰ Βαρβάρων ἐνευδοκιμηκότα τῶν τῇδε Κωνσταντίνου, ἅμα τῷ Προσοὺχ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, Πέρσῃ μὲν τὸ γένος, τροφῆς δὲ καὶ παιδείας μεταλαχόντι Ῥωμαϊκῆς, ἐπί τινα χῶρον, ᾧ Λόγγοι ὄνομα, ἅμα στρατεύμασιν ἐλλοχήσοντας ἔστελλεν, ἐπισκήψας αὐτοῖς ἐπειδὰν χειρῶν ἀδίκων καὶ πάλιν κατάρχειν πειρῶνται Ἀλαμανοί, ἀντεπεξιέναι σφίσι κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. Οἱ καὶ ἐπειδὴ πρὸς τῷ χώρῳ ἐγένοντο, τήν τε Ἀλαμανῶν κατενόουν πληθὺν, καὶ ὅπως ποτὲ τάξεως ἢ ἀταξίας τὰ στρατεύματα τούτοις ἔχοι, ἐπιμελέστατα διεσκοποῦντο. Τά γε γοῦν σώματα αὐτοῖς μεγάλα τε ὑπερφυῶς καὶ τεθωρακισμένα ἐς τὸ ἀκριβὲς κατενόουν, καὶ τὴν ἵππον δὲ ἥκιστα δρομικὴν οὖσαν, ἔτι τε ἀταξίᾳ πολλῇ ἐς ὁδὸν κεχρημένους ἰδόντες· εὐχείρωτόν τε Ῥωμαίοις τὴν στρατιὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι ὑπειλήφασι σὺν ἐπιστήμῃ συμπλεκομένοις. καὶ ἐπὶ Βασιλέα πέμψαντες, ταῦτά τε ἐδήλουν, καὶ ἀνεπυνθάνοντο τοῦ πρακτέου. Ὁ δὲ τὸ τῶν Βαρβάρων καὶ ἔτι εὐλαβούμενος πρόσχημα, φημὶ δὴ τὴν ἐπὶ Παλαιστίνην δῆθεν πορείαν, ὤκνει διὰ τοῦτο τὴν ἐπιχείρησιν, ἐκδηλότερόν τι νεωτερίζειν αὐτοὺς προσδεχόμενος. Βασιλεὺς μὲν οὖν οὕτω γνώμης εἶχεν. Οἱ δὲ Βάρβαροι ὁδῷ ἰόντες, ἐπειδὴ ἐς τὰς ἐπὶ Χοιροβάκχων παρῆλθον πεδιάδας, (ὑπτιάζει γὰρ ἐνταῦθα ὁ χῶρος, καὶ πόαν δαψιλῆ μάλιστα ἐς τὰς ἵππων παρέχεται νομάς,) ἐνταῦθα ηὐλίζοντο. Ἔνθα τι δυστύχημα λόγου κρεῖσσον αὐτοῖς ξυνενεχθῆναι λέγεται, ἐξ οὗπερ ἄν τις εἰκότως στοχάσαιτο μηνῖσαι τὸ θεῖον αὐτοῖς, τοῖς τε ὅρκους ἠδικηκόσι, καὶ πολλῇ ἐς τοὺς ὁμοθρήσκους αὐτοῖς καὶ μηδὲν ἠδικηκότας ἀνθρώπους ἀπανθρωπίᾳ κεχρημένοις. Ὄμβρου γὰρ ἐξαισίου καταρραγέντος ἄνωθεν, οἱ τὸν χῶρον ἐκεῖνον παραρρέοντες ποταμοί, ὧν ὁ μὲν Μέλας, ἅτερος δὲ Ἀθύρας πρὸς τῶν ἐγχωρίων ὠνόμασται, πολλῷ τοῦ συνήθους μᾶλλον ἀνοιδήσαντες μέτρου, ἐπὶ πλεῖστόν τε τοῦ πεδίου προσχυθέντες, πολύ τι μέρος τοῦ Ἀλαμανῶν στρατεύματος, αὐτοῖς ἵπποις καὶ ὅπλοις, καὶ αὐταῖς περιέσυρον ταῖς σκηναῖς, ἐπὶ θάλασσάν τε ἀπὸ γῆς ἐξέπλυσαν φέροντες. Ὁ πυθόμενος Βασιλεύς, ἐλέῳ τε τῷ εἰς τοὺς ἀνθρώπους τὴν ψυχὴν πεπονθώς, ἄνδρας τῶν ἐπὶ δόξης παραμυθησομένους Κορράδῳ τὴν συμφορὰν ἔστελλε, μετεπέμπετό τε αὐτὸν ὡς λόγου τε κοινωνήσῃ, καὶ περὶ μεγάλων αὐτῷ συνδιασκέψαιτο. Ὁ δὲ καὶ εἰσέτι μη-

A rium esse duxit vt & ipse copias appararet. Vrbem Constantinopolitanam tuebatur tunc temporis exercitus, cuius pars vna excubabat pro mœnibus, altera stationem intra vrbis portas habebat. Basilium autem, cognomine Tzicandylem, qui militaribus in Oriente factis, initisque aduersus Barbaros præliis, præ cæteris tota vrbe celebris habebatur, vna cum Prosucho, cuius modo memini, natione quidem Persa, sed qui a pueris mores Romanos induerat, ad locum quemdam, cui Longi nomen, mittit cum copiis, quas in insidiis collocarent, dato ipsis mandato, vt si rursum Alemanni prædaB rentur, illos prout locus posceret, adorirentur. Vt ad locum venere, Alemannorum aduertunt multitudinem, & ordinatone, an confuso agmine procederent, diligenter explorant. Corpora quidem ipsorum supra modum procera vident, & armis perinde instructa. Vt vero equitatum minus velocem, nulloque ordine omnes inuia vagari conspexere, facile a Romanis debellari posse exercitum credunt, modo militari arte congrederentur: de his interim admonendum Principem: illiusque explorandam sententiam. At ille cum Barbarorum consilia æquo adhuc animo expenderet, nempe de ex-

C peditione, quam in Palæstinam susceperant, eorum aggressionem differendam esse censuit, expectandumque dum manifestius quid molirentur. Ea fuit Imperatoris mens. Progressi interea Barbari, vt ad Choerobacchorum campos peruenere, (supinatur autem illic regio, herbasque vberrime præbet ad equorum pabula) castra figunt. Dum hic considerent, ingentem supra quam dici potest accidisse illis calamitatem aiunt: vnde coniectari liceat iratum fuisse ipsis Deum, propter tot eorum periuria, atque adeo in eiusdem religionis homines, & a quibus nullam iniuriam accepissent, inhumanitatem. Magna quippe imbrium vi repente de

D cœlo demissa, qui campos illos præterfluunt fluuij, quorum alter Melas, Athyras alter ab incolis appellatur, vltra solitum in immensum excrescentes, & in agros effusi, magnam Alemannorum exercitus partem, cum equis ipsis & armis, nec non & tabernaculis in mare de terra abripuerunt. Quæ vt resciuit Princeps, hominum calamitate commotus, viros dignitate illustres misit, qui & Conradum de casu consolarentur, & inuitarent ad colloquium, quo de rebus maioris momenti inuicem tractarent. At ille, remissa nihilo

minus ferocia, vt Byzantium venienti ſibi occurreret Imperator, poſtulauit, talibus aliorum aliquot colloquiis eum expendens congreſſum. Imperator igitur damnato eiuſmodi immodico faſtu, virum deinceps neglexit. Conradus interea cum vniuerſis copiis Byzantium verſus contendit, & ad Imperatorium Palatium, quod mœnibus vrbis obuerſum eſt, peruenit. Philopatium illud vocant, ſeu quod hacce appellatione gratam illius habitationem ſignificent, vt quæ iis, qui vitandi vrbis tumultus cauſa eo ſecedunt, remiſſionem animi quandam præbeat & curarum: ſeu quod arboribus & virgultis conſitus ſit locus, herbarumque virentium vbertate paſſim amœniſſimus. Inde ille progreſſus ad contemplandum vrbis ambitum, viſis turribus in idoneam altitudinem exurgentibus, & luſtratis quæ immenſa profunditate mœnia circumdabant foſſis, ſumma admiratione percellitur: præſertim vero cum mulierum virorumque turbam inermem & otioſam in exterioribus propugnaculis ſtare conſpexit. Eorum enim qui rei bellicæ operam dare ſolent, alij intra vrbem mœnia ſeruabant, alij ſtabant extra ambitum, obſeruaturi, ſi manus Alemanni priores conſererent. Hæc omnia igitur perſpiciens, vrbemque, quod re vera erat, abundantia virium manere imperterritam, inde receſſit, & ponte, qui ſubiacentem, vt ita dicam, e mari confectum fluuium iungit, confeſtim traiecto, in obuerſum Byzantio ſuburbanum, quod Picridium vocant, profectus eſt. Eiuſmodi vero eſt adiacentis ſinus forma. Qua ad Occidentem vergit Pontus Euxinus, in dextram partem vt plurimum effuſus, ſpatioſum Byzantinis portum facit. Fluuius autem paulo ſuperius per circumiacentes campos defluens, haud procul Byzantio, ad Portus caput in eundem delabitur, ipſique miſcetur, vbi Pons exſtructus eſt. Atque hæc ita ſe habent.

XV. Cum eo in loco eſſet Conradus, literas ad Imperatorem miſit, quæ languidum quid ac effœminatum præ ſe ferrent, quarum erat ſententia: *Decet virum prudentem, Imperator, non per ſe res ipſas, ſed quo fine fiant, maxime attendere. Ille enim cuius præoccupatus eſt animus, neque quod bonum eſt laudare, nec quod videtur vitioſum vituperare, ſæpenumero ſolet. Interdum etiam præter mentem quis beneficium ab inimicis, ab amicis vero damnum accipit. Eorum igitur, quæ nuper ab incondita exercitus multitu-*

A δαμῇ καθυφεῖναι θέλων τοῦ γαύρου, ὑπαντᾷν αὐτῷ ἐς Βυζάντιον προσάγοντι τὸν Αὐτοκράτορα ἠξίου, τοιούτων τέ τινων ἄλλων ὁμιλίαν τὴν ἑαυτοῦ σταθμώμενος ἦν. Ἐφ' οἷς ὁ Βασιλεὺς ἀλαζονείαν ὅρον οὐκ ἔχουσαν αὐτοῦ καταγνοὺς, τοῦ λοιποῦ περιεῖδε. Κορράδος δὲ πανστρατιᾷ ὡς ἐπὶ Βυζάντιον ἐφέρετο· ἐν δὲ τῷ κατὰ μυχὸν τειχέων βασιλικῷ γεγονὼς ἐνδιαιτήματι, ὃ Φιλοπάτιον ὀνομάζουσιν, οὐκ οἶδα εἴτε τὴν φιλίαν αἰνιττόμενοι διατριβήν. ἄνεσιν γάρ τινα παρέχεται καὶ φροντίδων ἀπαλλαγὴν, τοῖς ἐκ τῶν ἀστικῶν ταραχῶν ἐνθάδε ἀπαλλασσομένοις, εἴτε καὶ τὴν φύλλοις κομῶσαν πόαν τε δαψιλῆ ἀνιεῖσαν· ἀμφιλαφὴς B γὰρ ὁ χῶρος, καὶ ἐπίχλοον ἀπανταχῇ φέρει τὸ πρόσωπον. ἐντεῦθεν τῷ περιβόλῳ προσεῖχε τοῦ ἄστεος. Τούς τε οὖν πύργους ἐς ὕψος ἱκανῶς ἀνατρέχοντας κατανοήσας, καὶ τάφρου μέγα τι χρῆμα βαθείας κύκλῳ περιθεούσης ἰδὼν, ἐν θαύματι μεγάλῳ ἐγίνετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ γυναικῶν ὅμιλον καὶ δῆμον ἄνοπλόν τι καὶ ἀπερίεργον ἐπὶ τῶν προπυργίων ἑστῶτα εἶδε· πάντες γὰρ ὅσοι πολεμίων εἰώθασι πόνον γεύεσθαι, οἱ μὲν πρὸς τοῖς τείχεσιν ἔνδον φρουροῦντες ἐκάθηντο, οἱ δὲ πρὸ τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως ἑστᾶσιν, χερῶν ἄρχειν Ἀλαμανοῖς περιμένοντες. Ἐπειδὴ γοῦν ταῦτα κατενόει, αὐτίκα ὅπερ ἦν, περιουσίᾳ δυνάμεως ἀνέκ- C πληκτον τὴν πόλιν μεῖναι ἐννοήσας, ἐντεῦθεν ἀπηλλάττετο, τήν τε γέφυραν, ἣ τὴν ὑποκειμένην, ὡς ἂν εἴποι τις, ποταμοθάλασσαν ζεύγνυσι, ταχὺ διαβὰς, ἐπί τι τῶν ἀντιπέρας Βυζαντίου κατήγετο προαστεῖον, ὃ Πικριδίου ὠνόμασται. ἔστι δὲ τὸ τοῦ ἐνταῦθα πορθμοῦ τοιοῦτον. Ὁ Εὔξεινος πόντος ἀπορροίαν τινὰ ποιούμενος ἐπὶ τὸ δεξιὸν εἰς πλέον τι μέρος, ὡς ἐπὶ δυσμὰς ἄνεισι, λιμένα ἐπιμήκη Βυζαντίοις ἐργαζόμενος. Ποταμὸς δέ τις ἄνωθεν πόθεν ἐκβάλλων τὸ ῥεῦμα, κάτεισι μὲν διὰ τῶν τῇδε πεδιάδων· ὀλίγου δὲ Βυζαντίου ἄποθεν κατὰ κορυφὴν τῷ λιμένι ξυμβαλὼν, εἰς ταυτὸν ἔρχεται, ἔνθα τὴν γέφυραν ἵστασθαι ξυμβαίνει. Τοῦτο D μὲν δὴ τοιοῦτον.

ιε'. Κορράδος δὲ ἐνταῦθα γεγονὼς, λόγους ἐς Βασιλέα οὐ πόρρω θρύψεως ὄντας πολλῆς ἔπεμψεν. Εἶχε δὲ ὧδε τὰ μηνύματα. « Χρὴ Βασιλεῦ ἐπὶ παντί τόνγε νοῦν ἔχοντα οὐ τὸ πρᾶγμα σκοπεῖν καθ' ἑαυτὸ, τὸν δὲ σκοπὸν ὅθεν γίνοιτο πολυπραγμονεῖν μάλιστα. ὁ γὰρ γνώμης ἤρτηταί τινος, οὔτε ἀγαθὸν ὂν ἐπαινεῖται πολλάκις, οὔτε φαῦλον φαινόμενον ψέγεσθαι πέφυκε. Καί τις πρὸς ἐχθρῶν μὲν ἀγαθοῦ παρὰ γνώμην ἐνίοτε τυγχάνει, φλαύρου δ' αὖ πρὸς τῶν φίλων πειρᾶταί τινος. μὴ τοίνυν τῶν τῷ πλήθει τῆς ἡμετέρας στρατιᾶς

A γιθὲς περὶ τὴν χώραν ἡμαρτημένων τὴν σήν, τὰς αἰτίας ἐφ' ἡμᾶς ἄγε, μηδὲ διὰ ταῦτα χαλέπαινε, ἐπεὶ οὐχ ἡμεῖς αὐτοί σοι τῶν τοιούτων καθέσταμεν αἴτιοι, ἡ δὲ τοῦ πλήθους φορὰ ἀλόγως ἔνθα ἔτυχε φερομένη, αὐτοματίζειν οἶδε ταυτί. στρατεύματος γὰρ ξένου καὶ ἐπήλυδος, τὸ μὲν ἐπὶ ἱστορίᾳ τῆς χώρας, τὸ δὲ ἐπὶ πορισμῷ τῶν ἀναγκαίων πολλαχόσε πλανωμένου καὶ περιτρέχοντος, τοιαῦτα ἑκατέρωθεν ἁμαρτάνεσθαι ἀπεικὸς οἶμαι οὐδέν. Ἀλαμανοὶ μὲν τοσαῦτα εἶπον. Βασιλεὺς δὲ εἰρωνείαν τὸ πρᾶγμα λογισάμενος, ἀμείβεται ὧδε. Οὐδὲ τὴν ἡμετέραν λέληθε βασιλείαν ἡ τοῦ πλήθους ῥοπή, δυσάγωγόν τι οὖσα καὶ δυσήνιον ἀεὶ χρῆμα. ἀμέλει καὶ διὰ φροντίδος ἡμῖν ἦν, πῶς ἂν διὰ B τῆς ἡμετέρας ἀβλαβῶς διελθεῖν ὑμᾶς γένοιτο, ξένους καὶ ἐπήλυδας ἄνδρας. καὶ οὐδέν, ὅτι ἀδικεῖν ὑμᾶς οὔτε ἐπαγγελλομένους, οὔτε ἄλλως δεδιωγμένους, ὡς μὴ ξενίαν ἀδικοῦντες, δόξαν οὐκ ἀγαθὴν παρὰ ἀνθρώποις ἀπενεγκώμεθα. ἐπεὶ δ' ὑμῖν ἅτε ξυνετωτάτοις οὖσι, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων φύσεις καλῶς ἐξετάζειν ἐπισταμένοις, ἀνέγκλητα εἶναι δήπου τὰ τοιαῦτα δοκεῖ, ἡμεῖς καὶ χάριτας ὑμῖν ὀφλομεν. οὐ γὰρ ἔτι φροντιοῦμεν, ὅπως ἂν τὴν ὀχλικὴν τῶν ὑμετέρων ἀναχαιτίσωμεν ὁρμήν, ἀλλ' ἐπιρρίψομεν ταῦτα τῇ τοῦ πλήθους ἀλογιστίᾳ, καθὼς ὑμεῖς εὐποιοῦντες ἡμᾶς ἐδιδάξατε. Συνοίσει τοίνυν ὑμῖν μὴ σποράδας τὴν ὁδὸν C ἰέναι, μηδὲ οὕτως ἐπὶ ξένης πλανᾶσθαι. ἐπειδὴ γὰρ οὕτω δέδοκται, καὶ ἀνεῖται τοῖς πλήθεσι τῶν ἀμφοτέρων ταῖς οἰκείαις χρῆσθαι ὁρμαῖς· πολλὰ πρὸς τῶν αὐτοχθόνων πεπονθέναι τοὺς ξένους εἰκός. Ταῦτα εἰπὼν, αὐτοὺς μὲν ἀπεπέμψατο. Τὸν δὲ Ῥωμαίων στρατὸν πλήθει μὲν πολὺ τοῦ τῶν Βαρβάρων ἐλασσούμενον εἰδώς, ἐπιστήμῃ δὲ στρατιωτικῇ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας τοσούτῳ δὴ μᾶλλον πλεονεκτοῦντα, τοιάδε ἐνενόει. Τὸν Προσοὺχ καὶ τὸν Τζικανδύλην καὶ πλείστους ἄλλους τῶν Ῥωμαίων στρατηγῶν ἐκέλευε στράτευμα ἐπαγομένους ἱκανόν, ἀντιμετώπους Ἀλαμανοῖς ἵστασθαι. Τάξασθαι μέντοι ὧδε. Τὸ μὲν ἀπολεμώτατον, καὶ ὥσπερ ἀγελαῖον τοῦ στρατοῦ, πόρρωθεν καὶ ὡς ἀπὸ σημείων στῆναι τεττάρων. D μετὰ δὲ τοῦτο, ὅσον ὁπλιτικὸν καὶ κατάφρακτον. ἑξῆς δὲ τοὺς ὅσοι ταχυπόδων ἐπέβαινον ἵππων. τελευταῖον δὲ καὶ κατὰ μέτωπον, Σκύθας ἅμα Πέρσαις καὶ τὸ Ῥωμαίων τοξικόν. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν κατὰ ταῦτα ἐποίουν. Ἀλαμανοὶ δὲ ὡς εἶδον, θυμῷ πολλῷ καὶ θορύβῳ ἐχόμενοι, δρόμῳ ἐχώρουν. συνίσταται τοίνυν μάχη καρτερά, καὶ φόνος Ἀλαμανῶν πολὺς γίνεται. Ῥωμαῖοι γὰρ σὺν ἐπιστήμῃ, τοὺς ἐπιόντας ὑφιστάμενοι ἔκτεινον. Κορράδος δὲ οὔπω τι πεπυσμένος τῶν γεγονότων, σοβαρὸς ἔτι καθῆστο, καὶ

dine in agris tuis perpetrata sunt, causam noli in nos reiicere, neque propterea hæc tuum in nos animum moueant, cum minime in culpa simus, sed inordinatæ multitudinis quaqua versum se se ferentis impetus, quidquid commissum est vltro patrauerit. Exercitu namque peregrino externoque, tum prouincias lustrante, tum ad comparanda vsui necessaria, longius euagante vel excurrente, vtrimque factas esse iniurias, haud equidem mirandum existimo. Hæc & similia Alemanni. At Imperator hæc facete dicta esse existimans, in hunc modum rescripsit: *Maiestatem nostram non latet, plebis impetum quidpiam semper fuisse, quod ægre gubernari possit ac retineri. Quapropter & nobis potissimum curæ fuit, vt qui aduenæ estis & externi, dum per prouincias nostras iter agitis, nullum damnum pateremini. Ideoque ne vobis vlla inferretur iniuria, palam ediximus; nec sane res aliter fieri potuit, ne violato hospitalitatis iure male apud homines audiremus. Quandoquidem vero illa vobis, vtpote viris prudentissimis, & in inuestiganda rerum natura solertissimis, videntur carere omni culpa, nos etiam gratias rependimus: neque enim curandum nobis erit in posterum, vt nostræ multitudinis impetus comprimamus, quinimo adscribemus hæc illius insolentiæ, quandoquidem id a vobis edocemur. Vestra igitur intererit, non dispersos incedere, nec ita in alieno euagari solo. Sed cum ita videatur, deturque licentia gregariæ multitudini vtriusque exercitus quo velit irruere, necesse erit vt multa ab indigenis damna patiantur aduenæ.* His dictis, Legatos dimisit. At cum probe sciret, quanto Romanorum exercitus numero bellatorum inferior esset Barbarico, tanto scientia rei militaris & in præliis constantia præcellere, eiusmodi consilium capit. Prosucho & Tzicandylæ aliisque Ducum Romanorum compluribus iubet, vt idoneum contrahant exercitum, & Alemannis a fronte opponant, instructa in hunc modum acie. Imbellis & gregaria exercitus turba longius, & a quarto circiter staret signo: tum grauis armatura & Cataphracti, qui deinde velocissimis equis vtuntur equites, denique Scythæ in fronte, Persæque & Sagittarij Romani. Ita ordinatas copias vt conspexere Alemanni, summo animi ardore tumultuque, in illos pernici celeritate irruunt: fit atrox pugna, & cædes ingens editur Alemannorum. Quippe Romani, dum subeuntes hostes militari peritia excipiunt, eos cecidere. Conradus nihil eorum quæ acciderant edoctus, ferox adhuc, tumidusque & magna spe plenus consederat

in castris. At Imperator, quo priorem illius superbiam retunderet sugillaretque, literas misit eo verborum contextu: *Vt nemo nostrum ignorat, equum, qui frenum non patitur, nihil prodesse sessori suo, imo crebrius ad prærupta illum deferre; exercitum, qui imperantium mandata detrectat vel negligit, ipsos vt plurimum Duces obiicere periculis: ita minime par erat indulgere militibus nostris, vt inter se inuicem pro arbitrio collidi pateremur. At postquam aliud forte cogitans tu hæc neglexisti primum, nostramque Maiestatem quæ te vt amicum de iis admonuerat, induxisti, vt eadem vteremur indulgentia: nunc tandem percipe, quid vtilitatis vobis contulerit eiusmodi licentia multitudinis. Accepi enim exiguam Romanorum manum, cum haud contemnendis Alemannorum copiis congressam, male eas accepisse. Fere* (Sent.) *enim semper accidit, vt indigenæ ipsoque innati solo, aduenis & extraneis sint longe fortiores. Neque nobis vulgi petulantiam castigare licet. Qui enim poterimus, quibus agere pro libitu indulsimus? Verum si & tibi ita videtur, discant copiæ nunc parere Ducum imperiis, & earum coerceatur impetus. Sin alia est sententia, stemus præsentibus; saltemque vulgare liceat quod a nobis gestum est.* Eiusmodi fuit Epistolæ Imperatoris finis.

XVI. Conradus interea, nondum percepto de Alemannorum clade nuntio, de priori ferocia remisisse non videbatur. Quinimo Dromonem Imperatorium, & consuetas triremes, quibus ad transmittendas copias vteretur ab Imperatore postulabat; ac ni confestim adducerentur, proximo se anno multis cum millibus vrbem ipsam obuallaturum minabatur. Indignissime id ferens Imperator, non iam ludicris, sed acerbissimis arroganti respondere hunc in modum literis decreuit: *Non ex multitudine iudicare de rebus solent ij, qui & modica sæpe quid valeant, non ignorant, sed ex earum natura, & iis quæ aut abundant in illis, aut deficiunt. Neque enim Martis athletæ numero distinguendi, sed virtute, laboribus, & rei militaris peritia pensandi sunt. Quamuis igitur ingens te sequatur exercitus, nobisque vix adsint copiæ, vt pote per omne Romanorum Imperium militibus distributis, tua illa turba incomposita est, & maiorem partem rei bellicæ ignara. Pecudum greges, & si multorum millium sint, vix Leonis irruentis impetum possunt sustinere. An ignoras, te instar auiculæ in nostris fuisse manibus, continuo si voluissemus periturum? Has illos incolere regiones cogita, quorum maiores orbem vniuersum bellis peragrarunt, vobisque ipsis, aliisque omnibus sub sole gen-*

A ἐπὶ μακραῖς ὀχεῖτο ἐλπίσιν. Ὁ τοίνυν Βασιλεὺς τῆς προτέρας αὐτὸν ἐπικερτομῆσαι θέλων ὑπεροψίας, ἀπέστελλε τοιάδε. Ἔδει μὲν ὑμᾶς ἐκεῖνο καλῶς εἰδότας, ὡς οὔτε ἵππος κρείττων φερόμενος χαλινοῦ ὀνήσειεν ἂν τὸν ἐπιβάτην, εἰ μὴ καὶ κατὰ κρημνοῦ τοῦτον πολλάκις συγκατενέγκοι· καὶ στράτευμα δὲ ἐκεῖνο, ὃ μὴ τῶν στρατηγούντων ἐπαΐοι, κινδύνοις περιβάλλειν ὡς ἐπίπαν οἶδε τοὺς ἄρχοντας, μὴ οὕτω στρατεύμασιν ἐφεῖσθαι τοῖς ἑαυτῶν πρὸς τὰς οἰκείας ἑκατέρα φέρεσθαι ὁρμάς. ἐπεὶ δ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅτι παθὼν, οὔτε πρότερον κατωλιγώρηκας τούτων, καὶ τὸ ἡμέτερον δὲ κράτος, ὅσα καὶ φίλῳ προσφερόμενον, τῆς αὐτῆς γεγονέναι σοι γνώμης ἀνέπεισας ἤδη, συλλογίσαι τίνα ὑμῖν ἡ τοῦ πλήθους προὐξένησεν ἐλευθερία. B Πυνθάνομαι γὰρ, ὡς ὀλίγος Ῥωμαίων στρατὸς Ἀλαμανῶν πλήθει οὐκ εὐκαταφρονήτῳ περιτυχὼν, κακῶς αὐτὸ διέθετο. Τὸ γὰρ αὐτόχθον καὶ ἐγχώριον ἐπικρατέστερον ὡς ἐπίπαν τῶν ἐπηλύδων καὶ ξένων φιλεῖ γίνεσθαι. Ἡμῖν δὲ οὐδὲ κολάζειν ἔξεστι τοῖς πλήθεσι τὴν ἀσέλγειαν. πῶς γὰρ οἷς καθάπαξ πρὸς γνώμην ἐνέδομεν φέρεσθαι τὴν αὐτῶν; Εἰ τοίνυν καὶ αὐτό σοι δοκεῖ, ἀνθεκτέον καὶ πάλιν ἡνίας ἀμφοτέροις τῆς στρατηγικῆς, καὶ ἀνασειραστέον τοῖς στρατεύμασι τὰς ὁρμάς. μὴ δοκοῦν δέ σοι, ταῦτα μὲν ἐμμενετέον ἐπὶ τῶν προόντων. τό γε μὴν πεπραγμένον σαφῶς ἡμῖν δεδηλώσθω. Τὰ μὲν δὴ τοῦ Βασιλέως ἐν τούτοις ἐτελεύτα.

C ιϛʹ. Κορράδος δὲ οὔπω τὴν Ἀλαμανοῖς συμπεσόντων ἐνωτισάμενος οὐδὲν, τούτων μὲν οὐδ᾽ ἐπεστράφθαι τὸ παράπαν ἐδόκει. Δρόμωνα δὲ τὸν βασίλειον, καὶ τὰς συνήθεις σαλιῶαι οἱ πρὸς Βασιλέως ἠξίου τριήρεις, ἐφ᾽ ᾧ πρὸς τὴν διάβασιν αὐτοῖς χρήσαιτο. Καὶ εἰ μὴ θᾶττον ἀφίκοιντο πρὸς αὐτὸν, ἠπείλει πολλαῖς ἐς νέωτα μυριάσι τὴν πόλιν περιβαλεῖν. Πρὸς ὃ χαλεπήνας ὁ Βασιλεὺς, οὐκέτι μέχρις εἰρωνείας τὸν ἀλαζόνα ἀμείβεσθαι ἤθελεν. ὅθεν καὶ πικροτάτοις αὐτοῦ καθίκετο λόγοις, ἐπιστείλας οὑτωσί. Οὐ τῷ πλήθει τὰ πράγματα κρίνειν εἰώθασιν, οἷς καὶ σμικρὰ συνορᾶν ἔνεστι· ποιότητι δὲ μᾶλλον, καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὑπερβολαῖς καὶ ἐλλείψεσιν. Οὐκοῦν καὶ τοὺς Ἄρεως ἀθλητὰς οὐ πλήθει διαιρετέον, ἀλλ᾽ ἀρετῇ καὶ πόνοις καὶ τῇ περὶ D ταῦτα ἐπιστήμῃ. Ἂν καὶ σοὶ τοίνυν πλεῖστον ἀκολουθῇ στράτευμα, ἀλλὰ πρὸς τῷ μὴ πολλῷ τὸ ἡμεδαπὸν ὑπερφέρειν, καίτοι τῆς πλείστου πολλαχῇ τῆς Ῥωμαίων διῃρημένου ἀρχῆς, ἀγελαῖον ἐστὶ καὶ τὸ πλεῖστον ἀπειροπόλεμον· προβάτων δὲ ἀγέλαι, κἂν εἰς μυριοστύας ὅλας ἀριθμοῖντο, σχολῇ ἐὰν ἀνάσχοιντο, λέοντος ἐπιπηδῶντος αὐταῖς. Ἢ οὐκ οἶσθα, ὅτι καθαπερεὶ στρουθίον ὑπὸ ταῖς ἡμετέραις γεγένησαι ἤδη παλάμαις; κἂν θελήσωμεν, οὐκ ἂν φθάνοις αὐτίκα παραπολύμενος. Ἐννόησον ὡς ἐκεῖνοι τὴν χώραν κατέχουσι ταύτην, ὧν οἱ πρόγονοι πᾶσαν τὴν γῆν περιῆλθον τοῖς ὅπλοις, ὑμᾶς τε

» αὐτῶν καὶ λοιπῶν ἁπάντων, τῶν ὑφ' ἡλίῳ ἐκνεμομένων A
» ἐθνῶν. Ταῦτα ἀπολογίσασθαί σε χρεών, καὶ προσέτι,
» ὡς οὔτε νεὼς ποτὲ ἐπιβήσῃ τῆς Βασιλείου, οὔτε τι
» ὧν ᾔτησας ἐπιτελὲς ἔσται σοι παρ' ἡμῶν· ἀλλά σε τὴν
» αὐτὴν καὶ πάλιν οἱ τῶν ἵππων οἴσουσι πόδες. Καὶ οὐ-
» δέπω μεμπτέοι πάντως ἡμεῖς, εἰ μὴ τοῖς ἀδικεῖν
» βουλομένοις ῥᾴστους ποιούμεθα ἑαυτούς. Οὐ γὰρ ταυ-
» τὸν ἀδικεῖν καὶ ἀμύνεσθαι. ἀλλὰ τὸ μὲν γνώμης ἤρ-
» τηται φαύλης· τῷ δὲ περιγίνεται πάντως ἀσφά-
» λεια. Ἡμᾶς δὲ καὶ προλαβὼν ἀξιοῖ τὸ ὑπήκοον,
» ἅπερ ὅσον οὐκ ἤδη Πέρσαις ἀποκερδανθήσεται τοῖς
» ἐν γειτόνων, ταῦτα δὴ Ῥωμαίους ἀμογητὶ κτήσεσθαι.
» Ὃ τοίνυν ἀξιούντων οὐκ ἠνεσχόμεθα τῶν ἡμετέρων, B
» τοῦτο νῦν σοῦ προτρεπομένου, αὐτίκα ποιεῖν κινδυ-
» νεύομεν. Ταῦτα Κοῤῥάδος ἐνωτισάμενος, καὶ ἅμα
πυθόμενος ἅπερ ἔναγχος δυστυχῶς συνέπεσεν Ἀλα-
μανοῖς, λεμβάδιόν τι λυπρὸν αὐτοῦ που περὶ τὴν
θαλάσσης ἀνειλκυσμένον ἀκτὴν ἀναβάς, τὸν Δα-
μάλεώς τε πορθμὸν διέβη, καὶ ἐπὶ τῆς περαίας θᾶτ-
τον ἐγένετο, ὀλιγωρίας τινὸς βαρβαρικῆς ἐπειγού-
σης τὸν ἄνθρωπον. Φιλεῖ γὰρ τὸ βάρβαρον εὐημε-
ροῦν μὲν ὑπὲρ μέτρον ἐπαίρεσθαι καὶ αὐχεῖν, δυστυ-
χοῦν δὲ καταβάλλεσθαί τε πλέον ἢ προσῆκει, καὶ
ταπεινοῦσθαι παρὰ τὸ μέτριον. Βασιλεὺς δὲ τοῦτο καὶ
εἰσέτι μᾶλλον κατασπᾶν αὐτοῦ τὴν ὀφρὺν προνοῶν, C
τοιάδε ἐποίει. Τῶν τινας Ῥωμαίων εἰς τὴν κατόπιν
ἰοῦσαν ἐκπέμψας Ἀλαμανῶν στρατιάν, (ἀριθμοῦ
κρείσσω ἀγγελομένους εἶναι), χρήμασι τῆς ἐς Κοῤῥά-
δον ἀπόσχεσθαι ἀνέπειθεν εὐνοίας. Ὁ Κοῤῥάδος ἐνω-
τισάμενος, οὐκέτι ἐκεῖνος ὁ πρώην ὑπερόφρυς ἦν.
πέμψας δὲ πρὸς Βασιλέα, ᾐτεῖτο σταλῆναί οἱ Ῥω-
μαίων τινὰ ὁδοῦ τε αὐτῷ καθηγησόμενον, καὶ ἐν τῷ
ἀσφαλεῖ παραπέμψοντα. Ἐστάλη τοίνυν ὁ τὸ τοῦ
Ἀκολούθου εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν λειτούργημα ἐκ-
πληρῶν. Ἐπιτέτραπτο δὲ οἱ, καὶ συμμαχίας περὶ
Κοῤῥάδῳ διειλέχθαι. ἦν ἐπειδὴ πολλῷ τῷ διαλ-
λάσσοντι Ῥωμαίους καὶ Ἀλαμανοὺς ξυμβαίνει μάχε-
σθαι, τὴν μὲν Βασιλεῖ δοίη, πολλῷ καὶ ἀντιλάβοι D
πλείονα, εἴγε αὐτῷ βουλομένῳ ἔσται μάχης κατὰ
Περσῶν βασιλεῖ κοινωνῆσαι. ὁδῶν τε σφίσι προ-
κειμένων δυοῖν, ὁποτέρῳ ἂν αὐτὸς βούλοιτο ἰέναι, ταύ-
την διελέσθαι. Στέφανος μὲν οὖν Κοῤῥάδῳ ταῦτα
ἀπήγγελλεν. Ὁ δὲ ἐς βουλὴν ξὺν τοῖς αὐτοῦ κατα-
στάς, πρὸς μὲν τὴν ὁμαιχμίαν ἀπεῖπεν. ὁδὸν δὲ ἣ
Φιλομήλιον ἄγει αὐτὸς εἵλετο. μέχρι μὲν οὖν Μελαγ-
γείων καὶ Δορυλαίου πόλεως, οὐδὲν ἄχαρι Ἀλαμανοῖς
ἀπηντίαζεν. Ἐνταῦθα δὲ γενομένοις, Μαμπλάνης
ὄνομα, Πέρσης ἀνήρ, ἅμα στρατεύματι ὀλίγῳ τοῖς
ἐμπροσθίοις αὐτῶν προσέβαλε τάγμασιν, ἀποπει-
ρασόμενός τε τῆς ἰσχύος αὐτοῖς, καὶ τὸν τῆς παρατάξεως
ὅπως ποτὲ ἔχοι μαθησόμενος τρόπον. Ἀλαμανοὶ

tibus imperauerunt. Hæc te scire perinde necesse est, neque Imperatoriam ad te vnquam Nauem venturam, neque quidquam eorum quæ postulasti nos indulturos; sed qua venisti, equorum pedibus fore tibi redeundum. Neque propterea erimus culpandi, si inferre iniuriam volentibus, nos minus faciles ac beneuolos præbemus. Res enim diuersissimæ sunt, inferre iniuriam, & propellere: Illud a praua voluntate pendet, altero securitas comparatur. Nos vero iamdudum orant subditi nostri, vt quæ modo ex vicinis Persis vindicauimus, ea quiete ac sine molestia possideant Romani. Quod igitur obsecrantibus nostris non indulsimus, id nunc te suadente statim experiemur.

Iis acceptis Conradus, intellectaque simul quæ paulo ante Alemannis acciderat clade, putri circa littus protracta nauicula, Damalis fretum traiicit, summaque celeritate in aduersam continentem properat, pauore quodam barbarico virum ocius vrgente. Barbari quippe fluentibus ex voto rebus, eriguntur in immensum, tumentque: si contra adsit aliqua calamitas, plus quam par est demittuntur animo. Sed Imperator quo magis adhuc illius supercilium contraheret, talia aggreditur. Missis aliquot ex Romanis ad procedentem a tergo Alemannorum exercitum, data pecunia, militum, quorum numerus pene fuit infinitus, a Conrado abalienauit animos. Quod vt intellexit Conradus, non ea qua prius ferocia inflatus, per Legatos Principem rogat, vt ad se Romanum quemdam transmitteret, qui monstraret viam, & tuto copias suas deduceret. Mittitur itaque qui ad id tempus Acoluthi dignitate functus fuerat, dato insuper mandato, vt de belli etiam societate ineunda cum Conrado sermones conferret: quam si ille admitteret, quandoquidem Romani & Alemanni longo inter se diuisi interuallo bella gerebant, auxilia quidem submitteret Imperatori, ab illo vicissim recepturus maiora: vel si aduersus Persas præliari esset animus, arma cum Imperatore coniungeret: duabus autem propositis, eligeret ille quam vellet viam. Hæc Conrado Stephanus nuntiauit. Ille suis in consilium coactis, commilitium penitus recusauit. Itinere vero Philomelium versus instituto, nihil illi quidpiam sinistri accidit, quousque ad Melangia & Dorylæum oppidum peruenit. Tum enim Mamplanes Persa cum exiguo exercitu in primam aciem inuectus est, quo vires hostiles, & pugnandi formam exploraret. Alemanni

visis primum tum Persis, nullo quidem ordine, sed cum impetu tumultuque in eos irruere. Illi, quamdiu haud procul a castris erant Alemanni, terga vertunt, fugamque simulant: dein fessis insequentium equis, atque ipsis longius a cetero exercitu abstractis, conuerso cursu equos cum sessoribus concidunt: Idque repetitum pluries immodicum Alemannis terrorem incussit. Tum demum videre erat feroces nuper & tumidos, quique ferarum instar hostes suos aggrediebantur, iam trepidos & degeneres, neque agendi animum, neque consilij locum habere. At Conradus, vt erat in bellis mirabili audacia, in Persas progressus, velocissimos, quos ab Imperatore acceperat, equos amisit: ipseque, quin a Barbaris caperetur, parum abfuit. Is rerum Alemannicarum fuit status.

XVII. Rex autem Germaniæ, qui transisse iam Istrum, & vlterius progredi nuntiabatur, non ea qua Conradus, vltra modum ferocia se gessit: sed Legatos ab Imperatore ad se missos, Michaelem Palæologum Sebastum, & Michaelem cognomento Branam, excepit comiter, eoque nomine gratias Imperatori egit. Apparebatque nihil eum damni contra Romanos deinceps moliturum: verum an quod ex iis quæ Conrado accederant factus esset prudentior, an vero quod mite illi a natura fuerit ingenium, haud omnino mihi compertum. Vt vt sit, magnam inde sibi Principis gratiam conciliauit. Cum iam Byzantio proximus esset, missis ad Imperatorem Legatis, amicitiam suam non tantum vltro est professus; sed & addidit, se se lubenter cum eo de rebus non mediocris momenti acturum, si ille vna conuenire, inque palatio sermones de iis conferri pateretur. Annuit dictis haud grauate Princeps, & vt accederet ille fidenter, nuntiauit. Aduenienti itaque, effusi obuiam quotquot erant genere vel fortuna Imperatori proximi, & quicumque primas tunc temporis obtinebant dignitates, ipsum magnifice, & vt par erat, summo cum honore in Regiam deducunt. Postquam Palatium subiit, vbi in excelsiori sedebat loco, Imperator, affertur ei sedes humilior, quam Sellam, qui lingua Romana vtuntur, vocant. Cumque in ea consedisset, vltro citroque variis de rebus habito sermone, tandem in proximum, quod Vrbis mœnibus obuersatur suburbanum, vulgoque, vt retuli, Philopatium nuncupatur, concessit. Hic aliquamdiu moratus, paulo post cum Imperatore

A τοίνυν, ἐπειδὴ Πέρσαι τὸ πρότερον αὖθις παρεφάνησαν, οὐκέτι κατὰ συντάξεις ἐχώρουν· θυμῷ δὲ καὶ θορύβῳ πολλῷ ἐχόμενοι, κατ' αὐτῶν ἤεσαν. Πέρσαι δὲ ἕως μὲν οὐ πόρρω τοῦ σφῶν αὐτῶν στρατοπέδου Αλαμανοὶ ἦσαν, νῶτα ἐδίδουν καὶ τὴν φυγὴν ὑπεκρίνοντο· ἐπειδὴ δὲ ἥ τε ἵππος αὖθις ἐκεκμήκει, καὶ τοῦ στρατοπέδου μακρὰν ἤδη γεγόνεσαν, ἀποστρόφους τὰς ἐπελάσεις τιθέμενοι, ἵππους τε καὶ αὐτοὺς ἔκτεινον. Πολλάκις τε αὐτὸ γεγονὸς, ἐς ὀρρωδίαν μείζω οὐκ ἐχούσαν τούτοις ἐνέβαλεν. Ην οὖν ἰδεῖν τοὺς πρὶν θρασεῖς καὶ ἀλαζόνας, καὶ θηρῶν δίκην ἀνυποστάτων ἐπιόντας, δειλούς τε καὶ ἀγεννεῖς, καὶ οὐδὲν οὔτε πρᾶξαι οὔτε μὴν βουλεύσασθαι ἱκα-
B νούς. Οτε δὴ καὶ Κορράδος (ἦν γὰρ θαρσαλαῖος τὰ πολέμια) κατὰ Περσῶν ἐλάσας, τούς τε ἵππους ἀποβεβλήκει οὓς αὐτῷ ὁ Βασιλεὺς δρομικοὺς μάλιστα ἔδωκε, καὶ αὐτῷ δὲ ὀλίγου καὶ ἁλῶναι πρὸς τῶν Βαρβάρων τούτων ἐδέησεν. Αλαμανοὶ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν.

ιζ'. Ο δὲ τῶν Γερμανῶν Ρὴξ, (ἠγγέλλετο γὰρ ἤδη τὸν Ιστρον διαβὰς προσωτέρω χωρεῖν) οὐκέτι κατὰ Κορράδον ὑπὲρ τὸ δέον ἔγνω φρονηματίζεσθαι· τούς τε γὰρ Βασιλέως ἐπ' αὐτὸν ἥκοντας, φημὶ Μιχαήλ τε Σεβαστὸν τὸν Παλαιολόγον, καὶ Μιχαὴλ ᾧ τὸ ἐπώνυμον Βρανᾶς ἔκειτο, ἀσμενός τε εἶδε καὶ χάριτας διὰ ταῦτα Βασιλεῖ ὡμολόγει. Δῆλος τε ἦν μηδὲν εἰσέπει-
C τα ἐς Ρωμαίους κακουργήσων. Εἴτε δὲ ἐκ τῶν Κορράδῳ συμπεπτωκότων ἤδη σωφρονισθεὶς, εἴτε καὶ φύσει τοιοῦτον τὸ ἀνθρώπῳ τὸ ἦθος ἦν, λέγειν αὐτὸς οὐδαμῆ ἔχω. πλείονος δ' οὖν διὰ ταῦτα τῆς Βασιλέως παραπολαύων διετέλει δεξιώσεως. Επεὶ δὲ ἀγχοῦ Βυζαντίου ἤδη ἐγένετο, πρέσβεις ἐς Βασιλέα πέμψας, φιλίαν τε ἔτι μᾶλλον ὡμολόγει, καὶ ἐπὶ μεγάλοις συμπράξαι αὐτῷ συνετίθετο· εἰ δὲ συνέσεσθαι ἀλλήλοις, καὶ λόγου κοινωνήσειν ἐν Παλατίῳ βουλητὸν αὐτῷ ἔσται, οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἤθελε. Βασιλεὺς δὲ ἤκουσε λόγων, οὐκ ἀηδῶς καὶ σὺν πεποιθήσει ἀφικέσθαι τοῦτον ἐκέλευε. Εἰσελαύνοντι τοίνυν ἄνδρες ὑπήντων αὐτῷ, ὅσοι τε κατὰ γένος καὶ
D τύχην Βασιλεῖ ἤγγιζον, καὶ ὅσοι τὰς ὑπερηφανοὺς τῷ τηνικάδε εἶχον ἀρχὰς, προπέμψοντές τε μεγαλοπρεπῶς αὐτὸν ἐς τὰ βασίλεια, καὶ τὰ εἰκότα τιμήσοντες. Επειδή τε εἴσω τῶν ἀνακτόρων ἤδη ἐγένετο, ἔνθα Βασιλεὺς ἐπὶ τοῦ μετεώρου καθῆστο, χθαμαλή τις αὐτῷ ἐκομίζετο ἕδρα, ἣν σελλίον Ρωμαΐζοντες ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι, ἐφ' ἧς καθίσας, τὰ εἰκότα τε εἰπὼν καὶ ἀκούσας, τότε μὲν ἐς τὸ πρὸ τοῦ περιβόλου ἀπηλλάττετο προάστειον, ὃ Φιλοπάτιον, καθάπερ ἤδη ἔφην, ὠνόμασαι τοῖς πολλοῖς. ἐνταῦθα καταχθησόμενος, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ἐς τὰ πρὸς νῶτον τῆς πόλεως

A σὺν τοῦ Βασιλέως ἦλθεν ἀνάκτορα, ἱστορήσων ὅσα τε ἐνταῦθα θαύματος ἄξια, καὶ τοῖς ἐπὶ τὸν τῇδε νεὼν ἐντευξόμενος ἱεροῖς. Φημὶ δὴ ὅσα τῷ σωτηρίῳ Χριστοῦ πελάσαντα σώματι, Χριστιανοῖς ἐστὶ φυλακτήρια. Τοσαῦτα ἐν Βυζαντίῳ τελέσας, ὅρκοις τε τὰ πιστὰ δοὺς ἦ μὴν φίλος διὰ βίου καὶ σύμμαχος Βασιλέως ἔσεσθαι, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διέβη καὶ αὐτός. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο.

ιη'. Ὁ δὲ Βασιλεὺς Νικόλαόν τινα, ᾧ Μουζάλων ἐπίκλησις ἦν, ἐς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνάγει. ὃς εἰς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς μὲν πρότερον καταλόγους ἐτέλει, τὸν δὲ τῆς Κυπρίων ἐκκλησίας θρόνον λαχὼν, εἶτα ἐθελοντὴς ἐκεῖθεν ἀφίσταται. ἀλλ' B ἅμα τε ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐγίνετο, καὶ ἅμα πᾶν κατ' αὐτοῦ κεκίνηται στόμα, παρανόμως αὐτὸν ἐπιπηδῆσαι λεγόντων τῷ θρόνῳ, ἅτε σὺν τῇ λαχούσῃ τοῦτον ἐκκλησίᾳ, καὶ τὴν ἱερωσύνην ἤδη προαποθέμενον. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἰσχυρογνώμων τις ἦν, καὶ τοῦ θρόνου μεθίεσθαι οὐδαμῆ ἤθελεν. ὡς δέ ποτε Βασιλέως τῷ πράγματι διαιτήσοντος, τὴν ἥττονα ἔγνω κληρωσόμενος, οὐχὶ καὶ εἰσαῦθις ἀνακριθήσεσθαι ἀνασχόμενος, ἀφίστατό τε τοῦ θρόνου, καὶ καθ' ἑαυτὸν αὖθις ἐβίου· ἀνθ' οὗ Θεόδοτος ἀνὴρ ἐπὶ πλεῖστον ἀσκητικοῖς ἐγγυμνασάμενος προχειρίζεται πόνοις. Ἀλαμανοὶ δὲ, καθάπερ εἴρηται, πρὸς τῶν Περσῶν πολλάκις ἀποκρουσθέντες, πολλούς τε τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες, ἐπειδὴ τὴν διὰ Φιλομίλιον ἀπέγνωσαν ἤδη διάβασιν, ὀπίσω λοιπὸν ἐφέροντο. C Γενόμενοί τε ἐν Νικαίᾳ, ἐνταῦθα Γερμανοῖς τε ὁδῷ ἰοῦσι συνέμιξαν, καὶ Ρηξὶ τοῖς ἄλλοις μεγάλα καὶ αὐτοῖς ἐπαγομένοις στρατεύματα· ὧν ὁ μὲν τοῦ Τζέχων κατῆρχεν ἔθνους, Ρὴξ πρὸς τοῦ Κορράδου δῆθεν προχειρισθείς· ἅτερος δὲ τοῦ τῶν Λέχων, οἱ Σκυθικὸν μὲν ἐστὶ γένος, Οὔννοις δὲ προσοικοῦσι τοῖς ἑσπερίοις. Ἐπειδή τε ἐς ταυτὸ συνήεσαν τὰ στρατεύματα, ῥῆμά τι ὄντι ἐκ μακροῦ πρὸς Γερμανῶν Ἀλαμανοῖς ἐπιλέγεσθαι εἰωθὸς, ἀναφανδὰ καὶ τότε περιεφέρετο, Πούτζη Ἀλαμάνε· οὑτωσπως ἐπὶ λέξεως ἐρρηκός. Ὅθεν δὲ τὸ τοιοῦτον ἀρχὴν ἔσχεν, αὐτίκα δηλώσω. Τοῖς ἔθνεσι D τούτοις ὁ περὶ τὸ μάχεσθαι τρόπος ἐστὶν οὐχ ὁ αὐτός. Γερμανοὶ μὲν γὰρ ἵππου τε εὐσταλῶς ἀναβῆναι, καὶ ξὺν δόρατι ἐπελάσαι δέξιοι μάλιστα, ἥ τε ἵππος αὐτοῖς δρόμῳ τὴν Ἀλαμανῶν παρελαύνει. Ἀλαμανοὶ δὲ πεζῇ τε τὴν μάχην ἐνεγκεῖν ἱκανοὶ ὑπὲρ τοὺς Γερμανοὺς, καὶ ξίφει χρήσασθαι πολλῷ προφερέστεροι. Ἐπειδὴ γοῦν ποτε Γερμανοῖς ἐπεστράτευον Ἀλαμανοὶ, τὴν αὐτῶν ὑφορώμενοι ἵππον, πεζῇ τὸν πόλεμον ἐνεγκεῖν ἔγνωσαν. Γερμανοὶ τοίνυν ἀνέτῳ τῇ αὐτῶν ἐντε-

adiit ea Palatia, quæ dorso imminent ciuitatis, visurus in iis quæ admirationem inducunt, lustraturusque sacrosanctas Reliquias, quæ in templo ibidem extructo religiose coluntur: ea scilicet, quæ sacratissimo Christi corpori quondam admota, ad Christianorum munimentum asseruantur. His Byzantij peractis, & obstricta insuper iureiurando fide, amicum se quamdiu viueret, ac in bellis socium Imperatori fore, in Asiam & ipse traiecit.

XVIII. Interea dum hæc geruntur, Imperator Nicolaum quemdam, cognomine Musalonem ad Patriarchalem Sedem prouehit, qui in Ecclesiasticis primum dignitatibus versatus, Ecclesiamque Cypriorum adeptus, vltro postmodum inde recesserat. Verum vt res administrare cœpit, omnium statim ora in eum commota sunt, iniuste occupatum ab illo thronum clamitantium, vt qui cum Ecclesia, quam nactus fuerat, Sacerdotium quoque deposuisset. Sed is obstinatus primò, throno se deturbari haudquaquam passus: Vbi autem re ad Imperatoris examen delata, male sibi cessurum agnouit, iudicium nolens denuo experiri, abdicata vltro dignitate, ad vitam rursus priuatam rediit. Theodotus ei sufficitur, vir Monachicis institutis apprime instructus. Alemanni interea, vt supra scripsimus, a Persis sæpius repulsi, multisque suorum amissis, desperato iam per Philomelium transitu, inde retrocessere. Vt venerunt Nicæam, Germanis progredientibus ibi se se adiungunt, Regibusque aliis, qui & ipsi non modicos secum ducebant exercitus. Horum alter Tzechorum genti imperitabat, a Conrado ad Regiam euectus dignitatem: alter præerat Lechis, Scythicæ genti, quorum regio Hungaris Occidentalibus contermina est. Postquam in vnum conuenere exercitus, dictum illud quod in Alemannos iampridem iactari solet, palam tunc cœpit proferri, *Pousse Aleman*, id est, *Insta Alemanne*: sic se habet ea dictio: Vnde vero originem habuerit, paucis expediam. Gentibus istis non eadem est dimicandi ratio. Germani quidem equum expedite conscendere, cum hasta irruere maxime periti: eorum equitatus celeritate & cursu Alamannico longe præpollet: Alemanni autem pedestri acie, vt & ensium vsu præstant Germanis. Cum itaque aliquando contra Germanos præliarentur Alemanni, vererenturque eorum equitatum, bellum pedites conficere instituunt. At Germani in inconditum neglectumque eorum

A equitatum facto impetu, illum haud ægre delent. Cæterasque inde Alemannorum copias pedestres vertunt in fugam, & si bellatorum numero longe ab illis superarentur. Tum dicterio iam memorato perstringere Germani Alemannos, quod cum potuissent ex equis pugnare, pedestre prælium prætulissent. Id tum quoque & antea, vt retuli, a Germanis continuo obiectum, Alemannis non parum molestum fuit. Ea igitur propter, & quod his periculum erat ne in itinere Germanis inferiores existerent, vna quidem ad Philadelphiam vsque profecti sunt: Exinde vero Conradus, cum se contemni a Germanis ferre non posset, reuerti statuit, deque eo consilio monuit Imperatorem. Ille, & si Reges ab inuicem diuelli percuperet, hominis tamen dolens vicem, hasce literas misit: *Res omnes cum adest fortuna, vel qui minimum sapiunt, numquam pensitare solent, sed ipsas per se omni casuum varietate denudatas. Non itaque cum prospere omnia tibi cederent, supra quam ex dignitate erat, te vti voluimus. Nunc vero cum aduersa quodammodo te respiciat fortuna, iisdem demereri obsequiis haud nos pigebit, quibus antea & consanguineum, & tot nationum ducem honorare sollicite curauimus, & de rebus imminentibus consilia dare, cum ob iam dictas causas, tum quod vterque eamdem profiteamur religionem. Certe nescio quomodo posthabito, quod tibi profuturum erat, per imprudentiam quod peius est elegeris. Sed quandoquidem quæ semel facta sunt, infecta esse nequeunt, à nobis silentio prætereantur. Ad ea vero quæ nondum effugerunt, animum quam maxime aduertere par est. Eiusmodi quippe est rerum natura, vt sint in perpetuo fluxu, stent nunquam: si quis prior eos occupat, iam totum habet: præterlapsæ reuocari perinde nequeunt. Dum itaque rebus tuis aliquis restat remedij locus, quod conducit vtileque est, præripere festines.* Atque is fuit Epistolæ finis.

XIX. Conradus interea, damnata iam suamet imprudentia, nescius quid ageret, haud lubenti animo Germanis comes ibat. Vt vero ad eum perlatæ sunt Imperatoris literæ, rem pro lucro æstimans, quæ offerebantur auide accepit, statimque retro cessit. Ad Hellespontum cum peruenisset, transmisso freto, descendit in Thraciam: vbi ad Imperatorem, qui ibi tum morabatur, accedens, vna inde cum illo Byzantium venit: quo in loco eum excepere deinceps variæ animi relaxationes, Imperatoria Palatia, omnis generis spe-

A τυχόντες ἵππων, αὐτῆς μὲν ἐκράτουν, τῶν δὲ Ἀλαμανῶν εὐχερέστερον καθιππαζόμενοι, ἐτρέποντό τε αὐτοὺς ἐκ ποδὸς ἰόντας, καίτοι πλήθει παρὰ πολὺ αὐτῶν ἐλαττούμενοι, καὶ τῷ εἰρημένῳ προσεπικερτόμουν αὖθις, ὅτι δὴ ἐξὸν σὺν τοῖς ἵπποις μάχεσθαι, οἱ δὲ πεζῇ τὸν πόλεμον εἵλοντο. Τοῦτο δὴ καὶ τότε, καθάπερ εἴρηται, πρὸς τῶν Γερμανῶν Ἀλαμανοῖς ἐπιφερόμενον συνεχῶς, μεγάλα τούτοις ἐλύπει. Διά τε τοῦτο οὖν, καὶ ὅτι τὰ δεύτερα κληροῦσθαι τῶν Γερμανῶν κίνδυνος αὐτοῖς ἐν ταῖς ὁδοῖς περιίστατο, ἄχρι μὲν καὶ ἐπὶ τὴν Φιλαδέλφου ἅμα ἐχώρουν· τὸ δ' ἐντεῦθεν, Κορράδος οὐκ ἔτι φέρειν εἶναι πρὸς Γερμανῶν περιωρᾶσθαι B δεδυνημένος, παλινοστεῖν ἔγνω. ἀμέλει καὶ βασιλεῖ τὸν σκοπὸν ἐπιστείλας ἐδήλου. Ὁ δὲ, τὸ μὲν ἀπονοσφίζειν ἀλλήλων τοὺς Ῥῆγας ἐθέλων, τὸ δὲ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ συναλγῶν, ἐπέστειλε τοιάδε· Ἀνθρώποις οἷς καὶ κατὰ βραχὺ τοῦ φρονεῖν μέτεστιν, οὐ σὺν ταῖς τύχαις τὰ πράγματα θεωρεῖν ἔθος, ἀλλ' αὐτὰ καθ' αὑτὰ περιπετείας ἔξω τινός. Οὔτε τοίνυν εὐθυνουμένῳ σοι ὑπὲρ τὴν ἀξίαν προσφέρεσθαι ἔγνωμεν. ἀλλὰ νῦν γε μετρίως δυσπραγήσαντα, τοῖς αὐτοῖς καὶ πάλιν σε δεξιοῦσθαι οὐκ ὀκνήσομεν, οἷς καὶ τὸ πρότερον, ὅσα καὶ ξυγγενῆ καὶ τηλικούτων ἐθνῶν ἄρχοντας, τιμᾶν ἡμῖν διὰ σπουδῆς ἦν, ξυμβουλεύειν τε τὰ παριστάμενα C τῶν εἰρημένων τε ἕνεκα, καὶ τοῦ ὁμοθρήσκους ἡμᾶς ἀλλήλοις εἶναι. οὐ δ' ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως περὶ ἐλάσσονος τὸ σοὶ αὐτῷ ξυνοῖσον πεποιημένος, ἔλαθες ἑαυτὸν τὸ ἧττον αἱρετισάμενος· ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ἐπείπερ ἅπαξ γεγονότα ἀναλύειν ἐστὶν ἀδύνατον, παρείσθω τέως ἡμῖν. ἐπιμελητέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τῶν ἔτι παρ' ἡμῖν, τῶν οὔπω πεφευγότων. Τοιαύτην γὰρ ἔχει φύσιν τὰ πράγματα, ῥεῖ συνεχῶς, ἵσταται οὐδαμῇ, κἂν τις ἀρύσηται προλαβὼν, ἔσχεν ἤδη τὸ πᾶν, παρελθόντα δ' ἀνακαλέσασθαι ἐπίσης ἀδύνατον. Ἕως τοίνυν ἔχει τινὰ θεραπείας τὰ κατὰ σὲ τρόπον, σπεῦσον ἁρπάσαι τὸ συνοῖσον. Τὸ μὲν δὴ γράμμα ἐν τούτοις τετέλεστο.

D ιθ'. Κορράδος δὲ ἐτύγχανε μὲν καὶ πρότερον ἤδη ἀβουλίαν ἑαυτοῦ καταγνούς, οὐκ ἔχων δὲ ὅτι καὶ δράσειεν, οὐ σφόδρα ἐθελούσιος Γερμανοῖς εἵπετο. Τότε δ' οὖν ἐπειδὴ καὶ τὰ βασιλέως παρ' αὐτὸν γράμματα ἦλθον, ἕρμαιον αὐτίκα τὸ πρᾶγμα ἡγησάμενος, ἐδέξατό τε σὺν ἡδονῇ τοὺς λόγους, καὶ θᾶττον ὀπίσω ἐχώρει. Πρὸς Ἑλλησπόντῳ τε γεγονὼς, διὰ τοῦ ἐνταῦθα πορθμοῦ ἐπὶ Θρᾴκην διέβη. Ἔνθα τῷ βασιλεῖ διατριβὴν ποιουμένῳ συγγεγονὼς, εἶτα ἐπὶ Βυζάντιον ἅμα αὐτῷ ἦλθεν. ἔνθα ἀνέσεις τε αὐτὸν τοῦ λοιποῦ διεδέξαντο, καὶ βασίλειοι καταγωγαὶ, θέατρά τε παντοδαπὰ, καὶ ἅμιλλαι

A ἅμιλλαι ἵππων, καὶ δεξιώσεις λαμπραί, δι' ὧν κάμνον αὐτῷ τὸ σῶμα παρεμυθήσατο. καὶ χρήματα κεκοσμημένος ἱκανά, ἅμα τριήρεσιν ἐπὶ Παλαιστίνην ἀπῄει, Νικηφόρου τοῦ Δασιώτου πλοός τε αὐτῷ ἡγουμένου, καὶ θεραπείας τῆς ἄλλης προνοοῦντος. ἔνθα καὶ Ῥηξὶ τοῖς ἄλλοις ἐλθὼν ἐς ταὐτό, καὶ τὰ εἰκότα ἐπὶ τῷ ζωοδόχῳ Χριστοῦ τελέσας τάφῳ, τῶν ἄλλων, ὡς δυνατὰ ἑκάστῳ ἐγεγόνει, ἐπὶ τὴν πατρίδα στελλομένων, αὐτὸς σὺν ναυσὶ ταῖς εἰρημέναις ἐκεῖθεν ἀρθεὶς Θεσσαλονίκῃ προσέσχεν, ἔνθα τὸ δεύτερον Βασιλέα τε εἶδε, καὶ λόγων αὖ καὶ ὁμιλίας ἐκοινώνησεν. Ὁ δὲ Βασιλεὺς τῶν πάλαι προωμολογηθέντων ἀνεμίμνησκεν αὐτῷ· B ἦσαν δὲ ταῦτα. Ὅπως Ἰταλίαν εἰς ἕδνον τῇ Βασιλίδι ἀνασώσαιτο Εἰρήνῃ, ἣν καὶ αὐτὸς ξυγγενῆ οὖσαν, τῷ Βασιλεῖ κατηγγύησεν. Ὁρκίοις οὖν δευτέροις αὐτός τε καὶ Φεδερῖκος τὰ σφίσι δεδογμένα πιστωσάμενοι, τῆς Ῥωμαίων ἀπαλλάττονται γῆς. Κορράδῳ μὲν οὖν ἐνταῦθα τέλος ἔσχον τὰ πράγματα. Τῷ δὲ Γερμανῶν Ῥηγὶ ἐκ Παλαιστίνης ἀναγομένῳ σὺν ναυσίν, αἳ πολλαὶ παρὰ τὰς ἐκεῖ σαλεύουσαι ἀκτάς, μισθοῦ τοῖς βουλομένοις παρέχονται τὴν περαίωσιν, τοιάδε τινὰ ξυνέπεσε. Νῆες Σικελαὶ ἐπὶ καταδρομῇ γῆς Ῥωμαίων ἐξιοῦσαι πρότερον, ἐνταῦθα που τοῦ πελάγους ἐφέροντο. ταύταις Ῥωμαίων στόλος περιτυχών, C οὗ ὁ Χουρούπης κατῆρχεν, εἰς χεῖρας ἦλθε. Τύχῃ δέ τινι μαχομένων τῶν στόλων ἀμφοῖν, συνέπλεε τούτοις καὶ ὁ Ῥήξ. Ἐπικρατεστέρων δὲ τῇ μάχῃ τῶν Ῥωμαίων ἤδη γεγενημένων, παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ ἁλῶναι καὶ αὐτός τε ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ἐπειδὴ ταῖς Σικελῶν, καθάπερ εἴρηται, ξυνέμιξε ναυσίν, ἐκβὰς τὴν ἑαυτοῦ, Σικελικὴν εἰσεπήδησε τριήρη, καὶ εἰ μὴ ταχὺ τοῦ κινδύνου συνιεὶς τῶν Ῥωμαίοις συμμαχίδων τινὸς σημεῖα ἐνέθετο φθάσας αὐτῇ, τάχα ἂν ὑπὸ ταῖς Ῥωμαίων ἐγεγόνει χερσί. νῦν δὲ πλείστους τῶν σὺν αὐτῷ ἀποβαλών, λάφυρον τοῦ πολέμου γεγενημένοις, αὐτὸς μόγις ἐσώζετο. Ἀλλὰ Βασιλέως ἐξῆς D δεηθείς, τούς τε αἰχμαλώτους ἔλυσε, καὶ τὰ διηρπασμένα κεκόμιστο πάντα. Ἐνταῦθα τε πέρας ἡ τῶν Ἑσπερίων ἐθνῶν εἰς τὰ Ῥωμαίων ἔσχηκεν ἐμβολή.

κʹ. Κορράδος δὲ εἰς τὴν πατρίδα παλινοστήσας, ὀλίγον ἐμβιοὺς ἐτελεύτησεν, οὐδὲν οὐδέπω ὧν Βασιλεῖ διωμολόγηκε πράττειν δεδρακώς. Μεθ' ὃν Φεδερῖκος τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. ὅθεν δὲ ἐπὶ Φεδερῖκον μετὰ Κορράδον τὸ Ἀλαμανῶν ξυνέπεσε κράτος, ὁ λόγος ἑξῆς παραστήσει μοι. Ὁ Ἀλαμανῶν Ῥὴξ Ἐρρῖκος ἔτι περιόντα τὸν πατέρα καθείρξας, τοῦ Ῥώμης τε Ἀρχιερέως πολέμῳ περιγεγονώς, αὐτὸς παρανομώτατα τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. οὗ δὴ ἐνε-

ſtaculo, equorum certamina, magnifici apparatus, quibus defeſſum laboribus corpus ſubinde recreauit. Idonea demum pecuniarum quantitate donatus, cum triremibus in Palæſtinam iter intendit, claſſis præfecto Nicephoro Daſiota, ei ductore, atque alia omnia neceſſaria ſubminiſtrante. Poſtquam aliis ibi coniunctus Regibus, ad viuificum Chriſti ſepulchrum iuſta exſoluiſſet, cæteris, prout cuique libitum erat, in patriam remiſſis, ipſe iiſdem vectus nauibus inde Theſſalonicam appulit, vbi & Imperatorem vidit denuo, & cum eo congreſſus collocutuſque eſt. Imperator vero ea de quibus primum inuicem conuenerant illi in memoriam reduxit, quæ erant huiuſmodi: Vt videlicet taliam in dotem reſtitueret, Irene, quam ille ſibi cognatam Imperatori deſponderat. Altero igitur ſacramento firmatis iis, de quibus conuenere rurſum, Conradus & Federicus e ſolo Romanorum exceſſere. Atque eum finem quæ Conradum ſpectant habuerunt. Germanorum autem Regi ex Palæſtina reuertenti cum nauibus, quæ magno numero in illis fluitantes littoribus, dato naulo, excedentes inde tranſmittere ſolent, talia acciderunt. Cum Naues Siculæ, quæ primum ad incurſandos fines Romanos exiuerant, pleno tum æquore ferrentur, in eas claſſis incidit Romanorum, cui præerat Churapes, manuſque cum hoſtibus conſeruit. Dum committitur vtrimque certamen, quia neſcio quo caſu & ipſe cum iis vela faciebat, ſuperioribus iam factis Romanis, quin caperetur parum abfuit. Poſtquam enim, vt diximus, Siculis nauibus adiunctus eſt, ſua egreſſus, triremem conſcendit Siculam, & ni intellecto repente periculo, nauis Romanorum ſociæ ſignum impoſuiſſet, veniſſet haud dubie in manus Romanorum. Fruſtra igitur compluribus ex ſuis, qui capti fuerant, repetitis, ipſe vix ſoſpes euaſit. Sed Imperator, poſtea captiuos ſoluit, reſque ablatas omnes repente iuſſit reſtitui. Atque eiuſmodi fuit gentium Occidentalium in Romanorum terras irruptio.

XX. Reuerſus autem in patriam Conradus, protracta haud multum vita, deceſſit, nihil eorum quæ Imperatori ſpoponderat executus. Hunc excepit Federicus. Vnde autem poſt Conradum ad Alemannorum Imperium peruenerit, dicere deinceps aggrediar. Henricus Alemannorum Rex, parente ſuperſtite in vinculis habito, debellatoque bellis Romano Pontifice, ſubditos ſæue premebat Imperio. Vnde ir-

ritati Alemanni, eo extincto, Imperium liberis illius concedere nequaquam voluere. Erant vero hi Conradus & Federici Pater. Itaque Lotharium quemdam acciuerant, ætate extrema virum, eique rei Alemannicæ arbitrium permiserunt. Sed enim illi paterno se excidere Imperio non ferentes, res nouare turbareque statuunt. Quod vbi aduertit Lotharius, ætate vir prouectior & probitate singulari, quique nihil nisi simpliciter ageret diceretve, in eam tandem cum illis conditionem venit, vt Imperium adipiscerentur, postquam vitæ finem sibi fata posuissent. Lothario non multo post extincto, cum sors cecidisset super maiorem natu, patrem nimirum Federici, altero orbatum lumine, pro se Conradum fratrem ipse assumpsit, pollicitum iuramento prius Imperium ad Federicum filium, vbi & ipsa vita concessisset, transmissurum. Quapropter moriens Conradus, vti narrauimus, Federico coronam imposuit. In hunc modum res eæ gestæ sunt: bella autem Sicula exinde initium habuere.

καὶ ἀμειψόμενοι τοῦτον Ἀλαμανοί, τετελευτηκότος οὐκέτι παισὶ τοῖς αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν ξυγχωρεῖν ἔγνωσαν. Ἦσαν δὲ αὐτῷ παῖδες Κορράδος τε οὗτος, καὶ ὁ Φεδερίκου πατήρ. Λουτήριον δέ τινα ἄνδρα ἐσχατογέροντα καλέσαντες ἐπὶ τὴν ἀρχήν, τούτῳ τὴν Ἀλαμανῶν ἐπικράτησιν ἔδοσαν. ἀλλ' ἐκεῖνοι οὐκ ἀνασχόμενοι, εἰ τῆς πατρῴας ἐκπεσοῦνται ἀρχῆς, νεωτέροις ἐγχειρεῖν ἔγνωσαν πράγμασιν. ὁ γοῦν ὁ Λουτήρης γέρων μέν, καὶ ἄλλως ἀκριβῶς ὤν, καὶ ἡλικίας πόρρω ἥκων, φύσει δὲ καλοκαγαθίᾳ συνών, καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ σὺν ἁπλότητι καὶ λέγειν καὶ πράττειν εἰδώς, ὁμολογεῖ ἐπ' αὖθις τὴν ἀρχὴν διαβιβάσαι, ἐπειδὰν ὁ χρεὼν αὐτὸν καταλήψεται. Ἐπειδὴ γοῦν ὀλίγῳ ὕστερον ἀπεβίω, τοῦ κλήρου ἐπὶ τὸν πρεσβύτατον τῶν ἀδελφῶν πεσόντος, λέγω δὲ τὸν Φεδερίκου πατέρα, αὐτὸς, τὸν ἕνα πεπηρωμένος τοῖν ὀφθαλμοῖν, Κορράδον τὸν ἀδελφὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ εἵλετο, ὅρκοις ὁμολογήσαντα πρότερον, ἐς Φεδερίκον τὸν υἱέα τὴν ἀρχὴν ἐπειδὰν θνήσκοι διαβιβάσαι. διὸ Κορράδος τελευτῶν, ὥσπερ ἔφην, Φεδερίκῳ τὸ στέμμα περιέθηκε. Ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ πη ἔσχε. Τὰ δὲ τῶν Σικελικῶν πολέμων ἐντεῦθεν ἀρχὴν εὗρεν.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΚΙΝΝΑΜΟΥ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ,

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

IOANNIS CINNAMI REGII GRAMMATICI,

HISTORIARVM LIBER TERTIVS.

α'. ΡΟΓΕΡΙΟΣ ἦν τις ἀνὴρ, ἐς Κόμητας μὲν τὸ πρῶτον τελῶν, δραστήριος δὲ ἄλλως καὶ ῥέκτης ἀνὴρ, δεινός τε πράγματα ῥάψαι, καὶ τὰ καθεστῶτα κινῆσαι δεξιός. Οὗτος Γυλιέλμῳ τῷ Λογγιβαρδίας Δουκὶ, ὑφ᾽ ὃν ἐτέτακτο, ἐς Παλαιστίνην ἀπαίροντι χρήματα δεδανεικὼς, τὴν Λογγιβαρδίας ἀρχὴν, τούτου δὴ ἕνεκα ἐνεχυρασθεῖσαν αὐτῷ ἔσχε. Τὸν Ῥώμης τε Ἀρχιερέα τρόπῳ τῷ ῥηθησομένῳ βιασάμενος, Ῥὴξ παρ᾽ αὐτοῦ προκεχείριστο. Ἐπειδὴ γὰρ Λογγιβαρδίαν πρὸς Ῥογερίου ἔχεσθαι, ὁ τῷ τηνικάδε τὸν Ῥώμης διέπων ἤκουσε θρόνον, ἤσχαλεν ἐπὶ τῷ τολμήματι, ἐκκλησίᾳ τῇ αὐτοῦ φάσκων προσήκειν ἀνέκα-

A I. FLOREBAT ea ætate Rogerius, dignitate primo Comes, vir cæteroquin in rebus gerendis strenuus admodum & impiger, texendis dolis perquam idoneus, quique rite ordinata permiscere inprimis nosset. Ille, Gulielmo Longobardiæ Duci, cui erat subditus, in Palæstinam eunti, pecunia fœnori data, Longobardiæ Principatum eo nomine sibi oppigneratum retinuit. Postmodum autem Romanum Pontificem hoc, quem dicam, modo coegit, vt ab illo Rex renuntiaretur. Vt enim Longobardiam in Rogerij potestatem venisse, qui tum Romanæ Sedi præerat Pontifex, intellexit, id facinus ægre tulit, quod ad Ecclesiam suam iampridem illam perti-

nere contenderet. Lotharius pariter eo non modice commotus, nec ferens Papæ autoritatem imminui, ingentibus copiis in Longobardiam irrupit, magna agrorum parte exuit Rogerium: propeque erat vt is vniuersa ditione pelleretur, ni prout consueuerat, ad dolos iterum conuersus absque vllo certamine Lotharium inde abegisset: quo autem pacto id contigerit, a nobis deinceps dicetur. Erat Lothario affinis quidam, maximæ apud illum autoritatis, quemque Alemannorum gens post ipsum Lotharium potissimum suspiciebat. Hunc Rogerius conuenit, pecuniisque datis sibi conciliauit: tum homini persuasit, vt signum receptui inscio Lothario, exercitui Alemanico dari imperaret. Id porro signum non est tubæ sonitus, aut aliud quidpiam simile, sed nescio quid Barbarum & insolens, quodve percipi vix potest. Quidam enim vocum concentus pro more editus in castris, haud amplius permanere sinit exercitum: Sed statim atque auditur, dilabitur quisque, & ad reditum se se comparat. Itaque eiusmodi carmen per legiones Alemannicas, Lotharij affinis dolo passim pronuntiatum, effecit vt vniuersus continuo recederet exercitus. Quam rem grauiter admodum ferens Lotharius, quo impetum multitudinis sisteret, quingentos circiter milites palo affixit, neque tamen hac ratione quicquam confecit. Alemanni quippe nulla pœnæ ac supplicij habita cura, nihilo minus dilabebantur. Tum vero Lotharius mœrore confectus, in grauissimam incidit febrem, nec multo post diem clausit extremum. Principatum, vt diximus, postea Conradus adeptus est.

II. His ita confectis rebus, Longobardiam recepit rursum Rogerius. Quod cum ferre haud posset Romanus Pontifex, Alemannis in auxilium accitis, summo animi ardore in Rogerium proficiscitur. At is castrametantem inopinate inuadens, cæteris in fugam coniectis, ipsum etiam viuum capit. Cùm iam illum in manibus haberet, expanso ex linteis tabernaculo, in eo sedentem Pontificem collocat, ipse humi prostratus, ac manibus pedibusque, pronus incumbens ad illum adrepit, partim delicti implorans veniam, partim vt Regium sibi nomen vellet impertiri deprecatus. Accedentem excepit Pontifex, (quid enim egisset aliud?) & Regem insuper appellauit. Atque inde Longobardiæ Princeps Rex vocari consueuit. Rogerius igitur cum ex voto successissent omnia, Legatos ad Imperatorem Ioannem, qui

A θεν αὐτήν. Εφ' οἷς ὁ Λουτήρης δυσπαθήσας,
οὐκ ἀνασχόμενος εἰ τὸ Πάπα περιφερὲς ἀ-
ξίωμα, στρατῷ μεγάλῳ εἰς Λογγιβαρδίαν ἐμ-
βάλλει· μέρος τε οὐκ ἐλάχιστον Ρογέριον ἀφελό-
μενος, ἐγγὺς ἤδη ἐγένετο τοῦ καὶ συμπάσης αὐ-
τὸν ἀπελάσαι τῆς χώρας, εἰ μὴ Ρογέριος καὶ
πάλιν δολώσεις κατὰ τὸ ἔθος ἐννοήσας, ἀμαχητὶ τὸν
Λουτήριον ἐκεῖθεν ἀπήλασεν. ὅπως δέ, ὁ λόγος
ἑξῆς παραστήσει. Ην τις τοῦ Λουτήρη Γαμβρός,
ὃς τὰ μέγιστά τε παρ' αὐτοῦ ἐδεδύνητο, καὶ τοῦ
Αλαμμανῶν ἔθνει λόγου μετὰ Λουτήριον ἠξίωτο.
Τοῦτον ὁ Ρογέριος ὑπελθών, χρήμασί τε
ὑποκλέψας, ἀνέπεισε, τοῦ Λουτήρη μηδὲν ξυ-
B νειδότος, σύνθημα τοῦ πολέμου τοῦ δὲ καταλύ-
σεως τοῦ Αλαμανῶν δεδωκέναι στρατοῦ. ἔστι δὲ
τοῦτο οὐ σαλπιγκτικὸς ἠχή, ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον, ἀλ-
λὰ βάρβαρός τις καὶ ἀξύνετος τρόπος. μέ-
λος γάρ τι κατ' ἔθος ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἐκλα-
ληθέν, οὐκέτι μένειν ἐφίησι τὸ στρατιωτικόν· ἀλλ'
ἅμα τε ἀκούει καὶ ἅμα σκεδάννυται ἕκαστος,
πρὸς ἀπορείαν συσκευαζόμενος. Τοῦτο δὴ τὸ
μέλος, ὃ τότε ὁ Λουτήρης Γαμβρὸς τοῦ Α-
λαμμανῶν ἔθνει ἐπιθρυλληθῆναι ἀθρόον ἐσκαιω-
ρηκώς, αὐτίκα ἐνθένδεν ἀναχωρεῖν ἐποίησε τὸν
στρατόν. πρὸς ὅπερ ἀγανακτήσας ὁ Λουτήρης,
ἐπεβάλλετο μὲν τὴν ὀχλικὴν ὁρμὴν ἐπισχεῖν,
C ἐς πεντακοσίους ἀνασκολοπίσας ἄνδρας, οὐ μὴν
καὶ ἐδυνήθη. Αλαμανοὶ γὰρ οὐδὲν ἧττον ἐξέρ-
ρεον, καὶ ποινῶν καὶ κολάσεων καθάπαξ ἀφρον-
τιστοῦντες. Ο δὴ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς ὁ Λουτή-
ρης, πυρετοῖς τε λάβροις διὰ τοῦτο ἁλούς, ὀ-
λίγῳ ὕστερον ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. Κορρά-
δος δέ, καθάπερ εἴρηται, τὴν ἀρχὴν δια-
δέχεται.

β'. Ταῦτα μὲν τῇδε ἐγένετο. Ρογέριος δὲ Λογγι-
βαρδίας καὶ πάλιν ἀπρὶξ εἴχετο. ὅπερ μὴ φέρων ὁ
Ρώμης Αρχιερεύς, ὁμαιχμίαν ἐξ Αλαμανῶν ἑαυτοῦ
συστησάμενος, θυμῷ πολλῷ κατὰ Ρογερίου ἐφέρετο. Αλλ'
ὁ Ρογέριος ἄφνω ἐνστρατοπεδευομένῳ τούτῳ ἐπιφα-
νείς, τούς τε ἀμφ' αὐτὸν ἐτρέψατο, καὶ αὐτὸν ζωγρείαν
D εἷλεν. Επειδή τε ἤδη ἐν χερσὶν εἶχε, σκηνήν
τινα τῶν ἀπὸ λίνου πεποιημένων διαπετάσας,
καθίζει ἐπὶ ταύτης τὸν Αρχιερέα, ἐς ἔδαφός τε
καταβαλὼν ἑαυτόν, πρηνής τε χερσὶ καὶ ποσὶν
ἐρειδόμενος, προσῄει· τὸ μὲν τὴν ἁμαρτάδα δῆ-
θεν ἐξιλασκόμενος, τὸ δὲ καὶ Ρὴξ προσβεβλῆ-
σθαι ἀξιῶν. ὁ δὲ δέχεταί τε προσιόντα (καὶ τί
γὰρ ἂν ἔδρασε) καὶ Ρῆγα λοιπὸν ὀνομάζει. ἐξ
ἐκείνου τε Ρὴξ ὁ Λογγιβαρδίας ἡγεμονεύων κε-
κλῆσθαι εἴωθε. Ρογέριος δὲ ἐπειδὴ τοῦ κατὰ σκο-
πὸν ἔτυχε, πρέσβεις ἐς Βασιλέα Ιωάννην ἔπι πε-

εἰόντα πέμψας, ᾔτειτο κῆδος τοῦ ἐκ βασιλείων αἱμάτων ἐπὶ παιδὶ τεύξεσθαι τῷ αὐτοῦ. Ἀλλ' οὔπω τέλος εἶχε τὰ τῆς πρεσβείας, καὶ Ἰωάννης τὸν βίον κατέλυε. μετὰ δέ τινα χρόνον, Μανουὴλ ἤδη τὴν αὐτοκρατορίαν διέποντος, ταὐτὰ καὶ πάλιν πέμψας ἠξίου. ὅθεν καὶ Βασίλειός τις ἐπώνυμον Ξηρὸς εἰς Σικελίαν ἀφίκετο, Ρογερίῳ περὶ τούτου διαλεξόμενος. ἀλλ' ἐκεῖνος χρυσίῳ κλαπεὶς παρ' αὐτοῦ, ἀλλόκοτά τινα ὡμολόγει. ὧν δὴ κεφάλαιον ἦν, τὸ ἐν ἴσῳ μεγαλείου βασιλέα τε τοῦ λοιποῦ καὶ Ρογέριον ἔσεσθαι. ὅθεν δὴ τὰς μεγάλας ἀναρραγῆναι συμβέβηκε μάχας. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν Ξηρὸς ἐς Βυζάντιον ἐπανιὼν τὸν βίον κατέστρεψε, δίκην οὔπω τῶν τετολμημένων δούς, βασιλεὺς ὅσα καὶ ἀθύρμασι ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις προσεσχηκώς, Ρογέριον αὐτὸν χαίρειν εἴα. Θυμομαχήσας δὲ ἐκεῖνος, ἐξαπάτην τέ τινα τὸ πρᾶγμα εἶναι οἰηθείς, στόλον ναυπηγησάμενος ἐν παρασκευῇ εἶχε, καιροφυλακῶν τρόπῳ ὅτῳ δὴ Ρωμαίοις ἀμύνεσθαι. καὶ ἔτυχέ γε τοῦ κατὰ σκοπὸν ὁ Βάρβαρος. Ἐν ἀκμῇ γὰρ τῆς τῶν Δυσμικῶν ἐθνῶν ἐς τὰ Ρωμαίων ἐμβολῆς, Κόρινθόν τε καὶ Εὔβοιαν καὶ Θήβας ἐλῄσατο τὰς Βοιωτικάς. ἅτε γὰρ τοῦ Ρωμαίων στρατοῦ ἐπὶ τοῖς ἀνὰ χεῖρας κατ' ἐκεῖνον ἠσχολημένου τὸν χρόνον, κατὰ πᾶσαν ἄδειαν ταῖς εἰρημέναις οἱ Βάρβαροι ἐγκαθίσαντες πόλεσι, λαφύρων τὰς ναῦς ἐπλήσαντο. Ἐκεῖθέν τε ἐπὶ Κέρκυραν διαβάντες, κατὰ κράτος αὐτὴν εἷλον, καὶ ὡς ἤδη οἰκείας μετεποιοῦντο, παντὶ κρατυνάμενοι τρόπῳ. Ὁ μαθὼν Βασιλεύς, ἐν ἀθυμίᾳ πολλῇ ἦν. ἀμέλει καὶ ἐσκέπτετο, πῶς ἂν τὸν Ρογέριον ἀμύνηται, καὶ δίκην τῶν τετολμημένων ἐπιθήσει τὴν δέουσαν. Στόλον οὖν τριήρεων μὲν πεντακοσίων, ἱππαγωγῶν δὲ καὶ φορταγωγῶν ἐς χιλιοστὺν ὅλην ἑτοιμασάμενος, αὐτὸς μὲν ᾔει διὰ τῆς ἠπείρου, ὁ δὲ στόλος διαπόντιος ἐφέρετο ἐξαίσιός οἷος.

γʹ. Ἄρτι δὲ περὶ τὴν πόλιν Φιλίππου γεγονότι τῷ Αὐτοκράτορι, φήμη προσέπτη, ὅτι δὴ στρατεύματα Σκυθικὰ Ἴστρον περαιωσάμενα, κείρουσί τε τὰ ἐν ποσὶ καὶ ληΐζονται πάντα· καὶ εἷλόν γε καὶ πόλιν λόγου ἀξίαν, τῶν Ἴστρου καὶ αὐτὴν πινουσῶν ναμάτων. Τὰ μὲν δὴ τῆς φήμης ἐν τούτοις ἦν. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἐκεῖθεν ἀποκλίνας, τὴν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀνακομίζεσθαι κελεύσας. οὔπω δ' ἐκείνων ἀφικομένων, ἐν τούτῳ τὰς ταύτῃ περιῄει θηρευόμενος πεδιάδας. συμβαίνει γὰρ αὐταῖς ἅτε ἐρήμοις παντάπασι καὶ ἀοικήτοις ἐκ πολλοῦ προκειμέναις, ἀγεληδὸν ἀγρίων τι χρῆμα ζώων ἐντρέφεσθαι. Ἐν ᾧ δὲ πρὸς τούτοις ἦν, ἠγγέλη αὐτῷ ὅτι δὴ Σκύθαι, λείαν ἐκ τῶν Ρωμαίων ἐπαγόμενοι, τῶν

A adhuc erat in viuis, misit qui ex Imperatorio sanguine vxorem pro filio suo expeterent. Sed nec dum expedita erat Legatio, cum Ioannes vita functus est. Interiecto deinde aliquo tempore, cum iam Manuel Imperium esset adeptus, eadem per Legatos iterum postulauit: eumque in finem Basilius, cognomento Xerus, in Siciliam traiecit, vt iis de rebus cum Rogerio sermones conferret. At Xerus auro ab illo corruptus, ineptas nescio quas conuentiones pepigit, quarum caput erat, æquali in posterum maiestate Imperatorem & Rogerium futuros. Atque inde ingentia exarsere bella. Reuerso quippe Byzantium Xero, & ante quam suæ

B dedisset pœnas audaciæ demortuo, posthabitis neglectisque penitus iis quæ in hac Legatione peregerat, Rogerium valere iussit. Ille vero totus Martem spirans, illusum se ab Imperatore ratus, classem ædificat, paratamque habet, occasionem captans qua illatam sibi a Romanis iniuriam quauis ratione vindicaret. Nec aberrauit a scopo Barbarus. Quo enim tempore in Prouincias Romanas feruebat Occidentalium nationum irruptio, Corinthum, Euboeam & Thebas Bœoticas deprædatus est. Iis quippe temporibus, dum rebus præsentibus detineretur Romanorum exercitus, oppida illa, obsistente nemine, oppugnantes Barbari, naues præda impleuerunt. In-

C de Corcyram digressi, totis viribus expugnatam, vt propriam deinceps muniuere. His auditis, consternatus Imperator, multa secum animo voluebat, quo pacto Rogerium vlcisceretur, & dignas delictis pœnas rependeret. Instructa itaque quingentarum triremium classe, hippagogarum vero & onerariarum mille, ipse quidem per continentem iter instituit, interea dum immensa & formidanda classis per maria fertur.

III. Ad Philippopolim cum peruenisset Imperator, fama percrebuit Scythicas copias Istrum traiecisse, & obuia quæ-

D que rapere ac depopulari: sed & haud ignobile oppidum flumini adiacens expugnasse. Eiusmodi accepto nuntio, abscedens inde Princeps, naues versus Istrum flectere iussit, interimque dum aduenirent, circumiacentes campos venando perlustrauit. Quippe cum deserti essent omnino, & iam pridem inculti, atque adeo longius protenderentur, ingentem ferarum copiam gregatim hic innutriri contigerat. Cum hisce daret operam, nuntiatur Scythas, facta ingenti in Romanorum agris præda, nu-

per transiuisse Istrum, nec procul inde, fixis tabernaculis, consedisse. Quibus auditis, quanta potuit celeritate ad fluuium contendit. Naucula ibi reperta, cuiusmodi illic ad eas ripas stare solent, ex vnico fabricatæ ligno, eam ad se mandat impelli. At peruicax portitor, vbi se ab Imperatore accersiri videt, *Si rerum nostrarum*, inquit, *curam habuisset Imperator, neque capta foret Demnitzicus*, (sic enim appellabatur quod a Scythis captum fuisse castrum diximus) *neque res nostræ hic a Barbaris direptæ pro libitu & ablatæ fuissent.* Ad hæc aiunt indignatum respondisse Principem: *Non sim ego ille, cui diuinitus à Deo collatum est Romanorum Imperium, nisi confestim audaciæ pœnas dederint Scythæ.* Quapropter reliquum exercitus eo loci, & ad ripas castrametatum reliquit. Ipse quia nondum, vti dictum est, aduenerant naues, aptatis connexisque inter se lembis, cum quingentis, ex iis qui sibi aderant, Istrum superauit: cumque vltra vellet procedere, in duos alios nauigabiles fluuios incidit. Vt vero nullum ibi apparuit nauigium, quo ad traiectionem vteretur, suis imperauit, vt actuarias quæ in Istro erant equis alligarent, atque ita ad fluuios transueherent. Quo facto, nullo labore traiecerunt. Loco deinde spatioso transmisso, ad montem vsque Tenihormum, qui Tauroscythicæ finibus adiacet, peruenere. Ibi cum vacua prorsus ac deserta inuenissent Scytharum crastra (nam illi paulo ante se inde receperant) vlterius progrediuntur. Medio autem die cum ex hostibus nemo appareret, Scythas, qui Romanis militabant, seligit Imperator, & Giphardo Duce, viro rei militaris peritissimo, mittit, vt a tergo insisterent hostibus, & si daretur occasio, manus consererent, dum ipse lento interea gradu subsequeretur. Nondum plurimum consumpserat itineris Giphardus, cum in hostes incidit. Sed prælium committere non ausus, quod longe numerosior Barbarorum sibi videretur acies, Imperatorem per nuntios, vt confestim accederet, sollicitauit. His acceptis, arma continuo induit Princeps, armatur perinde & totus exercitus. Mox a tergo Scythas simul adorti, cum iis manus conserunt. Primo quidem stetere Scythæ, velut subeuntes excepturi: ac in phalangem ordinati, voluere vt auxilia, tum pro se, tum pro præda quam fecerant, primos impetus sustinerent. Validum vtrimque fit prælium. Complures Romani præclare factis ibi inclaruere, atque inprimis Imperator. Hostibus enim co-

A Ἴστρον ἄρτι που διέβησαν· οὐ μακράν τε ἄποθεν ἐσ-
κηνωκότες αὐλίζοντο. ἀτὰρ ἐπειδὴ ἤκουσεν, ὡς εἶχε
τάχους, αὐτίκα ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐφέρετο. Ἔνθα λεμβα-
δίῳ περιτετυχηκώς, ὁποῖα πρὸς ταῖς τῇδε ὄχθαις ἑστά-
ναι εἴθισται, ξύλου πεποιημένα ἑνός, ἐκέλευεν ἀγαγεῖν
τοῦτο πρὸς αὐτόν. Ἀλλ' ἦν ἰσχυρογνώμων ὁ πορθμεύς,
καὶ Βασιλέα μεταπέμπεσθαι τοῦτον ἀκούων, Εἰ Βασι- «
λεῖ τῶν καθ' ἡμᾶς ἔμελεν, εἶπεν, οὐκ ἂν ὅ, τε Δε- «
μνίτζικος ἑάλω (οὕτω γὰρ τὸ τοῖς Σκύθαις, ὥσπερ εἴ- «
ρηται, αἱρεθὲν ὠνομάζετο φρούριον) καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς
πρὸς τῶν Βαρβάρων καθ' ἐξουσίαν ἤγετό τε καὶ ἐφέ- «
ρετο. Λέγεται τοίνυν πρὸς ταῦτα διηγανακτηκότα τὸν «
Βασιλέα, Ναὶ δή, φάναι, μὴ ἂν αὐτὸς εἴην, ᾧ τὰ Ῥω- «
B μαίων θεόθεν ἐπιτέτραπται πράγματα, εἰ μὴ αὐτίκα «
τῶν τετολμημένων Σκύθαι δώσουσι δίκας. διὸ δὴ τὸ μὲν «
λοιπὸν τοῦ στρατεύματος, αὐτοῦ που καὶ ἐπὶ ταῖς ὄχθαις
ἐνστρατοπεδευσόμενον ἔλιπεν· αὐτὸς δὲ τῶν νεῶν οὔπω,
καθάπερ εἴρηται, ἀφικομένων, τοὺς λέμβους ἀλλήλοις
ξυνδήσας καὶ ἁρμοσάμενος, σὺν πεντακοσίοις τῶν ἀμφ'
αὐτὸν τὸν Ἴστρον διέβη· μέλλων τε ἐπιπρόσθεν ἰέναι,
δυσὶν ἄλλοις ἐντυγχάνει ποταμοῖς ναυσιπόροις. ὡς
οὖν οὐδαμῆ λεμβάδιον ἐνταῦθα διεφαίνετο, ᾧ χρή-
σαιτο ἄν τις ἐς τὴν περαίωσιν, ἐκέλευε τοὺς περὶ αὐτὸν,
τοῖς τῶν ἵππων οὐραίοις τὰ ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ ἀκάτια ξυνδή-
σαντας, εἰς τοὺς εἰρημένους μετάγειν τοὺς ποταμούς. οὗ
γεγονότος, ἀμογητὶ διέβαινον. Χῶρον δέ τινα δολιχὸν
C διαμείψαντες, ἄχρι καὶ ἐπὶ ὄρος Τένουρμον ἦλθον,
ὅπερ ἄγχου Ταυροσκυθικῆς ὁρίων ἀνέχει. ἔνθα τὸ τῶν
Σκυθῶν στρατόπεδον ἀνδρῶν παντάπασιν ἔρημον εὑ-
ρηκότες, (ᾤχοντο γὰρ οὐ πολλῷ πρότερον ἀπιόντες,)
προσωτέρω ἐχώρουν. Ἐπεὶ δὲ ἀμφὶ μέσην ἡμέραν
ἤδη ἦν, καὶ οὐδεὶς οὐδαμῆ πολεμίων διεφαίνετο,
Σκύθας τοὺς ὅσοι Ῥωμαίοις ξυνεστράτευον ἀπολεξά-
μενος Βασιλεύς, ὑπὸ στρατηγοῦντι Γιφάρδῳ, ἀνδρὶ
πολέμων ἐμπείρῳ πολλῶν, αὐτοὺς μὲν ὀπίσω τῶν πο-
λεμίων ἰέναι ἔπεμψεν, ἰχνοσκοπήσοντάς τε, καὶ ὅπη
δυνατὰ ἔσται, μαχησομένους· αὐτὸς δὲ κατόπιν ἐπο-
ρεύετο σχολαιότερον. Οὐκ εἰς μακρὰν οὖν ὁ Γίφαρδος
τοῖς πολεμίοις ἐντετυχηκώς, ἐπειδὴ μὴ ἐθάρρει τῇ
D συμβολῇ (τὸ γὰρ Βαρβάρων πλῆθος ἀριθμοῦ
κρείσσων αὐτῷ κατεφάνη,) πέμψας ἐπὶ τὸν Βασιλέα,
ἥκειν αὐτὸν τὴν ταχίστην ἐδεῖτο. Ταῦτα ἐπειδὴ Βασιλεὺς
ἤκουσεν, αὐτός τε πρὸς τοῖς ὅπλοις αὐτίκα ἐγίνετο, καὶ
τὸ στράτευμα ἐξώπλιστο ἅπαν. ὀπίσω τε Σκυθῶν διώ-
ξαντες, εἰς χεῖρας ἤδη ἦλθον αὐτοῖς. Σκύθαι τοίνυν τὸ
μὲν πρῶτον ἔστησάν τε ὡς ὑποδεξόμενοι σφᾶς, καὶ ἐς
φάλαγγα ταξάμενοι, βοηθεῖν τε σφῶν τε αὐτῶν, καὶ
ὧν ἐπήγοντο λαφύρων προπονεῖσθαι ἤθελον. ἥ τε συμ-
βολὴ ἑκατέρωθεν σὺν ὠθισμῷ καὶ βίᾳ ἐγίνετο. Ὅτε
δὴ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι Ῥωμαίων ἄνδρες ἐγένοντο ἀγαθοί,
Βασιλεὺς δὲ πάντων μάλιστα. τῶν γὰρ πολεμίων ἔγγιστα

ἐγχειρούντων ἰσχυρῶς, αὐτὸς σὺν τῷ δόρατι ἐπελαύνων, τὸν συνασπισμὸν αὖθις ἔλυεν, οὐ καθ' ἕνα μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ σὺν δύο πολλοὺς ἐκείνων ἀποκτείνων. ὅθεν καὶ τῷ ἀνυποστάτῳ τοῦ Βασιλέως παρακεκινημένων ὁρμῆς, Ῥωμαῖοι ὁλοσχερέστερον κατ' αὐτῶν ἐπιβείσαντες, λαμπρὰν ἤδη τὴν ἐπαγωγὴν ἐποίουν. Πολλοὶ μὲν οὖν βαρβάρων ἔπεσον, ἑάλωσαν δὲ καὶ εἰς ἑκατὸν μάλιστα, ἐν οἷς καὶ Λάζαρος ἦν, ἀνὴρ ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἀνδρείας ἥκων, ἐπὶ τοῖς ἐν σφίσι φυλάρχοις ἀπόβλεπτος ὤν· τοὺς δὲ ἄλλους, ἵππων τε ἀρετὴ, καὶ τὸ τῶν ὀρῶν διεσώσατο λάσιον, ἃ τῇδε πολλὰ παρατέταται. Ῥωμαῖοι δὲ τὰ ἐκ προνομῆς ἀνελόμενοι πάντα, ὀπίσω λοιπὸν ἀνεχώρουν, ὅτε δὴ καὶ Σώτας ἐκεῖνος, ὃν πλούτῳ τε καὶ γένει, καθάπερ εἴρηται, διενεγκόντα ἀνδραποδισθῆναι Σκύθαις ξυνέβη, ἀδείας λαβόμενος, φυγὰς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθε. **B**

δ'. Τοῦτο τὸ τρόπαιον ἐξ ὑπογυίου κατορθωκὼς ὁ Αὐτοκράτωρ, ἐκεῖθεν ἀπήλαυνε, πρὸς τὸν κατὰ Σικελίας ἤδη συσκευαζόμενος πόλεμον. Τοσοῦτον γὰρ αὐτῷ τὸ περὶ τοὺς πολεμικοὺς καμάτους ἄτρυτον ἦν, ὅσον οὐδέπω οὐδενὶ οἶμαι ὑπῆρξε, καὶ τῶν τῆς κοινῆς καὶ στρατιωτικῆς γεγονότων μοίρας, μήτι γε Βασιλεῦσιν ἢ Στρατηγοῖς. Ἤει τοίνυν, Σικελίαν τε περινοῶν καὶ Ἰταλίαν πᾶσαν· ἀλλ' ὡς ἔοικε, τύχη, καὶ δόξαν ἀληθῆ περιαιρεῖται, καὶ τὴν σὺν ἐπιστήμῃ στρατηγίαν πόνῳ οὐδενὶ ἐς τοὐναντίον ἄπαν ἀποκρίνειν ἐπίσταται. **C** Ὁ μὲν γὰρ, καίτοι τῶν Σκυθικῶν μεταξὺ περιεσπακότων, ὅμως ἔφθη ἐπὶ Καιρωτῷ τῷ χώρῳ ἐπιστὰς, ὅθεν καὶ τὸν ἀπόπλουν ποιεῖσθαι ἐχρῆν, τὸν δὲ στόλον ξυνέβαινεν, εἴτε πνεύμασιν ἐναντίοις τοῖς ἐπὶ τὰ πρόσω ἀποκοπέντα, εἴτε καὶ τῇ τοῦ Δουκὸς περὶ ταῦτα ἀμαθίᾳ, ὀψὲ καὶ κατόπιν ἐλθεῖν τοῦ καιροῦ. Ἔαρος γὰρ τῶν Βυζαντίων ἀναχθεὶς λιμένων, φθινούσης ἤδη τῆς ὥρας ἐς Βασιλέα κατῆρεν. ἐντεῦθεν τε τὰ Ῥωμαίων ἔσφηλε πράγματα. ἀνέβη μὲν γὰρ καὶ τὴν διήρη ὁ Βασιλεὺς, καὶ τὸ ναυτικὸν ἅπαν πρὸς ταῖς κώπαις ἐκάθητο, ὡς αὐτίκα ἀποπλευσόμενον, ἀλλὰ χειμὼν ἄγριος καὶ πνευμάτων βία ἀφνίδιον καταρραγεῖσα, ἀπεῖρξεν αὐτὸν τοῦ ἐγχειρήματος. Πελάγη τε γὰρ ἐνταῦθα δεινῶς ἀχανῆ τέταται, καὶ ἔστιν ἐπιεικῶς κινδυνώδης ὁ πλοῦς, καὶ μάλιστα χειμῶνος. **D** ὅθεν καὶ αὐτὸς μὲν ἐπί τινα χώραν ἀγχοῦ τῆς Βερροίας ἀναζεύξας, ἐνταῦθα διεχείμαζε· τὸν δὲ γαμβρὸν Στέφανον, ὃν Κοντοστέφανον σμικρολογούμενοι οἶμαι ἐκάλουν (βραχὺς γὰρ τὴν ἡλικίαν ἦν) ἐπὶ Κέρκυραν ὑπὸ Σικελῶν τῷ τηνικάδε, καθάπερ εἴρηται, ἐχομένην, σὺν παντὶ τῷ ναυτικῷ ἔστελλε, Ῥωμαίοις ταύτην ἀνασωσόμενον. ἀλλ' ὁ μὲν πρὸς τῇ πόλει γενόμενος, πεῖράν τε παντοδαπῇ τῷ περιβόλῳ προσαγαγὼν, ἐνταῦθα τὸν βίον κατέλυσεν, ἔτι τῶν πραγμάτων αἰωρουμένων, τρόπῳ ὥσπερ αὐτὸς ἐρῶν ἔρ-

A minus acriter vrgentibus, ipse inuectus hasta dissoluit confertos pugnantium ordines; neque singulatim duntaxat, sed & binos simul interdum, multis eorum cæsis. Ita inuicto Principis impetu proturbatis hostibus, Romani viribus integris ingruentes, totam aciem perrupere. Plurimi tum cecidere Barbarorum, centum circiter capti, atque in iis Lazarus, animi robore præstans, & inter Scythicos Phylarchos conspicuus. Reliquos, equorum virtus, & densa montium, qui complures ibi sunt, seruauere; Romani autem, postquam cuncta pabulationibus absumpserant, retro deinde cesserunt. Quo tum tempore Sotas ille, quem ge-**B**nere & diuitiis præpollentem, vt diximus, ceperant Scythæ, arrepta occasione, fuga in castra peruenit.

IV. Hac subitanea parta victoria, inde recessit Imperator, ad bellum contra Siciliam se se comparans. Tantum enim in illo erat ardoris, & animi ad bellicos labores, quantum vt arbitror, ne vlli quidem adfuit vel vulgarium in exercitu militum, ne dum Imperatorum vel Ducum. Ibat igitur non Siciliam modo, sed & vniuersam Italiam animo complexus: At veram, vt videtur, auersatur gloriam fortuna, imperandique artem militari scientiæ coniunctam labore nullo vertere in contrarium probe no-**C**uit. Ille quidem etsi a rebus Scythicis interea vocaretur, nihilominus tamen ad Cærotum, locum sic dictum, occurrit, ex quo nauigationem institui oportebat. Tum quoque accidit vt classis, siue reflantibus detenta ventis, siue Ducis imperitia, serius, nec opportune aduenerit. Quippe circa vernum tempus Byzantino egressa portu, exacta iam æstate, ad Imperatorem delata est. Atque inde excidere res Romanæ. Biremem enim conscenderat Imperator, totaque classis, velut statim discessura, remos expediuerat, cum tempestas valida, visque repente suboriens ventorum, illius præpediuere consilia. Vasta quippe hic porriguntur maria, eoque periculis magis est obnoxia nauigatio, ma-**D**xime hyeme: vnde in locum haud procul Berrhœa concessit Princeps, ibique hyemauit. Sororium vero Stephanum, quem diminuendi ergo Contostephanum vocabant (erat namque statura exigua) ad Corcyram, quæ tum temporis, vt scripsimus, parebat Siculis, cum omni nauium apparatu dimisit, quo hanc Romano rursum Imperio assereret. Verum ille vt ad ciuitatem appulit, oppugnatis & tentatis vndequaque mœnibus, vitam istic finiuit, rebus adhuc infectis ac dubiis, eo, quem nunc dicturus sum,

Sent.

modo. Extructa perquam altissima scala, murisque exterioribus longe excelsiore, per eam transmittere militem in vrbem statuit. Lapis autem ingentis magnitudinis ex machina quadam emissus, & ad scalam allisus, præ vehementi quo impulsus est impetu, in varia frustula dissectus est, quorum vnum ad Ducem perlatum lethali eum vulnere percussit. Ille vero & si mortem sibi videret imminere, maxime tamen in id incubuit, ne vtrimque cognito quod acciderat, metus, vt erat vero simile, Romanis; animus autem Siculis, iam iam deficientibus, adderetur. Quapropter, vt se in nauigij tabulatis clam deposito, cœptis denuo insisterent, præcepit. Andronicum vero, qui filiorum erat vltimus, & Bipenniferorum Præfectum, aduocatos, multis est cohortatus, vt id efficerent, ne a priori audacia remitterent Romani, sed operi potissimum instarent, cum capiendæ mox vrbis spes adesset. Verum fuerunt hæc virilis, vt arbitror, & Martij, patriæque amantis animi argumenta. Quippe statim atque in vulgus res cœpit disseminari, omnia in contrarium cessere. Nam & Romanos qui mœnia iam ascenderant, Siculi exegerunt, tumultuque & consternatione omnia repleta sunt. Atque is tum fuit rei Romanæ status.

V. His cognitis, non modice, vt par erat, commotus Imperator, classis præfecto, qui in defuncti locum designatus fuerat, præcepit, vt vrbem absque vlla remissione oppugnaret. Sed & ab illo nulla memorabili re gesta (quippe Romanos inter & Venetos, qui tum iis merebant, exorta præter opinionem contentio, Romano exercitui felicitatem ademerat.) Coactus tandem est ipsemet Princeps eo se conferre, & ad oppugnationem aggredi. Diremptis itaque Romani Venetique exercitus simultatibus, ac vtrimque iis qui causam præbuerant mulctatis, magno impetu mœnia impugnauit. His rebus occupato Principe, Rogerius Ciciliæ Tyrannus vt ad Corcyram Imperatorem agere intellexit, classem mittit in fines Romanorum, eo animo, vt videlicet hac belli translatione soluendæ obsidionis necessitatem imponeret. At Imperator diuisa classe, partem alteram misit duce Churupo, quæ Siculis Romanas terras incursantibus continuo occurreret, resisteretque: Ille autem in oppugnanda pertinacissime Corcyra magis institit. Per scalas namque magnitudinis immensæ e nauigiis non sine difficultate ad mœnia applicatas, milites eduxit: quarum vna conscendentium pondere effracta, in

A ματα. Κλίμακα λίαν ἐπιμήκη χαλάσας, πολλῷ τε τειχέων ὑπερανισταμένην τῶν ἐκτὸς, διὰ ταύτην ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνῆγε τὸ στράτευμα. Λίθου τοίνυν μέγα τι χρῆμα τῆς ἀκροπόλεως ἐκ μηχανῆς τινὸς ἀφεθὲν, τῇ κλίμακι προσαραχθὲν· ὑπὸ σφοδρότητος τε καταραγὲς, τεμμάχια πολλαχοῦ διαφῆκεν, ὧν ἓν ἐπὶ τὸν Δοῦκα μετενεχθὲν, καιρίαν αὐτὸν ἔπληξεν. Ὁ δὲ καίτοι θνήσκοντος ὅσον οὐκ ἤδη αἰσθόμενος αὐτοῦ, ὅμως πολλὴν ἐποιεῖτο πρόνοιαν, ὅπως ἂν μὴ συναισθήσεως ἀμφοτέροις γεγενημένης, Ῥωμαίοις μὲν δειλία, ὡς τὸ εἰκὸς, θάρσος δὲ Σικελοῖς ἤδη ἐνδιδοῦσι γένοιτο. διὸ καὶ αὐτὸν μὲν ἡσυχῇ ἐπὶ τῶν τῆς νεὼς ἐκέλευεν ἐνθεμένους καταστρωμάτων, ἔργου καὶ πάλιν ἔχεσθαι. B Ἀνδρόνικον δὲ, ὃς ὕστατος αὐτῷ τῶν παίδων ἐγένετο, καὶ τῶν πελεκυφόρων προσκαλεσάμενος τὸν ἐξάρχοντα, παρῄνεσε προσῆγε μηδαμῇ τοῦ θάρσους ἐνδοῦναι Ῥωμαίους, ἀλλὰ νῦν ἔτι μάλιστα πρὸς ἔργοις γίνεσθαι, ὅτε οὐ μακρὰν ἐλπίδων ἑστήκασι τοῦ τὴν πόλιν ἑλεῖν. Ἀλλ' ἦσαν μὲν ταῦτα ψυχῆς μὲν οἶμαι γνωρίσματα ἀνδρικῆς, καὶ τὸ ὅλον Ἀρεϊκῆς τε καὶ φιλοπάτριδος. Τὸ δὲ πρᾶγμα ἅμα τε ἐπέπρακτο, καὶ ἅμα τοῖς πλήθεσιν ἔκπυστον γεγονὸς, εἰς τοὐναντίον περιήνεγκε πάντα. Ῥωμαίοις τε γὰρ, καίτοι τειχέων ὕπερθεν ἤδη γεγενημένους, ἀπεώσαντο Σικελοὶ, καὶ σύγχυσις εἶχε πάντα καὶ θόρυβος. καὶ τὰ C μὲν τῶν Ῥωμαίων ἐν τούτοις ἦσαν.

ε'. Βασιλεὺς δὲ τούτων ἀκούσας, ἠνιάθη μὲν ὡς τὸ εἰκὸς· στολάρχην δὲ ἀντ' αὐτοῦ προχειρισάμενος, ἀνενδότως τῆς πολιορκίας ἐκέλευεν ἔχεσθαι. Τοῦ δὲ καὶ αὐτοῦ οὐδὲν ὅτι καὶ λόγου ἄξιον ἐνδειξαμένου (στάσις μὲν γὰρ Ῥωμαίων μεταξὺ Οὐεννέτων τε, οἳ τηνικαῦτα συναυτοῖς ἐστράτευον, ἐξαπιναίως ἀναφθεῖσα, τὸ κατορθωτικὸν τοῦ Ῥωμαίων παρείλετο στρατοῦ) τέλος ἠναγκάσθη αὐτὸς Βασιλεὺς ἐνταῦθα γενόμενος, τῆς πολιορκίας ἅψασθαι. Οὐεννέτοις γοῦν, καὶ τῷ Ῥωμαίων στρατῷ τὰ διάφορα λύσας, δίκας τε τοῖς ἐξ ἀμφοτέρων αἰτίοις πραξάμενος τὰς προσηκούσας, καρ- D τερώτατα τῷ περιβόλῳ ἐπέθετο. καὶ ὁ μὲν πρὸς τούτοις ἦν. Ῥογέριος δὲ ὁ Σικελῶν τύραννος, πρὸς τῇ Κορκύρᾳ διατρίβειν Βασιλέα πυθόμενος, στόλον ἐπὶ γῆν τὴν Ῥωμαίων ἔπεμπεν, ἐκεῖνο κατὰ νοῦν ἔχων, ὅπως δηλαδὴ τῇ πρὸς ἐκεῖνα μεταφορᾷ τῆς πολιορκίας ἀπαγαγεῖν καταναγκάσειε. Βασιλεὺς δὲ μοῖραν τινὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἀποθέμενος νεῶν, αὐτὰς μὲν ὑπὸ στρατηγοῦντι τῷ Χουρούπῃ Σικελοῖς ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων, ὥσπερ ἔφην, ἰοῦσιν ἀντιταξομένας σπουδῇ ἔπεμπεν· αὐτὸς δὲ ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο πικρότατα Σικελοὺς πολιορκῶν. Κλίμακας γὰρ ὑπερμεγέθεις διὰ τῶν νεῶν τοῖς τείχεσι προσερείσας, μόγις μὲν καὶ ξὺν βίᾳ, ἀνῆγε δ' οὖν ὅμως τὸ στράτευμα. ὅτε ξυνέβη μίαν τῶν κλιμάκων ὑπὸ τῶν ἀνιόντων ἄχθει κατασπασθεῖσαν, εἰς

θαλάσσαν

θάλασσαν πολλοὺς ἐνεγκεῖν. Οἱ δὴ τλήμονες τὰς A ψυχὰς ἐκφυσήσαντες, πολλήν τινα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς Ῥωμαίοις ἀπολελοίπασι λόγον. Ἀλλὰ Σικελοί, καίτοι ἔνδον ἤδη τειχέων Ῥωμαίους γεγονότας ἰδόντες, ἐνδιδόναι βασιλεῖ τὴν πόλιν οὐδαμῆ ἤθελον. ὅθεν καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ὡς εἶχον τάχους ἀναδραμόντες, ἐντεῦθεν ἠμύνοντο, λίθους καὶ βέλη, καὶ ἄλλο ἅπαν τὸ παρατυχόν, ὡς ἐξ οὐρανοῦ τινὸς ὀμβρηδὸν ἐπ' ἐκείνους ἀφιέντες. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ὕψος αἴρεται τὸ φρούριον, ὡς μηδ' ὀφθαλμῷ ῥᾳδίως ἐξεῖναι τὴν οἰκοδομὴν ἀναταθέντι περιαθρεῖν. Ὅτε δὴ λέγεται, θυμῷ τὸν βασιλέα περιζέσαντα πρὸς τὸ ἐκ τῆς τύχης ἐκεῖνο δυσκλήρημα, ὄρθιόν τε ἐφ' ἧς ἐφέρετο στῆναι B διήρους, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς εἰρεσίας κελεύειν προσάγειν αὐτίκα τοῖς τείχεσι τὴν ναῦν, ὡς αὐτὸς οἶμαι ἄνοδον πειράσαιτο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῶν στρατηγῶν τινὲς, καὶ πρὸς αἷμα ἐγγιζόντων αὐτῷ, παντὶ σθένει διεκώλυσαν, δοκῶ μὴ οὐδὲ αὐτῷ σφόδρα ἐθέλοντι. πρὸς γὰρ τῷ γενναίῳ, καὶ ἀσφαλὴς ἦν τὰ πολλά. ἤδη δέ τινων ἔγωγε καὶ θράσους αἰτίαν περιτριβόντων ἤκουσα αὐτῷ· δαιμόνιον γὰρ ἀεί, καὶ ἀνδρείας πόρρω ἔτρεφε λῆμμα. Ἀμέλει καὶ ἑκκαίδεκα ἐνιαυτῶν πολλάκις ἑνὸς χερσὶν οἰκείαις ζωγρείας παρέχετο Βαρβάρους. δι' ἅ ποτε καὶ ἡ ἐξ Ἀλαμανῶν αὐτῷ ξυνοικήσασα, ἐπὶ μέσης ἐξελάλησε τῆς Συγκλήτου βουλῆς, Μεγάλου C μὲν καὶ αὐτὴ καὶ πολεμικωτάτου γένους, εἰποῦσα, μηδέπω δὲ μηδένα τῶν ἁπάντων ἀκοῦσαι τοσούτοις εἰς ἐνιαυτὸν ἐγκαλλωπισάμενον ἀριστεύμασιν. ὅτε γε μὲν πρὸς τοῖς Κερκυραίων τείχεσιν ἐγένετο ναῦς τῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου, οὐ τῶν κουφοτέρων, οὐδ' ὁποῖαι χθαμαλαὶ τυγχάνουσιν οὖσαι καὶ ἐπιμήκεις, ἀλλὰ ὕψους μὲν καὶ εὔρους ἱκανῶς ἔχουσα, ἵππων δὲ πλήρης καὶ ὅπλων μεστὴ παντάπασιν οὖσα, βίᾳ πνεύματος ἐπί τι τοῦ περιβόλου παρενεχθεῖσα μέρος, ἔνθα πετρῶν προβολαὶ καὶ ῥαχίων ἱκανῶς ἐπισοιβαζόμεναι, δυσπρόσοδον πάνυ τὸν χῶρον ποιοῦσι, δεινῶς ἐκλονεῖτο. Λίθοι γὰρ ἁμαξοπληθεῖς καὶ βέλη, καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν ὁμοῦ ἐπ' αὐτὴν ἐφέρετο πάντα, ὡς τοὺς ἐν αὐτῇ ἀπαγορεύσαντας ἤδη τοῖς ξυμπεσοῦσι, περι- D δείλους τε καὶ καταπεπληγότας τὰ τῆς νεὼς ὑπελθεῖν καταστρώματα. Ὁ κατανοήσας βασιλεύς, θατέρᾳ μὲν χειρὶ ἀσπίδα εἵλετο, οὐ τῶν συνήθων δὴ τούτων, οὐδὲ ἐξ ὧν σῶμα φράγνυται ἕν, εὐρεῖαν δὲ μάλιστα, καὶ ἣν οὐδὲ κουφίσαι ἀνδρὶ ῥᾴδιον γίνεται· θατέρᾳ δέ, τὸ ἐπὶ τῆς βασιλικῆς συνήθως τεταμένον διήρους χειρισάμενος ἔπιπλον, εὖ τε ξυναγαγών, ὡς δι' αὐτοῦ ἅτε μὴ ἀντιτυποῦντος τὰς ἐκ τοῦ τείχους βολὰς ἀποκρούοιτο, ἐπὶ τὴν ναῦν ἐφέρετο, καλωδίοις τε οὕτω ξυνδήσας, ἑλκύσαι τε ἐκεῖθεν αὐτὴν ἰσχυ-

mare complures deiecit, qui miserandum in modum effusa anima egregiam virtutis suæ memoriam Romanis reliquerunt. Verum Siculi, etiam si intra mœnia iam Romanos conspicerent, non ideo tamen vrbem Imperatori tradere voluerunt; sed in arcem quanta potuerunt celeritate contendentes, inde se tuiti sunt, lapidibus telisque ac rebus aliis quæ ad manus occurrebant, imbris de cœlo fusi instar, in oppugnantes proiectis. Tantam enim in altitudinem assurgit acropolis, vt ne oculis quidem illius structura comprehendi facile possit. Aiunt eo tum tempore propter reluctantem fortunam grauiter succensum Imperatorem, rectum in biremi qua vehebatur constitisse, ac mandasse remigibus, vt appellerent nauem ad mœnia, quo ipse ascenderet. Verum ducum aliqui, præsertim consanguinei, totis hoc viribus prohibuere, & si pertinacius in id incumberet. Nam præterquam quod animi generositate præstabat, erat etiam imperterritus. Nonnullos audiui qui & temeritatis illi crimen affingerent, siquidem diuinum prope, & humano maiorem animum semper præ se tulit; adeo vt cum annum ageret decimum-sextum, sua vnius manu captos sæpe Barbaros adduxerit. Vnde vxor, quæ ex Alemannia ortum ducebat, præclaro illa & bellicosissimo genere prognata, in medio aliquando Senatu, in hæc verba prorupit: *Neminem vnquam auditum a se fuisse, qui tot egregiis facinoribus anno vno editis claruerit:* Cum forte ad Corcyreorum muros e classe Romana nauis, non ex leuium genere, aut earum quæ planæ sunt & oblongæ, sed altitudine idonea perinde ac latitudine, plena equis armisque refertissima, vi ventorum ad murorum partem quamdam esset adacta, vbi rupes subinde prominentes locum aditu plane difficilem efficiunt, grauiter affligebatur. Quippe plaustra lapidum & tela, & quidquid occurrebat, simul in eam coniiciebantur. Adeo vt ex tali casu despondere animum qui in ea erant, trepidique ac pauidi subirent tabulata. Quod vbi resciuit Imperator, altera quidem manu scutum arripuit, non ex iis quæ gestari consueta sunt, aut ex quibus vnicum tegitur corpus, sed amplum, & quod erigere haud facile homini esset, altera vero prehendit armamenta, quæ in Imperatoria biremi intendi solent, & apte conuoluit, vt iis non resistentibus, telorum e muro ictus propelleret, ac deinde ad nauem fertur. Mox funibus colligatam, detrahere inde, & pe-

riculo eximere summa ope annixus est. Tum vero cum cui demandatum a Rogerio fuerat Corcyræ præsidium, oppidanis crebros in Imperatorem lapides coniicientibus dixisse ferunt: *Ne per vestram salutem, ne quæso commilitones, vllum a vobis aduersus tale corpus vibretur telum. Quod si hæc improbari contingat, ipse solus indignationem sustinebo.* Ea tum quidem istic agebantur. Classis autem Siculorum congressa cum iis qui sub Churupo erant, maiorem partem deuicta est. Quadraginta autem naues eorum vitato periculo, versus Byzantium peruenere, ac re nulla alia memorabili gesta, ædificiis, quæ in continenti circa Damalim adiacent, ignem iniicere conati, turpiter inde recesserunt, multis suorum amissis. Neque tamen quotquot discrimen euaserant, incolumes omnino rediere. Quippe incidentes in naues quæ publicum e Creta apportabant vectigal, maximam partem prælio deuicti capti sunt. Imperator interea fame & oppugnatione Corcyram adeptus, inde abscessit, in Siciliam & Italiam expeditionem animo voluens, quo vtramque prouinciam Romano rursum Imperio assereret.

VI. Vt autem accepit Alemannos, Dalmatas & Pannones, aduersus Siciliam bellum apparari edoctos, de impugnandis ex Occidente Romanis pacta inter se fecisse: Iagupasanem præterea Persarum Phylarchum, vna cum Sultano, decreuisse Asiam incursionibus infestare: ipse in Dalmatas proficiscitur, vt Archizupanum, qui iis imperitabat, primusque bellum incœperat, confestim vlcisceretur. Classe vero vniuersa Ioanni Orientalium & Occidentalium Thematum Domestico commissa, iussit vt Anconam tenderet (est autem Ancona Italiæ Emporium) atque inde, tamquam e sede belli, Italiam impeteret. At Ioannes ad fluuium Boosem cum peruenisset, omnem vlterius pergendi curam abiecit; seu Domesticus rei nauticæ imperitia hac parte peccauerit, siue suasionibus inductus Venetorum, ne scilicet Italiæ potiti Romani, & vicinæ eorum regionis possessores effecti, ipsos vt par erat contemnerent, & rarius ab iis auxilia accenserent. Siue igitur hanc, siue illam ob causam, nihil eorum, quæ ab Imperatore iussus erat, executus Domesticus, tempus inutiliter consumpsit. Sed & turbine validius ingruente, (imminebat quippe iam æquinoctium autumnale) pleræque naues laceratæ sunt negligentia Ducis; qui, cum adactæ in flu-

A σε καὶ τοῦ κινδύνου διασώσασθαι. ὅτε δὴ λέγεται ὡς ὁ τὴν Κερκύραν πρὸς τοῦ Ρογερίου ἐπιτετραμμένος φρουρὰν, λίθοις τῶν ἐκ πόλεως ἐπὶ Βασιλέα συχνοὺς ἐπαφιέντων, Μὴ δῆτα, πρὸς τῆς ὑμῶν ἔφησε σωτηρίας, μὴ δῆτα, ὦ συστρατιῶται, βέλος παρ' ὑμῶν σώματι τηλικούτῳ ἐπαφείσθω μηδέν. κἂν λόγους ὑπὲρ τούτου δεδωκέναι χρεὼν, αὐτὸς ὑποίσω τὴν ἀγανάκτησιν. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐφέρετο. Ὁ δὲ Σικελὸς στόλος εἰς χεῖρας τοῖς ἀμφὶ τὸν Χουρούπ ἐλθὼν, ὁ μὲν πλεῖστος κατηγώνιστο· τετταράκοντα δὲ νῆες ἐξ αὐτῶν τὸν κίνδυνον διαφυγοῦσαι, ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθον. ἔνθα καταχθέντες, οὐδὲν ὅ, τι καὶ λόγου ἄξιον ἔδρασαν· ταῖς δὲ περὶ τὴν Δαμάλεως περαίαν πῦρ ἐπαφεῖναι πειρασάμεναι καταγωγαῖς, αἰσχρῶς ἐκεῖθεν ἀπηλλάγησαν, πολλοὺς τῶν
B σφετέρων ἀποβαλόντες. Οὐ μὴν οὐδ' ὅσοι τὸν κίνδυνον ἔφυγον, ἐρρύσθησαν ἐς τὸ παντελές. ναυσὶ γὰρ περιτυχόντες, αἳ τὸ δημόσιον Κρήτηθεν ἐκόμιζον νόμισμα, τῆς μάχης οἱ πλείους γεγόνασι λάφυρον. Βασιλεὺς δὲ λιμῷ καὶ πολιορκίᾳ τὴν πόλιν παραστησάμενος, ἐκεῖθεν ἀνέζευξε. καὶ τοῦ λοιποῦ περὶ τῆς Σικελίας τε καὶ τῆς Ἰταλῶν ἐσκέπτετο γῆς, ὡς καὶ ταύτας Ῥωμαίοις ἀνασώσαιτο.

ϛʹ. Πυθόμενος δὲ, ὅτι δὴ Ἀλαμανοὶ καὶ Δαλμάται καὶ Παίονες, ἐπὶ τὸν κατὰ Σικελίας συσκευάζεσθαι πόλεμον μεμαθηκότες αὐτὸν, αὐτοὶ μὲν ἐξ Ἑσπέρας Ῥωμαίοις ἐπιθήσεσθαι εἰς ὁμολογίαν ἀλ-
C λήλοις ξυνῆλθον· Ἰαγουπασὰν δὲ ὁ Περσῶν φύλαρχος τῷ Σουλτὰν ἅμα Ἀσίαν ληΐζεσθαι ἔγνωσαν· αὐτὸς μὲν ἐπὶ Δαλμάτας ἐφέρετο, τὸν ἐν σφίσι Ἀρχιζουπάνον ἤδη, καὶ χειρῶν ἄρξαντα τῷ τέως ἀμύνεσθαι διὰ σπουδῆς ἔχων. Τὸ δὲ ναυτικὸν ἅπαν Ἰωάννῃ τῷ τῶν Ἀνατολικῶν καὶ Ἑσπερίων Δομεστίκῳ πιστεύσας, ἐκέλευε τῷ Ἀγκῶνι προσεσχηκέναι. ἐπίνειον δὲ Ἰταλίας ἐστὶν ὁ Ἀγκών· ἐντεῦθεν τε ὡς ἐξ ὁρμητηρίου κατὰ τῆς Ἰταλίας ἰέναι. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἰωάννης μέχρι ποταμοῦ Βοόσης ἐλθὼν, περαιτέρω ἰέναι οὐδαμοῦ ἐφρόντισεν. εἴτε δὲ ἀπειρίᾳ τῇ περὶ τὰ ναυμαχικὰ τοῦτο τῷ Δομεστίκῳ διημάρτητο, εἴτε καὶ ταῖς Οὐεννέτων ἡγε-
D μόνων ξυμβουλαῖς, ὡς μὴ Ἰταλίας ἐγκρατεῖς Ῥωμαῖοι γεγονότες, χώρᾳ τε ἐν γειτόνων ἤδη καταστάντες τῇ αὐτῶν, περιφρονοῖεν αὐτοὺς, ὡς τὸ εἰκὸς, ἔχοιεν, καὶ ξυμμαχίας ὀλίγα τῆς ἐξ αὐτῶν χρῄζοιεν. Εἴτε οὖν οὕτως, εἴτ' ἐκείνως οὐδὲν ὅμως ὁ Δομέστικος, ὧν πρὸς Βασιλέως ἐντέταλτο, πέρατι διδοὺς, εἰκῇ τὸν καιρὸν ἔτριβεν. Ὅθεν καὶ λαίλαπος ἀθρόον ἐπιγενομένου πολλοῦ (ἤδη γὰρ ἐπὶ τροπὰς μετοπωρινὰς) συνέβη τῶν νεῶν ὡς πλείστας θραυσθῆναι περιορασθείσας ὀλιγωρίᾳ τοῦ Στρατηγοῦ. ἐξὸν γὰρ ἐς τὸν ποταμὸν ἀναχθείσας παρ' ἑκάτερα πά-

A σας ἀνελκυσθῆναι, ὃ δὲ ἐν τῇ τῆς θαλάσσης ἀκτῇ μετεώρους αὖθις εἴασεν. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἐς Δαλματίαν ἐμβαλὼν, τό Ῥᾶσον τε κατεστρέψατο φρούριον, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐληΐσατο πάντα· πλῆθός τε ἀνάριθμον ἐν δορυαλώτων μοίρᾳ πεποιηκὼς, Κωνσταντίνῳ μὲν Σεβαστοϋπερτάτῳ, ὃν Ἄγγελον ἐπεκάλουν, αὐτοῦ σὺν δυνάμεσιν ἔλιπεν· ὃ δὲ προσωτέρω ἐχώρει, Νικαβαίν τε καταλαβὼν χώραν, ὑπὸ τῷ Ἀρχιζουπάνῳ τελοῦσαν καὶ αὐτὴν, φρούρια μὲν τὰ ὅλα ὅσα τῇδε ἵδρυται πόνῳ οὐδενὶ παρεστήσατο· ἐν δὲ Γαλίτζῃ γεγονὼς, ἐπειδὴ τοὺς ἐνταῦθα Βαρβάρους, πλήθει τε καὶ τῇ ἐκ τοῦ τόπου δυσχερείᾳ πεποιθότας, οὐκ ἐνδιδόντας αὐτῷ τὸ χρυσοφύγετον εὗρε, χάρακα πηξάμενος, βέλεσι καὶ λίθοις τοῖς ἀπὸ σφενδόνης τοὺς ἐπὶ τῶν προ- B πυργίων βάλλειν ἐκέλευε, μηδένα καιρὸν ἀνιέντας. οὕτω τε τρίτῃ ὕστερον ἡμέρᾳ καὶ κατὰ κράτος εἷλεν αὐτό. ἔνθα πλήθει Βαρβάρων περιτετυχηκὼς, μοίρας τε τῆς ὁπλιτικῆς, καὶ ἄλλως ἀγελαίων τυγχάνοντι, ἐκεῖθεν ἀνάστατον ἦγεν αὐτό. καὶ αὐτὸς μὲν ἐπειδὴ παλινοστήσας ἐπὶ τὸ Ῥᾶσον ἦλθεν, ἔν τε Σαρδικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις Ῥωμαίων χωρίοις ἐγκατοικισθησόμενον ἔπεμψεν. Ὁ δὲ πρὸς τοῦ Ἀγγέλου πεπυσμένος, ὅτι δὴ καιροφυλακήσας ὁ Ζουπάνος μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐνθένδε ἀναχώρησιν ἐπικαταβαίνειν τε Ῥωμαίοις ἤρξατο, καὶ τὴν μάχην ἀπὸ χειρὸς ἤδη κρατεῖν· τὴν ταχίστην ἐκεῖθεν ἀπήλαυνε, καταλήψεσθαι τοῦτον προθυμηθείς. Ἀλλ' ὃ μὲν ἐπιόντας Ῥωμαίους ἀκηκοὼς, ἐς τὰς τῶν ὀρῶν ἀνα- C τρέχων ὑπερβολὰς, τὸν παρὰ πόδας ἀπεδίδρασκε κίνδυνον. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τὴν χώραν ἐτράπετο· ἀλλ' αὐτὴν μὲν κατ' ἐρημίαν τοῦ κωλύσοντος ἐληΐσατό τε πᾶσαν, καὶ τοὺς ἐνταῦθα τῷ Ἀρχιζουπάνῳ εἰς ἀρχεῖον ἀποτεταγμένους δόμους πυρὶ φλέξας, παρῆλθεν. Ἐπεὶ δὲ χειμὼν ἤδη κατεῖχε δεινὸς, ὡς τοῦ φύσει θερμοῦ περὶ τὴν καρδίαν ἀντιπεριϊσταμένου τῷ γένει τῷ ζωϊκῷ, πολλοῖς ἤδη λώβην περὶ τοῖς ἄκροις ἐμπεπτωκέναι, τότε μὲν τῆς ἐπὶ Βυζάντιον ἐμέμνητο.

ζ'. Ἐς δὲ τὸ ἐπιὸν ἔτος, φθινούσης ἤδη τῆς ὥρας, ἡνίκα καὶ μάλιστα εὐέφοδα πολεμίοις τὰ κατὰ τὴν Σερβικὴν γίνεται, ἅτε τοῦ ἀμφιλαφοῦς ἐπιλιπόντος ἤδη τοῖς δένδροις, ἐπὶ Ναϊσσὸν τὸ στράτευμα ἤγειρεν. D Ἔνθα δυνάμεις ἐκ Παιονίας ἐπὶ συμμαχίᾳ Δαλμάταις στέλλεσθαι μαθὼν, σπουδὴν ἐποιεῖτο διὰ τοῦ Λογγομηροῦ λεγομένου χώρου διαβιβάζειν τὸ στράτευμα, ὡς τοῖς Παίοσιν ἐν δεξιᾷ πορευομένοις συμμίξαι γένοιτο τῷ Ῥωμαίων στρατῷ. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς Σάου ἐγένετο, ἐφ' ἕτερον ἐκεῖθεν μετῆλθε ποταμὸν Δρίναν ὄνομα, ὃς ἄνωθεν πόθεν τὴν ἐκβολὴν ποιούμενος, Βόσθναν τῆς ἄλλης Σερβικῆς διαιρεῖ. Ἔστι δὲ ἡ Βόσθνα οὐ τῷ Σερβίων Ἀρχιζουπάνῳ καὶ αὐτὴ εἴκουσα, ἀλλ' ἔθνος ἰδίᾳ παρὰ ταύτῃ καὶ ζῶν καὶ ἀρχόμενον. ὅθεν γε μὴν Οὔννους Ῥωμαίοις συγκεκρουκέναι ξυ-

men vtrimque potuissent subduci, eas ad littus maris in alto tenuit. Imperator vero facta in Dalmatiam irruptione, Rasum Castellum euertit, & obuia quæque depopulatus est; multitudine deinde innumera, quam in seruitutem redegerat, Constantino Sebastohypertato, cognomine Angelo, commissa, eoque ibi cum copiis relicto, vlterius perrexit. Nicabam regionem ingressus, quæ Archizupano & ipsa parebat, quotquot erant ibi præsidia, nullo labore expugnauit. Mox Galitzam assecutus, cum videret Barbaros hominum multitudine, locique difficultatibus fretos, nolle sibi arcem dedere, castris positis, suis imperauit vt tela & lapides e fundis sine vlla intermissione in eos qui exteriora munimenta defendebant, iacerent. Ita tertio die locum vi expugnauit. Ibi cum Barbarorum multitudinem, cum armatam, tum gregariam, reperisset, eam inde abduxit. Deinde, postquam reditu instituto, venit ad Rasum, illos vt Sardicam, & alias Romanorum regiones incolerent, diuisit. Ab Angelo certior factus Zupanum captata post suum inde recessum occasione cœpisse Romanos adoriri, prælioque iam commisso superiorem euasisse: motis castris, vt eum opprimeret, summa celeritate contendit. At ille vbi intellexit aduentare Romanos, secessit in montium iuga, eaque ratione præsens vitauit periculum. Imperator igitur in eam regionem effusus, totam, vt pote orbam defensore, populatus est, consumptisque incendio ædificiis, quæ Palatiorum vice Archizupano erant, abscessit. Cum vero adeo valida tunc esset hyems, vt naturali calore animantium circa cor collecto, extremæ membrorum partes laborarent, de reditu Byzantium cogitauit.

VII. Sequenti vero anno, sub æstatis exitum, cum maxime peruia sunt hostibus in Seruiam itinera, & arboribus comæ decidunt, castra ad Naisum transtulit. Sed vt ex Pannonia, Dalmatis mitti auxiliares copias percepit, summo studio annixus est, vt traductis per regionem, Longomerem dictam, copiis, cum Pannonibus a dextra incedentibus Romani manus consererent. Cum ad Sauum proxime peruenisset, ad aliud inde flumen deflexit, Drynam nomine, quod in superiori se se loco effundens, Bossenam a reliqua Seruia disterminat. Bossena autem haud subest Archizupani Imperio, sed gens est quæ & suos mores, & suum agnoscit Principem. Vnde vero cum Romanis ibi conflixerint Hungari, mox commemo-

rabo. Erat apud Dalmatas quidam, cuius nomen quale fuerit, ignoro, fratrem autem habebat Belſim: ambo clari erant apud ſuos: hic vxorem duxerat ſororem Archizupani. Cum vero vtroque oculo priuatus eſſet (quo caſu, mihi plane incompertum) in Pannoniam ſe ſe recepit. Longo hic tempore commoratus, apud Geizam Regem maximo in honore fuit, vt qui a pueris cum illo enutritus fuerat & educatus. Ea propter, quo Geizæ gratias rependeret, Dalmatiam illi beneficij iure obnoxiam facere eſt annixus: Idque continuis conſiliis & adhortationibus homini tandem perſuaſit. Simul atque igitur accepit Geiza in Dalmatiam irrupiſſe Romanos, copias auxilio Dalmatis ſubmiſit. Ea quidem ſimultatum aduerſus Hungaros cauſa Romanis fuit. Vlterius itaque procedente Romanorum exercitu, qui pabulatum exierant, cum Hungaris, qui & ipſi iter agebant, obuiam factis, manus conſerunt. Quo cognito Imperator, in auxilium cum copiis Ioannem Protoſebaſtum mittit. Commiſſo prælio, Hungari a Romanis ſuperati, fuga ſe ad Strymonem fluuium receperunt, indeque aliquot ex ſuis deſideratis, abſceſſerunt, a tergo inſtantibus ſemper Romanis. Vt ad flumen Taran peruenere, cum nullum aduerterent hoſtem a quo impeterentur, rediere ad ſuos. Imperator autem medio itinere quod Setzenitzam ducit, poſitis caſtris, cum reſcire haud poſſetquo ageret loco Archizupanus, eo vſque quidem animi dubius hæſit. Intellecto dein ex captiuis Dalmatis expectare illum auxiliares copias ex Hungaria iam iam aduenturas, exercitum vlterius traduxit. Sed vſque ad fluuium Taran, nulli adhuc viſi fuere hoſtes. Eo vero vt ventum eſt, Dalmatarum vis innumera armis inſtructa ante Solis occaſum apparuit. Qua conſpecta, angore & metu perculſi Romani id confeſtim nuntiatum veniunt. At Imperator felici aſſecutus coniectura, copias, quæ conſpiciebantur, eas eſſe quas ab Hungaris in auxilium expectabant Dalmatæ, id firmante præterea Churupo, quo ſpeculatore vſus erat, *Nunc igitur*, inquit, *Romanos inuadere decreuerunt Dalmatæ.* Neque haud ita procul caſtra ij poſuerant. Sed quia nox inſtabat, eiuſmodi capit conſilium. Moris eſt euntibus in bellum Romanis, ſicubi morari neceſſe eſt, præcipiti iam die, tuba per exercitum canere: idque pro ſigno eſt multitudini etiam poſterum diem eo in loco transfigendum. Quo igitur, con-

A νέβη αὐτίκα δηλώσω. ἦν τις ἐν τοῖς Δαλματῶν ἔθνει, ὄνομα μὲν οὐκ οἶδα, ὅπερ αὐτῷ ἔκειτο· ἀδελφὸς δὲ αὐτῷ Βέλοσις ἦν, ἄμφω λογίμω παρὰ Δαλμάταις ὄντε. Οὗτος δὲ Ἀρχιζουπάνου μὲν ἀδελφῇ ξυνοικήσας ἦν· τὼ ὀφθαλμὼ δὲ πηρωθῆναι τυχών, τρόπῳ ὅτῳ περ αὐτὸς οὐδαμῇ ἔρειν ἔχω, ἐς Παιονίαν ἀνεχώρησεν. ἐνταῦθά τε πολύν τινα διατρίψας χρόνον, Γεΐτζᾳ τῷ ῥηγὶ αἰδεσιμώτατος μάλιστα κατέστη, ἅτε τῆς ἐκ παίδων αὐτῷ τροφῆς μεταδοὺς καὶ παιδεύσεως. Διὰ δὴ ταῦτα χάριτας ὀφείλων Γεΐτζᾳ, Δαλματίαν ὑπόσπονδον αὐτῷ καθιστᾶν ἐπεχείρει· ξυμβουλεύων τε ἑκάστοτε περὶ τούτου, τῇ ἀλογίᾳ πείθειν ἔσχε τὸν ἄνθρωπον. ὅθεν ἐπειδὴ τὴν ἐπὶ Δαλματίας Ῥω-
B μαίων ὁ Γεΐτζας ἤκουσεν ὁρμήν, δυνάμεις ἐπὶ συμμαχίᾳ Δαλμάταις ἔπεμψεν. αἰτία μὲν Ῥωμαίοις τῆς ἐς τοὺς Οὔννους δυσμενείας αὕτη ἦν. Τοῦ δὲ Ῥωμαίων στρατοῦ προσωτέρω χωροῦντος, οἱ ἐπὶ χορταγωγίαν ἐξιόντες τοῖς Οὔννοις ὁδῷ πορευομένοις ἐντετυχηκότες, ἐς χεῖρας ἦλθον. Βασιλεὺς δὲ συναισθήσεως αὐτῷ γενομένης, Ἰωάννην ἅμα στρατεύματι τὸν Πρωτοσέβαστον ἐπιβοηθήσοντα ἔπεμψε. Καὶ δὴ συμβολῆς γενομένης, Οὔννοι πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἡττηθέντες, φεύγοντες ἐς τὸ τοῦ ποταμοῦ Στρυμμόνος ῥεῦμα καθῆκαν ἑαυτούς. ἔνθα μετρίους ἀποβαλόντες, ᾤχοντο ἀμεταστρεπτί. Ῥωμαῖοι δὲ φεύγουσι κατὰ νώτου ἀεὶ εἵποντο. Ἐπὶ Τάραν δὲ ποταμὸν ἐλθόντες, ἐπει-
C δήπερ οὐδένα σφίσιν ἀντεπεξιόντα ἔβλεπον, παλινοδίας ἐμέμνηντο. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ μέσης τῆς εἰς Σετζενίτζαν φερούσης τὸν χάρακα πηξάμενος, οὐκ ἔχων τε μαθεῖν ἔνθα τὸν Ἀρχιζουπάνον εἶναι ξυνέβαινεν, ἐν τῷ τέως μὲν ἐν ἀπόρῳ ἐγίνετο. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τῶν ἁλισκομένων Δαλματῶν δυνάμεις περιμένειν αὐτοὺς ἤκουσεν Οὐννικὰς ἐπὶ συμμαχίᾳ, ὅσον οὐκ ἤδη ἀφιξομένας, ἐπὶ τὰ πρόσω λοιπὸν μετῆγε τὸ στράτευμα. Μέχρι μὲν ποταμοῦ Τάρα γεγονόσιν, οὐδὲν οὐδαμόθεν Ῥωμαίοις διεφάνη πολέμιον. Ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα ἦλθον, Δαλματῶν ἀνάριθμος ὅμιλος, οὔπω ἡλίου τὸν δυτικὸν ὁρίζοντα παραμείψαντος, ὅπλοις κατάφρακτος ἐξεφάνη. ὅπερ οἱ θεασάμενοι ἀγωνίᾳ καὶ δέει
D ἐχόμενοι Ῥωμαῖοι, ἦλθον ἀγγέλλοντες. Βασιλεὺς δὲ τὴν ἐκ Παιόνων ἀφικέσθαι προσδοκωμένην Δαλμάταις ἐπικουρίαν ταύτην εἶναι τὴν ὁρωμένην εὐστοχώτατα τεκμηριωσάμενος, ἅμα δὲ καὶ σκοπῷ τῷ Χουρούπῃ πρὸς τοῦτο χρησάμενος, Νῦν, ἀφνίδιον Δαλμάται Ῥωμαίοις ἐπεισπεσεῖσθαι διανοοῦνται. Ἦσαν δὲ οὐ μακρὰν ἄποθεν ἤδη ποιούμενοι τὴν παρεμβολήν. Ἐπειδὴ γοῦν τάχιστα νὺξ ἤδη ἐγίνετο, τοιάδε τινὰ ἐνενόει. Ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐπὶ πόλεμον ἰοῦσιν, εἴπου διατριβὴν ποιεῖσθαι χρεών, τὸν στρατὸν σάλπιγγα τῆς ἡμέρας ἀλαλάζειν ὀψέ, καὶ σύνθημα τοῦτο τοῖς πλήθεσι γίνεσθαι τοῦ καὶ τὴν ἑξῆς πρὸς ἐκείνῳ διακαρτερήσειν τῷ χώρῳ. Ὅπως

οὐ ἐνταῦθα ἀπατηθῶσι γένοιτο, τὸ δὲ τῶν Ῥω- A
μαίων ἔθος εἰδόσι καὶ αὖθις, σαλπίζειν μὲν ἐν τῷ στρατοπέδῳ προεκελεύσατο· λαθραιότατα δὲ καθ' ἕνα τοῖς Στρατηγοῖς ἐμήνυε τὰ βουλευθέντα, καὶ ὡς χρὴ τούτοις ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι τὴν περὶ αὐτὸν ἕκαστον φάλαγγος ὁπόσον ὅπλοις τε φράττοιτο, καὶ ἐν ἐπιλέκτοις ἐπὶ εὐπρεπές, ἔχοντα ἡσυχῆ ἵστασθαι, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ περιστέχεσθαι κέλευσιν. ὅπως γε μὴν οὐκ ἐπίδηλοι γένοιντο, ἐκέλευσε περιχλαινίσμασι τῶν εὐτελεστέρων περιαμπίσχειν τὴν ὅπλισιν. οἱ μὲν οὖν κατὰ ταῦτα ἐποίουν.

η'. Ἐπεὶ δὲ ἤδη ἡμέρα διαφανὴς ἦν, ἐξῄει σὺν αὐτοῖς τοῦ στρατοπέδου, ὡς ἐπὶ χορταγωγίαν δῆθεν ἰών. ὅθεν καί τινας ἀνόπλους τοῦ προάπτειν σκαπάνας ἅμα B
καὶ πελύοις, οἷς ἔθος ἐπὶ τοὺς ὑπογαίους ἀνερευνᾶσθαι σιτῶνας τοῖς τὰ ἐπιτήδεια τῷ στρατῷ ἐσκομιζομένοις, ἔμπροσθεν ἐκέλευεν ἰέναι. Ἐπειδὰν μέντοι πολεμίους κατ' αὐτῶν ἰόντας ἴδοιεν, φυγὴν παρήγγελεν, ἕως τοῖς κατόπιν οὖσι Ῥωμαίων συμμίξαντες, ἤδη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ γένωνται. ὡς γὰρ ἐν καιρῷ τῶν γινομένων αἴσθησις γένοιτο τῷ Στρατηγῷ, ἐκέλευε δύο μὲν τὸ πρῶτον, ἐξῆς δὲ καὶ οὐ πολλῷ ἄποθεν τέτταρας, εἶτα ἓξ καὶ αὖ δέκα, καὶ ἐξῆς πλείους χωρεῖν· ἄλλην δὲ φαρετροφόρον καταστησάμενος φάλαγγα, ἑτέρωθεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἰέναι προὐτρέπετο, κἂν μὲν Δαλμάται χερῶν ἄρχοιεν, φυγὴν ἐλασομένους τῷ πλήθει· C
ἑστάναι δὲ ἡσυχῆ περὶ τὴν παρεμβολῆς, εἰ μηδεὶς σφίσιν ἀντεπεξίῃ. Ἔπραττε δὲ ταῦτα, ὡς ἂν εἴγε αὐτοῦ σὺν τῷ ἄλλῳ ἐπισπάντος στρατεύματι, φυγὴν ἐπιβάλλωνται τὸ Δαλματικόν, ὑπὸ τῶν κουφοτέρων τούτων κτείνοιντο καταλαμβανόμενοι. Οὔπω τοίνυν μακρὰν ἐγεγόνεισαν προϊόμενοι, καὶ τῶν ἐπὶ κατασκοπήν τινες Ῥωμαῖοι ἐς τὸν Βασιλέα ἦλθον, συγκεκομμένοι τε τὴν φωνὴν καὶ δεινῶς ὠχριῶντες, ἀριθμοῦ κρείσσω ἔλεγον στρατιὰν ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ φάλαγγος ἵστασθαι, οὐχ ὅσον μόνον ἐγχώριον, ἀλλὰ καὶ μυρίον τι φῦλον συμμαχικόν, ἔκ τε Οὔννων ἱππέων, καὶ δὴ καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἑτεροδοξούντων Χαλισίων. Οὔννων γὰρ τὰ Χριστιανῶν πρεσβευόντων, οὗτοι Μωσαϊκοῖς, καὶ τούτοις οὐ πάν- D
τη ἀκραιφνέσιν, εἰσέτι καὶ νῦν δεξάμενοι νόμοις. Τούτοις τε οὖν Δαλμάταις συστρατεύειν ἔλεγον, καὶ δὴ καὶ Πατζινάκους. Ταῦτα ἐπειδὴ Βασιλεὺς ἤκουσεν, ἐννοησάμενος μή τι καὶ βιασθεῖεν ὀλίγοι πρὸς πολλῶν κυκλωθέντες Ῥωμαῖοι οἱ ἐπίπροσθεν ἐπορεύοντο, συντονώτερον ἤλαυνε, ἐπείγων ἕπεσθαι καὶ τὸν Σημειοφόρον· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος, κεκμηκότος αὐτῷ τοῦ ἵππου, σχολῇ τὴν ὁδὸν ἐποιεῖτο, αὐτὸς Βασιλεὺς τὸ σημαῖον ἀναλαβὼν κατετάχυνε τὸν δρόμον· ἐπί τινός τε περιωπῆς γεγονώς, ἑαυτόν τε ὅστις εἴη, καὶ τὸ σημεῖον ἐδίδου γνωρίζειν τοῖς ἀντιπάλοις. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ τοξοφόροι τὸν ποταμὸν κατειληφότες, ἀντιμέτωποι Δαλμάταις ἵσταντο. Ἐπὶ πλεῖστον δὲ ἑκάτεροι μάχης ἀρξάμενοι, ἡσυχῆ ἔμε-

suetudinis huius Romanæ haud ignari hostes fallerentur, canere tubas continuo imperat: Singulis autem Ducibus mentem suam, quam potest occultissime, aperit: Oportere nimirum, orto statim sole, quemque cum delectis ex sua phalange cataphractis immotum stare, suumque expectare mandatum: Sed ne manifesti forent, præcepit vt vilissimis tegumentis armaturam circumducant. Illi prout Imperatum erat, faciunt.

VIII. Postquam igitur illuxit dies, cum illis, velut pabulatum iturus, excedit e castris: eoque inermes aliquot præcedere iubet cum ligonibus & dolabris, quibus subterranea inuestigare solent granaria, qui commeatum & res necessarias exercitui prouident: simul autem ac inuadentes hostes cernerent, fugere imperat, donec subsequentibus a tergo Romanis adiuncti, in tutum reciperentur. Vt enim quæ gerebantur in tempore Duci essent cognita, primum duos, inde paruo interuallo quatuor, tum sex, postea decem, denique complures iubet præire: aliamque ad hæc phalangem pharetratam cum ordinasset, aliunde in hostes ire præcipit, cum mandatis, vt si prælium inirent Dalmatæ, terga verterent, velut numero inferiores: sin vero nemo occurreret, quieti ante vallum consisterent. Non alio hæc itaque instituit consilio, quam vt si, ipso cum cæteris copiis ingruente, fugere inciperent Dalmatæ, ab expeditioribus iis comprehensi cæderentur. Haud igitur longe processerant, cum Romani quidam speculatores reuersi ad Imperatorem vacillante lingua, metuque pallidi, nunciarunt, innumerum in aduersa ripa fluminis, instructa acie, stare exercitum; neque illum tantum ex indigenis, sed immensum etiam alium ex auxiliaribus copiis conflatum, præsertim Hungaricis equitibus, & qui apud illos diuersæ sunt religionis Chalisiis. Hungaris quippe Christianam amplexis, isti Mosaicis legibus, iisque non omnino genuinis etiamnum viuunt. Hos igitur, vt & Patzinacas, Dalmatis adiunctos esse referebant. Ea vt audiuit Imperator, veritus, ne pauci, qui præcesserant Romani, a pluribus circumclusi, perfringerentur, confestim perrexit, vrgensque, Signiferum, vt subsequeretur, cum defesso scilicet equo, lentius incederet, ipse arrepto signo Princeps maturauit cursum, ac loco editiore consistens, & se qualis esset & vexillum hostibus conspiciendum præbuit. Delati interea ad flumen sagittarij, Dalmatis stabant obuersi, sed neutris pugnam concitantibus, quieue-

re. Simul autem ac Imperatoris conspectum est vexillum, a ponte abscessere Dalmatæ, & absque vllo impedimento sagittis hostes impetiere. Id vbi Princeps videt (stabat enim in loco eminentiori, vt dictum est, & quæ gerebantur aduertebat) velut cum cæteris flumen traiecturus, aduolat. Namque, vt non semel innui, supra fortitudinis humanæ modum pugnas semper & certamina affectabat. Dalmatæ vero, licet haud magno numero milites insequerentur, fugere nihilominus, donec ad loca difficilia peruenerunt. Mox inde conuersi, occurrerunt hostibus: verum facto congressu cecidere vtrimque pauci. Quippe vbi Imperatorem adesse percipiebant, dissoluebantur iterum. At Romani fugientibus semper instantes, eorum multos, vt & Pannonum, ceciderunt. Tum quoque in manus venere Romanas celeberrimi inter Dalmatas viri, Gurdeses & Bultzines. Imperator interea suis indui armis vehementer exoptabat. Eius rei gratia cum aliquantum insumpsisset temporis (neque enim prope aderant, qui ea adferrent) accidit vt quidam e Romanorum ducibus, in quibus fuere Giphardus & Michael, cognomento Branas, compluresque alij manu perinde ac regendis copiis strenui, dum effusius hostes insequuntur, in ardua & auia loca delati, manifesto periculo inuoluerentur. Dalmatæ quippe Romanos longe a suis seiunctos conspicati, reuerterant, stabantque obuersi. Ea cum se ita haberent.

IX. Iam armis indutus Imperator, totis habenis in illos fertur: quos cum vno in loco arctissime in se coeuntes aduertisset, palam reprehendit, increpatque acerbissime, & metum & militiæ imperitiam exprobrat. At iis loci situm, & immensam niuium vim causantibus, præcedit ipse, ac reliquis vt sequerentur imperauit: Iam enim & aliæ aduenerant Romanorum copiæ. Dum itaque iter faciunt, hostium aliqui ex insidiis repente coorti, Romanos, qui ad sinistram erant, adoriuntur. Sed Imperator videns eos numero pauciores, contemptis illis, continue hostes insequebatur pertinaciter, quo Archizupanum ipsum caperet, aut qui tum Pannonicis præerat copiis, ea tempestate fortissimum ducem. Qui igitur ex insidiis prodierant, nullo edito facinore, rursum dissipati sunt. Aliquanto spatio hostes insecutus, Princeps, vbi suos delassatos aduertit, relictis iis, ac duobus assumptis cognatis, quorum alter fuit Ioannes Ducas, alter qui vxorem duxerat Andronici Se-

A νον. Ἐπεὶ δὲ ἤδη ἡ Βασιλέως αὐτοῖς διεφάνη σημαία, τῆς τε γεφύρας ἀπέσχοντο Δαλμάται, καὶ ἄδειαν Ῥωμαίοις ἐδίδοσαν ἀκροβολισμοῦ. ὁ γοῦν Βασιλεὺς (εἱστήκει γὰρ ἄνωθέν ποθεν, ὥσπερ εἴρηται, τὰ πρασσόμενα καταμανθάνων) ἤλαυνε καὶ αὐτὸς ὡς σὺν αὐτοῖς τὸν ποταμὸν διαβησόμενος. Ἦν γάρ, ὥς μοι πολλάκις ἐρρέθη, δαιμόνιόν τινα καὶ ἀνδρείας πέρα τρόπον τὰ ἐς τὰς μάχας κεκινημένος ἀεί. Δαλμάται δέ, καίτοι ὑπὸ εὐαριθμήτων διωκόμενοι στρατιωτῶν, ἔφυγον ὅμως, ἕως ἐν δυσχωρίαις ἐ-

B γένοντο. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἐπιστραφέντες, ὁμόσε τούτοις ἐχώρουν. ξυμβολῆς δὲ γενομένης, ὀλίγοι ἐξ ἀμφοῖν ἔπεσον. Δαλμάται γὰρ τῆς Βασιλέως αἰσθόμενοι παρουσίας, διελύοντο αὖθις, Ῥωμαῖοι τε φεύγουσιν ἀεὶ ἐφεπόμενοι, πολλοὺς Παιόνων τε καὶ αὐτῶν ἔκτειναν. Ὅτε δὴ Γουρδήσης τε καὶ Βουλτζίνης, ἄνδρε ὀνομαστοτάτω ἐπὶ Δαλμάταις, ὑπὸ τὰς Ῥωμαίων ἐγενέσθην χεῖρας. Βασιλεὺς δὲ περὶ πλείονος τοῦ λοιποῦ ἐποιεῖτο, ὅπως ἂν αὐτῷ πανοπλίαν ὑποδῦναι τὴν αὐτοῦ γένοιτο. Χρόνου δέ τινος διὰ τοῦτο τριβέντος αὐτῷ (οὐ γὰρ ἐκ τοῦ σχεδὸν αὐτῷ παρῆσαν οἱ ταύτην ἐκόμιζον) συνέβη τῶν παρὰ Ῥωμαίοις στρατηγούντων τινάς, ἐν οἷς Γιφάρδος τε ἦν καὶ Μιχαήλ, ᾧ ἐπώνυμον Βρανᾶς, καὶ πλεῖστοι ἕτεροι ἄνδρες αὐτουργῆσαι ἱκανοὶ καὶ στρατηγῆσαι δεξιοί, ἐπί τινος δυσπορεύτου καὶ ἀνάντους ἐν τῷ διώκειν γεγονότας λοχμῆς, ἀγω-

C νίαν ἅτε εἰς περαιτέρω κινδύνου ἐληλακότας. Δαλμάται γὰρ πόρρω τῶν ἄλλων Ῥωμαίων γεγονότας αὐτοὺς καταvoήσαντες, ἐπεστράφησάν τε καὶ ἀντιμέτωποι ἔστησαν. Οἱ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν.

θʹ. Βασιλεὺς δὲ ἤδη τὴν ὅπλισιν περιθέμενος, ἀνέτῳ ῥυτῆρι διώκων ἐπ' αὐτοὺς ἦλθεν. ἐν χρῷ τε ἀλλήλοις ἐφ' ἕνα χῶρον συνιόντας εὑρών, ἐκατηγόρει τε ἀναφανδά, καὶ πικρότατα ἐλοιδορεῖτο, δειλίαν αὐτοῖς προσονειδίζων, καὶ πολεμικῶν ἀμαθίαν ἔργων. Τῶν δὲ τοῦ χώρου τὴν φύσιν, καὶ τὸ τῆς χιόνος προσφερόντων ἄμετρον, αὐτὸς τῆς ὁδοῦ κατάρχων ἕπεσθαι σφίσιν ἐκέλευεν. ἤδη γὰρ καὶ ἄλλο αὐτοῖς Ῥωμαίων συνίστατο πλῆθος. Ἐν ᾧ δὲ τὴν πορείαν ἐτίθεντο, ἐνέδρα πολεμίων ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐκπηδήσασα, τοῖς ἐν ἀριστερᾷ Ῥωμαίοις ἐπετί-

D θετο. Ἀλλὰ ταύτην μὲν ἐπειδήπερ ὀλιγανδροῦσαν Βασιλεὺς ἔγνω, οὐδὲ ὅσον ἐπεστράφθαι ἠξίωσεν· ἀεὶ γὰρ ἀνεπιστρόφως ἐδίωκεν, εἴπως ἢ αὐτὸν χειρώσασθαι οἱ τὸν Ἀρχιζουπάνον, ἢ τὸν παρὰ τοῖς Παίοσιν εἰς ἐκείνην στρατηγοῦντα τὴν ἡμέραν, ἀνδρείας εὖ ἥκοντα. Οἱ μὲν οὖν ἐκ τῆς ἐνέδρας μηδὲν ἄξιον λόγου πεπραχότες διελύοντο αὖθις. Βασιλεὺς δὲ μακρὰ διώξας, ἐπειδὴ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἔγνω ἐκκακήσαντας ἤδη, αὐτοὺς μὲν παρῆλθε· δύο δὲ συγγενῶν παρειληφὼς τῶν αὐτοῦ, ὧν ὁ μὲν Ἰωάννης ὁ Δούκας ἦν, ἕτερος δέ, ὃς τὴν Ἀνδρονίκου τοῦ Σε-

βαστοκράτορος ἔγημε παῖδα, ὄνομα Ἰωάννης καὶ αὐτός, ἐπίκλησιν Καντακουζηνός, σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐχώρει. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ὁπλίσεως αὐτὸν κατανοήσαντες, χρυσῷ γὰρ κατακόρως ἀλήλιπτο πᾶσα, καὶ τοῦ σώματος καὶ ἀναδρομῆς τε καὶ εὐφυΐας τεκμηριωσάμενοι μάλιστα (ἥρωσι γὰρ ἀτεχνῶς ἐῴκει, ἅτε τῷ ξένῳ τῆς ἱππασίας, καὶ τῆς ἀμφιδεξίου περὶ τὰ ὅπλα κινήσεως, πολλῷ διενεγκὼν) νῶτα διδόναι οὐδαμῇ ᾐσχύνοντο. Ὁ δὲ φεύγουσιν ἐπιθέμενος, λέγεται ὅτι μιᾷ δόρατος προσβολῇ πεντεκαίδεκα τῶν πολεμίων εἰς γῆν ἔβαλεν. Ἐν γὰρ ταράχῳ καὶ συγχύσει φερομένοις, συγκρούειν ἀλλήλοις οὐδενὶ κόσμῳ συνέβαινεν αὐτοῖς· τετταράκοντα δὲ τοὺς πάντας ἐπὶ στόμα κατενεγκών, τοὺς ἄλλους ἐτρέψατο. Φεύγουσί τε ἐφεπόμενος, συνέκοπτεν ἀεὶ κατὰ νώτου, καὶ ξίφει καὶ δόρατι χρώμενος. Ὅτε συνέπεσέ τι καὶ τοιοῦτον· τῶν τις πρότερον καταδορατισθέντων αὐτῷ, τοῦ πτώματος ἀνενεγκὼν (οὐ γὰρ καιρίαν ἐτύγχανε πεπληγμένος,) ἔφυγεν, ἐκ ποδὸς τὴν πορείαν ὁ τάλας ποιούμενος. Ἐπειδή τε ἀγχοῦ βασιλέως γεγονότα εἶδε, σπασάμενος τὸ ξίφος, πατάξων ἐφέρετο τοῦτον. Ὁ δὲ λὰξ τῷ στήθει ἐπιβάς, αὐτὸν μὲν εἰς γῆν ὦσέ γε· σημειωσάμενος δὲ ἔκ τινος ἐπισήμου περὶ τὸν ὀφθαλμὸν πάθους, παρῆλθε. Κάμνοντος δὲ τοῦ ἵππου αἰσθόμενος ἤδη τῷ βάρει τῶν ὅπλων, παλινδρομεῖν μὲν οὐδὲ ὣς ἤθελε. Τῷ δὲ Καντακουζηνῷ (ἐτύγχανε γὰρ ἤδη τοῦ βασιλέως ἑπόμενος) ἐκέλευε πρόσω χωρήσαντι συμμίγνυσθαι τοῖς βαρβάροις, ὡς ἂν οὕτω τῇ πρὸς αὐτὸν ἀσχολίᾳ, ἐπικαταλαβεῖν σφᾶς καὶ αὐτὸν δύναιτο. Καὶ ἔτυχέ γε τοῦ σκοποῦ. Ἐπειδὴ γὰρ τάχιστα τῶν πολεμίων ὁ Ἰωάννης ἐγγύθεν ἐγένετο, Βακχῖνον τὸν Ἀρχιζουπάνον παίει μὲν κατὰ τοῦ μεταφρένου, διελάσαι τὸ δόρυ προθυμηθείς, οὐ μέντοι γε καὶ ἐδυνήθη τῆς ὁπλίσεως ἀντισχούσης. Ὁ δὲ ἐπιστραφείς, ἔγνω πρὸς ἀνδρῶν διωκόμενος δυοῖν. συμπαρῆν γὰρ βασιλεῖ καὶ θάτερος Ἰωάννης, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην. Ἑπτὰ γοῦν τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπαγόμενος, ξυμπλέκεται τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ ἡ μάχη ἀπὸ χειρὸς ἤδη ἐγίνετο. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν βαρβάρων ἄλλου ἀλλαχόθεν συρρέοντος ἀεί, ἐν ἐσχάτοις ὁ Καντακουζηνὸς ἦν. Καὶ εἰ μὴ βασιλεὺς ἐγγύθεν ἤδη παραφανεὶς ἐξεῖλεν αὐτὸν τοῦ κινδύνου, ἐδέησεν οἶμαι οὐδὲν βαρβαρικῆς ἔργον μαχαίρας γίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον. Οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἔξω κινδύνου ἐγένετο. Λογισάμενος γὰρ ὡς εἰ τοῖς τὸν Ἰωάννην κυκλοῦσιν ἑπτὰ τέως οὖσιν αὐτὸς ἀντιτάξοιτο, ἐξέσται τοῖς ἄλλοις εἰς τριακοσίους ἤδη ἀριθμουμένοις κατ' ἀμφοτέρων ἰέναι· δεῖν ἔγνω τῷ πλήθει συμπλακήσεσθαι πρότερον· ἐκείνων γὰρ ὑποχωρούντων, ξυναποστῆναι καὶ τοὺς τὸν Ἰωάννην περιστοιχίζοντας εἰκὸς ἦν· καὶ δὴ τὸν ἵππον μυωπίσας, περὶ μέσους ἐσήλασεν. Ἀλλά τινα τούτων παῖσαι τῷ δόρατι προθυμηθείς,

A bastocratoris filiam, nomine Ioannes, cognomento vero Cantacuzenus, cum iis in hostes perrexit. Sed illo ab iis agnito, ex armis quæ multo obducta erant auro, cum præterea corporis statura excelsiore satis proderetur (vere enim heroem referebat, quippe qui equitandi ratione non vulgari, & in armis tractandis dexteritate longe præcelleret) terga nullo pudore dederunt. Fugientibus incumbentem aiunt, vno hastæ ictu quindecim ex hostibus in terram prostrauisse: In tumultu quippe & confusione ita collidebantur, vt se se inuicem impellerent. Ipsis autem quadraginta prostratis, reliquos fudit,
B fusos insecutus, gladio & hasta in terga fugientium irruit: Quo tempore & id quoque accidit. Quidam ex iis qui hasta prius ab Imperatore fuerant cæsi, cum surrexisset ex lapsu (neque enim lethaliter fuerat vulneratus) fugam inde pedibus miser parauit. Vbi autem prope se Imperatorem conspicit, stricto gladio in eum, velut percussurus, fertur. At ille pede in pectus impacto, protrusum humi, atque insigni circa oculum vulnere notatum relinquit. Equum vero etiamsi adgrauatum sciret armorum pondere, non ideo tamen sistere impetum voluit. Cantacuzeno autem (vnicus quippe adequitabat ex Im-
C peratoriis cognatis) vt progrederetur, & cum Barbaris manus conferret, imperauit, vt nimirum dum circa illum sic occuparentur, ipse vicissim eos assequeretur. Nec aberrauit a consilio. Postquam enim quam citissime se se in hostes intulit Ioannes, Bacchini Archizupani tergum percussit, totumque hasta transfuerberasset hominem, ni præpediuissent arma. Is autem conuersus, videt se a duobus impeti: Namque Imperatori aderat alter Ioannes, cuius modo mentio facta est. Septem igitur suorum adscitis, cum Cantacuzeno congreditur, fitque collato pede prælium. Sed dum subinde aduenere vndecumque Barbari, in extremum periculum
D adductus est Cantacuzenus, & ab iis fuisset obtruncatus, ni haud procul conspectus illum exemisset Imperator. At neque ipse expers fuit discriminis. Quippe cum animo reputaret, si occurreret iis qui numero adhuc septem Ioannem circumsteterant, integrum fore aliis iam numero trecentis vtrumque adoriri: Primo oportere censuit cum multitudine decernere: Illis enim cedentibus, recessuros pariter qui Ioannem circumstabant. Concitato inde equo in medios inuehitur. Sed cum ex iis quemdam hasta vellet percutere, aberrauit

ictus, hac atque illac inclinante Barbaro, atque innoxius a latere hastæ mucro decidit. Deinceps vero certamen conseritur. Quod cum Bacchinus ipse, & qui cum illo erant, conspexere, omisso Ioanne, ad Imperatorem cursu contenderunt. Atque inde horribile quid videre erat. Verum, abiecta protinus hasta, Imperator, ensem quo accinctus erat stringens, crebrius in eos versat, ferit vicissim & feritur; donec dissipatis aliis, in illum & Bacchinum, fortitudine præcellentem, & procero admodum corpore virum, tota prælij vis iucubuit. Post longum ergo certamen, Bacchinus maxillam Imperatoris gladio percussit: nec tamen dissecare potuit dependens ex galea super oculos velamen. Adeo autem vehemens ictus fuit, vt galeæ circuli non modice carni inhærerent, notasque imprimerent: At Princeps arreptum e Barbari manibus ensem patrueli suo tradidit. Inde iterum in hostem contendere vehementius peroptabat, sed impetum inhibuere vterque Ioannes, & Bacchinus. Quippe captus Barbarus beneuolentiam simulabat: Capillis autem capitis sui ostensis, ingentem innuebat illi occursuram multitudinem. Eo in prælio duobus in vna manu digitis priuatus est Cantacuzenus. Tandem quadraginta circiter captiuis hostibus adductis, in castra reuersus est Imperator. Ibi eum subiit illius memoria, quem paulo ante prostratum, & signo circa oculos notatum reliquerat. Hunc ergo, indicato signo, quæsiuit in castris: Qui inuentus agnouit victorem, & vicissim ab illo agnitus est. Nec ita multo post Legati ab Archizupano in castra venerunt, qui præteritorum obliuionem deprecarentur: statimque, iubente Principe, venit ipse sub miserandi hominis ac supplicis habitu: Atque ab Imperatore beneuole exceptus, veniam delicti obtinuit. Tum paulisper ab humo exsurgens, vbi ad Imperatoris pedes prostratus iacebat, iureiurando pacta confirmauit, fidemque dedit seruum se Romanorum omni tempore futurum; & si vel in Occidentem arma Princeps circumferret, cum duobus se millibus secuturum illum professus est: si vero in Asia bellum gereretur, trecentis, quos prius mittere consueuerat, ducentos additurum. His rebus feliciter gestis, Constantinopolim Imperator rursum rediit. Eo etiam tempore classis relata est Byzantium, nullo in Italia confecto negotio. Ita quidem Romanorum Imperium agnouere Dalmatæ, vt & longo post tempore, cum Vresin

A τούτου μὲν διήμαρτεν· ἰλιγγιάσαντι γὰρ τοῦ βαρβάρου, ξυνέβαινε κενὴν τῆς πλευρᾶς διεκπεσεῖν τὴν αἰχμήν. ἀπὸ χειρὸς δὲ λοιπὸν αὐτῷ συνεπλέκετο. ὅπερ ὅ Βακχῖνος τε αὐτὸς καὶ οἱ περὶ ἐκεῖνον ἰδόντες, Ἰωάννην μὲν αὐτοῦ ἔλιπον· ἐπὶ δὲ βασιλέα δρόμῳ ἦλθον. Καὶ τὸ πρᾶγμα φρίκης μεστὸν ἦν. Ἀλλὰ βασιλεὺς τὸ μὲν δόρυ μεθίει, ὃ δὲ παρήρτητο ξίφος ἑλκύσας, πυκνὰ παρ᾽ αὖθις ἐστρέφετο, παίων ἀεὶ καὶ παιόμενος, ἕως τῶν ἄλλων σκεδασθέντων, εἰς αὐτόν τε καὶ Βακχῖνον τὰ τῆς μάχης ἀπεκρίνατο πάσης, ἀνδρείᾳ τε διαφέροντα καὶ σώματι μεγάλῳ ἐς ἄγαν κεχρημένον. Μετὰ πολλὴν γοῦν τινα συμπλοκήν, Βακχῖνος μὲν τοῦ βασιλέως τῆς σιαγόνος τὸ ξίφος κατενεγκὼν B ἔπληξεν, οὐ μὴν καὶ διελᾶν τὸ ἐκ τοῦ κράνους ἐπὶ τὰς ὄψεις ἠρτημένον ἠδυνήθη παραπέτασμα. οὕτω μέντοι ἰσχυρὰ ἡ πληγὴ γέγονεν, ὡς τοὺς κρίκους ἱκανῶς τῇ σαρκὶ ἐνιζήσαντας, ἐπὶ πλεῖστον ἐκτυπωθῆναι. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς χειρὸς τὸν βάρβαρον ἀφελόμενος τοῦ ξίφους, τῷ ἐξαδέλφῳ παρεδίδου φέρων. Ὁ δὲ καὶ πάλιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐσφάδαζεν ἰέναι, ἀλλ᾽ ἀμφοτέρω τε τὼ Ἰωάννα, καὶ Βακχῖνος ὁ βάρβαρος ἐπισχεῖν αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν ἴσχυσαν. ἤδη γὰρ τὸ εὔνουν ἐκεῖνος δεδουλωμένος ἐσχηματίζετο. Τὰς οὖν τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τρίχας ὑποδεικνύς, ἐντεῦθεν πως τὸ ὑπαντιάσον αὐτοῦ πλῆθος ὑπεσημαίνετο. ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ δυοῖν ὁ Καντακουζηνὸς C δακτύλοιν θατέρας ἐστέρητο χειρός. Βασιλεὺς δὲ ἀμφὶ τεσσαράκοντα πολεμίων ὑπαγόμενος δορυαλώτους, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθεν. Ὅτε δὴ κἀκείνου εἰς μνήμην ἐλθών, ὃν ἤδη καταβαλὼν ἐκ τοῦ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπισήμου παρῆλθε τεκμηριωσάμενος, ἀνεζήτει τοῦτον ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τὸ σημεῖον εἰπών· ἐλύετο τοίνυν κἀκεῖνος, καὶ ἀνεγνώριζε τὸν νενικηκότα, καὶ ἀνεγνωρίζετο. Οὐκ εἰς μακρὰν τε πρέσβεις ἀπὸ τοῦ Ἀρχιζουπάνου ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἧκον, ἀμνηστίαν αὐτῷ κακῶν ἐξαιτούμενοι. Καὶ δὴ βασιλέως κελεύσαντος ἧκε μετὰ μικρὸν ὁ ἀνήρ, ἱκέτην ἐλεεινὸν ἑαυτὸν παρεχόμενος. καὶ βασιλεὺς μὲν ἱκετεύοντα προσηκάμενος, ἀφῆκε τούτῳ τὴν ἁμαρτάδα. D Ὁ δὲ τοῦ ἐδάφους μικρὸν ἀνανεύσας, ἔνθα περὶ τῶν βασιλέως ποδῶν ἰχνῶν ἔκειτο καταβαλὼν ἑαυτόν, ὅρκοις τὰ δεδογμένα ἐπιστοῦ, Δοῦλος ἐς τὸν πάντα ἔσεσθαι Ῥωμαίοις αἰῶνα βεβαιῶν· κἂν μὲν ἐπὶ τὴν Ἑσπέραν στρατεύοιε, σὺν δισχιλίοις ἕπεσθαι ὡμολόγει, πολεμοῦσι γε μὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, πρὸς οἷς τὸ πρότερον εἰώθει τριακοσίοις, καὶ διακοσίους ἤδη προσεπιπέμπειν. Ταῦτα κατορθωκὼς βασιλεύς, ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου παλινδρομεῖ. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ στόλος τὴν ἀμφὶ τῇ Ἰταλίᾳ διαπεπραγμένος οὐδέν, ἐς Βυζάντιον ἦλθε. Δαλμάται μὲν τοιοῦτο δὴ τὸ ἐς Ῥωμαίους ἐτήρησαν δούλιον, ὥστε χρόνοις πολλοῖς ὕστερον Οὔρεσιν

τῆς

τῆς ἀρχῆς παραλύσαντες, ἐπειδὴ Βασιλέως μηδὲν συνειδότος θατέρῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτὴν ἐνεχείρισαν, ἔδεισάν τε ὡς τὸ εἰκὸς μή τι αὖθις χαλεπήνῃ, καὶ Δέσε καὶ Οὔρεσιν ἄγοντες παρ' αὐτὸν ἦλθον, ὅτῳ αὐτὸς ἐπιψηφίσηται ἀναγκαίως ὑπακούσεσθαι λέγοντες. δίκης τοίνυν αὖθις ἀνοιγείσης, βραβεῖον τι ἐκ Βασιλέως Οὔρεσιν αὖθις τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

ι΄. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν ἐχώρει, τὴν εἰς Δαλμάτας πρότερον, καθάπερ εἴρηται, συμμαχίαν, ὑπόθεσιν πολέμου πεποιημένος αὐτοῖς. Οὐ μὴν ἀκηρυκτὶ ἐπ' αὐτοὺς ἦλθεν, ἀλλὰ γράμμασι πρότερον τά τε ἐς αὐτὸν ἡμαρτημένα σφίσιν ἐδήλου, καὶ τὴν Ῥωμαίων αὐτίκα ἐμήνυεν ἔφοδον. Ἐπειδὴ γοῦν πρὸς ταῖς Ἴστρου ὄχθαις ἐγένετο, νεῶν οὐδαμῆ παρουσῶν, ἃς ἐκ Βυζαντίου ἑτοιμασάμενος εἶχεν, ὡς μὴ τὴν ὀξύτητα τοῦ καιροῦ καταπροήσεται, ὃ καὶ μάλιστα κατορθωτικὸν ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, λεμβάδιόν τι ἀναβάς, ὁποῖα πρὸς ταῖς ἀκταῖς ἐνταῦθα διασαλεύει αὐτόξυλα, ἐπὶ τὴν περαίαν ἐφέρετο, ἀπὸ ῥυτῆρος ἑλκόμενον τὸν ἵππον αὐτὸς ἔχων. ἑξῆς δὲ καὶ Ῥωμαίων στρατὸς τρόπῳ τῷ αὐτῷ περαιωσάμενος, τὴν Οὐννικὴν ἐπάτουν. ἐνδοτέρω τε προχωροῦντες, ἀφειδῶς ἀεὶ τὰ ἐν ποσὶν ἔκειρον. Ἦν δέ τι κρησφύγετον ἐνταῦθα ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἱδρυμένον Ζεύγμινον ὄνομα, τειχέων τε καρτερότητι, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀσφαλείᾳ ἱκανῶς ἔχον. Τοῦτο ἐπειδὴ μὴ ἐξ ἐπιδρομῆς ἑλεῖν εἶχεν, αὐτοῦ Θεόδωρον τὸν Βατάτζην σὺν στρατεύματι ἔλιπε, γαμβρὸν αὐτῷ ἐπ' ἀδελφῇ γεγονότα. Ὁ δὲ τὰς τῇδε κώμας περιϊών, ἄρδην ἠνδραπόδιζεν. ὅτε καὶ Οὔννων στρατὸς ἐχώρει μὲν ὡς Ῥωμαίοις ἀντιταξόμενος· ἐπειδὴ δὲ ἔγνω ἀνεφύκτοις ἐπιχειρεῖν μέλλων, προσεχώρει καὶ αὐτὸς τῷ Βασιλεῖ, καὶ τὸ λοιπὸν κατ' ἐξουσίαν ἤγετό τε καὶ ἐφέρετο πάντα. Ἦν οὖν ἰδεῖν ἡλικίαν πᾶσαν δορύκτητον ἐλαυνομένην, καὶ ἔθνη ὅλα κινούμενά τε καὶ ἀνασατούμενα. καὶ ἣν Ἴστρος καὶ Σάος ποταμοὶ ἐξ Ἄλπεων ῥέοντες, ἐπὶ Οὐννικῆς αὐτοματίζουσι νῆσον (ἄνωθεν ἐφ' ἑκάτερα σχιζόμενοι, καὶ μετὰ πλείστην ὅσην ἐς ταυτὸ πάλιν ἰόντες περίοδον) κενουμένην πᾶσαν, καὶ κατοίκων ἀποδημίζουσαν. Ὅτε καὶ αὐτὴν τὴν Ῥηγικὴν Ῥωμαῖοι κατεστρέψαντο οἰκίαν, πρᾶγμα ἐν τοῖς μεγίστοις Ῥωμαίων εὐτυχήμασιν ἀναγεγράφθαι ἄξιον. Ταῦτα κατωρθωκὼς Βασιλεὺς, ἐπὶ Ζεύγμινον ἦλθεν, ἔνθα ὁ Βατάτζης, καθάπερ εἴρηται, λειφθεὶς, τὴν προσεδρείαν ἐποιεῖτο. Ἀλλ' οἱ τὸ φυλακτήριον ἔχοντες, ἕως μὲν οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιβεβοηθηκέναι σφίσι τὸν Ῥῆγα ἤλπιζον, ἰσχυρῶς αὐτοῦ μετεποιοῦντο· ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν ἠγγέλλετο παρῶν οὐδαμοῦ, Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς τὸ τειχομαχεῖν ἤδη

A principatu deturbassent, atque inscio Imperatore illum alteri eius fratri tradidissent; veriti, vt par erat, ne is ipsis succenseret, Dese & Vresi adductis, ad eum venerunt, dictitantes ei cui suffragaturus ille foret, se se parituros. Pronuntiato igitur iudicio, Vresis præmij vice Principatum ab Imperatore obtinuit. Sed de his postea.

X. Inde in Hungariam perrexit Princeps, belli causam obtendens, submissa, vt dictum est, Dalmatis auxilia. Neque tamen indicto bello aggressus est Hungaros, sed iis quæ in se deliquissent per literas primo expositis, proximum Romanorum aduentum illis indicauit. B Vbi itaque ad Istri ripam peruenit, cum nullæ adessent naues ex iis quas Byzantij apparauerat, ne temporis occasionem negligeret, quæ in iis rebus, vt cuncta prospere cedant, maximi momenti esse solet, lintrem, cuiusmodi ibi multæ ad littus reperiuntur vno ex ligno cauatæ, atque vna equum fræno attrahens, in aduersam ripam traiecit. Exinde eodem pariter modo in Hungarorum fines irrupit Romanorum exercitus: atque interiora petens, obuia quæuis effuse depopulatus est. Erat in altera situm fluminis ripa Castrum, Zeugminum nomine, murorum cæterarumque munitionum ro- C bore satis validum. Atque illud cum primo impetu expugnare haud posset, Theodorum Batatzem sororium suum reliquit cum exercitu: Ipse regionis illius vicos circumiens, plurimos in potestatem recepit. Hungarorum interea processit exercitus, Romanos excepturus. At cum viribus longe se vidit imparem, dedidit se se pariter Imperatori, qui deinceps rapuit, sustulitque pro libitu omnia. Videre itaque erat omnis ætatis multitudinem bello captam agi, gentemque totam aliam in sedem transferri: quamque Sauus & Ister, fluuij ex Alpibus profluentes, in Hungariæ finibus efficiunt insulam (superius enim diffisi a se inuicem, post multum D circuitum in vnum denuo coeunt) vacua illa omnino, nulloque culta habitatore. Tum quoque euerterunt Romani domum eorum Regiam: res sane quæ inter maximos Romanorum fortunæ successus referri mereatur. His ita prospere gestis, ad Zeugminum rediit Imperator, vbi Batatzes, qui relictus ibi fuerat, obsidionem vrgebat. Sed qui loci præsidium tenebant, quamdiu spes erat breui cum auxilio Regem adfuturum, defendebant se se acriter. Verum vt intellexere nequaquam illum adesse, ac iam iam mœnia acrius impugnantibus

Romanis, periculo imminente conterriti, rogauere Principem vt tradita arce, saluis inde corporibus liceret iis excedere. Quam rem cum abnueret, funibus collo appensis, abiectisque capitum operculis, per summum dedecus se se ipsos Imperatori dedidere. Tum ille, ne eorum quisquam a Romanis interficeretur, prohibuit; arcem verò graui refertam præda iis diripiendam concessit.

XI. His confectis, Romani versus Sauum, velut fluuium traiecturi, pergunt, numero maiorem captiuorum adducentes multitudinem, quam esset exercitus: Sed nec dum flumen transierant, cum nuntiatur Pannorum Regem cum ingentibus istic adesse copiis, summo animi ardore cum Romanis pugnare gestientem, rebus iam in Galitza, regione Thauroscythicæ, pręclare fœliciterque peractis. Huius quippe rei potissimum causa Imperator bellum istud aggressus erat, quod se inuito, Bladimerum (id nomen erat Galitzæ Principi) virum Romanis fœderatum, inuasisset. Quo cognito, Imperator reliquam aciem, impedimenta, ingentemque & innumeram captiuorum multitudinem in aduersam transferri ripam iubet, ibique considere: Ipse cum delectis militibus, etsi consilium haud probarent ducum plerique, summa celeritate in hostem contendit, *Luporum esse, non Leonum*, dictitans, *pecorum greges incessere: cæterum pastoribus aut canibus conspectis sine pudore vllo fugere, eo solo si captam prædam retineant, ægre licet ac vix contentos:* Illud etiam de eo fertur, quod quidem, si id egit ex animi consilio, laudare vix possim: Si autem quia tum quidpiam præuiderit, quod reor, aut tutari ac defendere voluerit qui circa se erant Romanos, militaris prorsus prouidentiæ facinus memoratu dignum esse arbitror. Cum enim ab Sauo statueret discedere, quo Hungaris occurreret, vasaque iam collegisset, imperauit nauium præfecto, vt in alteram fluuij ripam traiiceret, ibique consisteret cum nauibus: ac si quis ex Romanis fugam meditatus se traiici postularet, quasi non videret hominem nihil moraretur. *Vel si ipse*, aiebat, *Imperator adero, aliaque ac modo videantur, in animum induxero, quæ iussero negligas necesse est. Sin secus feceris, continuo palo affixus supplicium non effugies.* Ea quidem ille sic tum ordinauit, vt ad audaciam & magnanimitatem aditum, quemadmodum diximus, militibus quodammodo faceret. Vbi enim nullum ex metu compendium adest, tum ab audacia necessario petendum est auxilium. Abi-

A ἐγίνοντο, πρὸς τὸν ἐπηρτημένον καταῤῥωδήσαντες
κίνδυνον, ἐχρῆζον Βασιλέως, ὡς ἐπ' ἀθώοις ἐν-
τεῦθεν ἀπαλλαγησόμενοι σώμασιν, ἐνδῶσι τὸ φρού-
ριον αὐτῷ. Τοῦ δὲ πρὸς τοῦτο ἀνανεύοντος, σχοί-
νοις τε τῶν τραχήλων ἐξῆψαν, καὶ τὰ καλύμμα-
τα τῶν κεφαλῶν ἀποθέμενοι, ξὺν ἀτιμίᾳ τῷ Βα-
σιλεῖ προσῆγον ἑαυτούς. Ὁ δὲ ἀπεῖπε Ῥωμαίοις τούτων
μὲν ἀποκτιννύναι οὐδένα, τὸ φρούριον δὲ μεγάλων
μεστὸν ὂν ληΐζεσθαι ἀγαθῶν.

ιαʹ. Ταῦτα Ῥωμαῖοι καταπραξάμενοι, ὡς ἐπὶ
Σάον περαιωσόμενοι ἐφέροντο, πολλῷ στρατοπέδου
τοῦ αὐτῶν πλείω τὴν ἀνδραποδισθεῖσαν τῶν Οὔν-
νων ἄγοντες ἡλικίαν. Ἀλλ' οὔπω ἐπεραιώσαντο, καὶ
B διήγγελλεν ἡ φήμη τὸν Παιόνων Ῥῆγα χεῖρα ἐπαγό-
μενον βαρεῖαν, θυμῷ πολλῷ κατὰ Ῥωμαίων ἥκειν
ἤδη, τὸν κατὰ Γαλίτζης χώρας Ταυροσκυθικῆς πόλε-
μον εὐτυχῶς διενεγκόντα. οὗ δὴ ἕνεκα μάλιστα Βασι-
λεὺς αὐτὸν ἠμύνατο, ἅτε παρὰ γνώμην τὴν αὐτοῦ
Βλαδιμήρῳ ἐπιφυέντα (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ Γα-
λίτζης ἄρχοντι ἔκειτο) ἀνδρὶ ὑποσπόνδῳ Ῥωμαίοις
ὄντι. Τούτων ἀκούσας ὁ Βασιλεὺς, τὸ μὲν ἄλλο στρά-
τευμα, καὶ ὅσον ἐν σκευοφόροις ἦν, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν
ζωγρηθέντων πλήθη ἀριθμοῦ κρείσσω τυγχάνοντα,
ἐκέλευε διαπορθμευσαμένους ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν
μεῖναι ὄχθης· ὁ δὲ τὸ ἀπόλεκτον τοῦ στρατοπέδου ἀνα-
λαβὼν, καίτοι πολλὰ τῶν στρατηγῶν οὐκ ἐπιψηφισα-
C μένων ταῖς δόξασιν, ἐπείγετο τὴν ταχίστην συμπλα-
κησόμενος αὐτῷ, Λύκων οὐ λεόντων εἶναι φάμενος ἔρ- "
γον, τοῦ μὲν τῶν προβάτων κατεπείγεσθαι πλήθους, "
ποιμένων δέ ποθεν ἢ κυνῶν ἐκφανέντων, φεύγειν "
μηδὲν αἰδουμένους, μόνῳ τῷ αὖθις καὶ τὰ θηραθέντα "
περισώζειν μόγις καὶ ἀγαπητῶς ἀρκουμένους. ὅτε "
λέγεταί τι καὶ τοιοῦτον, ὁποῖον εἰ μὲν καὶ ἀντικρὺς προε-
λομένῳ ἔδοξεν αὐτῷ, οὐκ ἔχω ἐπαινεῖν· εἰ δὲ καὶ
προμηθείας τινὸς, ὥσπερ οἶμαι, ἕνεκα, καὶ τοῦ εὐψυ-
χότατα Ῥωμαίους ἀμφ' αὐτῷ ἀγωνίζεσθαι, στρατηγι-
κῆς ἡγοῦμαι ἐπινοίας ἄξιον εἶναι). Ἐπειδὴ γὰρ τῶν Σάου
ναμάτων ἀπαίρειν ὡς ὑπαντιάσων τοῖς Παίοσι συ-
νεσκευάσατο ἤδη, προσέταξε τῷ τὴν στολαρχίαν ἐμπε-
D πιστευμένῳ, θατέρᾳ τοῦ ποταμοῦ ὄχθῃ προσεσχηκό-
τα, αὐτοῦ σὺν ταῖς ναυσὶν ἵστασθαι. Ἦν δή ποτε Ῥω-
μαίων τις φυγὰς ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἠϊόνα διαπορθμεύε-
σθαι ἀξιοίη, τὸν δὲ ἀλλὰ μηδὲ ὁρᾶν προσποιεῖ-
σθαι τὸν ἄνθρωπον. Καὶ αὐτὸς, ἔλεγε, παρέσομαι, "
Βασιλεὺς, ἕτερα τῶν παρόντων ἑλόμενος, ἀποπρο- "
σποιεῖσθαι σε τοὺς λόγους χρεών. ἢ μὴν μὴ οὕτω "
ποιῶν, τὸν αὐτίκα οὐκ ἐκφεύξῃ ἀνασκολοπισμόν. Ταῦ- "
τα μὲν ὧδε διετάξατο, θάρσους οἶμαι θύρα τοῖς στρα- "
τιώταις, ὥσπερ ἤδη ἔφην, ἐντεῦθεν ὑπανοιγνύς. Τῆς
γὰρ ἐκ δειλίας ὀνήσεως οὐδαμῇ προσούσης, ἀνάγκη ἐς
τὸ ἐπὶ τοῦ θάρσους μετασκευάζεσθαι ἀρρωγήν. Μέλ-

λοῦντι δὲ ἄρτι που ἐκεῖθεν ἀπελαύνειν, ἧκέ τις δορυαλώτων Ῥωμαίων, φυγὰς ἐκ Παιόνων, τὴν τοῦ Ῥηγὸς ὅσον οὐκ ἤδη μηνύων ἔφοδον. Τούτων ἀκούσας ὁ Βασιλεὺς, οὐκέτι κατέχειν ἑαυτὸν οἷός τε ἐγένετο, ὡς μὴ πρότερον ἀφικόμενον τὸ Οὐννικὸν, φεύγουσιν ἐπιθέσθαι δόξειε Ῥωμαίοις. ταξάμενος τοίνυν, ἐχώρει παλίμπους. Ὡς δὲ ὁ Ῥὴξ μὲν οὐ παρῆν, Βέλοσις δὲ ὁ τὰ πρῶτα παρ' ἐκείνῳ φέρων, (Μπανὸν ταύτην καλοῦσιν Οὖννοι τὴν ἀρχὴν) οὐ μακρὰν εἴη ἠγγέλλετο, σπουδῇ ἐπ' ἐκεῖνον ἐφέρετο. ἐπειδή τε συνεσκότταζεν ἤδη, τοῦ ἵππου ἀποβὰς, αὐτός τε ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ὑπτίου πρὸς τοῖς ὅπλοις ὕπνωσε τοῖς αὐτοῦ, καὶ τὸ στράτευμα ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ξυνδιήγαγεν ἅπαν. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ Βέλοσις μὲν ἐπιόντα Βασιλέα πυθόμενος, ᾤχετο πανστρατὶ, σκήψεις τινὰς οὐχ ὑγιεῖς ἀναπλάσας. Πρόφασιν γὰρ τοῦ φεύγειν ἐκποριζόμενος, μεμηνῦσθαι αὐτῷ πρὸς τοῦ Ῥηγὸς ἔφασκε τῆς προκειμένης ἀποκλίνοντι, ὡς ἐπὶ Βρανιτζόβαν πόλιν ἰέναι, ὅπως ἐντεῦθεν μᾶλλον Ῥωμαίοις ἐπελθεῖν αὐτὸν γένοιτο. Βασιλεὺς δὲ τοῦ καὶ εἰσέτι διώκειν ἀποσχόμενος, ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐλθὼν ἐπεραιοῦτο· ἐν Βρανιτζόβῃ τε γεγονὼς, ἐνταῦθα ηὐλίζετο. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον, καὶ κατ' ἄλλο που τῆς Οὐννικῆς μέρος, οὗ δὴ τὸ ὄρος ἐστὶν, ὃ Τεμίσης πρὸς τῶν ἐγχωρίων ὠνόμασθαι, προνομεῦσαι διανοηθεὶς, Βορίσην ἅμα στρατεύματι ἔπεμπεν, ὃς καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν αὐτῶν ἐλέγετο τῷ Ἰατζᾷ φῦναι σπερμάτων. κατὰ διένεξιν δέ τινα ἐς Βασιλέα Ἰωάννην φυγὰς ἐτύγχανε πολλῷ πρότερον ἐλθών. ὁ δὲ τιμῆς τε μετέδωκεν ἱκανῶς, καὶ κῆδος ξυγγενοῦς τινος ξυνῆψε κόρης αὐτῷ. Οὗτος δὲ ὁ Βορίσης πρὸς τῇ χώρᾳ γενόμενος, περιῄει τὰς τῇδε κωμοπόλεις ἀναστατῶν, πλήθεσί τε κατοίκων μονονουχὶ στενοχωρουμένας, καὶ παντοίοις περιβριθεῖς οὔσας καλοῖς. Ὅτε δὴ καὶ φάλαγξι τρισὶν Οὐννικοῖς εἰς χεῖρας ἐλθὼν, ἐτρέψατό τε κατὰ κράτος, αὐτὸν Βασιλέα παρεῖναι οἰηθείσας, καὶ βαρὺς ταῖς ὠφελείαις ἐκεῖθεν ἀναστρέψας, εἰς τὸ Ῥωμαίων ἦλθε στρατόπεδον. Ὁ δὲ Ῥὴξ γνοὺς ὡς Βορίσης ταῦτα, οὐ Βασιλεὺς Ῥωμαίων εἰργασμένος ἐτύγχανε Παιονίαν τὰ δεινὰ, θυμομαχήσας ὀπίσω ἐδίωκεν. Οὐ μὴν καὶ ἐδυνήθη Βορίσῃ συμμῖξαι, ἤδη νυκτὸς ὑπὸ λαμπάσι περαιωσαμένῳ, ἃς πολλὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου Βασιλεὺς ὑπανῆψεν αὐτῷ. Ὅτε καὶ δύο τῶν ἐκ τοῦ πεζοῦ καταλόγου ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν ἔτι λειφθέντες ὄχθης, τῶν Οὔννων ἀφικομένων, τὰς τῇδε ὑπελθόντες λόχμας, καθεῖν ἴσχυσαν. Ταῦτα κατορθωκὼς Βασιλεὺς, πόλεις τε τὰς Παριστρίους ὡς ἐνῆν κρατυνάμενος, ἐνταῦθα διατριβὴν ἐποιεῖτο, σκεπτόμενος τὸν Ἴστρον τε αὖθις διαβῆναι, καὶ τῷ Ῥηγὶ συμπλακήσεσθαι, περὶ θατέραν τοῦ Ἴστρου ὄχθην ἐνστρατοπεδευομένῳ καὶ αὐτῷ. Ὅπερ ἐκεῖνος

A tum itaque inde paranti, quidam a Romanis captiuis, qui ab Hungaris euaserat, iam iam aduenturum Regem indicat. Hoc accepto nuntio, Imperator vix se se continere potuit, veritus, ne cum prior adueniret, fugientes Romanos aggredi videretur Hungarorum exercitus. Ordinata igitur acie retro cessit. Vt vero constitit non ipsum adesse Regem, sed Belosim, qui primas apud eum obtinebat (Banum vocant eiusmodi dignitatem Hungari) appropinquare cum exercitu, in eum citato impetu fertur. Verum cum nox ingrueret, equo desiliens, totus armatus, super inuerso & supino clypeo somnum cepit, idemque vt milites facerent imperauit.
B Postero autem die Belosis, aduentare Principem certior factus, cum vniuerso exercitu recessit, nescio quos haud sanæ mentis simulans prætextus. Quo enim fugæ captaret occasionem, mandatum sibi aiebat a Rege, vt ab hac regione abscederet, iterque intenderet ad Branizobam, vt inde facilius Romanos adoriretur. At Imperator, cum nec dum fugientes insequi cessaret, superato fluuio, Branizobam peruenit, ibique castra posuit. Paulo post in aliam Hungariæ partem, vbi mons est, Temises ab incolis dictus, quo vastaret adiacentes agros, mittit cum exercitu Borizem. Ex eadem ille qua Geiza familia dicebatur esse: propter autem nescio
C quam simultatem ad Ioannem Imperatorem profugerat, a quo & magnis fuerat auctus honoribus, vnamque e consanguineis obtinuerat in vxorem. Eum in locum postquam venit Borizes, maiores vicos, incolarum frequentia late extensos, omnibusque refertos bonis circumeundo depopulatur. Ad hæc cum tribus Hungaricis phalangibus consertis manibus, hostes plane fudit, qui adesse Principem putauerant, rediitque in castra præda grauis. Rex autem vbi intellexit Borisem, non Romanorum Imperatorem, hæc intulisse Hungariæ damna, totus prælium spirans a tergo insequitur. Sed enim non potuit asse-
D qui Borizem, qui sub noctem excesserat, prælucentibus facibus, quas crebras Princeps accensas submiserat e castris. Tum etiam in aduersa ripa relicti adhuc duo e pedestribus numeris, vitatis huc aduenientium Hungarorum insidiis, sospites euasere. His fortunate gestis Imperator, expugnatisque, quantum licuit, Transistrianis oppidis, ibi aliquamdiu moratus, Istrum superare rursum, & cum Rege qui in altera fluuij ripa castra habebat, prælium conserere statuit. Quod postquam ille

aduertit, veritus fortunæ exitum, & si male res cederent, ne Hungari internecione delerentur, Legatos ad petendam pacem ad Imperatorem misit, qui tandem Byzantium redux, acto triumpho, præclaras Deo gratias retulit. Sub idem tempus prima illi ex Irene Augusta nascitur, insigni pulchritudine filia, & Mariæ nomen sortita, Imperatrix renuntiata est. Hæc apud Romanos gesta.

XII. Mortuo autem Rogerio Siciliæ tyranno, Gulielmus filius Regnum excepit. Multa ille in Imperium Romanum a parente delicta esse conscius, necessum putauit ad dirimendas simultates Legatos ad Principem mittere. Venerunt ergo viri Episcopali dignitate insignes, eratque ea fere Legationis sententia: Res omnes, captiuos, quæque Rogerius ex Euboea & Thebis Helladicis, vrbeque Corynthо, sicut ante narrauimus, erepta nauibus auexerat, redditurum, quæque vellet Imperatori libentissime suppeditaturum se pollicebatur. At Princeps, reiectis Legatis, classe apparata, idoneoque in eam immisso exercitu, Constantinum cognomento Angelum, auunculum suum ducem ei præficit, datque in mandatis, vt circa Laconicam appelleret, ibique reliquam classem iam iam aduenturam opperiretur. Ille igitur Byzantio soluens, vento vsus secundo, ad Laconicæ promontorium defertur, quod vulgo ob situm Monembas iam vocant. Vt vero accepit Imperator Geizam Hungariæ Regem, præteritis irritatum calamitatibus, Transistriana oppida ex improuiso aggredi velle, præuertere hominis conatus occupat. Itaque ad Istri ripam quanta potuit celeritate reuersus, Hungaricis copiis in altera fluuij ripa considentibus se obiecit. Aliquamdiu pars vtraque a prælio cessauit, quod neutra vellet incipere: ac Romanorum præsertim, quorum naues nondum aduenerant. Sed vbi aliquot post diebus, confectas ex ea quæ occurrebat materia, nauiculas complures deduxere in flumen. Tum quæ gererentur edoctus Hungariæ Rex, veritusque, vt dixi, ne rursum belli fortuna inclinante, principatum ipsum discrimini exponeret, iterum se ad pacis conditiones contulit. Missis igitur Legatis, petiit vt decem non amplius millibus Hungarorum multatis, reliquam captiuorum multitudinem reciperet: his conditionibus amicum se quamdiu viueret Romanorum & fœderatum semper fore pollicitus. His ergo conditionibus sancita pace, Romanæ copiæ redierunt.

A μαθὼν, πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς τύχης ἀποδειλιάσας ἔκβασιν, μὴ καὶ ἐν τούτῳ δυστυχησάντων πανωλεθρία λοιπὸν τὸ Οὐννικὸν ἐκτριβῇ, ἐς βασιλέα πέμψας εἰρηναῖα διελέξατο, τοῦ λοιποῦ τε βασιλεὺς ἐς Βυζάντιον ἦλθεν· ὑπὸ θριάμβῳ τε πομπεύσας, λαμπρὰ Θεῷ τὰ χαριστήρια ἔθυσεν. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ θυγάτριον αὐτῷ πρώτως ἄρτι ἐκ τῆς Αὐγούστης ἐτέχθη Εἰρήνης, κάλλει διενεγκὸν, Μαρία τε ὠνομάσθη, καὶ βασιλὶς ἀνεβοήθη. Ῥωμαίοις μὲν ἐν τούτοις ἦσαν.

ιβʹ. Ῥογερίου δὲ τοῦ Σικελῶν τυράννου τὸ ζῆν καταστρέψαντος, Γυλιέλμος ὁ ἐκείνου παῖς τὴν ἡγεμονίαν παραλαβὼν, πολλά τε ξυνειδὼς ἐς τὴν Ῥω- B μαίων ἀρχὴν τῷ πατρὶ διημαρτημένα, δεῖν ἔγνω πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψαι, οὕτω τε τὰ διάφορα λῦσαι. Ἧκον οὖν ἄνδρες ἐπίσκοπον ἕκαστος περικείμενος ἀρχήν. Ἦν δὲ ὁ τῆς πρεσβείας νοῦς τοιόσδε. Χρήματα μὲν καὶ σώματα ὁπόσα Ῥογέριος Εὐβοίας τε καὶ Θηβῶν τῶν ἐν Ἑλλάδι, πόλεώς τε Κορίνθου, καθάπερ μοι δεδιήγηται, ναυσὶ περιαρπασάμενος ἐτύγχανε, ταῦτα δὲ πάντα ἀποδοῦναι ἀπηγγέλλετο· βασιλεῖ δὲ πάντα ὅσα βουλομένῳ ἔσται ὑπηρετήσειν, ἀσμένως ὡμολόγει. Ἀλλὰ βασιλεὺς τοὺς πρέσβεις μὲν ἀπεπέμψατο, στόλον δὲ νεῶν ἀγείρας, στρατὸν δὲ ἐμβιβάσας αὐτῷ, στρατηγοῦντι Κωνσταντίνῳ, ὃν Ἄγγελον ἐπεκάλουν, θεῖον αὐτῷ γεγονότα, ἐκέλευε περί που C τὴν Λακωνικὴν προσεσχηκότα, ἐνταῦθα καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ στόλου, ὅσον οὐδέπω ἀφιξόμενον περιμεῖναι μέρος. Ὁ μὲν οὖν ἄρας ἐκ Βυζαντίου, πνεύματός τε ἐπιφόρου τυχὼν, Ἀκρωτηρίῳ τῆς Λακωνικῆς προσέσχεν, ὃ Μονεμβασία ἐκ τῆς τόπου θέσεως πρὸς τῶν πολλῶν ὀνομάζεται. Βασιλεὺς δὲ Ἰατζᾶν τὸν Παιόνων ῥῆγα τοῖς φθάσασιν ὠδίνοντα ἐξαπιναίως τοῖς Παριστρίοις ἐπιτεθήσεσθαι πόλεσι διανοεῖσθαι μαθὼν, προφθάνειν ἠπείγετο τὴν ἐγχείρησιν. Καὶ δὴ πρὸς ταῖς τοῦ Ἴστρου καὶ πάλιν ὄχθαις ᾗ τάχους εἶχε γενόμενος, ἀντεκάθητο τῷ Οὐννικῷ, ἐπὶ θάτερα ἐνστρατοπεδευμένῳ καὶ αὐτῷ. Μέχρι μὲν οὖν τινὸς οὐδέτεροι χειρῶν ἄρχειν ἤθελον, ἄλλως τε καὶ νεῶν οὔπω Ῥωμαίοις ἐν D τῷ τέως παρουσῶν. Ἐπεὶ δὲ ἡμέραις τισὶν ὕστερον Ῥωμαῖοι ἐκ τῶν παρόντων ναυπηγησάμενοι ἀκάτια ὅτι πλεῖστα καθείλκυσαν εἰς τὸν ποταμὸν, γνοὺς τὰ πεπραγμένα τῶν Παιόνων ὁ ῥὴξ, δείσας τε, ὅπερ ἔφην, μὴ καὶ δεύτερον ἠτυχηκὼς περὶ αὐτοῦ κινδυνεύσῃ τῇ ἀρχῇ, ἐπὶ συμβάσεις καὶ πάλιν ἐχώρει. πρέσβεις τε πέμψας, ᾔτει χιλιάσιν οὐ πλέον δέκα ζημιωθὲν τὸ Οὐννικὸν, τὴν ἄλλην τῶν αἰχμαλώτων πληθὺν ἀπολαμβάνειν αὖθις. οὕτω γὰρ φίλα διὰ βίου Ῥωμαίοις φρονήσειν ἔλεγε, καὶ ἐν ὑποσπόνδοις τετάξεσθαι αἰῶνα τὸν πάντα. Ἐπὶ τούτοις οὖν τῆς εἰρήνης τελεσθείσης, ἐκεῖθεν ὁ Ῥωμαίων ἀνεζεύγνυ στρατός.

ιγʹ. Ἐν τοιούτοις μὲν τὰ κατὰ τὴν ἤπειρον εἶχε. Τὰ δὲ κατὰ θάλασσαν κακότητι στρατηγοῦ εἰς τοὐναντίον ἐτελεύτα. Ὁ γὰρ Ἄγγελος ἐκ τῆς κατ' Αἴγυπτον γῆς καὶ ποταμοῦ Νείλου τὸν Γυλιέλμου στόλον ἀνάγεσθαι μαθὼν λαφύρων πλησάμενον, ὄλβον τε τοὺς ἐντεῦθεν μέγα τι δρᾶσαι ᾠήθη. ὅθεν καὶ τὸν ἐκ Βυζαντίου λοιπὸν οὐκ ἀναμείνας στόλον, ὡς εἶχε τάχους ἀνῆγεν, ἀπαντιάσειν αὐτῷ προθυμούμενος, καίτοι πολλὰ πρὸς τοῦτο Βασιλέως ἀπολέγοντος, γράμμασί τε παρεγγυωμένου μὴ ἂν οὕτω ὀλιγανδρούσῃ δυνάμει πρὸς πολλῷ πλέονα διαγωνίσασθαι ἰσχύν. Κωλῦσαι γὰρ ἐμαρτύρετο, οὐδὲν αὐτὸν πρὸς τῶν Βαρβάρων ἁλῶναι τὸν Ἄγγελον, καὶ οὐδὲ ἄγγελον γοῦν ἐκεῖθεν ἐπανήξειν, ὃ δὴ λέγεται. B Ἀλλ' ἐκεῖνος περὶ ἐλάσσονος ταῦτα πεποιημένος, τῷ Σικελικῷ ἤδη παραφανέντι ξυνέμιξε στόλῳ. Σικελοὶ τοίνυν τὸ μὲν πρῶτον πρύμναν ἐκρούσαντο, παλίντροποί τε συντεταγμένως ἐχώρουν. Ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίους ἀταξίᾳ πολλῇ ἔχεσθαι ἔγνωσαν, τό, τε δυσαρίθμητον αὖθις τῶν νεῶν ἤδη καταφανὲς ἦν, ἄφνης ἐπιστραφέντες ἐφέροντο κατ' αὐτούς, τοῦ κατὰ πρύμναν Ῥωμαίοις ἱσταμένου πνεύματος, τύχῃ τινὶ ἐπὶ τὴν πρῴραν μεταθεμένου. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι Ῥωμαίων νῆες τοῦ Ἀγγέλου κατάρξαντος, ὃς τῷ Πρωτοστράτορι ἀδελφὸς ἦν (ὀλίγων δὲ νεῶν καὶ αὐτὸς ἦρχε) φυγῇ ἀκόσμῳ ἐχρῶντο. Κωνσταντῖνος δ' ἐν μέσοις τοῖς πολεμίοις ἀπολειφθείς, C ὑπὸ τὰς αὐτῶν ἐγεγόνει χερσί, τὸν τῆς ἀβουλίας ὀνάμενος τῆς αὐτοῦ. Τοιαῦτα καινοτομηθὲν ἐξῆκεν ἤδη τὸ ἔτος ἐκεῖνο. Βασιλεὺς δὲ νεωτερίζειν καὶ πάλιν τὸν Παιονάρχην ἀκούσας, οὐ γὰρ ἠνείχετο τηλικαῦτα παρυβρισμένος ἤδη, τῆς ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ πάλιν φερούσης ἥπτετο. τοῦ δὲ πρὸς τὴν ἐπέλευσιν ἐκπλαγέντος, ἐπὶ εἰρήνης τε καὶ αὖθις διαπρεσβευσαμένου, τότε μὲν ἐλύετο σφίσιν ὁ πόλεμος, καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ἐγέλα καλά. Ὀλίγῳ δ' ὕστερον, Ἀνδρονίκου τοῦ Βασιλέως ἐξαδέλφου τὰς αἰτίας ἐνδόντος, κατὰ Ῥωμαίων καὶ αὖθις ἐπολεμώθη. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

ιδʹ. Τότε δὲ Βασιλεὺς τοῦτον δὴ τὸν Ἀνδρόνικον ἐπὶ τὴν Κιλίκων καὶ Ἰσαύρων ἔπεμπε γῆν, Στρατηγὸν Αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου τοῦδε καταστησάμενος. Τερόζης γὰρ ἀνὴρ τύχης ἐπιφανοῦς, Ἀρμένιος γένος, D πρὸς Βασιλέως Ἰωάννου δορυάλωτος ἐκ μακροῦ γεγονώς, ὁπότε πρὸς τοῖς Ἰσαύρων ἐκεῖνος ἐστράτευεν ὄρεσι, φυγὰς ἐκ Βυζαντίου ἐπὶ Κιλικίαν ἦλθε, καὶ ἀποστασίαν ὠδινήσας, τῆς Ῥωμαίων χειρὸς ἀφιστᾶν ἐπεχείρει πόλεις τὰς τῇδε. Ἀνδρόνικον μὲν δὴ τούτου ἕνεκα Βασιλεὺς ἔπεμψε, Καίσαρα δὲ ἐφ' ᾧ Κωνστάντζᾳ τῇ Ῥαιμούνδου Πρίγκιπος ἐς γάμον συνελθεῖν γυναικί, ἐξ ἀνθρώπων ἤδη γεγενημένου τρόπῳ, ὃν αὐτὸς ἄρτι δηλώσω. Φρούριόν τι ἀγχοῦ Βερροιαίων ἱδρυμένον Ἀντιοχεῦσιν ἐς φόρου τυγχάνον ἀπα-

XIII. Sic in continenti sé se res habuere: at maritimæ, Ducis improbitate non eundem sortitæ sunt exitum. Quippe Angelus, vbi agnouit Gulielmi classem ex Ægypto & Nilo flumine prædis onustam adnauigare, opes inde ingentes paraturum se statim in animum inducit. Hinc non expectata Byzantio altera classis parte, auidus pugnæ, vela in hostem quam celerrime contrahit, licet vetante id Principe, literisque monente, ne cum tam exigua manu cum multo maioribus copiis congrederetur. Dictitabat enim nihil impedimento fore, quo minus a Barbaris caperetur Angelus, at ne vt vulgo dicitur, nuntius inde reuerteret. At ille isthæc non curans, cum obuia Siculorum classe manus conserit: Siculi primum inhibuere retro naues, & ordinate cessere. Vbi vero ferri incomposite Romanos conspexerunt, tum demum quam exigua eorum esset classis apparuit. Itaque repente conuersi eam inuadunt, vento, quem primum a puppe habuerant Romani, nescio qua fortuna mutato, & in proram spirante. Quare aliæ Romanorum naues, præeunte Angelo classis Præfecti fratre, qui paucis nauibus & ipse præerat, turpi fuga abscedunt. Constantinus in medio hostium relictus, in eorum venit potestatem, hocce temeritatis suæ relato compendio. Hæc eo anno gesta sunt. Imperator autem vt accepit rursum nouare Hungarorum Regem, cum eam ferre iniuriam nequaquam posset, iter denuo versus Istrum capessit. Sed ille audito Principis aduentu, de pace rursum per Legatos agit: solutoque tandem bello, pacis apparuit serenitas. Nec multo post, causam præbente Andronico Principis patruele, bellum iterum aduersus Romanos conciuit. Sed de eo postea.

XIV. Tum vero eumdem Andronicum in Ciliciam Isauriamque misit Imperator, reique militari summo cum Imperio præfecit. Toros quippe vir felicitatis eximiæ, gente Armenius, a Ioanne Imperatore, cum bellum in Isauriæ montibus gereret, captus quondam, Byzantio euadens, in Ciliciam venerat, & defectionem animo agitans, istius prouinciæ oppida a fide Romanorum auocare conabatur. Hac igitur de causa misit eo Andronicum Imperator: Cæsarem vero, vt quo sibi matrimonio adiungeret, Constantiam vxorem quondam Raimundi Principis, qui eo quem referam modo vitam finierat. Haud procul Berrhœæa adiacet castrum, quo ad conuehenda tributa vtebantur Antio-

cheni. Postquam qui istic circumhabitant Barbari, rerum illud necessariarum inopia laborare intellexerunt, obsidione cinxere. Quibus intellectis Raimundus, vir si quisquam alius in rebus militaribus impiger, summa celeritate, cum iis, quæ tum aderant, copiis in castrum venit. Recedentibus hostibus, conuecto in arcem commeatu, inde digreditur. Cum vero iam aduesperasceret, vlterius quidem procedendum censebat, quod minus idoneus esset locus, in quo considere tuto posset. At itineris laboribus sui iam fatigati, ponenda ibi castra contendebant, monstrabantque locum maxima ex parte paludibus obductum, cæteris in colles & tumulos, qui crebri istic eminent, assurgentibus. At ille rursum factus obstinatior, *Vereor, inquit, ne inde* (ostenso colle,) *inuadentibus noctu hostibus, exitus nobis intercludatur, atque instar ouium stabulo inclusarum pereamus, nulla ad defensionem via.* At eorum quidam qui aderant acerbius virum allocutus, Metus hæc esse ait, non prudentiæ. Ad quæ commotus animo Raimundus: *Noui*, inquit, *Generosissime, si digrediamur inde, nunquam te id nobis obiicere cessaturum. Hic igitur & nos, quandoquidem sic placet tibi, castra locabimus. Tu vero vide ne, tum istius generositatis specimen factis ipsis edere non valeas, quam modo cum necessitas adest nulla, tantopere ostentas, quando ab iis, quos indicaui locis, hostium exercitus irrumpens nos grauiter afficiet.* His dictis, Raimundus locum subit, vbi perpetuo concludi eum fata decreuerant. Persæ autem multa iam nocte, vnde dictum est, ipsos aggressi, equos hominesque cecidere, cum neque tueri se, neque alio quouis modo euadere possent. Ioannes ergo Cæsar eum in finem, quemadmodum retuli, Antiochiam profectus, cum, vt pote iam ætate prouectus, Constantiæ haud placuisset, rebus, quarum causa venerat, infectis, Byzantium rediit; ægraque vsus valetudine, tonsa post morbum coma, monachicum habitum induit.

XV. Cum in Ciliciam peruenisset Andronicus, Toroso Mopsuestiæ agente, totis viribus vrbem oppugnare aggreditur. Et forte egisset aliquid viro dignum, defectoremque cepisset nullo negotio, nisi inertiæ se & ludicris scenicis totum dedisset. Atque inde res Romanæ pessum iere. Toros enim, vbi Andronici agnouit mollitiem, eumque luxui, cum minime oporteret, indulgere aduertit, noctem obseruans illunem, qua immensa vis imbrium decidebat, compluribus Mopsuestiæ aditi-

A γωνίαν, οἱ τῇδε περικαθήμενοι Βάρβαροι, ἐπεὶ τῶν ἀναγκαίων ἀποσπανίζειν αὐτὸ ἐγνώσθη, πολιορκίᾳ τε παραστήσασθαι ἐπεχείρουν. Ῥαϊμοῦνδος τοίνυν ἑτοιμότατος, εἴπερ τις, εἰς τὰ πολέμια γεγονὼς πράγματα, τούτων ἀκούσας, σπουδῇ πολλῇ σὺν τῷ ἀμφ' αὐτὸν στρατεύματι ἐπὶ τὸ Φρούριον ἦλθεν.. Οὐχ' ὑπομεινάντων δὲ τῶν πολεμίων, τὰ ἐπιτήδεια τῷ Φρουρίῳ ἐσκομίσας, ἐκεῖθεν ἀνεζεύγνυ. Ἐπειδή τε ἀμφὶ δείλην ὀψίαν ἤδη ἦν, τῷ μὲν προσωτέρω ἔτι ἀπιέναι ἐδόκει, ἅτε χώρου ὄντος περαιτέρω μηδαμῇ, ἐφ' ᾧ καταλύειν αὖθις ἀσφαλὲς ἦν. Τοῖς μέντοι περὶ αὐτὸν καμάτῳ τῷ ἐκ τῆς ὁδοιπορείας πεπονηκόσιν ἤδη, αὐτοῦ που σκηνοῦν ἤρεσκεν. χῶρόν τε οἱ ὑπεδείκνυ-
B σαν, μέρει μὲν τῷ πλείστῳ τέλμασι περιειλημμένον, τῷ δ' ἄλλῳ βουνοῖς εἰργασμένῳ καὶ ἀκρολοφίαις, αἳ τῇδε αἴρονται. Ἀλλ' ὁ μὲν αὖθις ἰσχυρογνώμων ἦν, καὶ δεδιέναι ἔλεγε, μὴ ἐντεῦθεν, τὸν λόφον δεικνὺς, νύκτωρ τῶν πολεμίων ἐπιθεμένων, ἀδιεξίτητα ἡμῖν ἔσται, καὶ τὸ λοιπὸν ἅτε ἄρνες ἔνδον ἐνσηκασθέντες θνήσκοιμεν, οὐδὲν ἀμύνεσθαι ἱκανοί. Ἀλλὰ τῶν σὺν αὐτῷ τις ἰταμοὺς ἐς τὸν ἄνδρα ἀπερρίπτει λόγους, καὶ δειλίας ταῦτα, οὐ μέντοι προμηθείας ἔλεγεν εἶναι. πρὸς ταῦτα θυμῷ Ῥαϊμοῦνδος ὑποβληθεὶς, Οἶδα, εἶπεν, ὦ βέλτιστε, ὡς εἴγε ἐντεῦθεν παρέλθοιμεν, οὐ μήποτε ταῦτα ἐπεγκαλῶν ἡμῖν παύσαιο· ταύτῃ καὶ ἡμεῖς μὲν, ἐπεί σοι δοκεῖ, ἐνταῦθα σκηνώσομεν. σὺ δὲ
C ὅρα, μὴ οὐκ ἐπὶ τῶν ἔργων δείκνυσαι, ἣν ἄρτι οὐδὲν δέον ἐπηγγείλω γενναιότητα, ἱκανὸς ἔσῃ ἡμῖν, πηνίκα πολεμίων στρατὸς, ὅθεν αὐτὸς ἔφην, ἡμῖν εἰσπεσὼν δεινὰ ἐργάζεται. Ῥαϊμοῦνδος μὲν τοσαῦτα εἰπὼν, εἴσω τοῦ χώρου ἐγένετο, ἔνθα καθείρξεσθαι διηνεκὲς αὐτῷ ἔκειτο. Πέρσαι δὲ ἐπεὶ πόρρω τῶν νυκτῶν ἦν ἤδη, ὅθεν εἴρηται αὐτοῖς ἐπιθέμενοι, ἵππους τε καὶ αὐτοὺς ἔκτειναν, οὐδὲν οὔτε ἀμύνεσθαι οὔτε ἄλλως σώζεσθαι δεδυνημένους. Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, Ἰωάννης μὲν Καῖσαρ ἐπὶ τοιούτοις εἰς Ἀντιόχειαν ᾔει· ὧν δὲ ἕνεκα ἦλθε δράσας οὐδὲν (ἅτε γὰρ ἔξωρον ὄντα, οὐ σὺν ἡδονῇ Κωνστάντζα εἶδεν,) ἐπὶ Βυζάντιον ἀνεχώρει· νόσου τε ἐνσκηψάσης αὐτῷ, ἐκείρατό τε τὴν κόμην καὶ μέλαινα ἠμφίεσο.

D ιέ. Ἀνδρόνικος δὲ ἐπεὶ τῆς Κιλίκων εἴσω ἐγένετο γῆς, Τερόζου ἐπὶ Μοψουεστίας διατριβὴν ποιουμένου, πανστρατὶ εἰς πολιορκίαν καθίστατο. Καὶ τάχα ἂν ἐξέδρασέ τι καὶ γενναῖον, καὶ τὸν ἀποστάτην ἐν χερσὶ κατὰ πολλὴν ἐποιήσατο εὐπέτειαν, εἰ μὴ ῥαστώναις καὶ παιδιαῖς ἑαυτὸν ταῖς ἐπὶ σκηνῆς ἐδεδώκει. οὕτω τε τὰ Ῥωμαίων ἔσφηλε πράγματα. Τερόζης γὰρ ἐπεὶ τὴν Ἀνδρονίκου ἔγνω μαλακίαν, καὶ τῆς οὐδὲν δέον ἐπικαθιζούσης αὐτῷ ξυνῆκεν ἀσελγείας, νύκτα τηρήσας ἀσέληνον, καθ' ἣν ὑετίζειν ἔτυχεν ἄσχετα, πολλὰ τοῦ Μοψουεστίας τείχους διαλύσας

μέρη, ἀθρόον τε τὸ σὺν αὐτῷ ἅπαν ἐξαγαγὼν πλῆθος, προσέβαλέ τε Ῥωμαίοις μηδὲν προειδόσι, καὶ κατὰ κράτος ἔτρεψεν. Ἀνδρόνικος δὲ ὀψὲ τοῦ καιροῦ συναισθόμενος (ἐτύγχανε γάρ, καθάπερ ἔφην, ὀλιγωρίᾳ πολλῇ τινι κεχρημένος) ἵππου τε ἀνέβη, καὶ σὺν τῷ δόρατι ἀπελαύνων, ἔργα μὲν χειρὸς ἀπεδείξατο θαυμαστά. ὡς γὰρ πολλάκις ἔφην, τῷ τῆς γενναιότητος λόγων οὐδενὶ τῶν μεγάλων ὑπεχώρει. δρᾶσαι ὅμως δεδυνημένος οὐδέν, μόγις διαφυγὼν εἰς Ἀντιόχειαν ἦλθεν. Ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ καὶ Θεόδωρος ὁ Κοντοστέφανος ἐς τὸ τῶν Σεβαστῶν ἀξίωμα ἥκων, τὸν ἵππον τοξεύματι ἀποβαλών, ὑπό του τῶν Ῥωμαίοις μισθαρνούντων τὴν κεφαλὴν ἀπερράχθη, κατὰ ἔχθος τὸ πρὸς αὐτόν. B Λέγεται γὰρ ὡς ἐτύγχανε πολλῷ πρότερον ὁ Θεόδωρος τὸν κακοδαίμονα τοῦτον τῆς Βασιλείου ἐπὶ κακῷ τῷ αὐτοῦ διωσάμενος αὐλῆς. Ἃ μὲν ἐπὶ Κιλικίας κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο, τοιάδε τινὰ ἦσαν.

ιϛ'. Ἀνδρόνικος δὲ ἐξ Ἀντιόχου πόλεως ἐπὶ Βυζάντιον ἰών, ἐν Βασιλείοις καὶ πάλιν οὐδὲν ἧττον ἀπόβλεπτος ἦν, παρρησίας τε παρὰ δόξαν ἀπέλαυε τῆς προτέρας. Ἔλεγε δὲ ὅτι λάθρα τοῦτον παραλαβὼν Βασιλεύς, πικρότατα ἐλοιδορήσατο, ὀλιγωρίαν τε περὶ τὰ στρατιωτικὰ τῷ ἀνθρώπῳ ἐπικαλῶν, καὶ τὰς παρακαιρίους αὐτῷ προσονειδίζων ἀνέσεις· ἔν γε μὴν τῷ ἐμφανεῖ λαμπρῶς αὐτὸν ἐδωρεῖτο, καὶ ὑπὲρ C τοὺς ἄλλους ἐτίμα. Ἀμέλει καὶ τότε Ναισσοῦ τε καὶ Βρανιτζόβης προκεχείριστο Δοῦκα. προσέτι καὶ Καστορίαν αὐτῷ ἔδωκεν. Ἀλλ' ἐκεῖνος εἰ μὲν καὶ ἀρχῆθεν ἀποστασίαν ὤδινε, καὶ ταύτην παρ' ἑαυτῷ τὴν ἐπιθυμίαν εἶχεν, οὐκ ἔχω ἰσχυρίσασθαι. Ἐξ ὅτου γε μὴν τὸ δυσμενὲς αὐτοῦ κατεφάνη, ἐντεῦθεν ἑλὼν διηγήσομαι. Βασιλεῖ Μανουήλ, ἄρτι τὴν βασιλείαν παραλαβόντι, ἐπιμελὲς ἐγένετο μάλιστα, ὅπως ἂν Ῥωμαῖοι ἐπὶ τὸ βέλτιον τοῦ λοιποῦ τὴν ὅπλισιν μεταβάλοιεν. Ὅθεν καὶ ἀσπίσι κυκλοτερέσι φράγνυσθαι εἰθισμένον αὐτοῖς πρότερον, φαρετροφορεῖν τε τὰ πλεῖστα, καὶ τόξοις τὰς μάχας διαφέρειν· ὁ δὲ ταύτας μὲν ποδήρεις προβεβλῆσθαι αὐτοὺς ἐδιδάξατο, δόρατα δὲ κραδαίνειν μακρά, καὶ ἱπποσύνῃ δεξιώτατα χρῆσθαι ἠσκήσατο. D Τὰς γὰρ ἐκ τῶν πολεμίων ἀνέσεις, πολέμων αὐτὸς ποιεῖσθαι θέλων παρασκευάς, ἱππεύεσθαι εἰώθει τὰ πολλά, σχῆμα τε πολέμου πεποιημένος, παρατάξεις τινὰς ἀντιμετώπους ἀλλήλαις ἵστα. οὕτω τε δόρασιν ἐπελαύνων τοῖς αὐτοξύλοις, κίνησιν ἐγυμνάζετο τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις. Τοίνυν καὶ ἐν βραχεῖ Ῥωμαῖος ἀνὴρ τὴν Γερμανῶν καὶ Ἰταλῶν ὑπερῆρεν αἰχμήν. Οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὸς Βασιλεὺς τῶν ἀγώνων τούτων ἀπῆν, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις ἐτάττετο, δόρυ κραδαίνων μήκει καὶ μεγέθει, οὐδενὶ ξυμβλητόν. Πρὸς γὰρ τοῖς εἰρημένοις καὶ ὑπερφυές τι χρῆ-

bus reseratis, atque omni secum educta multitudine, Romanos inopinatos adoritur, fundit, fugatque. Hæc postquam serius Andronico comperta sunt, (quippe, vt diximus luxui & ignauiæ tum operam dabat) insilit in equum, arreptaque hasta, in ordines inuectus, admiranda manu facinora edidit. Vt enim non semel innuimus, animi generositate nemini inferior fuit: At cum exequi nihil posset, vix euitato discrimine Antiochiam venit. Eo in prælio & Theodorus Contostephanus, qui ad Sebastorum dignitatem prouectus fuerat, equo sagitta transfixo, ab aliquo eorum qui stipendia Romanis merebant, & quo cum simultas intercedebat, capite truncatur. Fertur enim diu ante Theodorus miserum illum ex Palatio eiecisse, quod in ipsius perniciem postmodum cessit. Quæ in Cilicia gesta sunt, eiusmodi finem habuere.

XVI. Andronicus Byzantium Antiochia reuersus, nihilo minore loco & honore habitus, pristinæ præter opinionem consuetudinis libertate potitus est. Sed Imperatorem aiunt clam assumptum acerbissime perstrinxisse, negligentiam in rebus bellicis, & intempestiuas obiecisse illi relaxationes. Propalam autem eum splendidis donabat muneribus, ac præ cæteris honorabat. Denique & Næssi & Branizobæ Ducem constituit, ac Castoriam insuper concessit. Sed an primitus ille defectionem mente conceperit, continueritque intra se eiusmodi cogitationem, non ausim plane affirmare. Ex quo autem praua illius apparuerit voluntas, facto inde initio expediam. Manueli statim atque Imperium accepit, curæ cum maxime fuit, vt quam optime ornateque deinceps Romani armarentur. Atque cum insueuissent primum clypeis muniri rotundis, pharetras vt plurimum deferre, sagitisque prælia conficere: ille scuta oblonga protendere eos docuit, & longas vibrare hastas: præsertim vero in equitandi dexteritate, arteque exercuit. Quippe cum cessationes ab hostibus, bellorum fieri vellet præludia, in equo sedere sæpius solebat, inque belli aut prælij speciem, acies quasdam sibi inuicem obuersas locabat. Ita dum hastis instructi ligneis equitabant, assuescebant moueri in armis. Sic breui spatio Germanorum Italorumque fortitudinem longe superauit miles Romanus. Neque ipse ab eiusmodi certaminibus abstinebat Imperator, sed aderat inter primos, hastam vibrans longitudine ac magnitudine nulli comparandam. Ad hæc appendebatur vexillum, res pror-

sus admiratione digna, quod quia in octo distinctum erat partes, Octopes solet appellari. Raimundum illum aiunt id ipsum admiratum, virum scilicet cum celeberrimo conferendum Hercule, cum Byzantium aliquando venisset, remque non sine fuco aliquo in vulgus spargi persuasum haberet, accessisse ad Imperatorem, hastamque poposcisse & clypeum: iis vero acceptis, agnitoque eo quod reuera erat, tum demum causam, quæ ad id expetendum impulisset cum stupore esse confessum.

XVII. Id itaque certaminis ad Heracleam Mysorum edente Principe, forte accidit, vt Ioannes Andronici Sebastocratoris filius, elegans admodum & formosus adolescens, ictu aduerso hastæ cuiusdam Italicæ alterum oculum amiserit. Quem casum vt solatio leuaret Imperator, ad Protouestiarij primum, mox ad Protosebasti dignitatem illum euexit. Eam rem ferunt grauiter affecisse Andronicum. Ex eo igitur tempore nescio quid clam fouens animo, dolosque semper agitans, cum in Cilicia bellum proxime gereret, Palæstinæ Regem & Persarum Sultanum in suas traxit partes: Ducatumque adeptus Næssi & Branizobæ, vt modo dictum est, per literas Hungarorum Regi pollicitus est, si ad inuadendam tyrannidem sibi adesse vellet, tum demum cum Imperium esset adeptus, Branizobam & Næssum continuo se ei cessurum. Sed veritus ne, si hæc vulgarentur, reum se proderet, alio deflexit. Igitur significauit Principi iam sibi quosdam e magnatibus Hungaricis conciliasse, istiusmodi circumuentos dolo, in sua potestate haud difficulter se se habiturum. Sed enim iam antea fraudem perceperat Imperator ex literis ad se delatis Andronici, quibus supra dicta cum Rege Hungarico depactus fuerat. Cum autem conuincere eum vellet manifestius, vt ea quæ cœperat, conficeret, illius prorsus permisit arbitrio. Ille itaque omnem suspicionis occasionem sublatam ratus, confidenter ad Hungaros & ad Alemannorum Regem missa Legatione, vt auxilium in tempore ferrent, sollicitauit. His perfide & nequiter actis, Byzantium venit Andronicus, fœdere, vti apparebat, Romanos inter & Hungaros iam sancito. Imperator vero, nescio an ex quadam in eum propensione, cum mirum in modum hominem diligeret, vt pote æqualem, secumque a puero enutritum ac institutum, inque cursu, luctationibus, omnique denique certaminum genere socium, an quidpiam cogitaret

μα ἐξῆπτο σημαίας, τὴν ἅτε μέρεσι διῃρημένην ὀκτώ, Οκτώποδα καλεῖν ἔθος ἐστί. ὃ δὴ καὶ Ραιμούνδον φασὶν ἐκεῖνον θαυμάσαντα, ἄνδρα κατὰ τοὺς θρυλλουμένους Ἡρακλεῖς, ὁπηνίκα ἐς Βυζάντιον ἦλθε, τέχνην τέ τινα τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίσας, καὶ προσιόντα βασιλεῖ, αὐτό τε τὸ δόρυ καὶ τὴν ἀσπίδα αἰτῆσαι· λαβόντα τε ἐπειδὴ τ' ἀληθὲς ἔγνω, σὺν ἐκπλήξει τὸν σκοπὸν αἰνεῖν.

ιζ. Τοῦτον δὴ τὸν ἀγῶνα πρὸς Ἡρακλείᾳ ποτὲ τῇ Μυσῶν γυμναζομένου βασιλέως, τετύχηκε τὸν Ἀνδρονίκου τοῦ Σεβαστοκράτορος παῖδα Ἰωάννην, περικαλλῆ τὸν νεανίαν καὶ ἀγαλματίαν, ἀντίκρυς Ἰταλικοῦ τινὸς δόρατος προσβολῇ θάτερον πηρωθῆναι τοῖν ὀφθαλμοῖν. ὅθεν καὶ παραμυθεῖσθαι αὐτῷ τὸ δυστύχημα θέλων, Πρωτοβεστιάρχην τε προὐβέβλητο, καὶ ἐς τὸ τῶν Πρωτοσεβαστῶν ἀνεβίβασεν ἀξίωμα. Τοῦτο φασὶ μεγάλα τῆς Ἀνδρονίκου καθίκετο ψυχῆς. ὠδίνων τοίνυν ἐξ ἐκείνου καὶ δολῶδές ἀεὶ ἐπινοῶν, ὁπότε μὲν προσεχῶς ἐπὶ τῆς Κιλίκων ἐστράτευε γῆς, Ῥῆγά τε τὸν Παλαιστίνης καὶ τὸν Περσῶν ὑπεποιεῖτο Σουλτάν· καὶ Ναισοῦ καὶ Βρανιτζόβης, ὥσπερ εἴρηται, ἀρχὴν πιστευθεὶς, γράμμασι τῷ Παιόνων ὑπισχνεῖτο Ῥηγὶ, εἴγε βουλομένῳ ἐπιθέσθαι τυραννίδι συλλήψοι τὸ τῆς ἐγχειρήσεως αὐτῷ, ἐπειδὰν τοῦ ἐφετοῦ τύχῃ, Βρανιτζόβης τε αὐτῷ καὶ Ναισοῦ ὑπεκστήσεσθαι πόλεως. Ὅπως μέντοι μὴ ἔκπυστα ταῦτα γεγονότα, ὑπαίτιον αὐτὸν τοῦ λοιποῦ καταστήσωνται, ἔγνω ἑτέραν τραπέσθαι. Ἐδήλου τοίνυν βασιλεῖ βούλεσθαι τῶν κατὰ Παιονίαν τινὰς δυναστῶν, φιλίως αὐτῷ προσφέρεσθαι ἀρξαμένους, δόλῳ ὑπελθὼν ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ ῥᾳδίως θεῖναι παλάμην. Βασιλεὺς δὲ ξυνίει μὲν τοῦ δόλου· ἔφθη γὰρ ἤδη καὶ εἰς χεῖρας αὐτῷ τὰ γράμματα ἐλθεῖν, δι' ὧν Ἀνδρόνικος τῷ Παιονάρχῃ τὰ προειρημένα ἐτύγχανε διωμολογηκώς. ἐξελέγχειν δὲ θέλων αὐτὸν, ἐφίησι ποιεῖν κατὰ ταῦτα, μηδὲν ὑποστελλομένῳ. Ὁ δὲ πάντα αὐτῷ τοῦ λοιποῦ περιῃρῆσθαι τρόπον ὑποψίας οἰηθεὶς, ἀδεῶς ἔς τε Οὔννους καὶ τὸν Ἀλαμανῶν διεπρεσβεύετο Ῥῆγα, πρὸς ἐπικουρίαν ἐν καιρῷ καὶ αὐτὸν ἐπισπώμενος. Ταῦτα Ἀνδρόνικος ἐσκαιωρηκὼς, ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθε, τὰς μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Οὔννων σπονδὰς ἤδη τῷ φαινομένῳ τετελεκώς. Βασιλεὺς δὲ οὐκ οἶδα εἴτε κηδόμενος τοῦ ἀνθρώπου (ὑπερφυῶς γὰρ ἐφίλει τοῦτον, ἅτε καὶ ἡλικιώτην αὐτῷ γεγονότα, τροφῆς τε αὐτῷ μεταλαχόντα καὶ παιδείας τῆς αὐτῆς, ἀμέλει καὶ δρόμοις τε αὐτῷ, καὶ πάλαις καὶ ἀγῶσιν ὅλοις συγγυμνασάμενον πολλοῖς) εἴτε καὶ ἄλλο τι ἐννοούμενος,

A μένος, τότε μὲν καὶ ἔτι ἠνείχετο κακουργοῦντος. Ἐπεὶ δέ ποτε καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ ἐγένετο τῇ Μυσῶν, ἣν Πελαγονίαν τινὶ γλώττῃ κατακολουθοῦντες Ῥωμαῖοι νῦν ὀνομάζουσιν, ἐξῆλθε μὲν πρὸς θήραν ὁ Βασιλεὺς ἔννυχος, ὥσπερ εἰώθει τὰ πολλὰ κοιτασόμενος. Ἡ γὰρ τοῦ σώματος αὐτῷ γενναιότης καὶ πρὸς ἄρκτοις ἐξῆγε, καὶ πρὸς τοὺς ἀγρίους ἀνθώπλισε τῶν συῶν, πεζῇ τὰ πλεῖστα σὺν ἀκοντίῳ ξυμπλεκόμενον. Ἐλέγετο δὲ ὡς καὶ τεθωρακίσθαι τὰ πρῶτα, καὶ σχεδόν τι ἑκάστοτε πρὸς τοῖς ὅπλοις εἶναι, τὰς, ὡς ἔφερε, τοῦ Σεβαστοκράτορος Ἰσαακίου, καὶ τοῦ μεγάλου Στρατάρχου φυλαττόμενος ἐπιβουλάς, κἂν οὗτος οὐδὲν ἄλλο αὐτὸν μέχρι τέλους ἔδρασεν ἄχαρι, ὅτι μὴ τὰς βασιλείους ἀφείλετο σφραγῖδας, δι' ὧν ἀποσημαί- B νεσθαι τὰς δωρεὰς Βασιλεὺς εἴωθεν. Οὐ μὴν ἀπροφασίστως καὶ ταύτας, ἀλλ' ἀπ' αἰτίας ἧς αὐτὸς ἐρῶν ἔρχομαι. Διατρίβοντι ἐν Μελαγγείοις τῷ Βασιλεῖ περί τινα χῶρον, ᾧ Μεταβολὴ ὄνομα, λόγοι περιεφέροντο ἐπὶ ἀρίστου. ἔνθα τῶν ἄλλων καθάπαξ ἁπάντων τὰ Βασιλέως ἐξαιρόντων ἔργα, ὁ Ἰωάννης τὰ τοῦ Πατρὸς μᾶλλον ὑπερῆγε, καὶ ὑπερετίθει πολλῷ. Ὁ μὲν οὖν Βασιλεὺς ἔστεργε τοῖς λεγομένοις, καὶ ἠγάπα τοῦ Πατρὸς ἐλαττούμενος. ὡς δ' ἐπαχθεὶς τοῖς ἄλλοις Ἰωάννης εἶναι ἐδόκει, ὁ δὲ οὐ μέχρι τούτου τὸν λόγον ἵστησιν. ἔδοξε γὰρ ἂν ἐπίδειξιν πίστεως τῆς πρὸς τὸν οἰχόμενον Αὐτοκράτορα ταῦτα προφέρειν, ὅπερ οἶμαι πολλοὶ τῶν ἀν- C θρώπων ποιεῖν ἴσασιν. Αἱ γὰρ πρὸς τοὺς μηκέτι ὄντας εὔνοιαι, ἔλεγχοι τοῖς περιοῦσιν εὐγνωμοσύνης τῆς εἰς αὐτοὺς γίνονται. ὁ μὲν οὖν πρὸς τούτοις καὶ δριμύτερον ἤπλετο, καὶ ἠγνωμόνει τῷ υἱῷ. Ὅτε δὴ στάσεως ἀναφθείσης, Ἀνδρόνικος μὲν οὗτος θυμοδακῆ τινα ἐς τὸν Σεβαστοκράτορα ἐπιρρίψας, παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ ξίφει πρὸς αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφῃρῆσθαι, εἰ μὴ Βασιλεύς τε αὐτοῦ τὴν χεῖρα ὑπερέσχε, καὶ Ἰωάννης ὁ Δούκας, ὃς καὶ αὐτὸς ἐξάδελφος τῷ Βασιλεῖ ἦν, τὴν μάστιγα, ᾗ τοὺς ἵππους ἐπείγειν εἰθίσται, τῷ ξίφει καταφερομένῳ ὑποθείς, ἀμβλεῖαν ἐπὶ τὴν Ἀνδρονίκου γνάθον ἐνεχθῆναι ἐποίησε τὴν φο- D ράν. Ὁ μὲν οὖν τοῦτον ἐρρύσθη τὸν τρόπον. Βασιλεὺς δὲ τὴν χεῖρα, καθάπερ ἔφην, τοῦ Ἀνδρονίκου ὑπερσχὼν, ἐπλήγη, οὐ μέντοι καιρίαν, ἀλλ' ὅσον ὀλίγον τὴν σάρκα διαστῆναι, ἧς τὴν οὐλὴν διὰ βίου ἐπὶ καρποῦ ἔφερεν. Ἡ μὲν οὖν τούτου φιλονεικία ἐπὶ τοσοῦτον προελθοῦσα, κατεσιγάσθη. Βασιλεὺς δὲ Ἰσαάκιον μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐποιήσατο, ἡμερῶν τινῶν ἄχρι. Ἰωάννην δὲ κρίσει παραδοὺς, δίκην αὐτῷ τὴν εἰρημένην ἐπετίθει, πολλῷ τῆς ἐκ τῶν νόμων ἐλάσσω. Ἀλλ' ἐπανακτέον τὸν λόγον ἐπὶ τὰ πρότερα.

aliud, etiam tunc facinorosum tolerauit. Cum aliquando Heracleæ in Myſia verſaretur, quam, neſcio quo idiomate, Pelagoniam nunc Romani vocant, noctu Imperator venatum exiit, hanc, vti ſolebat plerumque, ibi traducturus. Ea quippe erat corporis præſtantia & animi indole, vt & vrſos inſectaretur, inueheretur que in apros, & pedibus vt plurimum cum iiſdem iaculo concurreret. Induiſſe autem loricam tum primum aiunt, ac fere ſemper in armis fuiſſe, quo Iſaacij Sebaſtocratoris, & ſummi exercituum Ducis vitaret inſidias: & ſi nihil ad extremum in eum quidquam aliud ſtatuerit grauius, quam quod ſigilla, quibus largitiones obſignare Imperatores ſolent, abſtulerit. Neque id tamen egit nulla ratione, ſed ob cauſam quam nunc commemorare aggredior. Cum Princeps in Melangiis moraretur, ad locum cui Metabole nomen, quæſitum eſt quiſnam animo, ac virtute Imperatoria præcelleret; vbi omnibus res a Principe geſtas vno ore prædicantibus, Ioannes præclara a Manuelis Parente peracta facinora longe extulit, prætulitque. Haud ægre quæ dicebantur accepit Imperator, nec ſibi Patrem præferri moleſte tulit. Etſi vero aliis Ioannes iam videretur importunus, noluit tamen loquentem interpellare, cum ea (quod plerique facere ſolent) velut fidei ſuæ in demortuum Imperatorem argumentum protuliſſe viſus eſſet. Beneuolentia ſiquidem qua defunctos proſequimur, pignus eſt iis qui ſuperſtites ſunt, noſtræ in ipſos gratitudinis. Sed cum in Manuelem acerbius ille, & ingrate ſatis magis ac magis commoueretur, orta inde contentione, Andronicus iſte in Sebaſtocratorem infeſto animo inuectus, gladio caput illius fere obtruncaſſet, niſi Imperator interpoſuiſſet manum: & Ioannes Ducas, qui & ipſe patruelis erat Principis, flagellum, quo concitari ſolent equi, imminenti ſupponens gladio, ictum debilem fractumque auertiſſet in maxillam Andronici. Ita quidem periculum vitauit ille: At Imperator, qui manum, vt dixi, ſupra Andronicum protenderat, vulnus accepit, non lethale quidem, ſed quo paululum diſſecta fuerit caro, cuius, quamdiu vixit, cicatricem in carpo tulit. Ita acrior iſta contentio conquieuit. Princeps vero aliquamdiu Iſaacium a conſpectu remouit: Ioannem vero eo ipſo incuſatum ſupradicta multauit pœna, ſed longe quam decernunt Leges, mitiore. Verum ad ſuperiora redeamus.

XVIII. Postquam Andronicus nocturnæ venationi operam dare Principem intellexit, ex Isauris, qui aduersus quemlibet cum ipso se militaturos fidem dederant, delectos armat, assumptoque equo pernicissimo, ad locum cum iis venit. Illis autem longius in sylua locatis, traditoque iis equo, ipse mulo insidens, ad tabernaculum succedit Imperatoris. Ibi tum tacite desilit, & pugionem dextra vibrans, lento progreditur gradu: neve deprehenderetur ab aliquo, Italicum pro consueto sagum induerat. Mox vero vt se agnitum vidit (quippe iam gladios strinxerant qui dormientem Principem circumstabant, atque in his Ioannes ipsius ex fratre nepos, qui primus, vt aiunt, Andronicum aduerterat) vt, inquam, id vidit Andronicus, continuo in genua flexus, exonerare se aluum simulauit, indeque sensim retrocedens abiit. Ita conatus illi consiliaque Andronici euanuere. Breui interiecto tempore cum maiore Isaurorum manu ad Imperatorem nocte proficiscitur. Quod vbi nuntiatum est Augustæ ab Alexio Imperatorij stabuli Præfecto (Protostratorem id muneris vocant Romani) quidam extemplo in primis expeditus eas insidias Principi indicaturus, mittitur: moxque Isach, vir qui a Barbaris ducebat genus, cæteroquin fidus cum maxime Imperatori, cum trecentis armatis ad eum pariter proficiscitur. Sed priusquam ad locum Isach perueniret, re percepta Imperator, trementibus aliis & metu consternatis: (forte enim sic casus tulerat, vt mulis plerique veherentur) ipse a via recta quæ ad castra & Imperatorium tabernaculum tendebat, deflectendum censuit; insolita autem & minus trita illa, quam ostendebat manu, neque lato agmine, sed singulatim, spatio intermisso, incedendum. *Ita enim pabulatores*, inquit, *videbimur, qui ad ea tendunt quæ conspiciuntur tentoria.* Sic intrepide ad tabernaculum perrexit Princeps. At Ioannem, cuius mox memini, cum obuius aper dentibus laceraret, vt id rescíuit, continuo ad eum conuersus reuertitur, peractisque iis quæ necessaria erant, tandem excedit. Tanta autem animi magnitudine rem istam accepit, vt ne ipso quidem vultu quidquam Andronico fuerit testatus. At ille quasi nihil eorum, quæ acciderant, sibi conscius, equum, de quo mox egimus, sedulo curat, multa interim propalam aduersus Ioannem proferens, ac mente voluens. Vnde rogante aliquando Principe, quid hæc sibi vellet equi affectata

A ιη'. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἀνδρόνικος νυκτέρῳ κυνηγεσίῳ Βασιλέα διατρίβοντα ἔγνω, ἱκανοὺς Ἰσαύρων τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλισάμενος, οἵπερ ὡς κατὰ παντὸς αὐτῷ ξυνασπίσωσι, πίστεις ἔδοσαν φθάσαντες, ἵππον τε αὐτοῦ τὸν δρομικώτατον ἐπαγόμενος, σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τὸν τόπον ἦλθεν. ἀλλ' αὐτοὺς μὲν ἀπωτέρω ἐπὶ λόχμης τὸν ἵππον καθέξοντας ἔστησεν, ὁ δὲ ξὺν ἡμιόνῳ ἐγγὺς τῆς Βασιλέως ἦλθε σκηνῆς· ἀποβὰς δὲ ἡσυχῇ, ἐπορεύετο βάδην, ἐγχειρίδιον ἐπισείων τῇ δεξιᾷ. ὅπως γε μὴν μηδενὶ φωραθείη, Ἰταλὴν ἀντὶ τῆς ἐξ ἔθους ὑπέδυ στολήν. ὡς δὲ ἔγνω καταφανὴς γεγονὼς (ἤδη γὰρ καὶ ξίφη περιεγύμνουν, οἱ τὸν Βασιλέα ὑπνοῦντα περιεστῶτες, ἐν οἷς καὶ Ἰωάννης B ἦν ὁ Βασιλέως ἀδελφιδοῦς, πρῶτος φασὶ τὸν Ἀνδρόνικον ἐπιόντα εἰδώς) ὡς οὖν ἔγνω ταῦτα ὁ Ἀνδρόνικος, ἐπὶ γόνυ κλιθεὶς, τὸν τῆς γαστρὸς δῆθεν ἀποκρίνειν προσεποιεῖτο σκυβαλισμόν. Οὕτω τε κατὰ βραχὺ ὑποποδίσας, ᾤχετο ἀπιών. Καὶ τὰ μὲν τῆς ἐπιβουλῆς ἐκείνης ἐνταῦθα ἔληγεν. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον σὺν πλείοσιν Ἰσαύρων ἐξῄει νύκτωρ ἐπὶ Βασιλέα στελλόμενος· οὗπερ ἀγγελθέντος τῇ Βασιλίδι πρὸς Ἀλεξίου, ὃς τοῖς Βασιλικοῖς τηνικαῦτα ἱπποκομίαν ἐφεστὼς ἦν (Πρωτοστράτορα τοῦτο καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ λειτούργημα) ἐν μὲν τῷ παραυτίκα τῶν τις εὐζωνοτέρων ἔστελλε μηνύσοντα Βα- C σιλεῖ τὴν ἐπιβουλήν. Εἶτα καὶ Ἰσὰχ, ἀνὴρ βαρβαρογενὴς, εὔνους δὲ Βασιλεῖ μάλιστα, σὺν ὁπλοφόροις τριακοσίοις ἔπεμπεν. Ἀλλ' οὔπω τοῦ Ἰσὰχ ἐπὶ τὸν τόπον ἐλθόντος, πυθόμενος ἤδη τὸ πρᾶγμα Βασιλεὺς, τῶν ἄλλων ἀγωνιώντων καὶ συνταραττομένων ἐφ' ἑαυτοῖς (ἐτύγχανον γὰρ οἱ πλείους ἡμιονίοις οὕτω τυχὸν ἐφεζόμενοι) αὐτὸς χρῆναι ἔλεγε τῆς εὐθείας ἀποσχομένους, ἣ ἐπί τε τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν βασίλειον σκηνὴν ἄγει, τὴν ἀσυνήθη ἐκείνην, ὑποδείξας τῇ χειρὶ, καὶ ἄστιπτον ἰέναι, μὴ μέντοι κατὰ πλάτος, ἀλλ' ἕνα καθ' ἕνα ἐν διαστάσει τὴν πορείαν τιθεμένους. Οὕτω γὰρ ἔφη τῶν ἐκ τῆς χορταγωγίας D ἐπανιόντων δόξαιμεν εἶναί τινες, ἐπὶ σκηνάς τε τὰς τῇδε φαινομένας χωρεῖν. Βασιλεὺς μὲν οὖν οὕτως ἀτρέστως ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐπορεύετο. Ἰωάννην δὲ, οὗπερ ἄρτι ἐμνήσθην, σῦς ὑπαντιάσας τοῖς ὀδοῦσιν διεσπάραξεν. ὁ τάχιστα πυθόμενος Βασιλεὺς, ἐπισθόρμητος ἔσω ἐκείνου ἦλθεν· ἐπιμελησάμενός τε τὰ εἰκότα, ἀπηλλάγη. Οὕτω μέντοι μεγαλοψύχως τῷ πράγματι προσηνέχθη, ὡς μηδὲ ἄχρι καὶ βλέμματος Ἀνδρονίκῳ προσενεχθῆναι κακῶς. Ὁ δὲ ὥσπερ τῶν πεπραγμένων οὐδὲν ἑαυτῷ ξυνειδὼς, τοῦ τε ἵππου, ὃν ἤδη ἔφην, ἐς ἄγαν ἐπιμέλεται, καὶ πολὺς ἦν τῷ φαινομένῳ κατὰ Ἰωάννου καὶ λέγων ἀεὶ καὶ φρονῶν. Ὅθεν καὶ πυνθανομένου ποτὲ τοῦ Βασιλέως, τί βούλεται τούτῳ τὰ τῆς τοῦ ἵππου τοῦδε

» ἐπιμελήσεως; Ὡς ἄν, ἔφη ἐκεῖνος, τὸν πάντων A
» ἐμοὶ δυσμενέστατον τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος, οἰχή-
» σομαι ἀπιών. Διὰ τούτων δῆθεν τὸν Πρωτοσεβαστὸν αἰνιττόμενος. Ὡς οὖν ἔγνω ἀπόνοιαν νοσοῦντα τὸν ἄνθρωπον, κοινωνίας ἐκτεμὼν τῆς αὐτοῦ, ἐμφρουρεῖν ἐν παλατίῳ καθίστησιν. Ὁ μὲν οὖν ἐκ ποδῶν ἐγένετο.

ιθʹ. Ὁ δὲ Παιονίας ῥὴξ μήπω τι πεπυσμένος τῶν Ἀνδρονίκῳ συμπεπτωκότων, δυνάμεις ἔκ τε Τζέχων καὶ Σαζώνων, ἄλλων τε πλείστων ἐς αὐτὸν συστησάμενος ἐθνῶν, εἰς τὴν Βρανιτζόβης πολιορκίαν καθίστατο, ἐπαρθεὶς οἶμαι, οἷς Ἀνδρόνικος αὐτῷ διωμολογησάμενος ἔτυχε. Τούτων βασιλεὺς ἀκούσας, καταπέπληκτο μὲν πρὸς τὴν ἀκοήν, καὶ τὴν Οὔννων B ἐθαύμαζεν ἀπιστίαν, εἰ τῶν ἔναγχος σφίσιν ὀμωμοσμένων, ἐξ οὐδεμίας ἀλογήσειαν αἰτίας. Ὀξύτητος δ' ὅμως δεῖσθαι τὸ πρᾶγμα βουλευσάμενος, αὐτίκα τὴν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐφέρετο. Εἰδὼς δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ οὐκ ἀξιομάχους ὄντας τῇ Οὔννων στρατιᾷ (αἱ γὰρ Ῥωμαίων δυνάμεις μηδενὸς ὅθεν δήποτε τῷ τέως ἀντιστατοῦντος ἐπὶ χώρας ἑκάστη ἔμενον) ἐνενόει τοιάδε. Ἔστι τις χῶρος ἐρυμνότατος ἱκανῶς ἔχων, Σμήλης ὄνομα. τοῦτον ἔγνω καταλαβὼν ὁρμητήριον τῆς ἐπὶ τοὺς Οὔννους θέσθαι ἐκδρομῆς. Ὅπως μέντοι Βρανιτζοβῖται τὴν πόλιν ὡς τέως αὐτῷ τηρήσωσι, γράμμα χαράξας, ὅσον οὐκ ἤδη ἀφίξεσθαι τούτοις μη- C νύων, τῶν στρατιωτῶν τινι ἐνεχείρισε, κελεύσας ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτὸ διαφεῖναι βέλει ξυνδήσαντα. ὁ μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐποίει. Τὸ δὲ βέλος πορρωτέρω ἢ ἐχρῆν ἀφεθέν, Οὔννοις εἰς χεῖρας ἦλθεν. εὐθὺς οὖν ταραγμὸς εἰσῆλθεν αὐτούς, καὶ δὴ τάς τε ἑλεπόλεις, καὶ ὅσα πρὸς τειχομαχίαν αὐτοῖς παρεσκεύαστο, πυρὶ φλέξαντες, ἐπὶ τὸν Ἴστρου πορθμὸν ᾔεσαν. πλήθοντι δὲ αὐτῷ ἐντετυχηκότες, χειμὼν γὰρ ἐκ τῶν ἄνωθεν ἤπειγεν, ὡς ἐπὶ Βελέγραδα πόλιν ἐφέροντο. Οὗπερ αἰσθόμενος βασιλεύς, πυθόμενος δὲ καὶ ὡς Βορίτζης, ὁ Βόσθνης χώρας ἐξάρχων Δαλματικῆς, εἰς συμμάχους τῷ Παιονάρχῃ τελέσας, ἀναστρέφει ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ· τὸ ἀλκιμώτατον D τῆς σὺν αὐτῷ ἀπολεξάμενος στρατιᾶς, Βορίτζῃ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἔστελλεν. Ἦρχε δὲ ταύτης τῆς στρατιᾶς Βασίλειος, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, οἰκίας μὲν ἀφανοῦς γεγονώς, Χαρτουλάριος δὲ βασιλεῖ χρηματίσας. Ὁ δὲ βασιλεὺς κατόπιν σὺν τῷ ἄλλῳ Ῥωμαίων στρατῷ σχολαιότερον ἔχων. Ἀλλὰ Βασίλειος, οὗπερ οἶμαι λαθόμενος, ὅτου δὴ χάριν καὶ τίνι πολεμησείοντα βασιλεὺς αὐτὸν ἔπεμψε, τὸν δρόμον καταταχήσας, ἔγγιστα τοῦ Οὔννων ἐγένετο στρατοῦ. Προδρόμοις δέ τισιν ἐντυχών, ἐπειδήπερ ἐτρέψατο τούτους, εἶτα καὶ ἐς μέσην τὴν Οὔννων φάλαγγα ἐμπίπτει, μέγα τι κατορθώσειν οἰόμενος, ἂν οὕτω πεφοβημένοις αὐτοῖς προσβαλὼν

A cura? *Vt*, inquit ille, *omnium mihi infensissimi hostis truncato capite, statim aufugiam.* Iis videlicet verbis Protosebastum innuens. Vbi igitur ægrum amentia vidit hominem, a consortio suo remotum, in Palatio includendum curauit. Sicque ille in ordinem actus est.

XIX. Rex autem Hungariæ, nihil dum edoctus eorum quæ Andronico euenerant, contracto ex Tzechis & Saxonibus, & aliis gentibus compluribus exercitu, Branizobam vrbem oppugnare contendit, pactis forte confidens, quæ cum Andronico pepigerat. Eius rei nuntio obstupefactus Princeps, mi- B ratus est perfidiam Hungarorum, quod quæ sacramentis haud pridem sanciuerant, nulla de causa posthaberent. Celeritate igitur egere rem opinatus, versus Istrum continuo iter intendit. At cum sciret suos nequaquam esse Hungaris pares (quippe Romanorum vires, nemine tum obsistente, in prouinciis dispersæ considebant,) talia excogitat. Quidam locus est arduus satis, nomine Smeles. Hunc occupare instituit, vt esset sedes vnde excurreret in Hungaros. Vt vero ciuitatem sibi conseruarent Branizabitæ, literas, quibus se iam iam aduenturum illis significat, C militi cuidam tradit, imperatque vt telo alligatas in vrbem coniiceret. Quod ille, vti iussum erat, fecit. Sed enim literæ, longius quam oportebat, proiectæ in manus venere Hungarorum. Continuo igitur inuasit illos metus, machinisque & rebus aliis, quæ ad vrbis oppugnationem apparatæ fuerant, incensis, ad Istrum transituri contenderunt. Sed exundantem inuenientes fluuium (quippe venti imbresque cælo effusi ruebant) versus Belegradam iter vertere. His cognitis Imperator, acceptoque Borizem Bossinæ, regionis Dalmaticæ Principem, qui auxilio venerat Hungariæ Regi, in D suum redire principatum; fortissimos militum delectos, qui manus cum Borize consererent, dimittit. Copiis istis præfuit Basilius, cuius supra memini, obscura quidem natus familia, cæteroquin Chartularius Principis. Ipse Imperator a tergo cum reliquo Romanorum exercitu lento sequebatur gradu. Verum Basilius oblitus, opinor, cuius gratia, & quo cum hoste pugnaturum se emisisset Princeps, maturato itinere, ad Hungaros quam proxime successit. Cumque in præcursores quosdam incidisset, fugatis iis, in mediam deinde irruit hostium phalangem, egregium se facinus editurum credens, si eo conterritos metu aggressus, ordines pertur-

bisset. Neque illa cum omnino spes frustrata est. Namque Hungari primo quidem ipsum copiis istis præesse Imperatorem rati, nullo ordine fugam arripiunt: eorumque multi dum in scaphas conferti incidunt, flumine absorbentur. At vbi cognouere retro quidem subsequi Principem, aciem vero istam regere Basilium; sustulere animos, & conuerso agmine, Romanos excepere: qui etsi bellatorum numero hostibus longe inferiores, sustinuere tamen eas. Magna vtrimque facta est cædes: donec Hungari qui cum Stephano Geizæ filio Romanis militabant, primi fugam cœpere. Mutata demum atque ab altera parte facta insecutione, Hungari, qui cum Stephano erant, fere omnes, ex Romanis vero multi cecidere: alij fuga euasere incolumes, atque in iis Dux ipse Basilius. Hæc Imperatori, insuper etiam Belegradam a fide defecisse, nuntiata, valde eius animum consternarunt. Ioannem igitur Cantacuzenum mittit, tum vt vrbem in defectionis, vt dixi, proposito fluctuantem, firmaret, tum vt humo mandaret Romanorum cadauera, & fugientes, quocumque laterent loco, reuocaret, eo casu maxime irritatus, Hungaros a tergo insequi prorsus gestiebat: nequaquam vero id consilij probantibus Romanis: *At plane, inquit, Viri, mihi videtur inglorium, nullo accepto vulnere discedere, dum pro fortuna decerto Romanorum.* Vbi autem longius iam progressos Hungaros accepit, impetum remisit: Interea Cantacuzenus, confectis ob quas missus erat rebus rediit, vinctosque adduxit ex Belegradensibus eos qui defectionem fuerant moliti. Igitur motis inde castris, haud procul Berrhœa ciuitate hyemauit. Primo autem vere contracto vndique exercitu, iterum in Hungariam profectus est, quo in medios vsque fines penetraret. Iamque positis ad Istri ripam castris cum vniuerso considebat exercitu: aderantque plurimæ quæ Byzantio venerant naues, vt copias transmitteret. At vbi vndique se angustiis premi vidit Pannoniæ Rex, de mittendis tandem Legatis cogitauit. Missis igitur ad Imperatorem viris illustribus, captiuos Romanos continuo se redditurum, insuper etiam quæcumque imperaret, suppeditaturum pollicitus est. At Princeps quidem etsi primo renuenti similis, verba sermonesque de pace reiecisset, admisit tandem supplices, & cum Legatis in supradictas conditiones concessit. Redierunt itaque in castra Romana qui superiore, vt memorauimus, prælio capti fuerant, & arma, &

A συνταράξῃ. Καὶ τάχα οὐ παντάπασιν ἀπὸ λογισμοῦ ταῦτα ἐποίει. Οὖννοι γὰρ τὸ μὲν πρῶτον αὐτὸν Βασιλέα τοῦ πολέμου τοῦδε στρατηγεῖν οἰηθέντες, ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ· πολλοί τε αὐτῶν, ἅτε ἀθρόον τοῖς σκάφεσι συμπιπτόντων, τῷ ποταμῷ κατεδύοντο. Ὡς δὲ ἔγνωσαν Βασιλέα μὲν κατόπιν χωροῦντα, Βασίλειον δὲ τοῦ στρατεύματος ἐξηγεῖσθαι, ἀνεθάρσησάν τε, καὶ ὀπισθόρμητοι γεγονότες Ῥωμαίοις ἀντικαθίσαντο. Ῥωμαῖοι δὲ καίτοι παρὰ πολὺ πλήθει τῶν πολεμίων ἐλασσούμενοι, ὅμως ὑφίσταντο τούτοις. Φόνος τε ἀμφοτέρων
B πολὺς ἦν· ἕως οἱ περὶ Στέφανον τὸν Ἰατζᾶ παῖδα, Οὖννοι Ῥωμαίοις συστρατεύοντες, πρότεροι φυγῆς ἦρξαν. Παλινδρόμου γὰρ τὸ λοιπὸν γινομένης τῆς διώξεως, Οὔννων μὲν τῶν σὺν τῷ Στεφάνῳ σχεδόν τι ἅπαντες, Ῥωμαίων δὲ πολλοὶ ἔπεσον· οἱ δ' ἄλλοι φυγῇ ἐκεῖθεν ἐσώζοντο, ἐν οἷς καὶ Βασίλειος ὁ στρατηγὸς ἦν. Ταῦτα τῷ Βασιλεῖ ἀγγελθέντα, πρὸς δὲ καὶ τὸ Βελεγράδα πόλιν Ῥωμαίων ἀφιστᾶν, πολλὴν ἐνεποίησαν ἀθυμίαν. Καὶ δὴ Ἰωάννην μὲν τὸν Καντακουζηνὸν, τὸ μὲν στηρίξοντα τὴν πόλιν ἔστελλε, λογισμοῖς ἀποστασίας, καθάπερ ἔφην, ἤδη σαλευομένην· τὸ δὲ καὶ ταφῇ τοὺς Ῥωμαίων δώσοντα νεκροὺς, ἀνακαλεσόμενόν τε τοὺς ἐκ φυγῆς, ὁπουδήποτε γῆς τῆς ἐκεῖ κρυπτόμενοι ἦσαν. Ὁ δὲ θυμαίνων ἄγαν ἐπὶ τοῖς συμπεσοῦσιν, ἐσφάδαζε δὲ καὶ ἤθελεν ὀπίσω Οὔννων διῶξαι. Ῥωμαίων τε οὐκ ἐπαινούντων, Ἀλλ' αἰσχύνη μοι
C ἔλεγεν, ὦ ἄνδρες, παρὰ τραυμάτων οἴχεσθαι, ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἀγωνιζόμενον εὐκλείας. Ἐπεὶ δὲ πόρρω γεγονέναι τὸ Οὐννικὸν ἤκουσε, τῆς ὁρμῆς ἀνεκόπη. Ἤδη δὲ καὶ ὁ Καντακουζηνὸς τὰ ἐφ' οἷς ἐστάλη πέρατι δοὺς, ἐπανῆκε δεσμώτας ἔχων καὶ τοὺς, ὡς εἴρηται, ἀποστασίαν ὠδίνοντας Βελεγραδιτῶν. Τότε μὲν οὖν ἐκεῖθεν ἀναζεύξας, ἀγχοῦ τῆς Βερροιαίων διεχείμαζε πόλεως. Ἔαρος δὲ τὰς δυνάμεις ἁπανταχόθεν ἀγείρας, ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν αὖθις ἐχώρει, ὁρμὴν ἔχων ἐς αὐτά που τὰ τῆς χώρας διαβῆναι μέσα. Ὁ μὲν οὖν ἄρτι πρὸς ταῖς Ἴστρου πανστρατὶ αὐλισάμενος ἔμενεν ὄχθαις· καὶ αἱ νῆες ἐκ Βυζαντίου ἀναχθεῖσαι ἑστήκεσαν ἀθρόαι, ἀναβαίνειν μένουσαι τὸ ὁπλιτικόν. Ὁ δὲ Παιόνων Ῥὴξ ἐπειδήπερ ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ κατ' αὐτὸν ἔ-
D γνω, ἐπὶ τὴν πρεσβείαν λοιπὸν ἔβλεψεν. Ἄνδρας τοίνυν τῶν παρ' αὐτῷ ἐπισήμων ἐς Βασιλέα πέμψας, τούς τε δορυκτήτους Ῥωμαίων ἀποδώσειν αὐτίκα ἐπήγγελλε, καὶ εἰσέπειτα δὲ πάντα αὐτῷ ὑπηρετήσειν, ὅσαπερ ἂν βουλομένῳ ἔσται. Βασιλεὺς δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἀναδύοντι ἰσχυρῶς ἐῴκει, καὶ τοὺς περὶ εἰρήνης ἀποπροσποιουμένῳ λόγους. Ἔπειτα προσήκατό τε δεομένους, καὶ τὴν πρεσβείαν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐπέρανεν. Ἤλθησαν οὖν ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ οἵ τε δορυάλωτοι μάχῃ τῇ προηγησαμένῃ, καθάπερ εἴρηται, γεγενημένοι, καὶ ὅπλα καὶ

ἵπποι, καὶ εἴ τι που ἄλλο πολέμου λάφυρον ἦν. Ἵππων μέντοι καὶ ὑποζυγίων τῶν πεσόντων, ζωοὺς ἐκ τῶν τοῖς Οὔννοις ἀντεκομίσαντο αὐτοχθόνων. Οὕτω τὸν πόλεμον λύσαντες, ἐπ' οἶκον ἀνεκομίσθησαν. Καὶ δὲ ἐντεῦθεν τὰ τῶν Ἰταλικῶν πολέμων ἀρχήν, ἣν ἤδη ἔφην, ἐσχηκότα, λαμπρότερον ἄρτι κινεῖσθαι ἤρξατο. λέγομεν δὲ καὶ ἀναλαβόντες μικρόν.

A equi, & cætera belli præda. Ad hæc pro iumentis equisque qui perierant, viui & in ipsa Hungaria geniti equi sunt restituti. Ita soluto bello, domum rediere. Italicum inde bellum, incoatum iam ante, maioribus animis geri cœpit. Id autem nos paululum repetitis rebus memorare aggredimur.





ΙΩΑΝΝΟΥ ΚΙΝΝΑΜΟΥ
ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ,
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

IOANNIS CINNAMI
REGII GRAMMATICI,
HISTORIARVM
LIBER QVARTVS.

I. FREDERICVS Conradi Alemannorum Principis ex fratre nepos, cuius in superioribus libris abunde meminimus, mortuo Conrado, Principatum obtinuit. Hic cùm aliquando sermonem faceret de nobilitate (quippe cum de vxore ducenda cogitaret, omnium nobilissimam deligere constituerat) audiretque Mariam Isaacij Sebastocratoris filiam, genere ac pulchritudine eximia præcellentem, Byzantij educari: continuo captus amore virginis, missis ad Imperatorem Legatis, eam sibi in coniugem dari depoposcit, omnia se facturum spondens, quæ & patruus Conradus, & ipse, cum ex Palæstina redirent, de restituenda Romanis Italia pol-

A α'. ΦΕΔΕΡΙΚΟΣ ὁ Κορράδου τοῦ Ἀλαμανῶν ἄρξαντος ἀδελφιδοῦς, οὗπερ ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐμνήσθημεν λόγοις, Κορράδου δὲ χρεὼν ἀναπλήσαντος, αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἔσχεν. Οὗτος ἐπειδή ποτε λόγον εὐγενείας πέρι ποιούμενος (ἦν γὰρ αὐτῷ περὶ πλείστου γυναικὶ συνοικήσοντι τὴν εὐγενῆ μάλιστα ἐκ πασῶν ἑλέσθαι) Μαρίαν τὴν Ἰσαακίου τοῦ Σεβαστοκράτορος θυγατέρα, ἥν τε καὶ περιουσίᾳ κάλλους διαφέρειν οὖσαν, ἐν Βυζαντίῳ τρέφεσθαι ἤκουσεν· ἥλω αὐτίκα τῆς κόρης, καὶ πρέσβεις ἐς Βασιλέα πέμψας, ᾔτει πρὸς γάμον αὐτῷ κατεγγυηθῆναι ταύτην, πάντα ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος, ὁπόσα Κορράδος τε ὁ θεῖος καὶ αὐτός, ὁπηνίκα Παλαιστίνης ἀνέστρεφον, ἐπὶ τῇ Ἰταλίας κατακτήσει

Ῥωμαίοις ὑπηρετήσειν ὑπέσχοντο. Ἡ μὲν Φρεδερίκου πρεσβεία ἐν τούτοις ἦν. Βασιλεὺς δὲ τοὺς λόγους ἀποδεξάμενος, πρέσβεις καὶ αὐτὸς ἐπὶ Φρεδερίκον ἔπεμψεν, ἐμπεδοῦν τὰ δεδογμένα κελεύσας. Ἀλλ' ἐκεῖνοι, ἐπειδήπερ εἰς λόγους ἦλθον αὐτῷ, μηδὲν ὑγιὲς τὸν ἄνδρα βεβουλῆσθαι διαγνόντες, ἄπρακτοι ἐκεῖθεν ἀπηλλάττοντο, δευτέραν πρεσβείαν πρὸς βασιλέα χρῆναι αὐτὸν ἀναπείσαντες. Ἧς καὶ αὐτῆς τῷ βασιλεῖ ἐπιψηφισθείσης, ἄνδρες τῶν ἐπὶ δόξης ἐσαῦθις ἐστέλλοντο, Μιχαήλ τε ὁ Παλαιολόγος καὶ Ἰωάννης ὁ Δούκας, ἄμφω εἰς τὸ τῶν Σεβαστῶν ἀξίωμα ἥκοντες, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀλέξανδρος, Γραβίνης μὲν πόλεως ἄρξας Ἰταλικῆς, Ρογερίου δὲ αὐτὸν ἀπελάσαντος, βασιλεῖ πρότερον ἤδη προσπεφευγώς. Ἐντέταλτο δὲ αὐτοῖς χρήματα μεγάλα πρὸς βασιλέα κεκομισμένοις, εἰ μὲν ἐντὸς Ἄλπεων διατριβὴν ποιεῖσθαι τὸν Φρεδερίκον ἀκούσαιεν, ὁμοῦ πάντας ἐντυγχάνειν αὐτῷ· ἀποτέρω δὲ γεγονότος, τὸν Μιχαὴλ μὲν σὺν τοῖς χρήμασιν ἐπὶ Ἰταλίαν ἰέναι, τοὺς δὲ τὴν ἐπὶ τὸν Φρεδερίκον στέλλεσθαι. κἂν ἐκεῖνος τῶν δεδογμένων ἀμελήσῃ, αὐτοὺς λοιπὸν καὶ καθ' ἑαυτοὺς Ἰταλίας μεταποιεῖσθαι. Ὅπερ δῆτα καὶ γέγονε.

β'. Ρογερίῳ γὰρ τῷ Σικελῶν τυράννῳ ἀδελφιδοῦς ἦν ὄνομα Βασαβύλας. Οὗτος, Ρογερίου μὲν ἔτι περιόντος, τὴν Ἰταλίας διεῖπεν ἀρχήν. ἐκείνου δὲ τετελευτηκότος, ἐπὶ τὸν υἱόν τε Γυλιελμον τῆς ἀρχῆς μετελθούσης, ἠνάγκαστο λοιπὸν ἐν ὑποστρατήγου λόγῳ διατελεῖν, ἑτέρου τὴν Ἰταλίαν διέποντος. Καὶ δὴ τὴν ὕβριν οὐκ ἐνεγκών, εἰς ἀποστασίαν εἶδε. Τοίνυν καὶ ἐπὶ Φρεδερίκον πέμψας, Ἰταλίαν τε πᾶσαν καὶ Σικελίαν αὐτὴν ἐγχειρίσειν ἐπήγγελε τούτῳ. Φρεδερίκου δὲ πρὸς τὸ δυσχερὲς ὀκνήσει ἐχομένου, συνέβαινεν ἀπράκτους τοὺς Βασαβύλα πρέσβεις ἐπανιόντας Ἀλεξάνδρῳ συντετυχηκέναι. Ἤδη γὰρ καὶ οὗτος, οὐδὲν ὧν ἕνεκα παρὰ Φρεδερίκον ἦλθε, πέρατι δοὺς, σὺν τῷ Δούκᾳ ἐκεῖθεν ἀπηλλάττετο. Ὡς οὖν εἰς λόγους ἀλλήλοις ἦλθον, Ἀλέξανδρός τε καὶ οἱ Βασαβύλα πρέσβεις, μαθὼν Ἀλέξανδρος ὅτου ἕνεκα παρὰ Φρεδερίκον ἦλθον· Ἐγγύς, ἔφη πρὸς αὐτούς, ἄνδρες φίλοι, ὃς πέρατι αὐτίκα τὴν πρεσβείαν ὑμῖν δώσει. Τῶν δὲ μαθεῖν βουλομένων, Βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὑπολαβὼν εἶπεν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ ἑξῆς πάντα κατέλεγε, προστιθείς, Ὅτι δὴ καὶ Παλαιολόγος ἀνὴρ βουλῆς μὲν τῆς Ῥωμαίων ὤν, εἴς τε τὸ τῶν Σεβαστῶν ἀξίωμα σὺν χρήμασι μεγάλοις ἐνταῦθα που παρὰ πόδας ἐστί· τούτου ἕνεκα παραγεγονώς, ὅπως ἂν Ἰταλίαν βασιλεῖ καταστήσαιτο. Ταῦτα οἱ Βασαβύλα πρέσβεις ἀκούσαντες, γράμμασιν αὐτῷ τὰ παρόντα ἐδήλουν. Ὁ

liciti erant. Cum eum in finem venissent Legati a Frederico missi, quæ ab eo proposita sunt, auidè accepit Imperator; qui & vicissim Legatos misit ad Fredericum, ea de quibus inuicem conuenirent confirmaturos. At vbi cum illo in colloquium venere, cum nihil sani aduertissent ab homine in medium afferri, rebus inde infectis regressi, Imperatori persuadent alteram ad Fredericum instituendam esse Legationem. Id consilij cùm probasset Imperator, viri duo mittuntur ex Primariis, Michael Palæologus & Ioannes Ducas, ambo Sebasti dignitate insignes, & cum his Alexander, qui Grauinæ ciuitatis Italicæ olim dominus, à Rogerio expulsus, ad Principem confugerat. Multa autem commendata iis ab Imperatore pecunia, id potissimum in mandatis datur, vt si intra Alpes Fredericum agere perciperent, vna omnes ad illum accederent: sin vero abesset procul, Michael quidem cum pecunia in Italiam proficisceretur, cæteri pergerent ad Fredericum: quod si ille pactis stare negligeret, tum vero suam ipsi ad Italiam recuperandam operam conferrent: quod & factum est, hac quæ sese vltro obtulit occasione.

II. Bassauilla Rogerij Siciliæ Tyranni ex sorore nepos, auunculo superstite, rerum summam in Italia obtinuerat. Sed mortuo illo, translataque ad Gulielmum Regia dignitate, cum alter Italiæ administrationem obtinuisset, ipse secundum ab eo locum obtinere coactus est. Hanc ille non passus iniuriam, ad defectionem sese comparauit, missisque ad Imperatorem Legatis, Italiam vniuersam, Siciliamque ipsam in manus sese traditurum pollicitus est. Sednim Bassauillæ Legati, qui Frederico in re ardua ac difficili adhuc pigritante, re infecta redibant, in Alexandrum inciderunt, qui nihil pariter eorum quorum causa venerat ad Fredericum, executus, vna cum Duca reuertebatur. Vbi igitur in colloquium venere Alexander & Bassauillæ Legati, Alexander, qui quorsum ad Fredericum venissent, probe nouerat, *Prope est*, inquit, *Amici, qui Legationi vestræ extremam manum imponet.* Quis ille esset, rogantibus iis, *Imperator Romanorum*, subdit Alexander: moxque rerum enarrato statu, addidit Palæologum, virum quidem ex Curiæ Romanæ Magnatibus, insuperque Sebasti insignitum dignitate, cum immensa pecuniarum vi prope adesse, vt Italiam Imperatori denuo assereret. Quibus intellectis, Legati per literas quæ audiuerant Bassauillæ significarunt. Ille

vero vt sibi liceret cum Romanis in A ciuitate Peschara colloqui per eosdem expetiit. Quod vbi accepit Palæologus, nauibus decem Pescharam adnauigauit, Voscia interea vrbe, quæ ad Principem defecerat, communita. Sed cum rursum Bassauilla ad Vosciam cum illo sese collocuturum nuntiasset, eo se contulit; congressuque habito, ac de rebus præsentibus data acceptaque vicissim fide, operi sese accinxit. Contracto deinde exercitu, castrum validum, cui Brantzus Italus præerat, oppugnare aggressus est Ducas. Commisso ibi certamine, hostes fuderunt Romani, qui fugientes insecuti vna cum iis mœnia subiere. At illi in arcem sese primum recepere. Verum vt æ- B dificia sua igne consumi vastarique & auferri omnia a Romanis conspiciunt, tum vero descendunt, dominumque suum Magnum Imperatorem proclamant: atque hoc modo castro illi potiuntur. Cum inde ad ciuitatem, cui a Diuo quodam, qui in ea colitur, Flauianæ nomen inditum est, pergerent, populares omnes obuiam effusi pro agris suis illos rogant, ac ne quid in se grauius insolescat miles obtestantur, seruos se futuros deinceps Imperatoris, & quæcumque vellent Romani se facturos polliciti. Dux eiusmodi beneuolentiæ illorum gratiam rependens, per eorum agros amice ac pacate iter fecit. Cum inde excederet, C Gulielmus Bassauillæ frater, qui & ipse in Romanorum amicitiam concesserat, cum fratris literis venit, quibus, vt confidenter Dux accederet, hortabatur, vt pote circumiacente regione iam Romanis parente.

III. Palæologus autem Voscia, vt dictum est, per conditiones potitus, ad Tranim venit: cuius incolæ simul ac Romanum exercitum conspexere, cum nequaquam vrbem dedere vellent, missis ad Ducem Legatis, vt finibus suis abscederet, rogauere: neque enim prius quam Barim cœpisset, Tranim posse ab illo expugnari. Quare collectis decem D non amplius nauibus, discessit inde, & ad vrbem Barim venit, non tam militum secutus consilium (quippe solers erat admodum, & rei militaris experientia nemine inferior) sed quod Tranim expugnari reuera non posse sciret, proindeque tempus ibi terere parum consultum arbitraretur. Sed & ad ipsam Barim copias admouere, haud tam facile videbatur: cum præterquamquod validis cingeretur muris, idoneo Barbarorum præsidio esset munita: quorum alij in turribus armati stabant, alij ante portas infinito prope numero effusi pedites, equitesque perinde cum armis consiste-

A δὲ εἰς τὴν πόλιν Πεσχάραν Ῥωμαίοις λόγου κοινωνῆσαι ἤθελεν. ὃ μαθὼν ὁ Παλαιολόγος, ναυσὶ δέκα, οὐδὲν ὑπερθέμενος, εἰς Πεσχάραν ἔπλει, πόλιν Βεστίαν βασιλεῖ προσχωρήσασαν μεταξὺ κρατυνάμενος. Ἀλλὰ δόξαν αὖθις Βαζαβύλᾳ ἐπὶ Βεστίαν αὐτῷ ἐντετυχηκέναι, ὀπίσω ἔπλει. Ἐνταῦθα τε ἐντετυχηκὼς αὐτῷ, πίστεις τε περὶ τῶν προκειμένων λαβὼν καὶ δεξάμενος, ἔργου λοιπὸν εἴχετο. Ὁ δὲ Δούκας στράτευμα ἤδη ἀθροίσας, φρούριόν τι ἐρυμνόν, οὗ Πρεούντζος ἦρχεν ἀνὴρ Ἰταλός, πολιορκεῖν ἐπεβάλετο. Ἔνθα προσβολῆς γενομένης, Ῥωμαῖοι τοὺς πολεμίους τρεψάμενοι, ἐντὸς τειχέων συνέπεσον φεύγουσιν. Οἱ δὲ B πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀνεχώρουν. ὡς δὲ Ῥωμαῖοι πῦρ ταῖς οἰκοδομαῖς ἤδη ἐνῆκαν, τά τε οἶκοι διήρπασαν, ἐπικαταβαίνειν τε ἤρξαντο, καὶ κύριον σφίσι βασιλέα μέγαν ἀναβοᾶν. τούτου μὲν δὴ οὕτω ἐγκρατεῖς ἐγένοντο. Ἐπὶ δὲ τινα πόλιν ἐλθόντων, ἣ ἐπώνυμος τῷ ἐνταῦθα τιμωμένῳ ἁγίῳ, Φλαβιανὴ κέκληται, ἐξεχεῖτο ἅπας ὁ δῆμος ὑπὲρ τῶν ἀγρῶν δεόμενοι, καὶ τοῦ μηδὲν αὐτοῖς ἄχθει πρὸς τῶν Ῥωμαίων πείσεσθαι στρατιωτῶν, δοῦλοι τε βασιλεῖ ὡμολόγουν, καὶ τ' ἄλλα ἔπραττον, ὅσα Ῥωμαίοις βουλομένοις ἦν. Οὓς τῆς εὐνοίας ἀμειβόμενος ὁ στρατηγός, ὡς διὰ φιλίας ἐπορεύετο τῆς χώρας. Ἄρτι δὲ ἐκεῖ- C θεν ἀπαίροντι, Γυλίελμος ὁ Βασαβύλα μὲν ἀδελφός, εὔνους δὲ καὶ αὐτὸς Ῥωμαίοις ἤδη γεγονώς, γράμματα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ κομίζων ἦλθεν αὐτῷ, θαρρεῖν τοῦ λοιποῦ προτρεπόμενα, ὡς τὸ ἑξῆς χώρας κατηκόου προκειμένης αὐτῷ.

γʹ. Ὁ δὲ Παλαιολόγος ἐπειδὴ Βεστίαν, καθάπερ εἴρηται, ὁμολογίᾳ παρεστήσατο, ἐπὶ Τράνιν ἦλθε. Τρανῖται τοίνυν ὡς τὸν Ῥωμαίων εἶδον στρατόν, ἐπεὶ παραδιδόναι σφίσι τὴν πόλιν οὐδαμῇ ἤθελον· πρέσβεις παρὰ τὸν στρατηγὸν πέμψαντες, ἠξίουν ἐνθένδεν τοῦτον ἀπαίρειν. Μὴ γὰρ πρότερον Βάριν παραστησαμένῳ, ἀδύνατα αὐτῷ D ἔσεσθαι Τράνιν ἑλεῖν. Ὁ δὲ ναῦς αὐτίκα οὐ πλέον ἢ δέκα ἐπαγόμενος, ἐκεῖθεν τε μετέβη, καὶ ἐπὶ Βάριν ἦλθεν· οὐχ ὅσον τοῖς στρατιωτῶν λόγοις ἀναπεισθείς, ἀγχίνους γὰρ ἦν, καὶ τῇ περὶ τὰ πολεμικὰ ἐμπειρίᾳ οὐδενὸς ἡττῶν· ἀλλὰ Τράνιν οὐκ ἐπίμαχον εἰδώς, τρίβειν εἰκῆ τὸν καιρὸν ἀσύμφορον ᾤετο. Ἐδόκει μὲν οὖν ἡ Βάρις ἀπρόσοδος αὐτῷ πάντῃ· τείχη γὰρ αὐτὴν περιεζώννυ καρτερά, καὶ Βαρβάρων στρατιά, οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ὁπλενδυτοῦντες ἐνέστησαν· οἱ δὲ ἀνάριθμός τις ὅμιλος πυλῶν προχυθέντες, πεζοί τε καὶ ἱππεῖς ξὺν τοῖς ὅπλοις ἐφέροντο αὐτῷ.

τοῦ. Ἡ θάλασσα δὲ σφοδρῶς ἐπεγεγερμένη, κατακλύσειν ἠπείλει τὰς ναῦς. Ὁ δὲ καίτοι πανταχόθεν αὐτοῦ τῶν πραγμάτων ἀπόρων ὄντων, οὐκ ἔξω παντὴ ἐλπίδων ἐγένετο. Τῇ περιούσῃ γοῦν τῶν κυμάτων τέως ἀπηλλαγμένος, ἔργου ἔχεσθαι ἤθελεν. ὡς δὲ μηδὲν αὐτῷ προὐχώρει (τῶν γὰρ πολεμίων οἱ μὲν λίθοις καὶ ξύλα καὶ πᾶν τὸ προστυχὸν νιφάδων δίκην ἐκ τῶν ἐπάλξεων ἐπ᾽ αὐτὸν ἔπεμπον· οἱ δὲ καὶ ἀπὸ γῆς βέλεσι τὸν ἀέρα ἐσκίαζον) ἀναστροφήν τινα ἐν τῷ παραυτίκα πεποιημένος, ἔξω βελῶν ἐγένετο, λόγοις τε ἐς αὐτοὺς ἐχρῆτο ἀγαθά· ἃ μὲν αὐτίκα ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος, εἰ Βασιλεῖ μεγάλῳ τὴν πόλιν ἀμαχητὶ παραδώσουσιν, ὧν δὲ καὶ ἐλπίδα ὑποτείνων ἐξῆς. τούτων ἐπειδὴ τάχιστα οἱ ἐπὶ τῆς πόλεως ἤκουσαν, ἱππέων ἐκδραμόντες τινὲς, οἱ δὲ καὶ λεμβαδίοις ἐμβάντες, παρεκάλουν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν ἰέναι, ἀνακεκλεισμένας τὰς πύλας ὑποδεικνῦντες. ὁ δὲ δείσας, ὅπερ ἦν, μὴ ἐξαπάτη τις εἴη τὸ πρᾶγμα, ἐς πεῖραν ἐχώρει πρότερον. Ἐκέλευε τοίνυν τῶν σὺν αὐτῷ μίαν νεῶν ἐπὶ τὴν ἀκτὴν ἰέναι δῆθεν ὁρμισομένην· ἀλλ᾽ ἅμα προσιοῦσαν εἶδον αὐτὴν οἱ πολέμιοι, καὶ ἀμφὶ τοὺς πεντακοσίους ἐς τὰς ἐπάλξεις ἀνέβαινον. Ὁ κατιδὼν Ἀλέξανδρος, μήπω πρὸς τοῖς ὅπλοις ἐκείνων γεγενημένων, χρυσίον κεχυμένον ἐπὶ τοῦ κόλπου λαβὼν, ἀπέβαινέ τε τῆς νεὼς θᾶσσον· καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς πόλεως δεικνὺς, « Ὃς ἂν πλούτου καὶ ἐλευθερίας ἐραστὴς « εἴη, δεῦρο παρίτω, ἀνέκραγεν, ὡς αὐτίκα τού- « των ἀπολαυσόμενος. ὁ μὲν ταῦτα εἶπε. Τῶν δὴ ἐκ τῆς πόλεως πλῆθος ἐκδραμόντες πολὺ, παραυτὰ Βασιλεῖ προσεχώρουν. οὓς ὅρκοις καταλαβὼν ὁ Στρατηγὸς, σπεύσας ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσῆγε τὸ στράτευμα. Οὕτω χρυσίνου δελέατος οὐδὲν ἀνθρώποις ἀπατηλότερον γίνεται. Ταῦτα γνόντες πολῖται οἱ ἄλλοι, οἷς οὐκ ἤρεσκε δηλονότι τὰ πραττόμενα, δρόμῳ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἐχώρουν· ἐντός τε ἤδη τειχέων γεγονότες, περὶ τῶν ὅλων ἐμάχοντο. ἦν τε τὸ πρᾶγμα πολλοῦ γε ὄντως θαύματος ἄξιον ὁρᾶν, τοὺς ἔναγχος καὶ φύσει καὶ γνώμαις συμβαίνοντας, σήμερον ὥσπερ ἐπὶ τειχίσματι τῷ χρυσῷ διῃρημένους, ἐχθρὰ φρονοῦντας ἀλλήλοις καὶ διεστηκότας ἤδη τοῖς ἔργοις. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐφέρετο. Ἦν δέ τι φρούριον ἀνὰ τὴν πόλιν ἕτερον, ἐφ᾽ οὗ Νικολάου τοῦ ἐν ἁγίοις ἵδρυτο νεώς. ὃ καὶ αὐτὸς ἐξελεῖν ὁ Στρατηγὸς διανοηθεὶς, τοιάδε τινὰ ἐποίει. Ἄνδρας τεθωρακισμένους μέλασι περιστείλας ἀμφίοις, ἐκέλευεν ὀρθρίσαντας ἐπὶ τὸν νεὼν ἐλθεῖν. ἐπεὶ δὴ ἂν καὶ ἔνδοθεν γένοιντο, τὰ ξίφη σπασαμένους ἔργου ἔχεσθαι. Οἱ μὲν οὖν ἕωθεν τοῦ φρουρίου προ-

A bant. Ad hæc æstu insolito feruens ac intumescens mare, iamiam nauibus interitum minitabatur. Cum igitur ardua omnia vndique ac difficilia prorsus viderentur, non ideo tamen spem ille omnem abiecerat. Sedata igitur tempestate, rem aggredi constituit. At cum nihil fere ex animi sententia succederet (hostium enim alij lapides & ligna, & quodcumque occurrebat ad manum, niuis instar e turribus emittebant: alij, qui infra stabant, frequentibus telis obscurabant aerem) extra teli iactum continuo recessit, multa interim iis bona pollicitus, quæ sese partim daturum confestim spondebat, si vrbem citra præ-
B lium magno dederent Imperatori, partim subinde speranda ingerebat. Oppidani simul atque id accepere, alij equites excedunt, alij scaphas ingrediuntur, eumque inuitant vt in vrbem, cuius reclusas ostendebant portas, veniret. At ille ne dolus esset quod agebatur, veritus, primo animos illorum tentare statuit. Iussit itaque nauem ex suis vnam ad littus agi, quasi eo appulsuram: quam vbi hostes vident accedere, numero circiter quingenti, turres conscendunt. Id conspicatus Alexander, cum necdum ij arma induissent, aurum, quod præ sinu effussum gestabat, accipiens, statim naue egreditur: ostensoque eo oppidanis
C qui supra muros stabant, in hæc verba exclamat, *Qui diuitiarum & libertatis desiderio tangitur, huc accedat, iis extemplo fruiturus.* His dictis, ingens e ciuitate aduolat multitudo, ac Imperatori continuo adiungitur: moxque Dux fide ab iis accepta, cum multa celeritate exercitum in ciuitatem introducit. Adeo nihil est ad inescandos inliciendosque mortalium animos, auro validius. Hæc postquam cognouere ciues alij, quibus videlicet quæ facta fuerant haud placebant, in arcem confestim sese proripiunt: atque intra mœnia iam recepti, de summa rerum decertant. Hic porro rem admiratione dignam erat intueri, eos nempe qui & natura & voluntate inuicem nuper cohærebant, nunc auro, velut muro
D disiunctos, hostiliter inter se agere, diuersaque prorsus moliri & sentire. Atque is fuit in vrbe rerum status. Erat præterea in superiori ciuitatis parte arx altera, in qua extructum erat Diuo Nicolao dicatum Templum, quam cum occupare statueret Palæologus, talia comminiscitur. Armatos aliquot, nigris superindutos palliis, summo mane ad Templum ire iubet, datque iis in mandatis, vt simul atque ingressi illud essent, tum demum strictis gladiis rem aggrederentur. Illi ergo sub auroram accedentes

ad arcem, portam pulsant. Qui intus erant, Monachos quosdam esse arbitrati, apertis ianuis illos intromisere: atque ita deinceps a Romanis captum est castellum. Verum id etsi expugnatum, nihilominus qui Acropolim tenebant, obstinatiori sese tuebantur animo, adeo vt per septem continuos dies certamen perduraret. At postquam eo accessit cum ingentibus copiis Bassauilla, tum & illam Romanis dediderunt: atque odio quo in Rogerium flagrabant, quod nimirum inhumane crudeliterque (vt solent Tyranni) in eos sæuisset, arce diruta soloque æquata, discessere, licet e contra Dux obsisteret, eamque magno voluisset emere.

IV. Hæc tum ad Barim contigere, qua capta Palæologus versus Tranim adnauigat. Ea ciuitate similiter certis conditionibus in deditionem accepta, Iuuenatium non contemnendam vrbem fœdere sibi adiungit. Erat iis in locis Richardus quidam scelerum vindex seuerus. Quippe hominem, à quo leuissime etiam esset offensus, quasi victimam cædere, manibus pedibusque truncare, visceraque illius auellere, leuissima ei videbatur animaduersio. Antro hic castello præerat: qui vbi Iuuenatium in Romanorum potestatem iamiam venturum accepit, vi ab incœpto desisterent oppidanis comminatus est. Sed spretis eiusmodi minis, Iuuenatioque in fidem recepto, quid deinceps agendum esset deliberant Romani, vlteriusque pergunt. At ille comitibus aliis adiunctus, atque adeo ipsi Guilielmi Cancellario, quem Logothetam Græci vocant, cum iis versus Tranim tendit, vrbem primo impetu expugnaturus. Hos subsequebatur exercitus, equitum quidem duorum millium, peditum vero aliorumque armatorum infinitæ multitudinis. Qui in ciuitate cum exiguis admodum copiis relicti fuerant Romani, tum sibi, tum ciuitati metuentes, celeriter Ducam aduocant, & fortunam illi præsentem per literas exponunt. Quas vbi ille accepit, motis eodem die castris, ad Tranim ire pergit. Cum ad locum quemdam, cui nomen Buno, venisset, egressi obuiam incolæ, vt ciuitatem citra certamen reciperet Romanus exercitus, cohortabantur. Sed Ducas longius ibi immorari haud e re sua fore arbitratus, ne Richardo aliquem in bello progressum faciendi occasionem præberet, id in præsens quidem omisit, tum etiam quod eas inposterum opportuniori forte tempore rursum recuperare se posse non diffideret. In Richardum igitur toto impetu contendit, qui in maritimo quodam oppido tum agebat, cui Barleti nomen, vbi etiam aderat Cancellarius. Cum proxime ad vr-

A σιόντες, τὴν πύλην ἔκοπτον. οἱ δ' ἔνδον μονήρεις τινὰς εἶναι τούτους ὑπειληφότες, τὰς πύλας αὐτοῖς διαζυγώσαντες, εἰσεδέχοντο. καὶ τὸ λοιπὸν οὕτω δὴ καὶ τοῦτο Ῥωμαίοις ᾑρέθη. Ἀλλὰ καὶ τούτου ἑαλωκότος, οἱ ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἰσχυρογνώμονες ἔτι ἦσαν. μέχρι μὲν οὖν καὶ ἐς ἑβδόμην ἡμέραν οὕτω διετέλεσαν ἀντικαθήμενοι ἀλλήλοις. Ἐπεὶ δὲ καὶ Βασαβύλας ἐνταῦθα ἦλθε, δύναμιν ὡς πλείστην ἐπαγόμενος, τότε δὴ καὶ ταύτην Ῥωμαίοις παρέδοσαν. κατὰ ἔχθος γε μὴν τὸ πρὸς Ῥογέριον, ἅτε ἀπανθρώπως αὐτοῖς, ὁποῖα τοῖς τυραννοῦσιν εἴθισται, προσφερόμενον, ἐς ἔδαφος αὐτὴν καθελόντες ἀφῆκαν, καίτοι πολλὰ τοῦ Στρατηγοῦ πρὸς τοῦτο διενισταμένου, καὶ χρημάτων
B ὠνεῖσθαι ταύτην μεγάλων ἀξιοῦντος.

δ'. Τὰ μὲν οὖν κατὰ Βάριν τῇδε ἐχώρησεν. Ὁ δὲ Παλαιολόγος ἐπειδὴ ταύτην ἔσχεν, ἐπὶ Τράνιν ἀπέπλει· ὁμολογίᾳ τε καὶ ταύτην παραστησάμενος, εἶτα καὶ Γιβενάτζιον, πόλιν λόγου ἀξίαν ὑπόσπονδον ἐποιήσατο. Ἦν δέ τις Ῥιτζάρδος ὄνομα, ἀνὴρ κολαστικός. ἄνθρωπον γὰρ καὶ ἐπὶ μικροῖς αὐτῷ προσκεκρουκότα, ὥσπερ ἱερεῖον καταθῦσαι, ἢ σπλάγχνα ἀνατεμεῖν, καὶ χειρῶν ἢ ποδῶν ἀποστερῆσαι, κόλασις αὐτῷ ἡ πρᾳοτάτη ἦν. Οὗτος Ἄνδρου μὲν ἦρχε φρουρίου. Γιβενατζίου δὲ μεταποιεῖσθαι Ῥωμαίους ἀκηκοώς, ἠπείλει μὲν καὶ τὸ πρότερον ἀπέχεσθαι τῆς ἐγχειρήσεως. Ὡς δὲ τῶν ἀπειλῶν ἀφροντιστήσαντες, Γιβε-
C νάτζιόν τε αὐτοὶ ὁμολογίᾳ ἔσχον, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν περιϊόντες ἐσκέπτοντο. Κόμησί τε ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ Γυλιέλμου Καντζιλερίῳ συγγεγονώς, ὃν Λογοθέτην ἄν τις εἴποι Ἑλληνίζων ἀνήρ, ἐπὶ Τράνιν σὺν αὐτοῖς ἦλθεν, ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἀναρπασόμενος. ἠκολούθει δὲ αὐτοῖς στράτευμα, ἱππεῖς μὲν δισχίλιοι, πεζῶν δὲ καὶ ὁπλιτῶν μύριος ἄγαν ὅμιλος. Ῥωμαῖοι τοίνυν σὺν βραχείᾳ τινὶ καὶ ὀλιγανδρούσῃ δυνάμει ἔνδον ἀπολειφθέντες, περί τε τῇ πόλει αὐτῇ καὶ τοῖς ὅλοις ἔδεισαν πράγμασιν. Ὅθεν καὶ ταχὺ τὸν Δούκαν μετεπέμποντο, γράμμασι τύχην αὐτῷ τὴν ἐνεστῶσαν παραδηλοῦντες. Ὁ δὲ
D ἐπειδὴ τὰ γράμματα ἐδέξατο, συσκευασάμενος αὐθημερόν, τὴν ἐπὶ Τράνιν ἠπείγετο. Γενομένῳ γοῦν περί τινα χῶρον, ᾧ Βουνὸς ἡ κλῆσις ἐστίν, ἐξῄεσαν οἱ ταύτην ἄνθρωποι παραλήψεσθαι σφίσι τὴν πόλιν, ἀμαχητὶ τὸν Ῥωμαίων προτρεπόμενοι στρατόν. Ἀλλ' ὁ Δούκας διατρίβειν τινὰ ἐνταῦθα ποιεῖσθαι ἀσύμφορον οἰηθεὶς, ὡς μὴ Ῥιτζάρδῳ τὴν τοῦ πολέμου διοικεῖσθαι δώσει ῥοπήν, ταῦτα μὲν ἐν τῷ τέως παρῆλθε, δυνατὸν ὂν καὶ εἰσέπειτα κατὰ καιρὸν ἀνθέξεσθαι τούτων. ἐπὶ δὲ τὸν Ῥιτζάρδον ὅλαις ἐφέρετο ὁρμαῖς. Ἔστι δέ τι ἐπιθαλάττιον πόλισμα, Βαρλὲτ ὄνομα, ἔνθα τὸν Καντζιλέριον συνέβαινεν εἶναι. Τούτου δὲ ἄγχιστα γενομένῳ

τοῦ Δούκα, ἱππεῖς ἐκ τῆς ἐκείνου στρατιᾶς τριακόσιοι μάλιστα ἐκδρομὴν ποιησάμενοι, ἅμα πεζῶν φάλαγγι, αἰφνίδιον ὑπηντίαζον. Ὁ δὲ τοῦ ἀπροόπτου μηδὲν καταπλαγεὶς, ἐς φάλαγγά τε ἐπυκνοῦτο ταχὺ, καὶ σὺν ῥύμῃ σφοδρᾷ κατ' αὐτῶν ἵετο, πρὸς βραχύ τε ὑποστάντες ἐτρέποντο. Ἔνθα Ῥωμαίοις μὲν τοῖς ἄλλοις οὐκ ἔχω λέγειν· ὅπως ἑκάστῳ ἀνδραγαθήσασθαι ἐξεγένετο. Ὁ γε μὴν Δούκας ἐς τριάκοντα φασὶν ἐπὶ στόμα κατέβαλε ξὺν τῷ δόρατι ἐπελαύνων, ἕως πυλῶν ἔνδον, πολλοὺς τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες, ἐγένοντο. Ῥωμαῖοι δὲ ὄπισω διώξαντες, ἐπεὶ συνεσκόταζεν ἤδη, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρουν, οὐδενὶ ἑτέρῳ, ὅτι μὴ τῶν μισθοφορούντων ζημιωθέντες ἱππέων τινί. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην ἐνταῦθά που ηὐλίσαντο. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ ὁδοῦ εἴχοντο. Τοῦτο μαθὼν ὁ Ῥιτζάρδος, ὡς μὴ κυκλώσειν ἵνα αὐτὸν Ῥωμαῖοι ποιησάμενοι ἀνήκεστα δράσωσι, τὴν ταχίστην ἐκεῖθεν ἔφερετο. ἐν Ἄντρῳ τε γεγονὼς, ἐνταῦθα ἔμενεν. Ὁ δὲ Δούκας τὸ σὺν τοῦ Παλαιολόγου ῥυσάμενος στράτευμα, ἐπὶ Ῥιτζάρδον μετέβαινε, καίτοι τὸ περὶ αὐτὸν δυνάμεως πολλῷ τὴν Ῥωμαίων πλήθει ὑπερβαλούσης. τοῖς μὲν γὰρ ἑξακοσίοις οὐ πλείονας συνέβαινεν εἶναι, πεζῶν αὖθις, οἳ δὲ αὐτοὶ τοῦ σὺν τοῦ Ῥιτζάρδῳ πεζικοῦ πλεῖστον ἀποδέοντες ἦσαν. Ῥιτζάρδῳ δὲ ἱππεῖς μὲν ὀκτακόσιοι καὶ χίλιοι· πεζῶν δὲ οὐκ εὐαρίθμητος εἵπετο στρατός. Ἐπιόντας τοίνυν Ῥωμαίους ὁ Ῥιτζάρδος ἀναμαθὼν, ἀντεξῆγε τὸ στράτευμα καὶ αὐτός. Ἐπειδή τε ἐγγὺς ἤδη ἐγένοντο, Ῥωμαῖοι μὲν τριχῇ διαιρεθέντες ἐτάξαντο ὧδε. Σκύθαι, καὶ ὅσοι ἐπὶ τόξοις ἦσαν πεζοὶ φαλαγγηδὸν ἐπὶ μέτωπον ἔστησαν. ἱππέων δὲ ἐς ἥμισυ μάλιστα καὶ μοῖραν Σκυθῶν ὁ Δούκας ἔχων, αὐτὸς μὲν τὴν ὀπισθίαν, Βασαβούλας δὲ σὺν τῶν ἄλλων Κομήτων τισὶ τὸ λοιπὸν ἔχων ἱππικὸν, τὴν μέσην ἐκληροῦτο χώραν. Ῥιτζάρδος δὲ πολλῷ ἐχρώμενος θυμῷ, οὐδὲ ὅσον τακτικῆς τι μεταποιήσασθαι ἀναμεινάμενος, ἀπήλαυνε σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἱππεῦσι, ἕως ἐς αὐτὸ τὸ μεσαίτατον τοῦ Ῥωμαϊκοῦ καταντήσας στρατεύματος, σταδίαν ἤδη τὴν μάχην ἐποιεῖτο, τοῦ κατὰ μέτωπον τοξικοῦ οὐδὲ κατὰ βραχὺ ἀντισχόντος αὐτοῦ. Εἶτα δὴ καὶ Βασαβούλας βιασάμενος ἐτρέψατό τε κατὰ κράτος, καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν Δούκαν ἐπέθετο. Ἐνταῦθα μάχη συνίσταται καρτερὰ, καὶ πίπτουσι μὲν τῶν περὶ τὸν Ῥιτζάρδον πολλοί. ἅτε δὲ ἐν πολλῷ τοῦ πλήθει πιπτόντων, συναίσθησις οὐδεμία τοῦ στρατεύματι ἐγίνετο. ὠθισμός τε γοῦν πολὺς ἦν, καὶ δοράτων πρὸς τὰς ἀσπίσιν ἀποκαυλιζομένων δοῦπος ἠγείρετο· συχνά τε βέλη συνεπέπτετο, καὶ πλεῖσταχόθεν ἐστήκει τὸ δεινόν· ἕως Ῥιτζάρδος σὺν ῥύμῃ ἐπιβρίσας, νῶτα ἤδη δεδωκέναι καὶ τούτοις ἠνάγκασεν. Ὅτε καὶ αὐτὶς

A

bem accessisset Ducas, de exercitu Richardi trecenti equites cum peditum phalange, irruptione facta, obuiam improuiso venerunt. Verum re inopinata haud quaquam perculsus Ducas, in densam se aciem collegit, totisque viribus in hostes irruit, qui vix sustinentes impetum, versi sunt in fugam. Eo in certamine vt cæteri sese gesserint Romani, ac eorum vnusquisque præclarum ediderit facinus, haud equidem dicere possim. Id fama constat, Ducam hasta inuectum triginta prostrasse, donec multis suorum amissis intra portas sese receperunt. Fugientes insecuti Romani, appetente iam nocte, in castra reuersi sunt, nullo alio, præterquam vno ex conductitiis equitibus interempto. Nocte illa ibi castra metati sunt: sed vbi illuxit dies, itineri sese accinxere.

B

His acceptis, Richardus, veritus ne si vndique circumueniretur a Romanis, damnum haud facile sarciendum incurreret, inde ocius pedem retulit, ac in Antro sese continuit. Ducas autem acceptis Palæologi copiis, in Richardum procedit, licet illius exercitus bellatorum numero Romanum longe superaret. Neque enim amplius erant quam sexcenti in Ducæ acie, præter pedites, qui & ipsi pedestribus Richardi copiis multo erant inferiores. Is autem mille octingentorum equitum, peditum vero innumeræ multitudinis habebat exercitum.

C

Vt igitur aduentare Romanos resciuit Richardus, ipse perinde suas eduxit copias: cumque iam prope essent, trifariam Romani exercitum diuisere, acie in hunc modum instructa. Scythæ, & quotquot erant sagittarij pedites turmatim in fronte stabant: Ducas cum dimidia equitum parte, & aliquot Scythis postremum, Bassauilla vero cum Comitum nonnullis aliis, & cætero equitatu medium obtinuere locum. At Richardus cum summo pugnandi ardore deflagraret, nec curaret ordinare aciem, cum equitibus suis in hostes fortiter inuehitur, vsque dum mediis eorum copiis obuiam factus, collato pede prælium conserit, ei ne leuiter quidem obsistentibus in fronte locatis sagittariis.

D

Mox & ipse validius propulsatus Bassauilla, funditur ac fugatur, donec in eos, qui cum Duca erant, impetum facit. Tum vero acre ibi instituitur certamen, caduntque ex Richardi militibus quamplures: & quod in magna euenire solet multitudine, vix tanta cædes ab exercitu percipiebatur. Fit igitur crebra vtrimque propulsio, & hastarum in clypeos impulsarum fragor exauditur: spissa volant tela, & validus vbiq; fit conflictus: donec vehementiori cum impetu sese inferens Richardus, hos quoque terga vertere adegit: quo

tum tempore quin hasta vulneratus & ipse Ducas caperetur, parum abfuit. Sed enim diuina quocumque demum vult res humanas agit, vertitque Prouidentia. Licet itaque ad eam redacti fuissent fortunam Romani, nihilominus tandem euasere victores. Quippe cum Ducas intra quosdam ex lapidibus compactos muros e periculo se exemisset, cuiusmodi absque calce; aut materia simili, prata quæ vrbium portis obuersantur circumuallari solent: nacti ibi locum idoneum Romani pedites, lapides coniiciebant in Richardi militem, adeo vt ex iis plurimi qui fugæ se dederant, eo se reciperent. Vbi id vidit Richardus, cum equitibus sex & triginta eos rursum adoritur. Sed Tranita quidam Sacerdos maioris molis lapidem e loco superiore deiiciens, tibiam illius alteram assecutus, ad terram hominem prostrauit, qui præ dolore sese subinde dilacerabat ac vellicabat. At iterato ictu collum illius cum attigisset Sacerdos, victum tandem, & nequicquam supplicem supinat, adactoque in ventrem pugione, intestina eximit omnia, eaque iacentis ori, veluti cibum aliquem, admouet, vt qui in alios eiusmodi crudelitatem exercuerat, in se tandem illius experiretur exemplum. Tum & Antrum, & quæ circum erant copiæ, Romanis sese adiunxere: & qui se neutiquam euasuros periculum crediderant, cum trophæis Barim venerunt: vbi inuentis affatim rebus necessariis, fessa militaribus laboribus corpora refecere.

V. Paucis itaque diebus intermissis, copias bifariam partiri visum operæ pretium, quarum pars alia istic cum duce vno maneret, alia cum altero ad circumiacentia castella diripienda exiret. Atque huius postremæ curæ in Ducam sors recidit. Cum ergo prope adesset oppidum, cui Castrus, ex primatibus vir, præerat, illud obsidione cingit, fortiterque oppugnat. At cum tentatis crebro mœnibus, frustra se insumere operam aduertit, (nam etsi bellicis machinis sæpius pulsasset muros, vix vnum inde lapidem abstulerat) motis sub vesperum castris, ad Monopolim tendit, vt vrbem nec opinantem opprimeret. Sed circa idem tempus copias aliquot emiserant Monopolitæ, tum vt Romanos explorarent, tum etiam si ad id daret occasio, cum iis dimicarent. Hi forte fortuna in primam Romanorum incidentes aciem, manus cum iis conserunt. Quod simul ac aduertere qui in postremo stabant ordine, vniuersi ferme eorum equites terga vertunt, cursuque effuso, cæteris ciuibus iamiam adfuturum Romanorum exercitum annuntiant. Peditum autem pleri-

A ὁ Δούκας παρ' ὀλίγου ἦλθε καὶ τοῦ ἁλῶναι καταδοραθείς. Ἀλλὰ γὰρ ἡ πρόνοια πάντα, ἐς ὅπερ ἂν αὐτὴ θέλῃ, ἄγει καὶ στρέφει τὰ ἀνθρώπεια. καίτοι εἰς τοῦτο τύχης Ῥωμαίοις ἐλθοῦσι, νικᾶν ὅμως ἐπὶ τέλους ἐγένετο. Ἔφθη μὲν γὰρ ὁ Δούκας ἐπί τινων ἐκ λίθου πεποιημένων τειχίων πεφευγώς, ἃ περὶ τὰς πυλῶν εἴθισται τιτάνου ἄνευ, ἢ τινος ἄλλης ἐπιχειρήσεως τοὺς λειμῶνας περιζωννύειν, ἐνταῦθα περισώσασθαι. Ἤδη δὲ καὶ τὸ Ῥωμαίων πεζικὸν ἐν ἐπιτηδείῳ γεγονός, λίθους κατὰ τῶν περὶ Ῥιτζάρδον ἠφίεσαν, ὡς ἐντεῦθεν ἐπισυνίστασθαι ἤδη τῶν πεφευγότων πολλούς. Ὅπερ ὁ Ῥιτζάρδος ἰδών, ἱππεῦσιν ἓξ ἅμα καὶ τριάκοντα κατ' αὐτῶν αὖθις ἐφέρετο. Ἀλλά τις τῶν
B ἐκ Τράνεως εἰς τοὺς ἱερέας τελῶν, μέγα τι χρῆμα λίθου ἐκ τῶν ὑπερδεξίων ἀφεὶς, κνήμης τε θατέρας τυχήσας αὐτοῦ, εἰς γῆν ἀνακλιθῆναι ἐποίησε. Καὶ ὁ μὲν ἔκειτο σπαράττων ὑπὸ ὀδύνης ἑαυτόν· ὁ δὲ καὶ δευτέραν κατῆρε τοῦ τραχήλου βολήν. Ἐπειδή τε ἤδη κατηγώνιστο, καίτοι τοῦτον πολλὰ ἱκετεύοντα, ὕπτιον ἀνακλίνας, ἐγχειρίδιον μετὰ τῆς γαστρὸς διελαύνει· ἔγκατα δὲ πάντα ἐκχέας, οἷόν τινα ἐδωδὴν ἐπὶ τοῦ στόματος παρέθετο, ὑπόδειγμα καθ' ἑαυτοῦ τοῦτον δὴ τὸν τῆς ἀπανθρωπίας τρόπον παρεσχηκότι τῷ κακοδαίμονι. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν, Ἄνδρον τε καὶ τὸ περὶ αὐτὸν στράτευμα Ῥωμαίοις ὁμολογίᾳ προσεχώρησεν· οἱ δὲ οὐδὲ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν προσδοκήσαντες, σὺν τροπαίοις ἐπὶ
C Βάριν ἦλθον. Ἔνθεν ἀφθόνοις περιτετυχηκότες τοῖς ἐπιτηδείοις, τοὺς πολεμίους ἀνέψυχον ἤδη καμάτους.

ε'. Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διαγεγονότος, ἐδόκει διχῆ διελοῦσι τὸ στράτευμα, τὸ μετ' αὐτοῦ σὺν τῷ ἑτέρῳ τῶν στρατηγῶν μεῖναι· τὸ δ' ἄλλο θατέρῳ ἑπαγόμενον, ἐπὶ καταδρομῇ φρουρίων τῶν περιοίκων ἐξελθεῖν. Ἔπιπτε δὲ ἐπὶ τὸν Δούκαν ὁ τοῦ προπονεῖσθαι κλῆρος. Τοίνυν καὶ ἦν γάρ τις πόλις, ἧς Κάστρος ἡγεῖτο, ἀνὴρ ἐπιφανής, ταύτην περικαθίσας ἀσφαλῶς ἐπολιόρκει. Ὡς δὲ πολλάκις τῷ περιβόλῳ προσρραγείς, ἔγνω ἀνηνύτοις ἐπιχειρῶν (οὐ γὰρ οὕτω οὐδὲ λίθον αὐτῷ ἐκεῖθεν ἀποσπᾶν ἐξεγένετο, καίτοι συχνὰ μαστίξαντι τοῖς τειχομαχικοῖς) ἄρας ἐκεῖθεν, περὶ λύχνων ἀφὰς ἐπὶ Μονόπολιν ἐφέρετο, ἐξαπι-
D ναίως ἐπιθήσεσθαι ταύτῃ διανοούμενος. Ἐτύγχανον δὲ τηνικαῦτα Μονοπολῖται στράτευμα ἐπὶ Ῥωμαίους ἐκπέμψαντες, τὸ μὲν ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν γινομένων, τὸ δὲ καὶ ὅπη δυνατὰ ἔσται ἀντικαταστησόμενον αὐτοῖς. Τύχῃ γοῦν τινὶ Μονοπολῖται τοῖς ἐμπροσθίοις τοῦ Ῥωμαϊκοῦ συμμίξαντες στρατοῦ, εἰς χεῖρας ἦλθον. Ἀλλὰ συναισθήσεως καὶ τοῖς κατόπιν γεγενημένης, ἱππεῖς μετ' αὐτῶν σχεδόν τι ἅπαντες ὤχοντο πεφευγότες, δρόμῳ τε ἔτι καὶ ἄσθματι πολλῷ ἐχόμενοι, πολίταις τοῖς ἄλλοις τὸν Ῥωμαίων στρατὸν ὅσον οὐκ ἤδη παρέσεσθαι διήγγελον. πεζῶν δὲ πλεῖστοι

ἑαλώκεσαν. Τούτοις ἐκταραχθέντες ἡ πόλις, ἐκ τῶν A παρόντων τοῖς πολεμίοις ἀντιτάξεσθαι ἔγνωσαν. Ἱππεῖς τοίνυν ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ἐκδραμόντες, ἅμα πεζοῖς πλείοσιν ἢ χιλίοις, πλήθους σφενδονιτῶν ἀναριθμήτου κατόπιν αὐτοῖς ἑπομένου, πρὸ τῆς πόλεως ἔστησαν. Ἐπειδή τε ἡμέρα ἤδη ἦν, ἐπιστὰς ὁ Δούκας, ὑπὲρ ἥμισυ μετὰ τῶν στρατιωτῶν αὐτὸς ἔχε, τὸ δ' ἄλλο εἰς προνομὴν τὴν περὶξ ἐξαπέστειλεν. Ἤδη τοίνυν διχῆ διελὼν τὸ στράτευμα, οὐ μὴν καὶ συνέμιξεν ἐν τῷ παραυτίκα Μονοπολίταις· ἀλλὰ σχῆμα τὸ τοῦ τειχέων δῆθεν ποιούμενος κατασκοπῆς, βάδην μετὰ ἐχώρει τὸ πρῶτον, ἐπὶ μέρους δῆθεν τὴν πόλιν περισκοπῶν. Ἔπειτα οὐδενὶ προρρηθὲν, τριάκοντα τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἕπεσθαι τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἀγγελευ- B σάμενος, κατὰ μέσον αὐτῶν ἵεται. Οἱ δὲ τῷ ἀθρόῳ καταπλαγέντες, εἰς φυγὴν ἔκλιναν. ὁ δὲ οὐ πρότερον ἀνῆκε διώκων, πρὶν ἢ τῶν τῆς πόλεως πύλαις φεύγουσι συνεισέπεσε καὶ αὐτὸς, ἕνα τε δορατίσας ἐντὸς πυλῶν, εἰς γῆν ἔβαλε. τοῦ λοιποῦ δὲ τοὺς ἑαλωκότας ἀνειληφὼς, ἐκεῖθεν ἀνέζευγνυ. Ἤδη δὲ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα ἱκανῶς τὴν κύκλῳ καταδραμὸν, σὺν ὠφελείαις ἀνέστρεφεν, ὃ καὶ αὐτὸ σὺν τῷ Δούκᾳ ἐς Βάριν ἦλθεν. Ἐν ᾧ καὶ ταῦτα ἐγίνετο, πρέσβεις πρὸς τοῦ Ῥώμης Ἀρχιερέως ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίων ἦλθον Στρατηγοὺς, ὃν Πάπαν Λατίνοις ὀνομάζειν ἔθος ἐστί. Ἐβούλετο δὲ αὐτοῖς ἡ πρεσβεία, ἢ ἄμφω, ἢ τὸν ἕνα αὐτῶν ἐπὶ Ῥώμην ἐλθεῖν, περὶ μεγάλων τῷ Ἀρχιερεῖ κοινωνη- C σομένους. Ἤδη γὰρ ἔφασκε δυνάμεις ὡς πλείστας αὐτὸς ἠθροικὼς, Ῥωμαίοις συμμαχήσειν ἐν παρασκευῇ γεγονέναι. Οἱ δὲ Ῥωμαίων Στρατηγοὶ πρὸς μὲν τοῦτο γράμμασιν ἀπείποντο. Βασιλάκιον δέ τινα ἐς τοὺς Βασιλέως τελέσαντα Ὑπογραμματεῖς, τότε σφίσιν ἑπόμενον, καὶ αὐτὸν σὺν χρυσίῳ, ἐφ' ᾧ ἱππέας ἐκεῖθεν μισθοῦ ἀγαγεῖν, ἔστελλον. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν Μονοπόλεως κατασυνεσκευάζοντο πόλεμον. Μονοπολῖται τοίνυν Ῥωμαίοις ἀπεναντίας ἰέναι οὐκ ἀποθαρσοῦντες, ῥητόν τινα χρόνον ἐνδοθῆναι αὐτοῖς ἠξίουν, οὗ ἔνδον εἰ μὴ ἐπικουρία τις ὅθεν δήποτε αὐτοῖς γένηται, τὴν πόλιν ἀμαχητὶ ἐγχειρίσειν. ἐγίνετο δὲ ταῦτα, καὶ σελήνης ἡμέραι ἐκεχειρία Μονοπολίταις D ἐδίδοτο. καὶ οἱ μὲν πρὸς τούτοις ἦσαν.

ς'. Βασαβούλας δὲ στρατευμάτων ἤδη Σικελικῶν ἐπιτιθεμένων αὐτῷ, γράμμασι τοὺς Ῥωμαίων μετέπεμπε Στρατηγοὺς θᾶττον ἐπικουρήσειν αὐτῷ. Τῶν δὲ μὴ προσεχόντων οἷς ᾔτει, αὖθις ἐκεῖνος πέμψας, ἠξίου περὶ τῶν αὐτῶν. Ῥωμαῖοι τοίνυν τὸ μὲν πρῶτον ἀπέλεγον, Οὐκ ἐφ' ᾧ Βασαβούλᾳ συμμαχήσειν ἐκ Βασιλέως ἥκειν εἰπόντες (οὐδὲ μὴν ταῦτα τὰς μεταξὺ Βασαβούλα καὶ αὐτῶν βούλεσθαι ὁμολογίας) ἀλλ' ὡς ἂν δηλονότι Βασιλεῖ Ἰταλίαν ταύτην, πρὸς αὐτοῦ συμμαχούμενοι, κατακτήσαιντο. Οἱ μὲν οὕτω

que capti sunt. Eo nuntio conterrita ciuitas, extemplo resistendum hosti censuit. Equites itaque ducenti, & supra mille pedites, & præter hos ingens funditorum multitudo sese pro portis oblocarunt. Orto iam die Ducas cum dimidia exercitus parte succedit, reliqua ad incursandos circumiacentes agros dimissa. Venit igitur diuisis bifariam copiis, neque tamen Monopolitas continuo est aggressus, verum tamquam mœnia speculaturus lento primum incedebat gressu, & velut oppidum per partes exploraturus. Deinde eorum quæ in mente erant nihil prodens, assumptis ex suis triginta, in medios hostes inuehitur. Illi re subita perturbati, fugam ineunt: nec persequi ante destitit Ducas, donec ad vrbis vsque portas fugientibus progressus, vnum ex hostibus hasta transfixum ad terram deiecit. Inde collectis captiuis abscessit. Ad hæc pars exercitus alia in circumiacentes agros aliquot facta excursione, cum non modicis inde auectis prædis, vna cum Duca, Barim rediit. Interea Legati a Romano Pontifice, quem Papam appellare solent Latini, ad Romanorum Duces missi peruenere. Mens Legationis erat, vt vel vterque, vel eorum alter Romam veniret, quo de rebus maioris momenti inuicem agerent. Aiebant quippe ingentibus coactis copiis, ad sociandа cum Romanis arma esse iam paratum. Id quidem scriptis ad Pontificem literis recusarunt Duces: Basilacium vero quemdam ex Imperatoris Scribis, qui tum ipsis aderat, eo cum pecuniis ad conducendos mercede equites misere. Ipsi interim se ad oppugnandam Monopolim comparant. At oppidani neutiquam Romanis obsistere ausi, aliquot dierum inducias sibi dari petunt, quibus elapsis si nullum alicunde submitteretur auxilium, vrbem citra certamen dedituros se pollicentur. Quod & factum est, mensisque vnius conceduntur induciæ.

VI. Dum hæc ibi geruntur, cum Siculorum instare copias aduerteret Bassauilla, Romanos Duces ad ferendam sibi quantocius opem per literas sollicitat. Cumque cunctarentur ij, nec postulata curarent, missis rursum Legatis, eadem ab iis efflagitat. At primo quidem id prorsus abnuerunt Romani, Non se ab Imperatore dicentes missos esse, vt Bassauillæ auxiliarentur (neque enim illum inter & Romanos pactum fœdus eiusmodi præferre conditiones) sed vt coniunctis videlicet viribus Italiam Principi rursum asserere conniterentur. Hæc etsi ad

Baſſauillam reſponſa miſiſſent, nihilominus inſtabat ille, ſeſeque in extrema adductum pericula Ducibus ſignificabat. Habita ergo deliberatione, Bari ad Butotum, quantum vir armatus die vna conficere poteſt itinere diſtantem, venere. At cum neſcio quis iam percrebuiſſet rumor, Richardo adhuc ſuperſtite, in Romanos proditionem inſtituiſſe Baſſauillam, neceſſarium putarunt ij ſecundo hominem iureiurando obſtringere; quod vbi factum eſt, omnem deinceps ab illo ſuſpicionem amouit. Inter hæc claſſem ex Maſſagetis Germaniſque equitibus, necnon etiam Romanis conflatam in Italiam miſit Imperator. Maſſagetis præerat Ioannacius, cognomento Critoples; Germanis Alexander, gente quidem Longobardus, cæteroquin fidiſſimus Principi, Romanorumque rebus addictiſſimus. Omnibus autem imperabat Ioannes Angelus. Hæc vbi reſciuit is qui Gulielmi copiis præfectus erat, & vt obſeſſo Antro, direptiſque agris adiacentibus, in ſe Romanus contenderet exercitus, inde verſus Malphetum, oppidum ſatis validum, cum vniuerſa acie proficiſcitur. Romani autem Boſcum, quod Richardo illi paruerat, caſtellum firmum ac munitum ſi quodpiam aliud, & acceſſu difficile, expugnare conſtituunt. Hic ille oſtentandæ magnificentiæ cauſa, omne genus animalium alebat, diſtinctis viuariis, in quibus illi, cum lubebat, parata erat ſine labore venatio. Ducas igitur, ſuorum aliquot aſſumptis, ad contemplandum caſtrum accedit: cumque eo ſe admouiſſet propius, confeſtim irruptione facta, qui intus erant hoſtes ſummo animi ardore in medios irruunt Romanos; ex iis cædunt quatuor, cum viciſſim ex ſuis duos amiſiſſent. Prælio itaque recandeſcente, iamiam comminus pugnabatur: ſed Romani tandem propria freti virtute, verterunt hoſtes in fugam. Eo in diſcrimine operam præclare nauarunt tum plures alij, tum duo inprimis ex Maſſagetis. Ita ſolutum eſt prælium. Ducas autem, poſtquam alter acceſſit exercitus, poſitis caſtris primum conſedit, ac denique poſtero die proceſſit, ordinata per turmas acie. Facta igitur oppugnatione, Romani telis & iactibus machinarum infeſtant obſeſſos: atque hi viciſſim fortiter ſe ex propugnaculis tuentur. Quo tum tempore res miranda accidit. Cum enim duo Ducæ ſatellites, quaſſatis licet lapidum emiſſione muris nequaquam tamen ad deditionem inclinare cernerent caſtrum, clypeo operientes caput, altera manu faces ferentes, ad portas, vt iis ignem admouerent, contendunt. Sed flammam non con-

A Βασαβύλᾳ ἠμείψατο. Ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον τοὺς ἄνδρας ἠπείγετο, ἐσχάτοις λέγων περιειλῆφθαι κακοῖς. σκεψάμενοι τοίνυν, ἐκ Βάρεως εἰς Βουτότην ἦλθον, ἡμέρας ὁδὸν ἀνδρὶ ὁπλοφοροῦντι διέχουσαν. Ἐπεὶ δέ τις ἐκράτει φήμη πρότερον, ὡς Βασαβύλας Ριτζάρδῳ ἔτι περιόντι προδοῦναι Ῥωμαίους σκέπτοιτο, δεῖν ἔγνωσαν καὶ δευτέροις αὐτὸν ὅρκοις Ῥωμαῖοι καταλαβεῖν. οὗ γεγονότος, οὐκέτι λοιπὸν ὑποψίᾳ ἐς αὐτὸν ἐχρῶντο οὐδεμιᾷ. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Βασιλεὺς στόλον Μασαγετῶν τε καὶ Γερμανῶν ἱππέων, καὶ δὴ καὶ Ῥωμαίων αὐτὸν ἐμπλησάμενος, εἰς Ἰταλίαν ἔπεμψεν. ἦρχε δὲ Μασαγετῶν μὲν Ἰωαννάκιος, ὃν Κριτόπλουν ἐκάλουν. Γερ- B μανῶν δὲ Ἀλέξανδρος, Λογγιβάρδος μὲν τὸ γένος, λίαν δὲ εὐνοικῶς ἔχων ἔς τε Βασιλέα καὶ Ῥωμαίους, καὶ τὰ Βασιλέως πράγματα. Πᾶσι μέν τοι Ἰωάννης ἐφεστήκει ἐπίκλησιν Ἄγγελος. Ταῦτα μαθὼν ὁ Γυλιέλμου στρατάρχης, καὶ ὡς ὁ Ῥωμαίων στρατὸς ἔπεισι κατ' αὐτοῦ, Ἄντρον τε πολιορκοῦντες, καὶ χωρία τὰ τῇδε προνομεύοντες, ἐκεῖθεν ἐπὶ πόλιν Μαλφέτον ἀσφαλείας ἱκανῶς ἔχουσαν παντὶ τῷ στρατῷ ἦλθε. Ῥωμαῖοι δὲ Βόσκον φρούριον Ριτζάρδῳ μὲν ἐκείνῳ κατήκοον, ὀχυρὸν δὲ εἴπερ τι καὶ ἄλλως δυσπρόσοδον ὄν, καταστρέψαι διενοήθησαν. Ἔνθα ἐκεῖνος, ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλοτιμίας, καὶ ζώων γένη C παντοδαπὰ ἔτρεφεν, ἰδιαζούσαις ἐνδιατριβαῖς, ἄπονόν τινα θήραν, ὁπότε βούλοιτο αὐτῷ παρεχόμενα. Ὀλίγους τοίνυν τῶν περὶ αὐτὸν ἐπαγόμενος ὁ Δούκας, ἦλθε περισκοπήσων αὐτό. Ἐπειδὴ δὲ ἐγγὺς ἐγένετο, θαρσήσαντες οἱ ἔνδον ἐπεξῄεσαν, εἰς μέσους τε ἐμπεπτωκότες, τέτρασι μὲν αὐτὸν ἐζημίωσαν, ἔπεσον δὲ αὐτῶν δύο. καὶ ἡ συμβολὴ ἀπὸ χειρὸς ἤδη μᾶλλον ἐγίνετο. Ἀλλ' ἐπιστάντες Ῥωμαῖοι τῇ σφετέρᾳ ἀρετῇ, τοὺς πολεμίους ἀπεώσαντο. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ἄλλοι τε πλεῖστοι Ῥωμαίων ἄνδρες γεγόνασιν ἀγαθοί, καὶ δύο Μασαγετῶν. Ἡ μὲν δὴ ξυμβολὴ ἐνταῦθα ἐλύετο. Ὁ δὲ Δούκας, ἐπεὶ καὶ τὸ ἄλλο στρά- D τευμα ἦλθε, τό, τε μὲν χάρακα πηξάμενος ηὐλίζετο, ὄρθρου δὲ ταξάμενος ἐχώρει κατὰ φάλαγγας. Προσβολῆς τοίνυν γινομένης, Ῥωμαῖοι μὲν βέλεσι καὶ βολαῖς ταῖς ἐκ τῶν πετροβόλων τοὺς ἔνδον ἐβιάζοντο· οἱ δὲ ἐκ τῶν ἐπάλξεων ἠμύνοντο καρτερώτατα. Ἐνταῦθα γίνεταί τι θαυμάσιον οἷον. Δύο γάρ τινες τῶν τοῦ Δούκα δορυφόρων, ἐπεὶ λίθοις αἰκιζόμενον ἀνένδοτον εἶναι τὸ φρούριον κατενόουν· ἀσπίσι τὰς κεφαλὰς καλυψάμενοι, δᾶδας τε χερσὶ ταῖς ἑτέραις ἔχοντες, ἐπὶ τὰς πύλας ἐχώρουν, ὡς ἐμπρήσοντες αὐτάς. Ἀλλὰ τῆς ὕλης οὐκ εὐπρήστου πα-

ῥεούσης, ἄπρακτοι ἐκεῖθεν ἀνεχώρησαν, παραδόξως τὰς ἐκ τοῦ τείχους χαλαζηδὸν ἐπ' αὐτοὺς πεμπομένας ἐκπεφευγότες βολάς. Τότε μὲν οὖν Ῥωμαῖοι τῆς μάχης ἄχρι καὶ ἐς δύοντα κατατεινάσης ἥλιον, ἐπεὶ μηδὲν ἤνυον, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθον. Οἱ δὲ Γυλιέλμου στρατάρχαι τούτων ἀκούσαντες, εἰς βουλὴν συλλεγέντες, εἰ χρὴ Ῥωμαίοις πολεμεῖν ἐσκέπτοντο. δόξαν οὖν οὕτω, τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες, ὡς ἐπὶ τὸ Ῥωμαίων ἐχώρουν στρατόπεδον. Ὃ πυθόμενοι καὶ Ῥωμαῖοι, ὡς πρὸς ἀντίταξιν ἡτοιμάζοντο. Ἐννέα μὲν οὖν Ἰταλοῖς ὑφειστήκεισαν ἡγεμόνες· ἐπεί γε μὴν ἅπασιν ὁ Καντζιλέριος ἐστρατήγει, τὸ στράτευμα δὲ αὖθις ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐξώπλιστο πᾶν, ἵπποις τε γαύροις ἐπιβεβηκός, καὶ δόρατα κραδαῖνον μακρά· ἐφ' οἷς ἔκπληξις τὸν Ῥωμαίων εἶχε στρατὸν καὶ θάμβος, εἰ πρὸς οὕτως εὔοπλον καὶ οὕτως ἀνάριθμον ὀλίγῃ μαχοῦνται στρατιᾷ. Ταξάμενοι δ' ὅμως ἵσταντο κατὰ λόχους καὶ αὐτοί, πολλὰ τοῦ στρατηγοῦ πρὸς εὐψυχίαν ὁρμῶντα σφίσιν ὑποτεινομένου. Μέχρι μὲν οὖν τινος οὐδέτεροι χειρῶν ἦρχον. Ἐπεὶ δὲ αἵ τε σάλπιγγες ἑκατέρωθεν ἤχουν, καὶ τὸ σύνθημα ἐδίδοτο, ἐμάχοντο συμπεσόντες ἀπὸ χειρὸς ἕκαστος. Οὐκ ἂν εἶπες ἥλιον, οὐδ' ἂν ἡμέραν ὁρᾶν. ἀχλὺς γὰρ πάντας ἐπεῖχε, καὶ κόνις εἰς οὐρανὸν ἵστατο· πάταγός τε ἠκούετο, καὶ ἄγριος ἠγείρετο θροῦς. Μέχρι μὲν οὖν γε ἀμφὶ μέσην ἡμέραν ἰσοπαλὴς ἡ μάχη ἐγίνετο. τὸ δ' ἐντεῦθεν τῷ πλήθει βιασάμενοι Ἰταλοί, τοὺς περὶ τὸν Δοῦκαν ἐπίεζον. Ὁ δὲ ταχὺ τὸ πρᾶγμα κατανοήσας, παρὰ μέσην εἰσελαύνει τῶν πολεμίων τὴν φάλαγγα· ἄλλους τε ἄλλο τε παίων, ἀεὶ ἕπεσθαι αὐτῷ σὺν βοῇ προώρμα τὸ Ῥωμαϊκόν. Αὖθις οὖν συνέπιπτον ἀλλήλοις τὰ στρατεύματα, καὶ ἡ μάχη ἐμαίνετο, ἕως τῇ σφετέρᾳ ἀρετῇ Ῥωμαῖοι τοὺς πολεμίους ἐτρέψαντο. καὶ αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ ἱππεῖς μὲν ἐς τριακοσίους ἔπεσον, πεζῶν δέ, ἀμύθητόν τι πλῆθος. οἱ λοιποὶ δὲ ᾤχοντο φεύγοντες. Ταῦτα κατωρθωκότες Ῥωμαῖοι, ἐπὶ τὸ φρούριον ἀνέστρεφον. οὐκ εἰς μακρὰν τοίνυν ἐξελόντες αὐτό, τοῖς τε ἐπιτηδείοις ἀφθόνοις περιτετυχήκεσαν ἐν αὐτῷ, καὶ τῶν ἄλλων πλησθέντες ἀγαθῶν, ἐπὶ Βάριν ἦλθον.

ζʹ. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Μοντοπολοῦς πόλεως ὀνομαστῆς γεγόνασιν ἐγκρατεῖς. Γραβίναν τε εἷλον, ἧς Ἀλέξανδρος ἡγεμόνευε πρότερον, ἄλλων τε πόλεων καὶ φυλακτηρίων· πρὸς δὲ καὶ κωμοπόλεις ὑπὲρ πεντήκοντα ἔσχον, καὶ ἐπὶ μέγα ἑκάστοτε τὰ Βασιλέως ἐφέρετο πράγματα· ὑπέρρει δὲ Γυλιέλμῳ τὰ τῆς δυνάμεως ἀεί, καὶ εἰς στενὸν κομιδῆ ἐχώρει. Ἡ φήμη τοίνυν εἰς πᾶσαν ἐκδραμοῦσα τὴν Ἰταλίαν, τὸ Ῥωμαίων ἁπανταχῆ διεκήρυττεν ἄμαχον. Καὶ εἶδον τότε

A cipiente ligno, re infecta rediere, vitatis præter opinionem, quæ grandinis instar de mœnibus emittebantur, telis. Tum vero Romani, postquam protracto ad Solis vsque occasum certamine nihil profecere, in castra reuersi sunt. Quæ cum Gulielmi Ducibus comperta essent, coacto concilio, an cum Romanis manus consererent, deliberant. Cum omnium in id conuenirent sententiæ, assumptis copiis, versus Romanorum castra iter intendunt. Romani e contra, his auditis, ad resistendum sese comparant. Italis quidem nouem præfuere Duces, quibus omnibus præpositus est Cancellarius. Omnis autem exercitus armis, generosis
B præterea equis, longisque hastis quam optime instructus erat. Ex quibus non modicus Romanos incessit pauor, animi dubius an cum tanto & tam bene armato exercitu exiguis admodum copiis decertarent. Ordinata nihilominus acie, eaque per turmas distributa, Dux multa oratione ad magninimitatem milites cohortatur. Manibus aliquamdiu ab vtraque parte temperatum. At postquam classicum vtrimque insonuit, & signum pugnæ datum est, cominus prælium ineunt vniuersi. Nec Solem dixisses, nec diem conspici, adeo omnes caligo inuaserat, puluisque creber in cælum ferebatur. Strepitus & clamor horribilis ex-
C audiebatur. Vsque ad medium diem æquo pugnatum Marte. Sed numerosis se copiis inferentes Itali, Ducæ aciem tandem inclinarunt. Quod vbi is animaduertit, phalangem suam in medios immittit hostes, cæsisque ac prostratis subinde aliis, vt se sequeretur inuitat. Rursum igitur committuntur vtrimque acies, acriusque recrudescit prælium, vsque dum propria animati virtute Romani hostes fundunt fugantque. Cecidere inter fugiendum equites fere trecenti, peditum autem innumera multitudo: alij fuga dilapsi sunt. His prospere gestis rediere ad castellum Romani: eoque, non multo interiecto tempore, potiti, commeatusque cæterarumque rerum necessa-
D riarum copia ibi inuenta, Barim se receperunt.

VII. Neque ita multo post Montempelosum, vrbem celebrem, in deditionem accepere: & Grauinam, cui primum Alexander præfuerat, & oppida alia, arcesque, insuper etiam vicos maiores vltra quinquaginta expugnauere. Ita res augebantur Imperatoris, aliis atque aliis in dies partis victoriis; Gulielmi vero sensim dilabebantur vires, & in arctum redigebantur, adeo vt vulgata per totam Italiam fama inuictam passim virtutem Romanam prædicaret. Videreque tum

Itali a Romanis, quorum a multis retro seculis arma non fuerant experti, sua omnia vbique diripi & auferri. Huc vsque ex voto quidem cuncta Romanis cessere: sed mox inuidit tot prosperis successibus fortuna. Morbus namque Palæologum corripiens, valida hominem febre decoxit: nec prius destitit humores naturales consumere, quam primo quidem comam deponere eum coegisset, ac paulo post rebus humanis exemisset. Cilicinam enim vestem iam induerat, ac cum melius habere videretur, Ducam, vt ad cæteras iret ciuitates, quas nondum cœperant Romani, hortatus erat. Sed enim tertio post die rursum recruduit morbus. Id vbi accepit Ducas, Barim reuersus est, atque illo iam defuncto, corpus sepulchro mandauit, aliaque omnia procurauit, quæ ex Christianorum lege sacris exequiis debentur. His rebus Bari peractis, summam rerum solus obtinuit. Hunc exitum habuit Palæologus, acri vir ingenio, & rei militaris peritissimus.

VIII. Ducas vero accepto exercitu versus Brundusium proficiscitur, quo Bassauillam sibi confestim conciliaret, qui hac de causa defecerat. Ille, seu quod lucri, vt opinor, captaret occasionem, vel quod reuera pecuniis indigeret, aureorum millia decem fœnori sibi dari a Palæologo adhuc superstite poposcerat. Quatuor hic promiserat se statim daturum, non quidem in fœnus, sed vt Principis largitionem: de reliquis prorsus abnuerat se quicquam posse præstare. Cum ægre tulisset repulsam Bassauilla, castris continuo Romanis excesserat. Defuncto autem Palæologo, & translata ad Ducam potestate, ad eum venit, acceptisque quas petiuerat pecuniis, arma iterum cum Romanis coniunxit. Tum vna illum adducens Ducas, cum omnibus copiis ad Masafram pergit. Ibi ciuitas quædam adiacet, Polymilium nuncupata, in qua vnus de Gulielmi ducibus erat, nomine Flamingus. Sed vbi is Romanum aduentare exercitum accepit, discessit inde, & Tarentum concessit. Romani Polymilio capto, & circumiacentibus agris direptis, rebus necessariis castra instruunt. Inde ad Molissam contendunt, oppidum in editiore quidem, sed æquali ac plano situm loco, validum cæteroquin ac turribus ab vtraque parte instructum, cuius alterum latus cingunt confragosæ & inaccessæ valles; alterum nauigabiles fluuij ambiunt. Sed nihil videtur obstare vento secundo nauigantibus. Molissa enim quantumuis

A Ἰταλοὶ Ῥωμαίοις, ὧν ἀπείρου ἤδη τοῦ χρόνου πολεμούντων σφίσιν οὐκ ἐπειράθησαν, πάντα καθάπαξ τὰ αὐτῶν ἄγοντας τε καὶ φέροντας. Μέχρι μὲν οὖν ἐς τοῦτο κατὰ νοῦν ἐφέρετο Ῥωμαίοις τὰ πράγματα· τὸ δ' ἐντεῦθεν ὑποβασκαίνειν ἡ τύχη τοῖς εὐκληρήμασιν ἤρξατο. Νόσος γὰρ τῷ Παλαιολόγῳ ἐνσκήψασα, λαύροις τὸν ἄνθρωπον πυρετοῖς ἐκαμίνευεν. οὐ πρότερόν τε ἔληξεν ἰκμάδα ἐπινεμομένη τούτῳ τὴν φυσικήν, πρὶν αὐτὸ μὲν πρῶτον ἀποθρίξασθαι ἠνάγκασεν· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἐποιήσατο. Ἄρτι μὲν γὰρ τὰ τρίχινα ἠμφίεστο, καὶ ῥᾷον εἶναι δόξας, τὸν Δούκαν ἐπὶ τὰς
B ἄλλας ἰέναι προὐτρέπετο πόλεις, ἃς δὴ ἀχειρώτους ἔτι Ῥωμαίοις συνέβαινεν εἶναι. ἐς τρίτην μετ' ἐκείνην ἡμέραν αὖθις ἐν κακοῖς ἦν. ὃ πυθόμενος ὁ Δούκας, ἐπὶ τὴν Βάριν ἀνεχώρει. Τεθνηκότι δὲ ἤδη τούτῳ περιτετυχηκώς, τὸ μὲν σῶμα σορῷ παραδέδωκε, πάντα τελέσας, ὅσα νόμοις Χριστιανοῖς ἐπὶ τῇ ὁσίᾳ ποιεῖν δίδωσι. Τὰ δὲ ἐπὶ Βάρεως διαθέμενος, μόνος τὸ λοιπὸν τὸ τῶν πραγμάτων ἀναδέχεται κράτος. Ὁ μὲν δὴ Παλαιολόγος οὕτω δὴ τὸν βίον μετήλλαξεν, ἀνὴρ ἀγχίνους τε καὶ ἄλλως ὤν, ἐς πολεμίοις ὁμιλῆσαι πράγμασι δεινότατος ὢν μάλιστα.

η'. Ὁ δὲ Δούκας τὸ στράτευμα ἀναλαβών, εὐθὺ
C Βρεντησίου ἐχώρει. ὅτε δὴ καὶ Βασαβούλαν ἑαυτῷ συστήσασθαι διὰ σπουδῆς ἔθετο, ἀποταξάμενον ἤδη ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. οὗτος εἴτε κέρδους οἶμαι προφάσεις ἑαυτῷ πορίζόμενος, εἴτε καὶ ἐνδείᾳ χρημάτων ἀληθῶς ἐχόμενος, χρυσίου χιλιάδας δέκα τὸν Παλαιολόγον ἔτι περιόντα δεδανεικέναι οἱ ἠξίου. ὁ δὲ τέτταρας μὲν αὐτίκα παρέχειν αὐτῷ κατετίθετο, δωρεὰν ἐκ βασιλέως, ἀλλ' οὐ δάνειον· πρὸς δὲ τὰς λοιπάς, ἰσχυρῶς ἀπέλεγεν. Οἷς ὁ Βασαβούλας δυσαρεστῶν, τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀπεσκήνητο στρατοπέδου. Ὡς δ' ἀπεβίω μὲν ὁ Παλαιολόγος, κατέστη δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὁ Δούκας, ἧκε παρ' αὐτόν, καὶ τῶν χρημάτων ὥσπερ ἠτεῖτο τετυχηκώς, πολεμίων αὖθις Ῥωμαίοις ἐκοι-
D νώνει πραγμάτων. Καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἐπαγόμενος ὁ Δούκας, ἐπὶ Μασσαύραν παντὶ τῷ στρατῷ ἦλθεν. Ἦν δέ τις ἐνταῦθα πόλις Πολυμίλιον κεκλημένη, ἔνθα τῶν περὶ τὸν Γυλίελμον συνέβαινεν εἶναι τὸν Φλαμίγγον ὄνομα. Ἀλλ' ὁ μὲν προσιέναι τὸν Ῥωμαίων ἀκούσας στρατόν, ἐκεῖθεν ἄρας ἐπὶ Τάραντα ἦλθε. Ῥωμαῖοι δὲ Πολυμίλιον ἑλόντες, τὰ πέριξ τε σκυλαγωγήσαντες, ὠφελειῶν ἐπεπλήσαντο τὸ στρατόπεδον. Ἐκεῖθεν τε ἐπὶ Μόλισσαν μετέβησαν πόλιν, ἣ κάθηται μὲν ἀνωτάτω ἐπ' ἀγχωμάλου, ἰσχυρὰ καὶ εὔπυργος ἐκ δὲ μερῶν ἀμφοτέρων, θατέρου μὲν φάραγγες τινὲς τραχεῖαι καὶ δειναὶ ἄβατοι κατατείνουσι· θατέρου δὲ ποταμοῖς ζώννυται ναυσιπόροις. Ἀλλ' ἔοικε τοῖς ἐξ οὐρίας πλέουσιν ἀντιπράττειν οὐδέν. Μόλισσα γὰρ καίτοι

ἀσφαλείας

A ἀσφαλείας οὕτω πανταχόθεν ἔχουσα, ὅμως Ῥωμαίοις, οὐδὲ μακρὰ κάμνουσιν, ἁλώσιμος τρόπῳ τῷ ῥηθησομένῳ ἐγένετο. ἅτε γὰρ εὐτυχήμασιν ἐπαρθέντες τοῖς προλαβοῦσιν, ἐπεὶ τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, τῇ τοῦ χώρου φύσει τεθαρσηκότας, ἔξω πυλῶν ἑστῶτας εἶδον, ἔνθα ἐπιμαχωτέραν εἶναι συνέβαινε ταύτην, δρομαῖοι διὰ τῶν ἀνάντοις ἐχώρουν. ὧν τῇ τόλμῃ καταπλαγέντες ἐκεῖνοι, ἐπὶ τὰς πύλας εἰσέπιπτον φεύγοντες. Οὔπω δὲ ἐπιζυγωθεισῶν, καὶ ὁ Ῥωμαίων συνέπιπτε στρατὸς, καὶ λοιπὸν κατὰ κράτος ἡ πόλις ἡλίσκετο. B Ταῦτα Ῥωμαῖοι καταπραξάμενοι, ἐκεῖθεν ἀπεχώρουν. Ἐπ' ὀλίγον δὲ προελθοῦσι σὺν στρατεύματι μεγάλῳ ὁ Φλαμίγγος ἀπήντα. Ῥωμαίων οὖν τινες τῶν ταγμάτων προπηδήσαντες, ὁμόσε τοῖς πολεμίοις ἐχώρουν, ἔργα θαυμαστὰ ἐς αὐτοὺς ἐνδεικνύμενοι· πλήθει ὅμως τῶν ἐναντίων παρὰ πολὺ ἐλασσούμενοι, ἀνεχώρουν ὀπίσω. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ Δούκας πανστρατὶ τῷ Φλαμίγγῳ ἐπιτίθεται, τρεψάμενός τε αὐτὸν, Μασαύρᾳ προσέβαλεν. Ἐξ ἐφόδου δὲ καὶ ταύτης περιγεγονὼς, ἀμύθητόν τι χρῆμα ἐπιτηδείων ἐπ' ἀκροπόλεως ἀπόθετον εὗρεν, ὅπλα τε πολλὰ, καὶ ἵππους τῶν διακοσίων οὐκ ἀποδέοντας ἔσχεν. Ἃ Ταραντῖνοι βλέποντες, ἀναφανδὰ τὸν Φλαμίγγον ἐκακηγόρουν, ἔγκλημα αὐτῷ ἐπιφέροντες, ὅτι δὴ δειλίαν τὴν αὐτοῦ Ῥωμαίοις παρρησίας πεποίηται ὕλην. Ἃ μηκέτι φέρειν δεδυνημένος ἐκεῖνος, τὸ στράτευμα αὖθις ἀναλαβὼν, τὴν Ῥωμαίων C ἐξεδέχετο στρατιάν. Ἀλλ' ἄρτι τε εἰς ὄψιν ἦλθεν αὐτῷ, καὶ αὐτίκα δειλίας βληθεὶς, οὐκέτι ἀλκῆς ἐμέμνητο. Φεύγουσι τοίνυν αὖθις, Ῥωμαίων ὀλίγοι ἐπιθέμενοι, τινὰς ἔκτειναν. Ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς Τάραντος ἤδη ἐγένοντο, ἀνάλωτον εἶναι πόλιν κατανοήσαντες, αὐτῆς μὲν ἀπῆραν, Μονοπόλει δὲ πελάσαι διανοηθέντες, ἐπεὶ ἀπόρως αὖθις συνέβαινε τειχομαχικῶν, γράμμασι τὸν ἐν Βάρει μετεπέμποντο στόλον, ἐφ' ᾧ τοιούτων ἐκεῖθεν εὐπορήσειν, ἥκειν ὅτι τάχιστα. Ἐν δὲ τούτῳ τετύχηκε Ῥωμαίοις διὰ χώρας πορθουμένοις εὐδαίμονος, καὶ ἀφθόνοις περιβρεθούσης ἀγαθοῖς, μυρίων ὅσων πεπλῆσθαι καλῶν. Λέγεται γὰρ δέκα μὲν τηνικάδε βοῦς ἀγελαίας χρυσοῦ τὸν στρατιώτην ἀποδόσθαι στατῆρος, πρόβατα δὲ τριάκοντα καὶ ἑκατόν. D Ὅτε δὴ καὶ Ῥωμαίων τινὰς εἱρκταῖς ἐκ πολλοῦ προστετηκότας εὑρόντες, τῶν κλοιῶν τοὺς ἀθλίους ἀνῆκαν.

θ'. Ἐπεὶ δὲ πεμπταῖοι εἰς Μονόπολιν ἀφίκοντο, ἐπεξῄει μὲν αὐτοῖς οὐδὲ εἷς. Ἔφθη γὰρ ἡ φήμη προκαταπλήξασα, τούτους ἔνδον ἐλάσαι τειχῶν. Ὑπὲρ δὲ τῶν πύργων πανόπλοι ἑστήκεσαν, εἴ τις ἐπιβολὴ τῷ περιβόλῳ ἐπέλθοι ἀμυνούμενοι. τότε μὲν οὖν αὐτοῦ που ἐν ἐπικαίρῳ, τῆς πόλεως οὐ πολλῷ ἄποθεν, τὸν χάρακα πηξάμενοι ἔμενον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὃν ἐκ Βάρεως μετεπέμψαντο ἤδη

munita, a Romanis tamen, nec multum laborantibus, eo quem exponam modo, expugnata est. Ij quippe prioribus fortunæ elati successibus, cum oppidanos ingenio loci confisos stare extra portas viderent, qua parte oppugnari facilius poterat ciuitas, cursu per ardua feruntur, tantaque eorum audacia perculsi hostes, fuga se intra portas recipiunt. Quibus adhuc reseratis, Romanorum vna incidit exercitus, & vrbe per vim potitur. His rebus confectis, excessere inde Romani. Sed vix multum erant emensi iter, cum obuiam fit cum numerosis copiis Flamingus. Tum vero Romani aliquot ex ordinibus prosilientes, cum hoste confligunt, mirandaque eo in certamine edunt facinora. Sed cum hostes numero præualerent, retro cessere. Inter hæc Ducas cum vniuerso exercitu Flamingum adoritur, eoque in fugam compulso, Masram venit. Qua primo quoque impetu expugnata, incredibilem commeatus & necessariarum rerum reconditam in arce copiam inuenit, & arma insuper multa, equosque non minus ducentos. Id vbi viderunt Tarentini, maledictis propalam Flamingum insectantur, incusantque, quod illius timiditas & ignauia audaciæ materiam præbuisset Romanis. Quam ille contumeliam non ferens, assumptis iterum copiis, Romanorum expectat exercitum. Sed vix in illius conspectum venit, cum prioris fortitudinis immemor, pauore subito corripitur. Fugientes itaque nonnullos pauci e Romanis insecuti, prostrauere. Vt vero proxime ad Tarentum accesserunt, expugnari ciuitatem haud posse rati, ab illa quidem digressi sunt: sed cum ad Monopolim copias admouere cogitarent, nullæque sibi eo tum tempore adessent bellicæ machinæ, classem, quæ Bari stabat, vt omnia ista celerrime adueheret per literas arcessiuerunt. Interim Romani, dum iter faciunt per regionem opulentam admodum, & immensa bonorum copia affluentem, multipliciter ditantur. Aiunt enim tum militem vno auri statere boues decem armentales vendidisse, alia autem pecora centum & triginta. Multos ad hæc Romanos diuturnis carceribus maceratos, compedibus exuerunt.

IX. Posteaquam quinto inde die ad Monopolim venerunt, nemo iis occurrit hostium. Ipsa enim iam ante fama consternati, intra mœnia se continebant. In turribus autem armati consistere, vt si quis in vallum fieret impetus, contra ij obsisterent. Romani itaque positis idoneo loco haud procul inde castris, consedere. Sed vbi, quam Bari acciuerant,

classis, quæ ad oppugnationem necessaria erant aduexit, cum omnibus copiis mœnia adoriuntur. At Monopolitæ emissis ex alto in hostes telis subeuntes repellunt Romanos, nonnullosque cædunt. Incœpto mane prælio in noctem vsque protracto, Romani, cum iam aduesperasceret, in castra reuertuntur. Monopolitæ vero in turribus custodias locant, easque per vices semper mutant, ne si quid Romani de nocte attentarent, eos lateret. Vtrimque præterea accendebantur ignes, tibiæque ac tubæ perstrepebant. Iamque exortam præteruectus auroram, suum terris iubar Sol inferebat, cum egressi e vallo Romani, oppugnationem denuo aggrediuntur. Monopolitæ e contra cursu se in propugnacula proripientes, vicissim capessunt arma. Rursum igitur instituitur certamen, clamorque ingens attollitur, Romanis nimirum vi ascendere muros annitentitentibus, subeuntes vero repellentibus Monopolitis. Sic quidem aliquandiu in iis laboratum. Exercitus deinde Romanus igni iniecto, vbi nauigia subduxerant Monopolitæ, ingentem flammam excitarunt: quo tum tempore Romanus quidam miles, Hicanatus nomine, rem dictu audituque dignam gessit. Monopolim quippe murus circumcingit duplex, sed interior altius eductus, hostilem nequaquam hastam veretur: alter autem tertia parte minor illius fundamenta circumambit. Spatium illud, quod vtrumque interiacet murum, subeuntes Monopolitæ duo, telis inde hostes lacessabant, cæterosque vt idem agerent, hortabantur Quod vbi conspicit Hicanatus, arrepta hasta eo perueniens, alterum ex iis ferit, prosternitque. Mox ingens tollitur a Romano exercitu clamor, tantusque plausus, vt nihil quicquam exaudiri posset. Vnde conterriti qui in turribus stabant oppidani, captam iam vrbem rati, relictis turribus ipsis, in mediam ciuitatem confugiunt: & ni continuo re cognita in propugnacula rursum sese recepissent, vrbs a Romanis illico fuisset capta. Sic tum altera in Monopolim desiit oppugnatio. Oppidani vero vbi se angustiis vndique premi vident, per literas Flamingum enixius rogant, vt quantocius cum auxilio accederet. Ille breui se adfuturum cum magno exercitu, Romanosque inde depulsurum renuntiat. Sed enim rursum inuasit animum illius metus, pauorque immensus, cum subiit cogitatio, quibuscum certaturus esset, ac contra quos sibi bellum foret. Vbi vero septimus inde effluxit dies, & nusquam conspectus est Flamingus, desperato hactenus auxilio, in castra

A στόλον, Μονοπόλει προσχὼν τά ἐς πολιορκίαν αὐτάρκη ἐκόμισε, τότε δὴ πανστρατὶ τῷ περιβόλῳ ἐπέθεντο. Ἀλλὰ Μονοπολῖται, ἅτε ἀφ᾽ ὑψηλοῦ ἐς τοὺς πολεμίους βάλλοντες, ἀπεκρούοντό τε τοὺς προσιόντας Ῥωμαίων, καὶ τινὰς ἔκτεινον. ἥ τε μάχη περὶ ὄρθρον ἀρξαμένη, ἐς νύκτα ἐτελεύτα. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν ἐπεὶ συνεσκόταζεν ἤδη, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν. Μονοπολῖται δὲ φυλακὰς ἐπὶ τῶν πύργων εἶχον, ἐκ περιτροπῆς καθιστάντες ἀεί, ὡς μὴ λάθοιεν κακουργήσαντές τι νύκτωρ ἐπὶ τὴν πόλιν Ῥωμαῖοι. πυρά τε ἑκατέρωθεν ἐκαίοντο πολλά, καὶ αὐλοὶ καὶ σύριγγες ἤχουν. Ἄρτι δὲ τὸν ἕω ὁρίζοντα παραμείψας ἥλιος, ἐς τὸ τῆς γῆς περιέκυψε πρόσωπον· καὶ Ῥωμαῖοι B μὲν τῶν χαρακωμάτων ἐπὶ τῶν ἔργων καὶ πάλιν ἐγίνοντο· Μονοπολῖται δὲ δρόμῳ καὶ αὖθις εἰς τὰς ἐπάλξεις ἐχώρουν, καὶ πρὸς τοῖς ὅπλοις ἦσαν. Καὶ ἀγὼν αὖθις, κρότος τε ἐξαίσιος οἷος, Ῥωμαίοις μὲν τὴν ἐς τὸ τεῖχος βιαζομένοις ἄνοδον, Μονοπολίταις δὲ προσιόντας ἀπωθεῖσθαι. Μέχρι μὲν οὖν τινος ἐπὶ τούτοις ἐπονοῦντο. Τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν πῦρ, ἔνθα τὰ σκάφη Μονοπολίταις ὑφώρμει, τὸ Ῥωμαίων ἐμβαλὸν στράτευμα, φλόγα μεγίστην ἀρθῆναι ἐποίησεν. ὅτε καὶ τῶν τις Ῥωμαίων στρατιωτῶν Ἰκανάτος ἐπίκλησιν, λόγου καὶ ἀκοῆς εἰργάσατο ἄξια. Μονόπολιν γὰρ διπλᾶ μὲν ζώννυσι τείχη. ἀλλὰ τὸ μὲν ἔνδον ἐπὶ πλεῖστον τε ἐπαίρεται, καὶ πολεμίου δορὸς λόγον οὐδένα τὸ παράπαν πεποίηται. C Τὸ δ᾽ ἄλλο ἐς τριτημόριον μάλιστα τοῦ προτέρου αἱρόμενον, τὰς κρηπῖδας αὐτοῦ περιθεῖ. Ἐς τοῦτο δὲ τὸ περίτειχος, δύο τινὲς Μονοπολιτῶν ἀναβάντες, αὐτοί τε ἐς τοὺς πολεμίους ἔβαλον, καὶ τοὺς ἄλλους πρὸς τοῦτο παρώρμων. Ὅπερ ἰδὼν ὁ Ἰκανάτος, σὺν τῷ δόρατι ἐπελάσας θατέρου τῶν εἰρημένων κατασχεῖ. ὁ δὲ ὕπτιος παραυτὰ ἐξεκυλίσθη. Βοή τε πρὸς τοῦ Ῥωμαίων ἤρθη στρατοῦ, καὶ κρότος ἐξαίσιός τε καὶ ἀκοῆς κρείσσων ἐγένετο. Πρὸς ὃ καταπλαγέντες οἱ ἐπὶ τῶν πύργων, νομίσαντές τε ἤδη τὴν πόλιν ἁλῶναι, τοὺς πύργους λιπόντες ἀνὰ μέσην τὴν πόλιν ἐχώρουν. Καὶ εἰ μὴ ταχὺ τὸ πρᾶγμα αἰσθόμενοι ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων αὖθις ἀνέβησαν, ἥλω ἂν αὐτίκα Ῥωμαίοις ἡ πόλις. Ἐν τούτοις καὶ ἡ δευτέρα κατὰ D Μονοπόλεως ἔληξε προσβολή. Μονοπολῖται δὲ ὡς ἔγνωσαν ἐν στενῷ περιειλημμένοι, γράμματα ἐπὶ Φλαμίγγον πέμψαντες, ἥκειν αὐτὸν τὴν ταχίστην ἠξίουν. Ὁ δὲ ἐπήγγελε μὲν παρέσεσθαι τούτοις κατὰ μικρόν, στρατεύματι μεγάλῳ, Ῥωμαίους ἐνθένδεν ἀπελασήσων. Δέος δὲ αὐτὸν ἔνδον ἐπεῖχε, καὶ εἰς δειλίαν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν, ἔπιπτε, λογιζόμενος τίσι μαχεῖται, καὶ πρὸς τινας αὐτῷ ὁ πόλεμος ἔσται. Ἐπεὶ δὲ ἑβδόμη ἐξ ἐκείνου παρῆλθεν ἡμέρα, καὶ Φλαμίγγος οὐδαμοῦ διεφαίνετο· τότε δὴ Μονοπολῖται τὴν ὁθενδήποτε ἀπεγνωκότες ἐπικουρίαν, πρέσβεις ἐς τὸ

Ῥωμαίων ἔστειλαι στράτευμα, ἐφ' ᾧ τὴν πόλιν καὶ σφᾶς A αὐτοὺς βασιλεῖ παραδοῦναι μεγάλῳ. Ὁ Δούκας δὲ ἀπεῖπεν αὖθις, μὴ ἂν ἄλλως ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ τὸ πιστὸν αὐτῶν ἐσχηκέναι, εἰ μὴ καὶ φρουρὰν ἐξ αὐτοῖς ἐκ βασιλέως ἐπιστῆσαι καταδέξαιντο. Τῶν δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ἐπινευσάντων, χρόνος ἐδίδοτο τῇ ὁμολογίᾳ τακτός. Ἀλλά τινες τοῦ Μονοπολιτῶν δήμου (ἦσαν γὰρ οἷς οὐκ ἤρεσκε τὰ μελετώμενα) λαθόντες τοὺς ἄλλους Φλαμίγγῳ ταῦτα δῆλα καθίστων. καὶ ὃς πρὸς τὴν ἀκοὴν ἐκταραχθείς, καταφράκτους ἱππέας τῶν περὶ αὐτὸν ἀπολεξάμενος τὸν ἑκατὸν οὐκ ἀποδέοντας, αὐτοὺς μὲν ἐν τῷ παραυτίκα ἔστελλεν. Ὁ δὲ κατόπιν ὀλίγῳ ὕστερον ἥκειν ἔλεγε χεῖρα βαρεῖαν ἐπαγόμενος. Τούτοις δὲ τοὺς ἱππέας, νύκτα τηρήσαντες, οἷς τὸ ἔργον τοῦτο συνέκειτο, καθ' ἣν ὑετὸς οὐρανόθεν ἐπέκλυζεν ἄσχετος, διὰ πυλίδος τινὸς ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσεδέχοντο· B καὶ τὸ ἐντεῦθεν εἰς ὅπλα χωρεῖν καὶ πάλιν ἐσκέπτοντο. Ὅπερ ὡς εἰς γνῶσιν ἦλθε τῷ Δούκᾳ, ἐξαπάτην τινὰ πρὸς τὴν Μονοπολιτῶν τὴν πρεσβείαν γενέσθαι οἰηθείς, αὐτίκα ἐξῆγε τοῦ χάρακος τὸν στρατόν. Οἱ δὲ ὀλίγα αὐτοῖς ἀρκέσαι τοὺς ἑκατὸν λογισάμενοι ἱππέων, ἄλλως τε καὶ σὺν θυμῷ μᾶλλον ἢ πρότερον μαχησομένου τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ· πέμψαντες ἐπὶ τὴν πόλιν αὖθις ἐκάλουν τὸν στρατηγόν, ἐφ' ἑτέρους τὴν αἰτίαν μεταφέροντες, οἳ κοινῆς ἄνευ γνώμης ἐτόλμησαν τὰ παρόντα. Ὁ δὲ Δούκας τὰ μὲν πρῶτα ἀναινομένῳ ἐῴκει, θρύψει τε καὶ ὑπεροψίᾳ πολλῇ χρώμενος, μάχῃ τὸ πρᾶγμα ἤδη κριθῆναι ἰσχυρίζετο. Ἐγκειμένων δὲ C μᾶλλον εἰς τοῦτο τῶν πολιτῶν, καὶ ἐπιχωρεῖν αὐτοῖς τὴν ἁμαρτάδα ἱκετευόντων, ὀψὲ παρακληθεὶς ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσῆγε τὸ στράτευμα. Ἀλλ' ἄρτι τὴν πόλιν Ῥωμαίων ἐχόντων, καὶ ὁ Φλαμίγγος ἀπὸ σταδίων εἴκοσιν ἠγγέλετο παρών. Τοῦτο γνοὺς ὁ Δούκας, ἄνδρας ἱππέας τῶν σὺν αὐτῷ ἀριστίνδην ἀπολεξάμενος, αὐτοὺς μὲν ὡς Φλαμίγγῳ ὑπαντιάσοντας ἔστελλεν· ὁ δὲ τὰ κατὰ τὴν πόλιν διοικησόμενος, αὐτοῦ ἔμεινεν. Ἀλλ' ὁ Φλαμίγγος ἐπεὶ πόρρωθεν τὰς βασιλέως ἀνέγνω σημαίας, ἐπὶ τῶν πύργων ἤδη περιφαινομένας· πρὸ τοῦ τοῖς Ῥωμαίων ἱππεῦσιν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἔγγιστα ἤδη γεγονόσιν, ὀπίσω ἐχώρει. Ὅτε δὴ κατὰ νώτου Ῥωμαῖοι διώξαντες, πολλοὺς αὐτῶν ἔκτειναν. εἷλον δὲ καὶ ζωγρείας D πανόπλους ἱππέας ἑκατὸν μάλιστα. Φλαμίγγον δὲ ἐγγὺς ἁλῶναι ἤδη γεγενημένον, ἡ τοῦ ἵππου ταχύτης τοῦ κινδύνου διεσώσατο. Ταῦτα κατορθωκότες Ῥωμαῖοι, ἐπὶ Μονόπολιν ἀνεχώρησαν.

ι'. Ὁ δὲ Δούκας ὁσημέραι τὴν τύχην Ῥωμαίοις προσμειδιῶσαν ὁρῶν, οὐ πάνυ τι πιστεύειν εἶχεν αὐτῇ, τὴν ἀποστροφὴν ὡς εἰκὸς εὐλαβούμενος, μήποτε κατὰ τοὺς μοχθηρούς, φασί, τῶν συνοδοιπόρων ἐκ μέσης λιποῦσα τούτοις ἀνακάμψῃ τῆς ὁδοῦ. ὅθεν καὶ γράμμα » χαράξας τῷ βασιλεῖ ἔπεμψεν. εἶχε δὲ ὧδε. Εἰ μὲν

Romana misere Legatos Monopolitæ, vt & ciuitatem & seipsos magno dederent Imperatori. Ducas autem negauit aliter se fidem eorum deditioni habiturum, nisi præsidium Imperatoris nomine sibi imponi sinerent. His ad ea annuentibus, pactioni faciendæ dies est præfinitus. Verum e popularibus Monopolitanis nonnulli, quibus quæ agebantur haud placebant, insciis aliis, rem omnem Flamingo significant. Quo ille nuntio consternatus, delectos e suis centum cataphractos equites continuo ad eos mittit, seque paulo post secuturum, & maiores copias adducturum pollicetur. Igitur ij quibus ea incumbebat cura, noctem obseruantes, qua magna imbrium vis de cælo cadebat, equites illos per minorem portam in vrbem admisere. Quod vbi comperit Ducas, imposuisse sibi Monopolitanorum Legatos ratus, confestim e vallo milites educit. Sed cum haud sibi satis esse centum illos equites viderent oppidani, Romanis præsertim acriori quam ante animo decertaturis; missis rursum Legatis, Ducem in ciuitatem euocant, translata in alios culpa, qui citra commune consilium ea perpetrare ausi fuerant. Id primum admittere renuit Ducas, & Legatos vtcumque aspernatus, rem armis dirimere velle se dixit. Sed tandem acrius illis instantibus, & vt hoc sibi delictum remitteretur obsecrantibus, tandem aliquando placatus, exercitum in vrbem introduxit. Vix vrbe potiti sunt Romani, cum viginti ab ea stadiis adesse Flamingum nuntiatur. Id vbi accepit Ducas, delectos expertæ generositatis equites, qui Flamingo occurrerent, emittit: Interea dum ipse in ciuitate manet, & res ibi componeret. At Flamingus vbi a longinquo Imperatoria in turribus erecta conspexit signa, priusquam cum equitibus Romanis iam proximis manus consereret, retro cessit. Romani a tergo insequentes, multos ex eis cecidere, & centum cataphractos equites viuos cepere. Flamingum vero, qui & ipse fere captus est, equi pernicitas periculo exemit. His prospere gestis rebus, Romani Monopolim redeunt.

X. Ducas autem etsi quotidie arridere sibi aduerteret fortunam, nequaquam tamen totum se illi committendum censuit, instabilitatem illius non sine causa veritus, ne quemadmodum improbi & infidi comites solent, ipsos in media via relictos desereret. Mittit itaque literas ad Imperatorem, quarum hoc fuit argumentum. *Si nullum aliud in*

A *Italia nobis superesset bellum, Maxime Imperator, neque exercitu alio, neque cæterarum subsidio rerum opus foret. Omnia enim in hunc vsque diem ex voto nobis successisse scias, vrbes ferme omnes quotquot sunt in Italia, & ad sinum vsque Ionium, in ditionem nos accepisse, magnaque bella ad Maiestatis tuæ, Romanorumque gloriam nos confecisse. Sed cum longe grauius nobis immineat certamen (Gulielmus quippe Siciliæ prædo, ob suorum iacturam haud dubie indignatus, contractis vndique copiis, classeque valida in mare immissa, & mari & terra nos aggredi meditatur) non contemnendus est nobis iste Insulani apparatus, neque bellum hoc segnius gerendum, ne parta a nobis in præsens gloria, vertatur in ignominiam. Vt enim ille qui cum paruis viribus res magnas aggreditur, si rem prospere confecerit, maiorem, quam si cum maximis, gloriam comparat: ita e contra, si perperam res cesserit, multiplex inde contrahit dedecus, cum præter ipsam cladem in re insuper militari perpetrata culpa lapsos affligtare soleat, vti sæpenumero tua nos docuit Maiestas.* Hæc ille. Rebus Monopoli ordinatis, cum omnibus inde copiis excessit; & Ostunio, valido inprimis oppido, per conditiones potitus, versus Brundusium, iter intendit. Temessam ciuitatem illam vocarunt veteres. Longum quippe succedens æuum pleraque apud posteros nouat nomina, atque in alia, aut dissimilia omnino, aut parum discrepantia immutat. Vt ad hanc vrbem peruenere Romani, otiosi permansere: Pascha enim Christianorum postridie futurum erat. Eiusmodi otium ignauiæ & timiditati adscribentes oppidani, plurima facta eruptione, ad ipsum vsque vallum excurrunt, donec Romani aliquot inuiti pene erumpunt, qui iis tandem propulsatis, in castra reuertuntur. Cæteri quidem Romani, vt antea, diebus festis debitum impendebant cultum. Thomas autem gente Antiochenus, qui iam dudum ad Imperatorem transfugerat, sumptis armis, vallo excedit, campumque perequitat. Vbi accessit ad vrbem, fortiorem ad singulare prouocat certamen. Erat autem ibi præcellentis fortitudinis quidam, nomine Enchelys. Is vt Thomam ciere pugnam audiuit, sumpto thorace descendit in campum, lentoque obuiam gradu Thomæ procedit. Pauor inde defixit vtrimque spectatores, dum cataphractos generosos istos eo se in loco ad certamen accingere conspiciunt. Simul igitur ac proximi fuere, ad-

A μηδεὶς ἔτι ἐπὶ τῆς Ἰταλίας πόλεμος ἡμῖν ἐλείπετο, κράτιστε βασιλεῦ, οὔτε στρατιᾶς ἄλλης ἐδέησεν ἄν, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδενός. Πάντα γὰρ ἐς τὴν δεῦρο τὴν ἡμέραν κατὰ νοῦν κεχωρηκέναι ἡμῖν ἴσθι· πόλεις τε σχεδὸν ἁπάσας, ὁπόσαι ἐν Ἰταλίᾳ τυγχάνουσαι οὖσαι καὶ κόλπῳ τῷ Ἰονίῳ, παραστησαμένοις ἤδη, καὶ πρός γε πολέμοις κεκρατηκόσι μεγάλοις, βασιλείας τε τῆς σῆς, καὶ τοῦ Ῥωμαίων ἐπαξίως γένους. Ἐπεὶ δὲ ἀγὼν ἡμῖν ὁ μείζων ἐπίπροσθεν ἔτι κεῖται (Γυλιέλμος γὰρ ὁ Σικελίας ληστεύων, ἀσχάλλων ὡς εἰκὸς ἐπὶ τῇ τῶν οἰκείων ἀπωλείᾳ, δυνάμεις ἁπανταχόθεν ἀγείρει, καὶ στόλον νεῶν ὡς πλείστων ἐπὶ θάλασσαν ἤδη κατεσπακὼς ἔχει, ὡς ἐκ γῆς ἡμῖν καὶ θαλάσσης ἐπιτίθοιτο κατὰ νοῦν ποιούμενος.) B Οὐ χρὴ περὶ ἐλάσσονος ταύτην ἡμᾶς ποιεῖσθαι τὴν τοῦ νησιώτου παρασκευήν, οὐδὲ παρέργως πόλεμον τόνδε διαφέρειν, μήποτε κλέος ἡμῖν τὸ παρὸν ἐς ὄνειδος μᾶλλον ἀποκριθήσεσθαι γένοιτο. Τὸ γὰρ σὺν μικροῖς τὰ μεγάλα μετιέναι, κατορθούμενον μὲν πλείω τοῦ σὺν μεγίστοις χαρίζεται δόξαν, ἀμαρτανόμενον δὲ πολλαπλάσιον ἐπάγεται τὸ αἶσχος, ἅτε πρὸς τῇ ἥττῃ, καὶ ἁμαρτίαν στρατηγικὴν ἐπιτρίβον τοῖς πταίσασιν, ὥς γε πολλάκις ἡμᾶς κράτος ἐδίδαξε τὸ σόν. Τὰ μὲν δὴ γράμματα ἐν τούτοις ἦσαν. Ὁ δὲ ἐπειδὴ τὰ ἐν Μονοπόλει καλῶς ἤδη εἶχεν αὐτῷ, παντὶ τῷ στρατῷ ἐκεῖθεν ἀπήλαυνεν· Ὀστούνιόν τε πόλιν ὀχυρωτάτην C ἐν τοῖς μάλιστα ὁμολογίᾳ παραστησάμενος, ἐπὶ Βρεντέσιον ἠπείγετο πόλιν ἑτέραν. ἣ δὲ Τεμέση τὸ παλαιὸν ὠνομάζετο. Ἀλλὰ πολὺς μετ' ἐκεῖνα ἀναστρεψάμενος ἐπιγινομένοις αἰών, ἐνεόχμωσε τὰ πλεῖστα τῶν ὀνομάτων ἐφ' ἕτερα, ἢ παντάπασιν ἀνόμοια, ἢ ὀλίγῳ διαφέροντα, μεταθείς. Ταύτην ἐπεὶ Ῥωμαῖοι κατέλαβον, ἡσυχῇ ἔμενον. Πάσχα γὰρ τῇ ἑξῆς Χριστιανοῖς ἦν. Ὅπερ οἱ τῆς πόλεως δειλίαν εἶναι νομίσαντες, πολλάκις ἐπεξιόντες, ἄχρι καὶ αὐτῶν χαρακωμάτων ἐγίνοντο, ἕως Ῥωμαῖοι οὔτοι ἐθελούσιοι νώτοις ἐπιπηδήσαντες, ἐπειδήπερ ἀπεώσαντο, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι D Ῥωμαίων ἐπὶ τοῖς προτέροις καὶ πάλιν ἦσαν, σέβας τῷ καιρῷ παρεχόμενοι. Θωμᾶς δέ τις, γένος μὲν Ἀντιοχεύς, βασιλεῖ δὲ αὐτόμολος ἐκ μακροῦ γεγενημένος, ὅπλα ὑποθέμενος ἐξῄει τοῦ χάρακος, ἱππευόμενος ἐν τῷ πεδίῳ. Ἐπεὶ δὲ ἤδη ἀγχοῦ τῆς πόλεως ἐγένετο, προὐκαλεῖτο τὸν ἄριστον ἐς μονομαχίαν αὐτῷ καταβῆναι. Ἦν δέ τις ἐνταῦθα ἀνδρείᾳ ἐπὶ πλεῖστον ἥκων, ὄνομα Ἐγχελύς. Οὗτος ἐπεὶ Θωμᾶν μονομαχεῖν ἀξιοῦντα ἔγνω, θωρακισάμενος καὶ αὐτὸς ἐξῆλθε παρὰ τὸ πεδίον, βάδην ἀντιμέτωπος τῷ Θωμᾷ πορευόμενος. ὅτε δὴ θάμβος εἶχεν ἀμφοτέρωθεν ὁρῶντας τοὺς ἄνδρας, οὕτω μὲν πανόπλους, οὕτω δὲ γενναίους, ὥσπερ ἐπὶ στάδιον τὸν χῶρον ἐκεῖνον ἀποδυομένους. Ἐπειδὴ τοίνυν ἀγχοῦ ἤδη ἐγένοντο, τοὺς ἵππους

A ἐπελάσαντες, συνέπεσον ταῖς αἰχμαῖς. Θωμᾶ μὲν οὖν ἡ αἰχμὴ δι᾽ ἀσπίδος ἐλθοῦσα καὶ θώρακος αὐτοῦ, ἄχρι καὶ ἐπὶ τὸ δέρμα διεξέπεσεν. Ὁ δὴ Ἔγχελυς δι᾽ ἀσπίδος καὶ αὐτὸς τὸ δόρυ ἐλάσας, ἔνθα τῆς κεφαλῆς ὑπερανίστασθαι ταύτην συνέβαινεν, ὑπανασχόντος ἤδη τοῦ στρατιώτου, ὡς τὰ περὶ αὐτὴν φράξαιτο, κράνός τε αὐτὸ διετόρησε, καὶ σαρκὸς ἔψαυσεν. Οὕτω τε ἀλλήλων ἀπαλλαγέντες, ὁ μὲν ἐπὶ τὸ Ῥωμαίων ἐχώρησε στρατόπεδον, ἅτερος δὴ ἐπὶ τὴν πόλιν ἦλθε. Ῥωμαῖοι δὲ ἐπεὶ τέλος ἤδη τὰ τῆς ἐν σφίσιν εἶχεν ἑορτῆς, ταξάμενοι ἐπὶ τὴν πόλιν ἐχώρουν. Ὡς δὲ πολλὰ τοῖς πετροβόλοις τὰ τείχη μαστίξαντες, ἀνηνύτοις ἐπιχειρεῖν ἔγνωσαν (Οἱ γὰρ πάλαι ἄνθρωποι πολλὴν ἐπὶ B τῶν ἔργων ποιούμενοι τὴν ἐπιμέλειαν, πολὺ μᾶλλον ἐς τὰς τῶν πόλεων, ὡς τὸ εἰκός, πεφιλοτίμηνται οἰκοδομάς) τούτου μὲν ἀπέσχοντο. Προσωτέρω δέ, καὶ ὅσον τειχέων ὑπερίπτασθαι, τοὺς λίθους ἀποδισκεύοντες, τὴν πόλεως ἐντὸς πίπτειν ἐποίουν. Ἀλλ᾽ ἅμα τε τὸν πρῶτον ἀφῆκαν, καὶ γύναιόν τι ἀνὰ τὴν πόλιν σοβοῦν, κατὰ κορυφὴν δεξάμενον τὴν βολήν, τήν τε κεφαλὴν διεσπαράχθη, καὶ πάντων μελῶν παρελύθη τὴν σύστασιν. ὀλοφυρμὸς οὖν ἐγένετο, καὶ σχῆμα πόλεως ἁλούσης ἐπεῖχε τότε τοὺς ἔνδον, οὐδὲ ὅσον ἐπὶ θέαν τῆς δυστήνου ἐκείνης ἀνθρώπου ἐξιέναι θαρσοῦντας. Ὡς δὲ καὶ δευτέραν ἐπέρριψαν, καὶ ἤδη συχνὰς ἐποιοῦντο Ῥωμαῖοι τὰς βολάς, ἐκπλαγέντες ὁ δῆμος, λίθον C ὑπὲρ κεφαλῆς ἕκαστος ἐφαντάζετο, ἄλλον τρόπον, καὶ οὐχ᾽ ὅνπερ οἱ μῦθοι περὶ Ταντάλου φασίν· ὅθεν καὶ τῶν πολιτῶν βουλευομένων ἤδη, Ῥωμαίοις εἰσόδου παραχωρεῖν, αἰσθόμενον τὸ στρατιωτικόν, καὶ ὅσον ἐπὶ τῶν πύργων φυλακὴν εἶχε, δρόμῳ πολλῷ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀνεχώρουν. αἵ τε πύλαι πρὸς τοῦ δήμου ἀνακλιθεῖσαι, τὸν Ῥωμαίων εἰσωδίαζον στρατόν. Ἐπειδὴ γοῦν καὶ ταύτην ὁ Δούκας ἔσχε, διχῆ τὸ στράτευμα διελών, ὁ μὲν αὐτοῦ που παρὰ τὴν πόλιν κατεῖχε, τοῖς ἐπ᾽ ἀκροπόλεως μαχούμενον, τὸ δὴ ἄλλο ἐς προνομὰς ἔπεμψεν. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο. χώρα δέ τις πολυανθρωποτάτη καὶ εὔγεως, ἣν καλοῦσιν Ἀλίτζιον, τὰ ἐπὶ Βρεντεσίῳ συμπεπτωκότα λογισαμένη, τῷ βασιλεῖ προσεχώρησε. Πολεμίων δὲ D ὀλίγος στρατὸς ἐπὶ λόχμης τινός, τοῖς τὴν Ῥωμαίων νέμουσιν ἐλλοχήσαντες ἵππων (Κελτοὶ δὲ ἦσαν) ἐπειδήπερ εἰς ὕπνον αὐτοὺς ἐνεχθέντας εἶδον, τὴν ἵππον ἐκεῖθεν ἤλασαν· ὅπερ ἀκούσαντες Ῥωμαῖοι, πρὸς τῶν ἐκ χορταγωγίας ἐπανιόντων αὐτοῖς ἀγγελθέν, ταχὺ διώξαντες, τήν τε ἵππον ἀνείλοντο πᾶσαν, καὶ τῶν πολεμίων τοὺς πλείστους ζωγρήσαντες εἷλον. Ὅτε δὴ καὶ ἄνδρα τῶν μάλιστα ἐν Ἰταλιώταις δοκίμων Συχέρην ὄνομα ἁλῶναι τετύχηκεν. Ἀλλ᾽ οὔπω καταφανής, ὅστις εἴη γεγονώς, χρυσίου δόσει τὸν κατασχόντα ὑπελθών, ἑαυτὸν ἔλυσε.

missis equis, hastis concurrunt. Ac hastam quidem Thomas per hostis clypeum & thoracem ad cutem vsque adigit. Enchelys vero impulsa in clypeum hasta, qua parte capiti elatus ab aduersario, vt quæ circum erant tegeret, prætendebatur, ipsius galeam perforauit carnemque attigit. Ita ab inuicem digressi, alter in castra Romana, alter in vrbem concessere. Romani exacta iam festiuitate ordinata acie in vrbem contendunt. Sed cum crebris machinarum bellicarum ictibus murum tentassent, ne quicquam se laborare aduertentes (quippe veteres vt in cæteris quidem operibus multam impendere curam, maiorem tamen in extruendis vrbibus, nec iniuria, diligentiam adhibuere) ab incœpto desistunt. Longius vero, & ita, vt vltra muros euolarent, lapides, qui intra vrbem reciderent, dirigebant. Vixque primus emissus est lapis, cum in ciuitate iter faciens muliercula eo sic percutitur in vertice, vt diffinderetur caput, omniumque ossa membrorum dissoluerentur. Inde orta eiulatio, & veluti vrbs esset capta, consternati oppidani, ne ad conspectum quidem infelicis istius mulieris in publicum egredi audebant. Vt autem iactus alter, moxque crebri alij a Romanis iterantur, confestim turbatur plebs, ac supra caput imminere lapidem sibi quisque credit, aliter plane ac de Tantalo loquuntur fabulæ. Inde cum de recipiendis in vrbem Romanis deliberarent oppidani, vt rem aduertere præsidiarij milites, & quotquot tuebantur turres, celeriter in acropolim confugere; moxque plebs apertis portis Romanas copias introduxit. Hac itaque potitus etiam ciuitate Ducas, exercitu bifariam diuiso, partem aliam quæ arcem oppugnaret in vrbe continuit, aliam emisit ad depopulandos agros. Dum hæc ibi gererentur, regio quædam fertilis incolisque copiosa, quam Alitzium vocant, cum ea quæ Brundusio euenerant reuolueret, ad Imperatorem defecit. Hostium ibi exiguæ copiæ (Celtæ autem erant) saltibus abditæ, & iis qui Romanorum equos pascebant insidiantes, somno sopitis illis, equitatum omnem inde abduxere. Illud simul atque perceperunt Romani, ex iis qui a pabulatione reuertebantur, hostes quam citissime insecuti, & equos recipiunt, & hostium plerosque viuos capiunt, atque in his illustrem maxime inter Italos virum, nomine Sycherem. Sed is priusquam quis esset agnosceretur, numerata illi a quo captus fuerat pecunia, sese redemit.

XI. Non multo interiecto tempore A ad Romanos fama pertulit Gulielmum cum ingentibus terra marique contractis copiis aduentare. Quamobrem cunctis ad bellum parat, quieti stetere. Vix quintus inde effluxerat dies, cum ab hostili exercitu adueniens transfuga, prope esse Gulielmum nuntiauit, Romanos omnes veluti inter retia conclusurum. His peractis, Romanorum Duces ita ordinauere aciem, vt Bassauilla & Ioannes Angelus cum stipendiariis copiis, atque iis, quæ ex Italia sese adiunxerant Imperatori, terra belli molem sustinerent: Ducas vero maritimis hostium copiis sese opponeret. Sic enim aiebant fore vt sibi vicissim auxiliarentur. B Itaque prima luce Ducas cum cataphractis equitibus lento ad littus gradu proficiscitur, ab altera parte adnauigante classe: cæteri vero ad terrestre prælium parati, ordinata acie procedebant. At Siculæ naues, postquam vrbi appropinquarunt, cum portum subire confertim non possent (nam in medio amplus satis, sensim in exitum angustiorem desinit) decem simul per vices diuisis ordinibus ingrediuntur. Tum vero Ducam aiunt, cum nauium hostilium multitudine exterritam classem Romanam videret, vtpote exiguam admodum (vix enim quatuor illi supra decem naues erant) C talia excogitasse. Literas velut ab Imperatore iamiam missas militibus ostendit, traditque in manus, quibus ille terra marique circa medium diem adfuturas copias nunciabat. Qua spe erectis iis, *Sed nos*, inquit, *potius, Commilitones, victoriam nobis ipsis expetamus, ne cum totam laborum molem in præsentia sustinuerimus, qui serius ad prælium venient, victoriæ gloriam fructumque nobiscum partiantur.* His dictis, Ducas, vbi iam portum subiisse hostium classem vidit, suos occipere opus iubet. Prælio itaque nauali inito, Siculi cum terra marique missa ab vtraque parte a Romanis tela ferre non possent, retrocessere. D Cæduntur interea a Romanis qui a tergo insistebant complures, captæque quatuor cum viris ipsis naues, quæ ad vadum offenderant. Quippe acrius quam par erat remis impulsæ, facile in terrestris exercitus potestatem venerunt. Eo in certamine duo hostium millia desiderata sunt: Romani vero non pauci præclara edidere facinora. Maxime tamen in iis emicuit vnius ex Ducæ acie virtus, cui nomen Scaramancas. Fugere enim iam incipientibus hostibus, ipse adacto equo, puppim altera prehendit manu, & euadere volentem vi tenuit: vir ge-

ια'. Ῥωμαίοις δὲ φήμη τις περιέπτη, ὡς Γυλιέλμος ἔπεισιν ὀλίγῳ ὕστερον, δυνάμεις ἐπαγόμενος βαρείας, ἠπειρώτιδάς τε καὶ ναυτικάς. Ὅθεν καὶ ἐκ τῶν ἐνόντων συσκευασάμενοι, ἡσυχῇ ἔμενον. Οὔπω δὲ πέμπτη μετ᾽ ἐκείνην ἡμέρα ἐφεστήκει, καί τις ἐκ τοῦ τῶν πολεμίων αὐτομολήσας στρατοῦ, Γυλίελμον ἐγγὺς παρεῖναι ἐμήνυε, Ῥωμαίους ὡς ἐν ἄρκυσι συλληψόμενον. Ταῦτα οἱ Ῥωμαίων ἀκούσαντες στρατηγοί, τὸν πόλεμον ἤδη διέγραφον. Ἐδόκει τοίνυν Βασαβίλαν μὲν καὶ Ἰωάννην τὸν Ἄγγελον, τό τε μισθοφορικὸν ἅπαν ἔχοντας, καὶ τοὺς ὅσοι ἐξ Ἰταλίας τῷ βασιλεῖ προσεχώρησαν, τὸν ἐκ τῆς ἠπείρου ἀναδέξασθαι πόνον· τὸν γε μὴν Δούκαν, τοῖς ἐκ θαλάσσης διαγωνίζεσθαι. B Οὕτω γὰρ ἔφασκον ἀλλήλοις ἀμύνειν ἱκανοὶ ἔσεσθαι. Ἕωθεν οὖν ὁ μὲν Δούκας σὺν τοῖς καταφράκτοις τῶν περὶ αὐτὸν ἱππέων βάδην ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐπορεύετο, ἐπὶ θάτερα παραπλεούσας τὰς ναῦς ἔχων· οἱ δ᾽ ἄλλοι πρὸς τὴν ἐκ τῆς ἠπείρου ἑτοιμασάμενοι μάχην, κατὰ τάξεις ἐχώρουν. Αἱ δὲ τῶν Σικελικῶν νῆες, ἐπειδήπερ ἄγχου τῆς πόλεως ἤδη ἐγένοντο, οὐκ ἔχουσαι ἀθρόαι τῷ λιμένι εἰσπεσεῖν (ἱκανῶς γὰρ ἔνδοθι εὐρυνόμενος, εἶτα εἰς στενὸν ἠρέμα τελευτᾷ) κατὰ δεκάδας διαιρεθεῖσαι εἰσῄεσαν ἐκ διαδοχῆς. Ὅτε δὴ λέγεται, ὡς ὁ Δούκας πρὸς τὸ πλῆθος ἀποδειλιάσαν τὸ Ῥωμαίων ὁρῶν ναυτικόν, ἅτε κομιδῇ ὀλίγον ὄν, τέσσαρες γὰρ πρὸς ταῖς δέκα αἱ πᾶσαι νῆες ἦσαν αὐτῷ, τοιάδε τινὰ C ἐνενόει. Γράμμα ὡς ἐκ βασιλέως δῆθεν ἀποπεμφθὲν ἐχείριζε τούτοις ἐξενεγκών. Ἐδήλου δὲ τὸ γράμμα, Δυνάμεις ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἀμφὶ μέσην ἡμέραν αὐτοῖς ἥξειν. Τῶν δὲ ἐπαρθέντων ἤδη πρὸς τὴν ἐλπίδα, Ἀλλ᾽ ηὐχόμην, ἔφη, ὦ συστρατιῶται, τὴν νίκην ἡμᾶς, ὡς μὴ αὐτοὶ τὸ εἰς δεῦρο καμάτων τὸ βάρος βαστάσαντες, εἶτα τῶν ἐκ τῆς νίκης ἀγαθῶν, καὶ τοῖς ὀψὲ πρὸς τὸν ἀγῶνα διαπαντῶσιν ἐπικοινωνεῖν ἕξομεν. Ταῦτ᾽ εἰπὼν ὁ στρατηγός, ἐπεὶ τὰς τῶν πολεμίων ναῦς ἔνδον ἤδη τοῦ λιμένος γεγενημένας εἶδεν, ἔργου λοιπὸν ἐκέλευεν ἅπτεσθαι. Καὶ δὴ ναυμαχίας γενομένης, Σικελοὶ πρὸς τὰς ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης τῶν Ῥωμαίων οὐκ ἐνεγκόντες βολάς, ἀμφοτέρωθεν ἐπιτοξαζομένων αὐτῶν, πρύμνας ἐκρούσαντο. Ῥωμαῖοι δὲ ὀπίσω διώξαντες, πολλοὺς αὐτῶν ἔκτειναν. Τέτταρας δὲ καὶ αὐτάνδρους εἷλον τῇ χέρσῳ ἐνσχεθείσας. Ἔτυχον γὰρ προπετέστερον ἢ ἐχρῆν, τῆς εἰρεσίας γενομένης ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἱζῆσαι, στρατῷ ἠπειρώτῃ θήραμα ἑτοιμότατον. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ, πλέον ἢ δισχίλιοι τῶν πολεμίων ἔπεσον. Ῥωμαίων δέ, πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ἀριστεῦσαι ἐγένετο· μάλιστα δὲ πάντων ἀνὴρ ἐγένετο ἀγαθὸς τῶν τις σὺν τῷ Δούκᾳ ταττομένων, ἐπίκλησιν Σκαραμαγκᾶς. Τῶν γὰρ πολεμίων φεύγειν ἤδη ἐπιβαλλομένων, αὐτὸς ἐπελάσας τὸν ἵππον, πρυμνόθεν ἐλάβετο μιᾶς, θέλουσάν τε ἀπαι-

ρεν ἐπεῖχε σὺν βίᾳ, ἔργον ἐκείνου Κυναιγείρου A τὸ πολυθρύλητον ὁ Γουνάδας πληρῶν. Ἀλλὰ πληγῆς ἐγκηπείσης αὐτῷ πρὸς τὴν ἔνδον, ἀπέσχετο μὲν ὑπ' ἀνάγκης, τὸν δὲ τῆς φυγῆς ὅμως ὑποτεμόμενος χρόνον, πρὸς τὴν ἄλλων Ῥωμαίων ἐπιδραμόντων ἤδη ἁλῶναι ταύτην ἐποίησε. Ταῦτα κατορθωκότες Ῥωμαῖοι, ἐπὶ Βρεντέσιον ἀνεχώρησαν. Μηχανήν τέ τινα τεκτηνάμενοι, ἣν χελώνην καλεῖν ἔθος ἐστί, τῇ ἀκροπόλει προσῆγον. Τοῦτο οἱ ἐπὶ τῶν τειχέων θεώμενοι, πλατὺ ἐγέλων, οἰόμενοι ὅτι δὴ παραξέειν οὕτω τὴν τειχοδομίαν διανοοῦνται, πρᾶγμα κομιδῇ ἀδύνατον ὄν. οὕτω γὰρ μεμύκασι πρὸς ἀλλήλους οἱ λίθοι, ὡς λίθον ἕνα τὸ ἅπαν ἐοικέναι B τεῖχος. Ῥωμαῖοι δέ, ἐπειδὴ τοῖς τείχεσιν ἐπέλασαν τὸ μηχάνημα, νύκτωρ αὐτὸ ὑπερχόμενοι, ὑπέσκαπτον τῶν κρηπιδωμάτων ἐγγύς. τόν τε χοῦν ἐκφοροῦντες, ἐπὶ θάτερα ἐξῆγον, ἕως τοὺς ἐσχάτους παρελθόντες τῶν θεμελίων λίθους, ἐπὶ τὸν ἔνερθεν κατηντήκασι χοῦν. Τὸ δ' ἐντεῦθεν διελόντες αὐτόν, κενήν τινα χώραν ἐποίουν. ξυλώματά τε ὑποβαλόντες τινά, τήν τε κοιλότητα ἐπλήρουν, καὶ τὸ τῇδε τοῦ περιβόλου αἰωρεῖσθαι συμβαῖνον ὑπανεῖχον δι' αὐτῶν, ἕως τοὺς ἔνδον ἰσχυρογνωμονοῦντας ἔτι ὁρῶντες, ὑφῆψαν τῷ χώρῳ πῦρ. ὃ δὲ ταχὺ τὴν ὕλην διανεμησάμενον, πρόρριζον εἰς τὴν γῆν τὸ τεῖχος κατέσπασε, συγκατήνεγκε δὲ καὶ τῶν ἐπὶ C τῶν ἐπάλξεων πολλούς. Ἀλλ' οἱ βάρβαροι ἐπὶ τὸ ἐνδοτέρω ἀναχωρήσαντες τεῖχος, οὐδὲν ἧττον ἀντεῖχον. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν.

ιβ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς στόλον νεῶν ἀγείρας, ἅμα ἠπειρώτῃ στρατῷ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἔπεμψεν, ὧν Ἀλέξιος ἀμφοτέρων ἦρχεν, ὁ βασιλέως Ἀλεξίου θυγατριδοῦς, Μέγας τῷ τηνικαῦτα Δοὺξ χρηματίζων. Ἐπέσταλτο δὲ αὐτῷ πρὸς τοῦ βασιλέως, καὶ ἑτέραν ἀθροίσαντι δύναμιν, οὕτω δὴ Ἰταλίᾳ προσεσχηκέναι. Ἀλλ' ἐκεῖνος οὐδὲν τούτων διαπεπραγμένος, ἐπὶ Βρεντέσιον ἦλθε, τὸ μὲν πρὸς τὸν ἀπόπλουν οὕτω δεινὸν ὄντα πεφοβημένων τῶν πολλῶν, τὸ δὲ καὶ ὑποψίᾳ κινδύνων, οἳ πρὸς τῶν πολεμίων ἐπήρτηντο σφίσι. D Τὸ δ' ἐντεῦθεν ἀριδηλότερον ἤδη βασκαίνειν ἡ τύχη Ῥωμαίοις ἤρξατο. Ῥομπέρτος τε γάρ, ὃς αὐτοῖς ἄχρι καὶ τότε συνεμάχει, Γυλιέλμον ἀκούσας δυνάμεσιν ἅμα βαρείαις ἥκειν, ὁρῶν δὲ καὶ Ῥωμαίους οὔπω ἔτι τῆς Βρεντεσίου παραστησαμένους ἀκρόπολιν, τοῦ συμμαχεῖν ἀπέσχετο, σκηψάμενος ὡς δυνάμεις ἀθροίσων ἄπεισι, τοῦ ἐνταῦθα πόνου συλληψομένας αὐτῷ. Καὶ οἱ ἐκ Μάρκας πόλεως ἱππεῖς, διπλασίους κομίζεσθαι τοῦ λοιποῦ τὰς συντάξεις, ἐπειδὴ μὴ ἐτύγχανον τοῦ σκοποῦ, ᾤχοντο ἀπιόντες. Τοιαῦτα Γυλιέλμος μαθών, τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν εὐθὺ Ῥωμαίων ἐχώρει. Τῶν δὲ

nerosus factum repetens illius Cynagyri multis scriptorum laudibus celebratum. Sed illata a vectoribus plaga, nauem quidem necessitate compulsus dimisit, occasione tamen aufugiendi intercisa, vt ab accurrentibus aliis Romanis caperetur effecit. His prospere gestis Romani Brundusium redierunt. Dein machinam, quam vulgo testudinem vocant, arci admouent. Quod vbi viderunt qui in mœnibus stabant, effusum in risum se dedere, quod murum hoc modo conuelli posse Romani putarent, licet id nequaquam fieri posset. Ita enim lapides inuicem cohærent, vt murus ipse totus vnicus videatur lapis. Vbi vero mœnibus machinam admouerunt Romani, eam nocte subeuntes, murum in ipsis fundamentis suffodiunt, egestaque inde rudera in aliam transferunt partem, donec ablatis vltimis fundamentorum lapidibus, ad imam deuenere humum, qua eruta, locum quemdam confecere vacuum, eumque suppositis lignis repleuere; quibus ea quæ hac parte eminebant mœnia sustentarent. Ad extremum vt obstinato adhuc animo perstare oppidanos vident, ignem loco iniiciunt, qui absumptis celeriter lignis, murum disiecit funditus, vnaque ex iis complures qui in ipsis stabant propugnaculis præcipites dedit: cæteris interim qui in interiorem murum refugerant nihilominus obsistentibus.

XII. Dum in eo essent statu res Romanorum, Imperator comparatam classem, terrestresque copias in Italiam misit: vtrique exercitui præposito Alexio, Imperatoris Alexij ex filia nepote, qui tum Magni Ducis fungebatur dignitate: hoc ei dato in mandatis, vt alium prætereà contraheret exercitum, sicque Italiam inuaderet. Sed nihil horum ille executus, Brundusium venit, tum quod plurimi ipsam tam grauem pertimescerent nauigationem, tum quod alij pericula ab hoste imminentia vererentur. Atque inde manifestius cœpit fortuna deinceps Romanis inuidere. Robertus enim, qui hactenus arma cum illis coniunxerat, vt Gulielmum cum validis copiis aduentare percepit, viditque necdum Brundusij arce potitos Romanos, a commilitio recessit; eam obtendens caussam, quasi excederet inde, vt copias quæ in laboris partem venirent, contraheret. Equites prætereà ex Marca ciuitate duplicari sibi stipendium postulantes, re non obtenta recessere. His compertis, Gulielmus, assumpto exercitu, recta contra Romanos progreditur. Illis vero deliberanti-

bus quemadmodum bellum id ordinari A oporteret, quidam Barim redeundum cenſuerunt, valloque vrbem muniendam: aliis eiuſmodi conſilium non arriſit, metum fore manifeſtum dicentibus, ſi omiſſis iis quæ in manibus erant, retrocederent. Itaque quibus ea placuit ſententia, tempus interea nequicquam teri haud paſſi, iterum aggrediuntur mœnia, magnamque partem machinis ſubruunt. Neque tamen Barbaros ex iis depellere potuere: e contra audaciores illi effecti inuadunt Romanos: ſed mox rurſum iis irruentibus, intra mœnia ſeſe recipiunt: quo tum tempore, niſi Romanis neſcio qua obſtitiſſet fortuna, veniſſet haud dubie B Brunduſium in eorum poteſtatem, vique expugnatum fuiſſet; iam enim vallum ſuperauerant, atque e turribus cum iis, qui intra vrbem erant, dimicabant; ſed maior eorum pars, crebris oppugnationibus quaſſata, in terram decidit, & ex iis quamplurimos ſecum traxit, ſicque re infecta rediere. Siculi autem, cum necdum adeſſet Gulielmus, inire conſilium arcis per conditiones Romanis dedendæ. Verum fortuna, certo quaſi temporis quodam ſpatio ſe Romanos ſecuturam eſſet pacta, idque iam elapſum ſenſiſſet, illis in media ciuitate relictis, receſſit. Dum enim hæc Siculi deliberant, nuntiatur oppidanis Gulielmum magno cum exercitu prope adeſſe. C Quibus auditis, conſilium id intermiſere, ac in muros prodeuntes, frequenti plauſu, quaſi depulſis iam inde Romanis, feſtum egerunt diem. Hæc tum ibi gerebantur.

XIII. Mouens vero ex Myſia Gulielmus cum vniuerſo exercitu verſus Brunduſium contendit, dum claſſis Sicula ad paruulam Inſulam Brunduſio paucis abhinc ſtadiis obuerſam appellit: ita enim ab vtraque parte Romanos adoriri ſtatuerat. Sed illos, quominus extemplo nauale committerent prælium priuſquam a Gulielmo impeterentur, neſcio quod prauum conſilium, & quod iis impendebat damnum, auertit. D Dum enim contra vtrumque certamen ineunt, res Imperatoris peſſumdedere. Nouum quippe Byzantio exercitum expectantes, & quouſque adeſſet ille (quod breui futurum arbitrabantur) hoſtes aggredi diſtulerunt. Vbi vero Gulielmum prope adeſſe affertur, tum vero etiam inuiti vtrumque ineunt prælium. Duos itaque ſpectatæ in bello virtutis delectos viros, Ioannicium quemdam Critoplem & Pæramem natione Perſam, cum Iberis & Maſſagetis ad velitandum cum hoſtibus, præmittunt. Vbi ſe iis

A βουλευομένων, ὅπῃ τὸν πόλεμον τόνδε διοικεῖσθαι χρεών, τοῖς μὲν ἐπὶ Βάριν ἰέναι, ταφρείᾳ τε τὴν πόλιν ἀσφαλίζεσθαι ἐδόκει· τοῖς δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἤρεσκεν, δειλίαν εἶναι φάσκοντας ἀντικρὺς, εἴγε τῶν ἐν χερσὶ μεθέμενοι ὀπίσω χωρήσοιεν. ὡς δ' οὖν οὕτω ταῦτ' ἐδόκει, τὸν μεταξὺ χρόνον ἐπὶ κενῆς τρέχειν οὐκ ἀνεχόμενοι, τῷ περιβόλῳ αὖθις προσέβαλον, μέρος τε αὐτοῦ πολὺ καθῄρουν τοῖς πετροβόλοις. Οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς Βαρβάρους ἀπώσασθαι εἶχον. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον θαρσήσαντες, ἐπεξῄεσαν σφίσιν· ἔπειτα Ῥωμαίων ἐπιβρισάντων, αὖθις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἔθεον. Καὶ εἰ μὴ τύχη τις ἐπιγινομένη Ῥωμαίοις διεκώλυσε, τάχα ἂν ἥλω κατὰ κράτος τότε Βρεντέσιον. B Ἀνεβεβήκεσαν μὲν γὰρ ἤδη τὸν περίβολον, καὶ ἀπὸ τῶν πύργων τοῖς ἔνδον ἐμάχοντο. Ἀλλὰ πολύ τι μέρος αὐτῶν πεπονηκὸς ἤδη ταῖς συχναῖς προσβολαῖς, εἰς γῆν ἐνεχθὲν πεσὸν, συγκατέσπασέ τε πολλοὺς αὐτῶν, οὕτω τε ἄπρακτοι ἀνεχώρησαν. Σικελοὶ δὲ, ἐπειδὴ μηδέπω Γυλίελμος παρῆν, βουλὴν ἐποιοῦντο ὅπως ὁμολογίᾳ Ῥωμαίοις τὸ φρούριον ἐνδώσουσιν. ἀλλ' ἡ τύχη ὥσπερ ῥητόν τινα Ῥωμαίοις ἕψεσθαι ἐπαγγειλαμένη χρόνον, εἶτα ἐκμετρηθέντος αἰσθομένη, ἀπὸ μέσης αὐτοὺς τῆς πόλεως λιποῦσα ᾤχετο. ἐν ᾧ γὰρ ταῦτα Σικελοὶ διενοοῦντο, ἠγγέλθη αὐτοῖς ἐγγὺς ἤδη C Γυλίελμον στρατῷ μεγάλῳ ἐπιέναι. Ὅπερ ἐκεῖνοι ἀκούσαντες, ἀπέσχοντο μὲν τῶν βεβουλευμένων. ἐπὶ δὲ τὰ τείχη ἀναβάντες, ἐκροτάλιζον θαμὰ, καὶ ὥσπερ Ῥωμαίους ἐξελάσαντες ἤδη, ἡμέραν ἦγον ἑόρτιον. Ταῦτα μὲν δὴ τῇδε ἐπράσσετο.

ιγ΄. Γυλίελμος δὲ ἄρας ἐκ Μυζίας παντὶ τῷ στρατῷ, ὡς ἐπὶ Βρεντέσιον ἐπορεύετο· ὅτε στόλος αὐτῷ ἐπὶ τῆς ἀντιπόρθμου τῷ Βρεντεσίῳ νησίδος, ὀλίγων ἀπὸ σταδίων ὁρμισάμενος ἵστατο. Κατὰ ταὐτὸν γὰρ ἀμφοτέρωθεν Ῥωμαίοις τὴν προσβολὴν ποιήσασθαι διενοεῖτο. Ἀλλὰ Ῥωμαίους τὸ μὲν αὐτίκα διαναυμαχῆσαι, πρινὴ καὶ Γυλίελμον αὐτοῖς ἐπιστῆναι, δυσβουλία τις, καὶ τὸ χρῆναι οἶμαι κακῶς D αὐτοὺς πεπονθέναι, παρείλετο. Πρὸς δὲ ἀμφοτέρους τὴν μάχην διενεγκόντες, τὰ Βασιλέως διέφθειρον πράγματα. στρατὸν γὰρ ἤδη ἐκ Βυζαντίου καραδοκοῦντες ἥκειν, ἐς τὴν ἐκείνου τάχα παρουσίαν τὴν προσβολὴν ἀπετίθεντο. Ὡς δὲ ἤδη ἐγγὺς εἶναι ἠγγέλλετο Γυλίελμος, τότε δὴ τὴν ἀμφοτέρων ἄκοντες ἀνεδέχοντο μάχην. Ἄνδρε τοίνυν δύο δοκίμω τὰ εἰς τὰς μάχας ἐπιλεξάμενοι, Ἰωαννάκιόν τέ τινα Κριτόπλην, καὶ Παράμην Πέρσην γένος, ἅμα Ἴβηρσι καὶ Μασαγέταις, ἐφ' ᾧ ἀκροβολίσασθαι ἔπεμψαν. Οἳ καὶ ἐπει-

δὴ

δὴ τάχιστα τοῖς πολεμίοις συνέμιξαν, περὶ πέντε A που καὶ τεσσαράκοντα σταδίων τὸν χάρακα πηξαμένοις, ἐν τῇ ἐγγύθεν ἀποπορείᾳ κατὰ νώτου αὐτοῖς ἐπιθέμενοι, πολλούς τε τῶν ἐπὶ τῆς οὐραγίας ἔκτειναν, καὶ ἵππους τῶν σκευοφόρων συχνοὺς ἤλασαν, σημεῖόν τε σφᾶς ἀφελόμενοι ἐπὶ Βρεντέσιον ἦλθον. Ἀλλὰ Σικελοὶ τούτου μὲν ἧττον ἐφρόντισαν, ἅτε γὰρ ἐν πλήθει μεγάλῳ αἴσθησις οὐδεμία τούτοις ἐγένετο. Ὀλίγῳ δὲ Ῥωμαίων ἀποστρατοπεδευόμενοι, ὅσῳ ἀμφοτέροις τοὺς χορταγωγοὺς ἐπιμίγνυσθαι, τὸν πόλεμον διέγραφον. Ἤδη δὲ καὶ τὸ ναυτικὸν ὀλίγον λοιπὸν τοῦ λιμένος ἀποσαλεῦον ἵστατο τούτοις. Καὶ Σικελοὶ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ πρότερον μὲν πολλῷ τῷ διαλλάσσοντι B τοῦ τῶν πολεμίων ἐλαττονούμενοι στρατοῦ, τότε δὲ ἔτι μᾶλλον ὑπέρρει τὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῖς. Ἄλλοι τε γὰρ ὡς πλεῖστοι συμμάχων ἀπετάξαντο τούτοις, καὶ δὴ καὶ μοῖρά τις Κελτῶν οὐκ ἀγεννὴς μισθοῦ Ῥωμαίοις δουλεύουσα, Γυλιέλμῳ λαθραιότατα προσεχώρησε. Ταῦτα ὁ Γυλιέλμος ὁρῶν, δεῖν ἔγνω τὴν τοῦ καιροῦ προαρπάζειν ὀξύτητα, μήποτε τοῦ χρόνου διαγινομένου, ἢ Ῥομπέρτον αὐτοῖς ἐπιβοηθῆσαι γένοιτο (ἠγγέλετο γὰρ ἤδη δυνάμεις ἀθροίσας ἐπανιέναι) ἢ γοῦν στρατιά τις ἠπειρῶτις ἢ ναυτική, ἐκ βασιλέως ἀφίκοιτο παρ' αὐτούς. Καὶ δὴ ἐκτάξας τὸ στράτευμα κατὰ φάλαγγας, ἐχώρει. Ῥωμαῖοι δὲ Ῥομπέρτου εἴτε ἑκόντος, εἴτε τύχῃ τινὶ C ὑστεροῦντος, ἐτάττοντο καὶ αὐτοί· κἀκ τῶν ἐνόντων κοσμηθέντες, ἀντιμέτωποι ἵσταντο. ὅτε δὴ καὶ θάμβος ἦν ὁρᾶν Ῥωμαίων εὐπερίγραπτόν τινα ἰσχὺν ὅλαις δυνάμεσιν μαχουμένην Σικελικαῖς. Μέχρι μὲν οὖν τινος οὐδέτεροι χειρῶν ἦρχον. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῶν μισθοφορούντων τις ἱππέων τῆς Ῥωμαίων φάλαγγος προπηδήσας ἐν μεταιχμίῳ ἔστη, τὸν βουλόμενον μονομαχεῖν προσκαλούμενος. Τούτῳ τε τῷ τρόπῳ συμπεσόντες, ἀλλήλοις ἐμάχοντο. Καὶ ἡ μάχη ἕωθεν ἀρξαμένη, μέχρι μὲν οὖν πολλοῦ ἀγχώμαλος ἦν, Ῥωμαίων εὐψυχότατα διαγωνιζομένων. Ἔπειτα Σικελοὶ τῷ πλήθει βιαζόμενοι, ἔτρεψαν τούτους. Φευγόντων οὖν καὶ πολλοὶ ἔπεσον, καὶ ζωγρείᾳ ἠρέθησαν. D Οἱ δ' ἄλλοι σὺν ὠθισμῷ πολλῷ καὶ βίᾳ εἰς τὴν πόλιν εἰσέπιπτον, ἐν οἷς καὶ Ἀλέξιος ὁ στρατηγὸς ἦν. Ὁ Δούκας δὲ τειχέων ἔξω ληφθείς, οὐ πρότερον ἀνῆκε παίων καὶ παιόμενος, πρὶν ὑπὸ τῶν πολεμίων κυκλωθείς, αἰχμάλωτος μετὰ πλείστους ὅσους ἐγένετο ἀγῶνας. Σικελοὶ δέ, ἐπειδὴ τοῦτον εἷλον, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς πόλεως λοιπὸν ἀμογητί, ὡς ἐν πανάγρῳ σαγηνεύσαντες εἶχον. Ἐς τοῦτο δὴ τέλους τὸ Κομνηνῷ καὶ τῷ Δούκᾳ ἡ ἀβουλία τὸ πρὶν περιώεγγε κλέος. Οὕτως οἱ νῦν ἄνθρωποι, οἱ μὲν παντάπασι στρατηγικῶν

statim immiscuere, vtpote ad quintum & quadragesimum stadium castra habentibus; fugientes, quorum breuis ad suos erat reditus, a tergo inuadunt, multos de extrema cædunt acie, plurimosque sarcinarios capiunt equos, tandemque erepto ad hæc militari signo Brundusium reuertuntur. Verum a Siculis ea clades in leui habita, cum in tanta multitudine vix perciperetur. Simulatque vero iam proxime Romanos castra ij admouere, itaut partis vtriusque pabulatores miscerentur, ordinauerunt acies: sed & nec procul a portu aberat illorum classis. Talis erat rerum apud Siculos status. Tum vero maxime a Romanis, qui iam antea militum numero longe inferiores hostili erant exercitu, defluxit robur & audacia. Nam & aliorum sociorum quamplures ab iis sunt dilapsi, & Celtarum non ignobilis turma, quæ sub Romanis stipendia merebat, ad Gulielmum occultissime transiuit. Ea vbi is vidit, vtendum occasione temporis putauit, ne interlapso tempore Robertus, quem contractis copiis aduentare rumor erat, auxilia iis ferret, aut terrestres maritimæve copiæ ab Imperatore missæ subuenirent. Instructa itaque per turmas acie processit. Romani autem, vel non repugnante, vel forte tergiuersante Roberto, copiis pariter instructis, & ordinata prout potuere acie, aduersa fronte constitere. Horrendum quid tum erat, exiguam Romanorum vim cum vniuersis Siculorum copiis depugnaturam intueri. Aliquamdiu a congressu vtraque pars abstinuit. Sed mox quidam eques stipendiarius, e Romanorum phalange procurrens in medium, hostem, qui singulari certamine secum vellet congredi, euocat. Sicque inuicem concurrentes, prælium ineunt: quod mane incœptum ancipiti aliquamdiu Marte protractum est, Romanis fortissime dimicantibus: verum Siculis deinceps multitudine sua eos circumfundentibus, tandem illi fugantur. Fugientium multi cecidere, multi viui capti sunt, alij crebra impulsione, summoque impetu in vrbem sese recepere, atque in his Dux ipse Alexius. Ducas vero extra mœnia relictus, non prius & ferire & feriri abstitit, quam circumclusus ab hostibus post longam & pertinacem pugnam captus est. Postquam illum cepere Siculi, alios qui in vrbe erant sine labore velut reti conclusos habuerunt. Sic partam antea a Comneno & Duca gloriam extinxit eorum imprudentia. Ita igitur eorum qui nunc viuunt; alij cum in rebus militaribus operam studiumque non contu-

lerint, publicam rem euertunt: alij autem qui hanc forte quidem Imperatoriæ artis partem attigerunt, in pluribus peccant. Ars enim etiam quædam est exercitus præfectura: & qui ad eam accedit, varia ac multiplici scientia sit instructus necesse est, & ad quoslibet eiusdem vsus, cum id tempus postulauerit, accommodatus. Fuga enim, si cum oportet, ineatur, idque dederit occasio, probro caret: vicissim hostem effuse insequi vtile interdum est. Vbi vero consilio magis quã manu videtur res gerenda, ad extrema descendere rerumque summam experiri, tum maxime detrectandum. Multis etenim iisque diuersis rebus ad vnum victoriæ finem tendentibus, nil refert quibus quis vsus ad eum peruenerit. Si Romani itaque, cum careret iis copiis Alexius, quas adducendas iusserat Imperator, Siculis sese viribus impares cernentes, exercitum in naues transduxissent, cumque illorum classe conflixissent primum, procul dubio tum debellassent hostes, & recessum e continenti partis mari resarciuissent victoriis: & sic postmodum, cum id postulasset occasio, in continentem iterum egressi, cum maioribus in Italia viribus bellum confecissent. Sed enim illi non sine dedecore recedi posse rati, amissi totius perditique exercitus ignominiam incurrerunt. Ita tum ibi res gerebantur.

XIV. Postquam hæc Principi comperta sunt, grauiter, vt par erat, est indignatus, eo maxime quod post tot prosperos fortunæ successus acciderant. Interueniente quippe post partam gloriam calamitate, etsi infamia sit minor, eo tamen maior suboriri solet tristitia, quod cum prope abfueris a summa re conficienda, totam perdideris. Verum etsi ea propter doluerit Imperator, nequaquam tamen fregit illius animum conceptus ex hac clade mœror. Alexium itaque, qui tum Protostatoris dignitate auctus fuerat, Anconam, Italiæ vrbem, misit, vt inde, quasi ex belli sede, bellum instauraret. Fidem enim Principi dederant oppidani, non se quidem vltro aduersus Alemannorum Regem arma sumpturos, sed pecunias, quæ ab Imperatore & Romanis, atque adeo qui ab iis submitterentur viros, vt seipsos seruaturos. Quæ vero ad id Principem causa impulerit, nunc dicam. Cum bellum ad Corcyram gereret, Venetorumque populos sibi infensos morososque aduerteret, id maxime curauit, vt vindicata sibi Ancona, Venetorum fastum retunderet & superbiam, bellaque inde Italica facilius exequeretur. Ea igitur propter magna cum pecuniarum vi Anconam venit Alexius:

A ἁμαρτοῦσι διατελοῦντες, τὰ πράγματα σφάλλουσιν· οἱ δὲ τοῦ μὲν τυχὸν ἴσασι στρατηγικῆς μέρους, τοῖς πλείοσι διαμαρτάνουσι. Τέχνη γάρ τις ἐστὶ καὶ ἡ στρατηγία· καὶ χρὴ τὸν ταύτην μετιόντα, πολυειδῆ τινα καὶ ποικίλον εἶναι, καὶ πρὸς ἕκαστον ἐπιχειρότατα τῶν ταύτης μετατάττεσθαι εἰδῶν. Φυγὴ τε γάρ ἐστιν ὅτε χρὴ μηδὲν αἰσχυνόμενον, εἰ τοῦτο δέδοιη καιρός, καὶ αὖ ἀνυπόστατα διώκειν, πρὸς τὴν χρείαν ἑκάτερον· ἔνθα τε ἐπινοίᾳ μᾶλλον ἢ χειρὶ κατόρθωσις φαίνοιτο, παραιτεῖσθαι τὸ τοῖς ὅλοις διακινδυνεύειν. Πολλῶν γάρ τινων καὶ διαφόρων πραγμάτων, ἐς ἕν τι τέλος τὴν νίκην ἀγόντων, ἀδιάφορον
B ἐστιν, ὁποτέρῳ τις χρησάμενος ἐπ' ἐκεῖνο ἥξει. Καὶ τοίνυν Ῥωμαῖοι, τοῦ Ἀλεξίου δυνάμεων ὑστερίζοντος, ἃς ὁ βασιλεὺς αὐτῷ ἄγειν ἐκέλευεν, εἴγε Σικελοῖς οὐκ ἀξιομάχους ἑαυτοὺς εἰδότες, ἐπὶ τὰς ναῦς τε τὸ στράτευμα ἀνεβίβασαν, καὶ στόλῳ τῷ αὐτῶν συνεπλάκησαν πρότερον, αὐτοῦ τε κατὰ κράτος περιεγένοντο ἄν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἠπείρου ἀποχώρησιν τοῖς ἐκ τῆς ὑγρᾶς παρεμυθήσαντο τροπαίοις. οὕτω τε καιροῦ καλοῦντος, ἐπὶ τὴν ξηρὰν αὖθις ἐκβάντες, σὺν δυνάμεσι πλείοσι τὰς ἐν Ἰταλίᾳ διηγωνίσαντο μάχας. Ἀλλ' ἐκεῖνοι, τὴν ἐκ τοῦ ἀποχωρεῖν ὑφορώμενοι ἀδοξίαν, εἰς τὴν τοῦ πανστρατὶ διεφθάρ-
C θαι περιπεπτώκασιν ἀτιμίαν. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐχώρει.

ιδ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦτο ἀκούσας, ἐδυσχέρανε μὲν ὡς τὸ εἰκός· καὶ μάλιστα ὅτι μετὰ τοσαύτας προηγησαμένας, ταῦτα ξυνέπεσεν, εὐτυχίας. Ἀτύχημα γὰρ μετὰ δόξαν ἐπιγεγονός, παραιτεῖται μὲν τὴν δύσκλειαν, ἀνίαν δὲ μάλιστα προξενεῖν εἴωθεν, ὅτι μικροῦ τοῦ τὸ πᾶν δεῆσαι κατορθοῦν, εἶτα ἀπώλοντο ἅπαντα. Ἤλγησε μὲν οὖν διὰ ταῦτα, οὐ μὴν καὶ ἡττήθη τοῦ πάθους. Ἀλέξιον τοίνυν, ὃς τὸ τοῦ Πρωτοστράτορος ἀνεζώννυτο τότε λειτούργημα, ἐπὶ Ἀγκῶνα Ἰταλίας αὖθις ὡς ἐξ ὁρμητηρίου τινὸς ἐντεῦθεν μεταποιησόμενον ἔπεμψεν. Οἱ
D γὰρ τῇδε ἄνθρωποι ὅρκοις βασιλεῖ φθάσαντες ἐδέδοσαν, Ῥηγὶ μὲν τῷ Ἀλαμανῶν οὔποτε ἑκόντες πολεμήσειν, χρήματα δὲ τοῦ βασιλέως καὶ Ῥωμαίων, καὶ οὓς ἂν αὐτὸς πέμψειε, τούτους δὴ τηρήσειν ὅσα καὶ ἑαυτούς. Ὅθεν δὲ εἰς τοῦτο βασιλεὺς προήχθη, αὐτίκα δηλώσω. Ὁπότε ἤδη ἐπὶ Κορκύραν ἐστράτευε, δύσνουν καὶ δύστροπον τὸ Οὐεννέτων καταινοήσας ἔθνος, περὶ πλείονος ἔθετο, ὅπως ἂν Ἀγκῶνος λοιπὸν μεταποιηθείς, ὀφρύος τε τῆς Οὐεννέτων τὸ πολὺ καταπαύσειε, καὶ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ πολέμους ἐντεῦθεν ῥᾷστα διαγωνίζοιτο. Διὰ ταῦτα μὲν Ἀλέξιος σὺν χρήμασι πολλοῖς ἐπὶ Ἀγκῶνα ἦλθεν.

Ὅθεν Κωνσταντῖνόν τε τὸν Ὦτον καὶ Ἀνδρέαν κόμητα πόλεως Ἰταλικῆς, τήν τε χεῖρα γενναῖον καὶ ἀνδρείας εὖ ἥκοντα ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψας, χεῖρά τε σύμμαχον ἤθροιζε πολλήν, καὶ πόλεις ὡς πλείστας Ῥωμαίοις ἐδουλοῦτο· ὅτε δὴ γέγονέ τι καὶ τοιοῦτο. Ὁ Ῥώμης ἀρχιερεὺς Γυλιέλμῳ φιλίαν ἤδη ὁμολογήσας, ἐπειδὴ τὼ ἄνδρε τούτω διὰ τῆς Ῥώμης ἰόντε ἔγνω χωρίων, ἰσχυρότατα διεκώλυεν. ἀλλὰ τῶν ἐπὶ δόξης τινές, οἱ Ῥωμαίοις εὔνοιαν φθάσαντες ὡμολογήκεσαν (ἔθος γὰρ ἀεὶ βασιλεῖ Μανουὴλ ἦν τῶν τῇδε πολλοὺς ἑταιρίζεσθαι) ἐπαναστήσαντες τὸν δῆμον αὐτοῦ, τό τε βασίλειόν τε σημεῖον ἐντιμότατα τῇ δεήσει εἰσεδέξαντο, καὶ τῷ Κοντοστεφάνῳ κατ' ἐξουσίαν, οὓς ἂν βούλοιτο, μισθοῦσθαι ἐφῆκαν. Ἐφ' οἷς χαλεπήνας ὁ ἀρχιερεύς, ὃ μόνον εἶχεν, ἐπιτιμίῳ τὸν δῆμον καθυποβάλλει, μηδὲν μέσον εἶναι λέγων Ῥώμῃ τῇ νεωτέρᾳ πρὸς τὴν πρεσβυτέραν, πάλαι ἀπορραγεισῶν. Χρῆναι δὲ μᾶλλον, τῷ Σικελῶν ἀμύνειν δυνάστῃ, μέλει γὰρ αὐτῶν ὄντι· εἶτα κακῶς πεπονθότι, τῇ πρὸς πολλῷ αὐτοῦ κρείττονα διαγωνίζεσθαι μὴ βεβοηθηκέναι, ἀνόσιον. Τοῦτο δὲ τὸ ἐπιτίμιον εὐλαβηθείς ἤδη τις, ἀφίσταται μὲν τῶν τὰ βασιλέως περιεπόντων, εἰς δὲ τὸν ἀρχιερέα παλιμβόλῳ μετετίθετο γνώμῃ. Ἀλλ' οἱ τὰ Ῥωμαίων πρεσβεύοντες, τοῦτον μὲν βίᾳ πολλῇ ἐκεῖθεν ἀπέπασαν. ὡς δὲ τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ στηλιτεύσαιεν, βάρβαρόν τινα τρόπον, καὶ ἀπειροκαλίας οὐ πόρρω τινός, τὴν πανοπλίαν καὶ τὸν ἵππον ἐπὶ ξύλου τινὸς ἠρτημένα, ἀπὸ καλωδίων ἀφῆκαν φέρεσθαι. ἐπί τε τὸν ἀρχιερέα ἐμφανῶς ἤδη συστάντες, ἄκοντα τῶν ἐπιτιμίων ἀνεῖναι τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπεισαν. Ὅτε τὰ Ῥωμαίων αὖθις πολλὴ ὁ ἐντεῦθεν ἐγένετο τῇ παρρησίᾳ. Πόλιν τε οὖν, ἣ ἀπὸ Γερμανοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις τὴν προσηγορίαν ἔχει, πολέμῳ παρεστήσαντο, καὶ ἄλλας ἀμφὶ τὰς τριακοσίας ὑπὸ βασιλεῖ ἔθεντο. ὧν ὅπως ἑκάστη κλήσεως ἔχει, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ ἐκ τοῦ κατὰ νότον τῆς πόλεως ἐπὶ τοῖς παλαιοτέροις ἀρχείοις τῷ βασιλεῖ τούτῳ ἐγηγερμένου ἀναλέγεσθαι δόμου. Εἰ γὰρ καὶ πλείους τούτων ἐνταῦθα γεγράφαται, ἀλλὰ θωπεία τις τὸ ἐπέκεινα, καὶ τρόπος ἀνελεύθερος τῶν τὰ ἔργα μειούντων ἐστίν, ὁποίοις εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀεὶ συμβαίνει, δι' ἅ ποτε καὶ βασιλέως αὐτοῦ δυσχεραίνοντος ἤκουσα. Εἰ μέντοι καὶ περιῄρηται, οὐκ ἔχω ἰσχυρίσασθαι.

ιε'. Οὕτω καὶ πάλιν ὀλίγου δεῖν ἡ χώρα Ἰταλῶν ἅπασα ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο ἄν. Ἀλλὰ Ἀλέξιός τε ὁ Κομνηνὸς καὶ ὁ Δούκας, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι Ῥωμαίοις στρατηγοῦντες δορυάλωτοι

A atque inde dimissis in Italiam Constantino Oto & Andrea Comite ciuitatis Italicæ, viro manu impigro & fortitudine insigni, auxiliares aliquot contraxit copias, vrbesque quamplures Romanis asseruit: Interea Pontifex Romanus, inito cum Gulielmo fœdere, vbi viros illos per Romanum agrum transire audiuit, id quidem maxime prohibuit. Sed ex illustrioribus nonnulli, qui beneuolentiam Principi suam spoponderant (Manueli quippe Imperatori solenne semper fuit plurimos ex iis qui ibi degunt sibi conciliare) concitata aduersus Pontificem multitudine, vexillum Imperatorium summo cum ho- B nore necnon & veneratione suscepere, & Contostephano pro libitu quos vellet conducendi milites potestatem fecere. Ob ea indignatus Summus Pontifex, quod vnum poterat, populum anathemate ferit, Nihil attinere inquiens Romam inter Nouam & Veterem, quæ iam olim scissa essent: Quin potius Siciliæ Domino opem ferendam esse, qui illorum membrum esset, cum prætera impietatis species sit, eum non adiuuare, qui a multo fortiori opprimitur. Eiusmodi excommunicationem veritus quidam ex iis, qui Imperatoris partes sequebantur, abscessit, & ad Summum Pontificem, mutata sententia, ve- C nit. Sed qui tum ibi Romanis fauebant, magna eum inde vi expulere: vtque omnibus innotesceret hominis perfidia, modo quodam barbarico & inuenusto, illius armaturam & equum in altum quoddam lignum extollunt, moxque laxatis funibus ad terram ferri sinunt. Ita palam insurgentes in Pontificem, vt anathematum vinculis homines solueret persuasere. Atque inde maior rursum Romanis creuit audacia. Itaque & ciuitatem quæ a Diuo Germano nomen sortita est, expugnarunt, & alias circiter trecentas in Imperatoris potestatem redegerunt, quarum qui volet cognoscere nomina, in eo quod in veteribus Palatiis, quæ ad Meridiem vergunt, ab Imperatore extructum est, tri- D clinio poterit perlegere. Vbi quidem etsi plures his describantur, in iis tamen adulatio quædam immensior; & eorum qui gesta altius euehere conantur, quales multi esse solent, illiberale studium deprehenditur. Et sane ipsum etiam ex iis indignantem Principem non semel audiui. An vero hæc inde modo ablata sint, non ausim asseuerare.

XV. Ita denuo parum abfuit quin omnis Italorum regio subderetur Romanis. Sed Alexius Comnenus, & Ducas, cæterique Romanorum Duces, qui a

Siciliæ Principe capti fuerant, res iterum pessumdedere. Quippe cum ob ea, quibus conflictabantur, mala & incommoda multa Siculis sacramento interposito promisissent, tot victoriarum fructus Romanis abstulere. Quibus enim pactis ac conditionibus non subscribet ille, qui compedibus vinctus, antrisque inclusus subterraneis detinetur? Hæc autem fecere Siculi, vt qui hic tum detinebantur, interea dum paciscer etur cum Gulielmo Imperator, ab eo deficerent, vrbesque ante hoc tempus sibi contraderent. Quod vt accepit Imperator, quæque agebantur resciuit, missis in Siciliam literis, Romanis captiuis in hunc modum rescripsit. *Mirari subit qua ratione factum sit, viri, vt in rebus gerendis vobis semper defuerit animi fortitudo. Præclaras quippe iam ante partas victorias deflorastis, & in qua estis modo, vobismetipsis comparastis fortunam. Nunc autem ea quæ a vobis iam perperam gesta sunt instaurare Deo volente satagentibus obsistitis. Nonne aduertitis hæc excogitasse Siculos, vt nostros in futurum successus retardarent? Quis enim Italorum erit, qui vbi regionem quam iam possidemus, Gulielmo a nobis rursum tradendam esse perceperit, non continuo a nobis deficiat, statimque Gulielmi partes amplectatur? Erit vtique nemo, nisi stolidus ille sit, & plane demens, cuiusmodi esse multi solent. Rogo vos, dicite per Deum, an vos vnquam iucundius patria conspexerit, cum vniuersa iam Italia, & Siciliæ Insula in nostram redactis potestatem, præclari præclare inde a conterraneis liberati illustres Romani nominis vindices, gratissimum æqualibus vestris spectaculum exhibituri, Byzantium veneritis: an vero si nihil aut dantes aut accipientes, vt a vobis iureiurando sancita volunt, vos inde reuocauerimus?* Hæc quidem rescripsit Romanis; Gulielmo autem in hæc verba. *Ne latere nos putes, o generose vir, quorsum hæc a vobis struantur, & vt iis quæ per vim fiunt indulgere soleat necessitas. Non itaque omnino tibi arrideant quæ a captiuis illis viris sacramento firmata sunt. Neque enim ab incessenda Italia prius desistent Romani, quam & illam, & Insulam vniuersam, vt prius, potestati nostræ subiecerint.* His acceptis literis, in hanc ferme sententiam rescripsit Gulielmus. *Si tibi in animo est, Maxime Imperator, pœnas irrogare nobis ob ea quæ aduersus Maiestatem tuam antehac commisimus, iam certe etiam supra quam oportuit, Italiam vltus es. Ciuitates enim in media illa non minus trecentas expugnasti, quod prioribus Imperij Romani temporibus nunquam hactenus factum: tibique comparasti gloriam, qualis post veterem illum Iustinianum Romanorum Imperatorem nulli alij,*

A τῶν Σικελῶν ἐγένοντο δυνάσται, τὰ πράγματα διέφθειραν αὖθις. Πολλοὶ γὰρ τῶν ἀθλησάντων τέως βασιλεῖ, φθάσαντες ἤδη ὁμωμοκέναι Σικελοῖς, μεγίστων καὶ καλῶν ἔργων Ῥωμαίους ἐστέρησαν. Καὶ τί γὰρ οὐκ ἄν τις ὁμολογῆσαι εἶχεν, ὁπότε κλοιά τε αὐτὸν εἶχον, καὶ κευθμῶνες ἐφρούρουν κατάγειοι; Ἐποίουν δὲ ταῦτα Σικελοί, ὡς ἂν οἱ τῇδε ἄνθρωποι Γυλιέλμῳ σπείσεσθαι τὸν Βασιλέα προσδοκήσαντες, φθάνουσιν, ὡς τὸ εἰκός, Ῥωμαίων καὶ πρὸ καιροῦ ἀφιστῶντες τὰς πόλεις. Ὅπερ ὁ Βασιλεὺς ἀκούσας, συνῆκέ τε τῶν πραττομένων, καὶ γράμματα ἐπὶ Σικελίαν ἐκπέμψας, τοῖς μὲν ἐν εἱρκτῇ Ῥωμαίων τάδε ἔγραψε. Θαυμάζειν ἔπεισί B μοι, ὅπως ἀεὶ μικρονοίᾳ τινὶ περὶ τὰ πράγματα χρῆσθαι ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ξυμβαίνει. πρότερόν τε γὰρ αὐτοὶ τὰς καλλίστας ἐκείνας οὕτω διεφθείρατε νίκας, τύχην τε ὑμῖν αὖθις, ἐφ' ἧς νῦν ἐστέ, προυξενίσατε. Καὶ νῦν δὲ, ἄλλων τὰ ὑμῖν κακῶς ἤδη πραχθέντα σὺν Θεῷ ἀναμαχέσασθαι προθυμουμένων, ἐμποδὼν ἵστασθε. ἢ οὐκ ἐκεῖνο ἐπὶ νοῦν ὑμῖν ἦλθεν, ὡς τὴν ἐπὶ τὰ πρόσω ἡμῶν ἀναστέλλοντες ὁρμὴν, ταῦτα ἐπινενοήκασι Σικελοί; Τίς γὰρ ἐκεῖνος ἔσται Ἰταλῶν, ὃς τὴν χώραν αὖθις, ἣν ἤδη ἡμεῖς ἔχοντες, Γυλιέλμῳ ὑφ' ἡμῶν ἐνδοθησομένην ἀκούων, οὐκ αὐτίκα μὲν ἡμῖν ἀπιστήσει, ἐς δὲ Γυλιέλμον ὀκνήσει οὐδὲ μιᾷ μεταθήσεται; C οὐκ ἔσται πάντως οὐδείς, εἰ μή τις βλὰξ εἴη καὶ ἀνόητος ἄνθρωπος, ὁποῖοι πολλοὶ τυγχάνουσιν ὄντες. Πυνθάνομαι ὑμῶν, εἴπατε πρὸς Θεοῦ, κάλλιον πότε ὑμᾶς ἂν εἶδε τὰ πάτρια, ὁπότε Ἰταλίας ἤδη ἁπάσης, καὶ νήσου τῆς Σικελῶν ὑφ' ἡμᾶς γεγενημένων, λαμπροὶ λαμπρῶς αὐτόθεν ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἀναρρυσθέντες ἀθληταὶ Ῥωμαίων εὐκλεεῖς ἐπὶ Βυζάντιον ἥκετε, ἡδὺ θέαμα τοῖς ὁμοτίμοις ὑμῖν προσορώμενοι, ἢ ὁπότε οὐδὲν οὔτε δόντες οὔτε λαβόντες, ὥσπερ ὑμῖν τὰ ὅρκια βούλονται, ἐνταῦθα ὑμᾶς ἀνακαλεσόμεθα; Ῥωμαίοις μὲν ταῦτα ἔγραψεν. Γυλιέλμῳ δὲ ἐπέστειλεν ὧδε. Μὴ οἴου, λήσειν ἡμᾶς, ὦ γενναῖε, ὅτου δὴ ἕνεκα ταῦτα μεμηχάνηται παρ' ὑμῶν, ὥσπερ οὐδὲ ὅτι τοῖς D βίᾳ γεγονόσι συγγνώμων ἡ ἀνάγκη γίνεται. Οὐκοῦν οὐδὲ στέρξει σοι πάντως, ἃ πρὸς δεσμωτῶν ὀμώμοται καὶ ἐμφρούρων τούτων ἀνδρῶν. Ῥωμαῖοι γὰρ οὐ πρότερον Ἰταλίᾳ πολεμοῦντες ἀφέξονται, πρὶν ἂν αὐτήν τε καὶ τὴν νῆσον πᾶσαν, ὑπὸ παλάμῃ τῇ ἡμῶν, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἤδη ποιήσονται. Ταῦτα οἱ περὶ Γυλιέλμον δεξάμενοι τὰ γράμματα ἀμείβονται ὧδε. Εἰ μὲν τὸν ἤδη πρότερον εἰς τὸ κράτος ἡμαρτημένων τὸ σόν, δίκας ἡμῖν ἐπιθεῖναι βούλει, κράτιστε Βασιλεῦ, ἔχεις ἤδη, καὶ ὑπὲρ ὃ ἐχρῆν, Ἰταλίαν μετελθών. πόλεις τε γὰρ τριακοσίων οὐκ ἐλάττους ἐπὶ μέσην αὐτῆς παρεστήσω, πρᾶγμα, παλαιὸς ἐξ οὗ χρόνος, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐπιλελοιπός, καὶ κλέος ἀνεδήσω, ὃ μετὰ Ἰουστινιανὸν ἀρχαῖον Ῥωμαίων Αὐτοκράτορα, οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὑπῆρξεν,

ὅτι μὴ τῷ κράτει τῷ σῷ. Ἀξιούμεθα γὰρ ἀντίθες ἀγνόημα τὸ ἡμῶν (λέγω δὴ ὁπηνίκα Κόρινθόν τε καὶ Εὔβοιαν κατετρέχομεν τὴν σὴν) καὶ τὰς Ῥωμαίων ἐν Ἰταλίᾳ νίκας, οἳ δὴ τοσοῦτον ἤδη χρόνον ἄγουσί τε καὶ φέρουσι τὰ ἐνταῦθα, αἱμάτων πρὸς τοσούτων, τὴν τῇδε πληρώσαντες γῆν· καὶ πόλεις οὐ διασκυλευσάμενοι μόνον τοσαύτας, ἀλλ' ἤδη καὶ ὑποχειρίους θέμενοι. Πότερά σοι δοκεῖ μεγαλειότερα; κἂν μὴ πρὸς ἡμᾶς ἀντιμετρεῖσθαι ταῦτα βούλει, πολλῷ καταδεεστέρους τοῦ σοῦ κράτους ὄντας, ἀλλὰ σύ γε ἐπὶ τοὺς πρόσθεν ἀνάδραμε βασιλέας, καὶ τὰ κατόπιν τῷ χρόνῳ ἐπίβλεπέ μοι Ῥωμαίων ἀνδραγαθήματα. ἢ οὐ καὶ τηνικάδε συγκέκρουκέ τις Ῥωμαίων τῇ ἀρχῇ; πολλὰ δή που πάντως ἐθνῶν, καὶ Περσῶν καὶ Οὔννων; καὶ εἴ τι μὴ δυσφορεῖ ἣ κράτος τὸ σόν, καὶ Ῥομπέρτος ἐκεῖνος, ὁ Ἰταλίαθεν ἐς Ἐπίδαμνον διαβὰς, μεγάλας τῇδε πάππῳ τῷ σῷ συνδιηγώνιστο μάχας. Ἀλλὰ μόγις, καὶ ἀγαπητῶς ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐκεῖνος Ῥομπέρτον διεσώσατο. σὺ δὲ καὶ τῆς ἡμετέρας σχεδόν τι περιγέγονας ἁπάσης. εἴ τι οὖν σοι τοῦ ἀνταμύνασθαι ἡμᾶς ἕνεκα, ταῦτα ἐπικεχείρηται, ἅλις σοι τῶν τροπαίων· ἱκανῶς ἔχεις ἡμᾶς μετελθών. τὴν ἡμετέραν πατοῦντί σοι, τὰ τῆς εἰρήνης ἀσπάσασθαι οὔκουν ἐστὶν ἀγεννές, εἰ μὴ καὶ σφόδρα ἐπίδοξον. σὺ δὲ καὶ Ῥωμαίους, οὓς τῆς τύχης ἡμῖν δούσης, ἄνδρας οὕτω περιφανεῖς δορυαλώτους ἐποιησάμεθα, αὐτίκα λήψῃ, ἐφ' οἷς οὐδὲ ὀργίζεσθαι δίκαιον ἐφ' ἡμᾶς. Ἀνδρὶ γὰρ πολεμουμένῳ, οὐδεμία νέμεσις ἀντιπαρατάττειν ἐχθροῖς. ὥστε λείπεται ἑνὸς ἐκείνου ἕνεκα, τοῦ περὶ Εὔβοιαν ἡμῖν ἡμαρτημένου, δίκαιον εἶναι σε πολεμεῖν, οὗπερ ἤδη καὶ ὑπερέβης τὰς τίσεις, ὥσπερ ἐλέγομεν. Εἰ μὲν οὖν δίκας ἡμῖν ἐπιθεῖναι προεθυμήθης, ὧν ἐς τὴν χώραν ἐνεδειξάμεθα τὴν σὴν, τοσαῦτα ἀπολελογήμεθα τῷ κράτει τῷ σῷ. Εἰ δ' ἀεὶ σοὶ πολεμητέα γένει τῷ ἡμῶν, ὥρα σοι ἐννοεῖσθαι, μήποτε πέρα νομίμων εἴη τῶν ἀνθρωπίνων ἡ ἐγχείρησις. Τὸ μὲν γὰρ ταῖς προφάσεσι, καὶ τοῖς πολέμοις συμμετρεῖν, ἀνθρώπινον· περαιτέρω δὲ χωρεῖν, ἄλλος μέν τις εἴποι ἂν ὅτι θηριῶδες, ἡμῖν δὲ τοῦτο μὲν οὐ λεκτέον. αἰτούμεθα δέ σε πεισάμενον ἤδη, πόλεμον τόνδε καταλύειν. Ταύτην ὁ Βασιλεὺς πολλάκις ἀπολεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν, ἐπένευσε τοῖς εἰρημένοις. Τούς τε Ῥωμαίων αἰχμαλώτους ἀπολαβὼν, καὶ εἴ τι που λάφυρον πολέμου ἐγίνετο κομισάμενος, πρὸς δὲ καὶ τὰ πιστὰ πρὸς Γυλιέλμου λαβὼν, σύμμαχον ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἑσπέραν ἕξειν αὐτόν, τὸν πόλεμον ἔλυσεν. Ὀλίγῳ δ' ὕστερον, καὶ Ῥῆγα τετίμηκεν, οὐ πρότερον ὄντα. Τοσοῦτόν τε ἐπ' αὐτῷ τετήρηκε τὸ εὐμενές, ὡς Γυλιέλμου τὸν βίον συμμετρησαμένου, προσιόντα αὐτῷ τὸν ἀδελφόν, αἰτούμενόν τε συλλήψεσθαι αὐτόν, ἐφ' ᾧ Σικελῶν ἄρξει, προσδέξασθαι οὐδαμῶς. Τὰ μὲν δὴ τῶν Ἰταλικῶν πολέμων ἐνταῦθα Ῥωμαίοις πέρας ἔσχε.

A *præterquam Maiestati tuæ, contigit. Confer igitur, obsecro te, delictum nostrum, cum nimirum Corinthum Eubœamque tuam incursauimus, & partas in Italia victorias a Romanis, qui longo illic iam tempore commorantur, omniaque inde auferunt rapiuntque, & sanguine, tertia plus parte, imo amplius, terram istam implerunt: qui vrbes denique non spoliarunt modo, sed & easdem fecere sibi obnoxias. Vtrum tibi videtur maius? Quod si hæc a nobis, vtpote qui Maiestate tua longe inferiores sumus, non pateris comparari, saltem ad priores recurre Principes, & retroacta Romanorum præclara reuolue facinora, & an non etiam tum aliquis Romanum aggressus est Imperium. Multæ vtique gentes, & Persæ &* B *Hungari, & si non indignetur Maiestas tua, Robertus ille, qui Epidamnum ex Italia traiiciens, magna ibi certamina cum auo tuo instituit. Sed vix ægreque ex finibus Romanis illum incolumem is abire permisit. Tu vero regionem nostram fere omnem occupasti. Si itaque nostri vlciscendi causa ea aggressus es, satis tibi victoriarum; plus satis nos vltus es. Dum nostras calcas terras, pacem amplecti, non modo non ignobile, quin potius maxime gloriosum. Viros autem illustres Romanos, quos, sic volente fortuna captiuos fecimus, sine mora recipies, itavt eapropter amplius nobis non irascaris. Neque enim succensendum homini qui bello impetitur, si hostibus suis resistat. Ita plane liquidum sit, te ob id vnum, quod in* C *Eubœa deliquimus, bellum iuste te gerere: cuius quidem delicti, vltra quam par est pœnas, vt diximus, exegisti. Si igitur pro iis quæ in tuas commisisse terras deprehendimur, multam irrogare statuisti, ea ipsa apud Maiestatem tuam excusauimus. Si vero semper tibi aduersus genus nostrum bellum gerendi causa superest, id in primis attendere te oportet, ne præter ius gentium id fiat. Bella quippe prætextibus & occasionibus metiri, hominis est; vlterius vero tendere, erit qui ferarum esse proprium dixerit, nobis autem id tacendum. Te igitur obsecramus, vt hocce bellum sancto fœdere dirimatur.*
His sæpius perlectis literis, tandem dictis annuit Imperator, receptisque Romanis captiuis, aliaque belli præda restituta; D fide ad hæc data a Gulielmo, se sociali cum exercitu versus Occidentem secuturum, bellum soluit. Nec multo interiecto tempore Regem renuntiauit Gulielmum, cum antea hac dignitate non gauderet. Tanta vero erga illum vsus est beneuolentia, vt eo mortuo, accedentem fratrem, opemque ad inuadendum Siculorum Principatum implorantem, haudquaquam admiserit. Hunc finem habuere bella Romanorum Italica.

XVI. Dum iis adhuc distineretur A
Imperator, Asiaticorum motuum cura
sollicitum tenebat: quibus demum per-
actis, totum se rebus istis applicuit.
Persarum quippe Sultanus Punsyram &
Sybilam, Romanorum ciuitates expu-
gnauerat: & Torosus, cuius supra me-
minimus, plurimas etiam abstulerat in
Cilicia. Ad hoc Iagupasan, qui & ipse
Phylarchus erat Persarum, & Cappa-
dociæ Princeps, Oeneum & Pauraen,
Ponticas vrbes ambas, incursabat.
Misso itaque ad Sultanum Alexio Gi-
phardo, ea oppida recepit: Iagupasa-
nem vero incursionibus in fines Roma-
nos abstinere, sibique deinceps adhæ-
rere coegit. Quibus tandem confectis, B
in Ciliciam expeditionem instituere de-
creuit. Interea hæc Byzantij accidere.
Erat quidam ex Leuitarum ordine, quos
nos Diaconos vocamus, nomine Basi-
lius. Hic ad explicandum in Ecclesia-
sticis cœtibus verbum diuinum consti-
tutus, alios qui vel minimum ab eius
sententiis dissidebant, in hisce concio-
nibus, vt schismaticos & praue sentien-
tes, certisque verborum inuolucris men-
tem suam occultantes palam redarguit:
atque in his Michaelem & Nicepho-
rum, cognomento Basylacium; quorum
alter Rhetorum ea tempestate Magister,
(id est, Michael) sacra Euangeliorum
verba explanabat in Sophiano Templo: C
alter vero celebris inter eruditos, in
Orationibus elucubrandis maxime præ-
stabat: multaque in Rhetoricam docte
erat sciteque iam commentatus. Eapro-
pter dolebant ij, quod tot sapientiæ in-
structi dotibus ab tali homine traduce-
rentur: vnde sibi, compluribusque aliis
maximorum malorum causa fuere. Basi-
lio enim in eo Apostoli D. Ioannis Theo-
logi Templo, quod ad vrbem est, con-
suetum aliquando ministerium facien-
te, venerunt ij vt eum audirent, sed insi-
diosis maleuolisque auribus. Cum enim
ille quemdam Euangelij locum enarra-
ret, vnum & eumdem esse Dei Filium,
& victimam, & cum Patre sacrificium
excipere: arreptum subito sermonem D
ludibrio habentes reuersi sunt, duas in-
de Basilium dicentes inducere perso-
nas, si ille quidem immolatus fuerit,
ille vero sacrificium exceperit. Huic
sententiæ tum alij suffragati sunt literis
clari, tum & Soterichus, cognomine
Panteugenus, vir ea ætate doctrina &
sermonum grauitate cæteros præcellens,
quique Ecclesiæ Antiochenæ Episco-
pus electus, nondum manus impositio-
nem acceperat. Is igitur Soterichus non
lingua solum & ore eorum accessit opi-
nioni, sed & magnifica oratione com-

ιϛʹ. Βασιλεὺς δὲ καὶ πρότερον μὲν τῶν κατὰ τὴν
Ἀσίαν ἤδη κεκινημένων πραγμάτων, ὁπηνίκα ἔτι
τὰς ἐν Ἰταλίᾳ διέφερε μάχας, φροντίδα τὴν τῇδε
εἶχε πολλήν· τότε δὲ ὁλοσχερέστερον λοιπὸν ἀντεποιή-
θη. Ὁ μὲν γὰρ Περσῶν Σουλτὰν Πουπουσεράν τε καὶ
Σίβυλαν Ῥωμαίοις κατηκόους παρεστήσατο πόλεις.
Τερόζη δέ, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, τῶν ἐν Κιλικίᾳ
πλείστας ἀφήρπασεν. Ἰαγουπασὰν δέ, ὃς καὶ αὐτὸς
Περσῶν φύλαρχος ἦν, ἄρχων γῆς τῆς Καππαδο-
κῶν, Οἴναιόν τε κατέθεε καὶ Παυράην, πόλεις ἄμφω
Ποντικάς. Ἀλέξιον τοίνυν τὸν Γιφάρδον ἐπὶ τὸν Σουλ-
τὰν πέμψας, τὰς εἰρημένας ἀνέλαβε πόλεις· Ἰαγου-
πασὰν δὲ τῆς ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ἀποσχόμενον ἐκδρο-
μῆς, ἑαυτῷ προσανέχειν ἠνάγκασεν. Ἐπὶ μέντοι τοὺς
Κιλίκων αὐτὸς ἐκστρατεύειν διενοεῖτο. Ἐν δὲ τούτῳ,
ἐν Βυζαντίῳ τάδε συνέπεσεν. Ἦν τις Λευιτῶν, οὓς
Διακόνους καλοῦμεν, ὄνομα τούτῳ Βασίλειος. Οὗ-
τος ἀναπτύσσειν τοῖς πολλοῖς τὰς θείας ἐν ταῖς ὁπουδή-
ποτε τελεταῖς πεπιστευμένος φωνάς, ἄλλους τε τῶν
καὶ κατὰ βραχὺ προσκεκρουκότων αὐτῷ, ἐν ταύταις
δὲ ταῖς ὁμιλίαις, σχίσματι καὶ ἐπικρύψει κακηγορεῖν
ἤθελε. Καὶ δὴ καὶ Μιχαὴλ καὶ Νικηφόρον ἐπίκλη-
σιν Βασιλάκιον, ὧν ὁ μὲν Ῥητορικῆς ἐς τόδε και-
ροῦ καθηγητὴς ἐτύγχανεν ὢν ὁ Μιχαήλ, τὰ ἱερὰ
ἐπὶ τοῦ τῆς σοφίας ἱεροῦ διεξηγεῖτο τῶν Εὐαγγε-
λίων ῥητά. Ἅτερος δὲ εὐδόκιμος, ἄλλα τε τῶν ἐν
λόγοις ἦν, καὶ δὴ καὶ λόγων ἀγαθὸς δημιουργός· ἀ-
μέλει γοῦν καὶ πολλὰ τῶν κατὰ Ῥητορικὴν μεμελέτητο
αὐτῷ ἄγαν δεξιῶς. Ἐπὶ τούτοις ὠδίνοντε τὼ ἄνδρε
τούτω, καὶ ἐν δεινῷ ἐποιοῦντο, εἰ τηλικούτω τὰ ἐς σο-
φίαν ὄντε, πρὸς τοιούτου διαμυκτηρίζοιντο ἀνδρός,
ὅθεν ἑαυτοῖς τε καὶ πλείστοις ἑτέροις ἀνηκέστων αἴτιοι
ἐγενέσθην κακῶν. Τοῦ Βασιλείου γάρ ποτε ἐς τὸν
περὶ τοῦ ἄστεος τοῦ Ἀποστόλου Ἰωάννου τοῦ Θεολό-
γου νεών, τὴν συνήθη τελοῦντος αὐτῷ λειτουργίαν,
ἧκεσαν ἀκουσόμενοι καὶ οὗτοι, ἀκοαῖς γε μὴν ἐπι-
βούλοις καὶ πλήρεσι δυσμενείας. Ὡς γὰρ Εὐαγγελι-
κήν που οἶμαι περικοπὴν ἐκεῖνος διεξιών, τὸν αὐ-
τὸν ἔφη καὶ ἕνα τοῦ Θεοῦ Υἱόν, καὶ θῦμα γενέσθαι,
καὶ σὺν τῷ Πατρὶ τὴν θυσίαν προσδέχεσθαι,
ἥρπασάν τε τὸν λόγον εὐθύς, καὶ ἄνω καὶ κάτω διε-
χλεύαζον ἰόντες· διττὰς ἐντεῦθεν τὸν Βασίλειον λέγον-
τες εἰσάγειν ὑποστάσεις, εἰ ὁ μὲν ἐτύθη, ὁ δὲ τὴν θυσίαν
ἐδέξατο. Ἄλλοι τε οὖν ταύτῃ τῇ δόξῃ, συνέθεντο τῶν
ἐπὶ λόγοις τε δοκίμων, καὶ δὴ καὶ Σωτήριχος, ᾧ Παν-
τεύγενος ἡ ἐπίκλησις ἦν, ἀνὴρ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρό-
νον σοφίᾳ καὶ λόγων δεινότητι τοὺς ἄλλους ὑπερβάλ-
λων. ὃς καὶ τῆς Ἀντιόχου τὸν θρόνον λαχών, οὔπω
ἔτι κεχειροτόνητο. Ὁ τοίνυν Σωτήριχος οὐκ ἀπὸ
γλώσσης μόνον καὶ στόματος δόξῃ τῇ ἐκείνων πα-
είσατο, ἀλλὰ δὴ καὶ καλόν τι χρῆμα λόγου συντά-

ξας, οἷος ἐκεῖνος, ἐξαισίαν τινὰ πρὸς Πλάτωνα ἐν διαλόγοις ὁμοιότητα ἴσχων, πολλὰ ἐν τούτῳ δὴ τῷ λόγῳ συνεφόρησεν ἄτοπα, δι᾽ ἅπερ αὐτός τε τὴν τοῦ θρόνου καθαίρεσιν ὑπέστη καὶ Βασίλειος δέ, τῆς ἀμφιβαλλομένης διαιτήσεως, καὶ ὅσοι ἤδη συνίσταντο τούτῳ. Βασίλειος δὲ τὴν ἐπιτιμίαν αὖθις ἔσχε· ἐτύγχανε γὰρ ἤδη ταύτην ἀποβαλών, εἰ καὶ χρόνῳ ὕστερον αὖθις ἀπώλεσε ταύτην, οὐκ ὀρθὸς, ὡς ἐλέγετο, τὰ δογματικὰ φωραθείς. Τὰ μὲν δὴ τῆς δογματικῆς ἐκείνης ἀμφισβητήσεως τοιοῦτον εὑρήκει πέρας.

ιζʹ. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ Τερόζην ἐστέλλετο. αὐτοῦ γὰρ τοῖς περὶ τὴν Ἑσπέραν, ὥσπερ εἴρηται, διησχολημένου, καιροφυλακήσας ὁ βάρβαρος, σχεδόν τι ἁπάσας τῶν ἐν Κιλικίᾳ περιεσήσατο πόλεων. Δεινὸς γὰρ εἴπερ τις ἐγένετο, ὀξύτητά τε καιροῦ περιαρπάσαι, καὶ πράγματα ῥάψαι ἱκανός. Τούτου τε δὴ ἕνεκα βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐχώρει, καὶ ὧν αὐτὸς ἐρῶν ἔρχομαι. Ραιμούνδου τοῦ Ἀντιοχείας Πρίγκιπος ἐκ τῶν τῇδε μεταχωρήσαντος, ἐν μὲν τῷ παραυτίκα Κωνστάντζα ἡ αὐτοῦ γαμετὴ ἑαυτήν τε βασιλεῖ, καὶ τὰ Ἀντιοχέων ἐχείριζε πράγματα. Βασιλέως δ᾽ ἔπειτα Ρογέριον τὸν Καίσαρα, ὥσπερ ἤδη ἐμνήσθην, ἐφ᾽ ᾧ ξυνοικῆσαι αὐτῇ στείλαντος, μεταβαλοῦσα ἐκείνη, κοινῇ τῇ Ἀντιοχέων βουλῇ Ρενάλδῳ τινὶ γάμου κοινωνεῖ, ἐννοησάντων, μήποτε Ρογερίῳ γεγαμημένης τῆς γυναικὸς, Ρωμαίοις ἐς φόρου ἀπαγωγὴν αὐτοὶ πέσωσι. Οὗτος δὲ ὁ Ρενάλδος, ἐπεὶ δεόμενον αὐτὸν βασιλεὺς οὐ προσίετο, ἀπειλὰς δὲ μᾶλλον ἐπισείων ἐξεδειμάτου πολλὰς, δεῖν ἑαυτὸν χρημάτων ὑπολαβὼν, τοιάδε τινὰ ἐποίει. Ναῦς τεκτηνάμενος, ἐπὶ τὴν Κυπρίων ἐπλωΐζετο· πειρατικῶς τε τοῖς ἐνταῦθα προσφερόμενος, περιουσίαν ἐνταῦθα δυνάμεως ἐξεπορίζετο. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον Ἰωάννης ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδοῦς τὴν χώραν τότε διέπων, καὶ Μιχαὴλ ὁ Βρανᾶς, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἐπὶ φυλακῇ ταύτης ἐτάττοντο, ἀπώσαντό τε αὐτὸν, καὶ κακῶς διέθεντο. Ἔπειτα προπετέστερος ἢ ἐχρῆν, ἐπὶ Λευκουσίαν τοῦ Βρανᾶ ποιησαμένου τὴν δίωξιν, ξυνεπεξῄει τούτῳ καὶ ὁ Ἰωάννης. ὅθεν συνέβη ἀμφοτέρους ἁλῶναι πρὸς τοῦ Ρενάλδου. Τούτων δὴ ἕνεκα βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐχώρει. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ ἐγένετο, Πέρσαις ἐνταῦθα ὑπαντιάσας, ἥττησέ τε πολέμῳ αὐτοὺς, καὶ φόνον πολὺν εἰργάσατο. τήν παρακειμένην τε Περσῶν δῃώσας χώραν, ὡς ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐφέρετο, σχηματιζόμενος ἐπὶ Πέρσας δῆθεν τὸν πόλεμον ἄγειν· τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ μηδὲν ὑφορώμενον τὸν Τερόζην καταλαβεῖν ᾤετο. ὅπως γε μὴν ἔτι μᾶλλον ἀπροσδόκητος αὐτῷ παραγένηται, καὶ τάδε ἐποίει. Ἀλεξίῳ μὲν τῷ Κασιανῷ, ὃς τὴν Σελευκείων τότε διεῖπεν ἀρχὴν, τὸν αὐτόχθονα ἐκέλευε ἀθροίσαντι στρατὸν ἐν παρασκευῇ ἔχειν· ὁ δὲ τὸ εὐζωνότερον ἀπολεξά-

posita, singularique quadam similitudine Platonicos exprimente Dialogos, multa in illa absurda congessit. Propter quæ tum ipse sede sua deturbatur, tum & Basilius eius controuersiæ causa, & qui illi fauebant, omnes pelluntur. Basilius dignitatem recuperauit: hac enim iam exciderat: sed postea eam iterum perdidit, cum haud sana sentire, vt aiunt, deprehensus esset. Hunc finem habuere illæ de rebus Theologicis quæstiones.

XVII. Imperator igitur aduersus Torosum proficiscitur. Cum enim, vt supra dictum est, rebus Occidentalibus detineretur, opportunitatem adeptus Barbarus iste, omnes ferme Ciliciæ ciuitates expugnauerat. Callidus enim erat, si quis alius, & in captandis occasionibus, rebusque conficiendis maxime industrius. Iis itaque de causis, aliisque, quas mox dicturus sum, in Asiam venit Imperator. Raimundo Antiochiæ Principe extincto, Constantia illius vxor seque ipsam extemplo, & Antiochenum Principatum Imperatori tradidit. Cum eo deinde Rogerium Cæsarem, cuius supra meminimus, misisset Princeps, vt illam sibi vxorem adiungeret, mutata sententia, communi Antiochenorum consilio, Renaldo cuidam illa nubit. Verebantur quippe ij, ne si Rogerio iuncta esset, Romanorum fierent vectigales. Hic autem Renaldus, cum supplex etiam non admitteretur ab Imperatore, sed potius intentatis minis terreretur, opus esse sibi pecuniis ratus, hæc aggreditur. Fabricatis nauibus, Cyprum adnauigat, ibique piraticam exercens, magnam inde opum vim parat. Sed Ioannes Imperatoris ex fratre nepos, qui tum regioni isti præerat, & Michael Branas, cæterique ad custodiam Insulæ præpositi, primo illum expulerant, maleque habuerant. Sed mox cum Branas, vnaque & Ioannes imprudentius, quam par erat, ad Leucosiam vsque Renaldum fugientem essent insecuti, vterque ab illo capti sunt. Atque id potissimum causæ fuit, cur in Ciliciam pergeret Imperator. Vbi ille in Minorem Phrygiam peruenit, Persis obuiam factus, signis collatis, prælio eos superauit, magnamque cædem edidit. Adiacentibus deinde Persarum agris deuastatis, in Ciliciam iter instituit, quasi in Persas bellum translaturus esset: qua ratione nec opinantem Torosum sese oppressurum credebat. Atque adeo vt magis illi improuisus accederet, talia instituit. Alexio Casiano, qui tunc Seleuciæ regebat Præfecturam, conflare ex indigenis exercitum, paratumque habere imperauit: ipse interim expeditio-

ribus militum delectis Seleuciam versus iter intendit, cæterasque Romanorum copias Attaliæ manere iussit, equorumque curam ibi habere. Morbo quippe, cui vt plurimum equi obnoxij sunt, & qui pedum plantis accidere solet, grauiter dolebant. Vt vero in Seleucianos peruenit campos, & exercitum, sicuti imperauerat, paratum haud inuenit (id enim neglexerat Alexius) mentem alio conuertit, Torosum cum omnibus viribus cupiens inuadere. Alexium igitur præmisit, vt Torosum aggrediendo, ibi distineret: ipse vero a tergo secutus est, haud plures quingentis secum ducens armatos. Captusque continuo, ac in Romanorum potestatem venisset Tyrannus, nisi ipsum fortuna quædam inopinato seruasset. Quidam enim mendicus, quales multi ex Latinis nationibus euntes in Palæstinam, montes & syluas vagabundi percurrunt, ac nihil non tritum relinquunt, obuius Imperatori factus, auri statere ab illo accepto, quanta potuit celeritate ad Torosum contendit, ac Imperatoris aduentum nuntiauit. Quo illo audito, nec iniuria, perculsus, iis nemini, præterquam Thomæ & Corcæ sibi fidis, quæ acceperat, indicatis, huc illuc errans & palabundus vagatur. Imperator postridie Ciliciam inuadit: eo nullibi inuento, Castellum in Lamo arduum maxime nullo labore expugnat. Deinde Cistramum capit, & Anazarbum vrbem celeberrimam, progressusque Longiniadem, cum adiacentibus agris, Imperio subiicit. Inde ad Tarsum Cilicum Metropolim profectus, vrbem primo intercipit impetu: & Tili castrum validissimum, missis eo nonnullis, Romanorum iuri asserit. Qua vero ratione Tarsum, quæ ne a multis quidem millibus expugnari vix potest, ipse eodem, quo accessit, die ceperit, narrabo. Vbi enim vrbem ægre expugnari posse aduertit, frustra ibi tempus terere inconsultum putans, deflexit ad alia oppida: Theodorum vero sororium, cognomento Batatzem, ad eam circumsidendam misit. Sed nondum ad vrbem aduenerat Theodorus, cum milites, qui in propugnaculis stabant, aduentare Imperatorem rati, ingenti perculsi metu, de turribus sese dedere præcipites, mortemque sic miseri acerbam oppetiere. Ita quidem capta est Tarsus.

XVIII. Cum hæc aduerterent Torosus & Renaldus Princeps, ad Imperatorem Legatos mittere non ausi, vtpote multorum a se perpetratorum malorum conscij, ad illius agnatos misere, qui pro iis eumdem deprecarentur. Id

A μένος τῆς στρατιᾶς, τὴν ἐπὶ Σελευκείας ἠπείγετο. Τῷ δὲ ἄλλῳ Ῥωμαίων στρατεύματι, ἐνταῦθά που ἐπὶ τῆς Ἀτταλου μένοντι, ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἵππων ἐκέλευεν. Πάθος γάρ τι τοῖς αὐτῶν πέλμασιν ἐπιγεγονός, ὃ δὴ τῷ ἱππείῳ ἐπισκήπτειν εἴωθε γένει, ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἐπίεζεν. Ὡς δὲ αὐτὸς μὲν τὰ ἐπὶ Σελευκείας ἐξήλασε πεδία, τὸ δὲ στράτευμα οὐ παρῆν, ὥσπερ ἐκέλευε (παρημελεῖτο γὰρ τοῦτο πρὸς τοῦ Ἀλεξίου) ἐφ' ἑτέραν τι ἐτετράπετο, σθένει παντὶ τὸν Τερόζην καταλήψεσθαι προθυμούμενος. Ἀλέξιον μὲν πρόσθεν ἔπεμψεν, εἴπως Τερόζην αὐτοῦ συμπλακέντα ἐνταῦθα ἐπισχεῖν δυνηθῇ. ὁ δὲ κατὰ νώτου τούτῳ ἐχώρει, οὐ πλείους πεντακοσίων ἐπαγόμενος ἀνδρῶν ὁπλιτῶν. καὶ τάχα ἂν
B ἥλω τό τε ὁ Τύραννος, καὶ ὑπὸ χερσὶν ἐγένετο Ῥωμαϊκαῖς, εἰ μὴ τύχη τις αὐτὸν ἐξ ἀπροσδοκήτου διεσώσατο. Τῶν γάρ τις προσαιτούντων, οἱ πολλοὶ τῶν Λατίνων γένους ἐπὶ Παλαιστίνην ἰόντες, ὄρη τε καὶ δρυμὰ περιτρέχουσιν ἀλῆται, καὶ οὐδὲν ὅτι τῷ πλήθει λείπουσιν ἄτριπτον, τῷ Βασιλεῖ περιτυχών, στατῆρά τε ἐξ αὐτοῦ κεκομισμένος χρυσοῦν, τὴν ταχίστην ἐπὶ τὸν Τερόζην ἦλθε, καὶ αὐτῷ τὴν Βασιλέως ὅσον οὐκ ἤδη ἐπήγγελεν ἄφιξιν. Ταῦτα ἐκεῖνος ἀκούσας, κατεπέπληκτο μέν, ὡς τὸ εἰκός, τὸν μέντοι λόγον πρὸς οὐδένα τῶν ἁπάντων ἐξενεγκών, ὅτι μὴ Θωμᾶν τε καὶ Κόρκην, ἄνδρας εὔνους αὐτῷ, φυγὰς ἄλλοτε ἄλλῃ φερόμενος ἐξέτρεχε πανταχοῦ. Βασιλεὺς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐς τὴν Κιλίκων εἰσελάσας, αὐτὸν μὲν εὗρεν οὐδαμοῦ, τὸ ἐν Λάμῳ δὲ φρούριον
C ἀμαχητὶ παρεστήσατο, ἐρυμνὸν μάλιστα ὄν. Εἶτα Κίστραμον καὶ Ἀνάζαρβον πόλιν εἷλε περιφανῆ. Προϊὼν δὲ, καὶ Λογγινιάδα σὺν πάσῃ τῇ περιοικίδι καταδραμὼν, ἐδουλώσατο. Ὅθεν ἐπὶ Ταρσὸν μεταβάς, ἣ μητρόπολις τῷ ἔθνει τούτῳ τυγχάνει οὖσα, αὐτὴν μὲν εἷλεν αὐτοβοεί· Τίλι δὲ κρησφύγετον, μάλα ὀχυρὸν, πέμψας ὑπὸ Ῥωμαίους ἐποιήσατο. Ὅπως δὲ * Ἀνάζαρβον, οὐδ' ἂν ὑπὸ μυριάδων ἁλώσεσθαι πολλῶν εὐχερῆ οὖσαν, αὐθημερὸν αὐτὸς παρεστήσατο, δηλώσω ἔγωγε. Ἐπειδὴ γὰρ δυσάλωτον οὖσαν αὐτὴν ἔγνω, τρίβειν ἐνταῦθα τὸν καιρὸν οὐδαμῇ ἤθελεν. ὅθεν καὶ αὐτὸς μὲν ἐφ' ἑτέρας ἐτράπετο πόλεις· Θεόδωρον δὲ γαμβρὸν αὐτῷ ἐπ' ἀδελφῇ γεγονότα, Βατάτζην ἐπώνυμον,
D ἐπ' ἐκείνην ἔπεμψε πολιορκήσοντα. Ἀλλ' οὔπω Θεόδωρος εἰς τὴν πόλιν ἀφίκετο, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων Βασιλέα προσιέναι νομίσαντες, ἐξαίσιόν τε τινα πεφοβημένοι φόβον, ἐρρίπτουν ἀπὸ τῶν πύργων ἑαυτούς, δυσθανατοῦντες οἱ ταλαίπωροι. ἥ τε πόλις εὐθυωρὸν τοῦτον ᾑρέθη τὸν τρόπον. Ταρσὸς μὲν δὴ οὕτως ἑάλω.

ιη'. Τερόζης δὲ καὶ Ρενάλδος ὁ Πρίγκιψ, ταῦτα ὁρῶντες, Βασιλεῖ μὲν οὐδαμῇ διαπρεσβεύεσθαι ἐτόλμων, ἅτε μεγάλα ξυνειδότες ἑαυτοῖς κακά. ἐπὶ δὲ τῶν γνησιωτάτων αὐτοῦ τινὰς πέμποντες, ἱκέτευον, ἱλάσασθαι σφίσι τὸν Βασιλέα. ὡς δ'

ἀποτύγχανον

* Ταρσὸν

ἀποτυχὼν τοῦ σκοποῦ, Ρενάλδος πάντοθεν ἐξαπορούμενος, τὴν Ἀντιοχείας ἀκρόπολιν ἐγχειρεῖν βασιλεῖ διωμολόγει, εἰ κακῶν ἀμνηστήσειεν αὐτοῦ. Συνῄδει γὰρ καὶ τοῦ Ἀντιοχείας ἀρχιερέως, ὃν ὁμόφυλον σφίσιν αὐτοὶ ἐφεστᾶσι, πατριάρχην δῆθεν αὐτὸν κληΐζοντες, δυσμενῶς τινα καὶ κότον ἐπ' αὐτοῦ τρέφοντος, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ρενάλδος, ὅπερ ἤδη ἐλέγετο, ἐσχάτην ἑαυτοῦ πενίαν ξυνειδὼς, Κύπρον τε καταδραμεῖν διενοήθη, καὶ τὸν ἀρχιερέα τοῦτον ἰδίᾳ παραλαβὼν, χρήματα αὐτοῦ δοῦναι ἠξίου· ἐν ἀπορίᾳ γὰρ εἶναι πολλῇ τοῦτον ἐγίνωσκεν. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, τῶν ἀμφίων ἀφελόμενος τὸν ἄνθρωπον, πολλὰς μὲν αὐτοῦ κατὰ τοῦ σώματος ἔξανε πρότερον, θέρους δ' ἀκμάζοντος, μέλιτι τὰ τραύματα ἐπιχρίσας, ἡλίῳ θέρεσθαι ἀφῆκε. σφῆκες τε οὖν καὶ μέλιτται καὶ μυῖαι, καὶ τ' ἄλλα τῶν αἱμοβόρων ζωυφίων, καθόλου γυμνιτεύοντος ἐγκαθίζοντα τοῦ σώματος, συνεμύζων αὐτοῦ τῶν αἱμάτων. Ὑφ' ὧν ἀπαγορεύσας ὁ ἄνθρωπος, πάντα τὸν πλοῦτον Ρενάλδῳ παρέσχεν ἐξενεγκών. Ὁ δὲ ἐξευμενιζόμενος δῆθεν, αὐτὸν κοσμήσας συνήθως, ἐφίππιον διὰ μέσης ἦγε τῆς πόλεως, αὐτὸς ἐκ ποδός τε βαδίζων, καὶ τὸν ἐκ τῆς ἐφεστρίδος ἠρτημένον ἐν χειρὶ κατέχων ἱμάντα. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ταῦτα ἐποίει· ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον ἐμεμήνει κατὰ Ρενάλδου, καὶ ἐζήτει καιρὸν ὅπως ἂν ἀμύναιτο τοῦτον. Καὶ δὴ συχνὰ παρὰ βασιλέα πέμπων, προδιδόναι οἱ κατεπηγγέλετο τὸν ἄνθρωπον. Βασιλέως δὲ πρὸς τοῦτο ἀναδύοντος, πολέμῳ γὰρ μᾶλλον ἢ δόλῳ περιγενέσθαι ἤθελε, τῆς ὁρμῆς ἀνεκόπτετο. Ρενάλδος μὲν ταῦτα ἐννοῶν, τὰ προειρημένα βασιλεῖ ὑπισχνεῖτο. τοῦ δὲ μὴ προσιεμένου τὴν ἱκεσίαν, τοιάδε τινὰ ἐποίει. ἀφαιρεῖται μὲν τὴν καλύπτραν τῆς κεφαλῆς, γυμνώσας δὲ τὼ χεῖρε ἄχρι καὶ ἐς ἀγκῶνας αὐτοῖς, ἀνυπόδετος σὺν τῶν Ἀντιοχέων πολλοῖς διὰ μέσης τῆς πόλεως πορευόμενος, ἐπὶ βασιλέα παραγίνεται. ἐξῆπτο δὲ αὐτοῦ τοῦ μὲν τραχήλου καλώδιον· χειρὶ δὲ τῇ ἑτέρᾳ ξίφος ἐφέρετο. Ἤρτ' οὖν τηνικαῦτα βῆμα λαμπρόν. Καὶ Ρενάλδος μὲν ἄποθεν που τῆς βασιλείου σκηνῆς ἵστατο, ὡς ἂν μὴ θαρρῶν τὴν εἰσφοίτησιν. Ὁ δὲ τῶν ἀμονάχων μοναχῶν ὅμιλος, ἀσάνδαλοί τε καὶ ἀκαλυφεῖς κεφαλὰς, εἰσήεσαν ἐπὶ βασιλέα, ἐπὶ γόνυ τε ὀκλάσαντες, δάκρυά τε τῶν ὀφθαλμῶν ἔπεμπον, καὶ τὰς χεῖρας ἀνέτεινον. Βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀνένευε· παρακληθεὶς δ' ὕστερον, προσελθεῖν τὸν Πρίγκιπα ἐκέλευσεν. Εἰσελθόντι δὲ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ, ἐπικαμφθεὶς ἀφῆκεν αὐτοῦ τὸ ἐμπαροίνημα· ὅρκοις ἄλλα τε πολλὰ πιστωσάμενος, ὅσα δηλονότι βασι-

A vbi ad votum respondit, Renaldus, animo vndique anxius, quidque ageret incertus, arcem Antiochenam Imperatori se traditurum spondet, si delictorum suorum concederetur obliuio. Nouerat enim Antiochenum Pontificem, quem ex sua gente sibi illi præfecerant, ac Patriarchæ nomine donabant, inimicum sibi infensumque esse ea ex causa. Renaldus, vt mox ante diximus, cum se in extrema rerum penuria constitutum videret, non modo Cyprum deprædari constituit, sed & Pontificem hunc in secretum abductum aggressus, pecunias sibi ab illo dari postulauit, non ignaro quanta egestate premeretur. Id cum renuisset, vestibus homini detractis, corpus multis primum verberibus cæsum, B ardente tum æstate, vulneribus melle illitis, siccandum Soli exposuit. Ibi tum vespæ & apes & muscæ, & cætera sanguinem ebibentia animascula, nudato prorsus corpori insidentia, sanguinem eius sugebant. Quibus adactus tormentis, prolatas opes omnes Renaldo tradidit. Tum vero pacatus ille, consuetis virum induit vestimentis, equoque insidentem per mediam ductum ciuitatem ipse pedes, lorum quod a sella dependebat manu tenens, est subsecutus. Verum id etsi egisset Renaldus, non minori tamen eum odio prosequebatur Pontifex, occasionemque captabat, qua il- C latam sibi iniuriam vlcisceretur. Ideoque crebris ad Imperatorem missis Legatis, hominem in illius manus sese traditurum pollicebatur. Sed id recusante Imperatore, quod bello potius quam dolo victoriam vellet consequi, ab incœpto destitit. Ea quidem animo reputans Renaldus, supradicta cum Imperatore pacisci parat: verum illo preces aspernante, talia instituit. Abiecto capitis tegumento, manibus vsque ad cubitum detectis, pedibusque nudis, cum plurimis Antiochenis per mediam incedens ciuitatem, ad Imperatorem pergit. Appensus erat collo funiculus, & gladius ab eo altera ferebatur manu. Erat D autem illic erectum insigne Tribunal. Stabat vero procul ab Imperatorio Tabernaculo Renaldus, tamquam si ad illum accedere non auderet. Monachorum turba non Monachorum, absque sandaliis, capitumque tegumentis, Imperatorem adibat, & in genua procumbentes omnes lacrymas profundebant ex oculis, manusque protendebant. At Imperator renuenti primo similis, tandem exoratus, adesse Principem iussit. Ingredienti igitur, eo quo diximus modo, flexus Imperator delictum remisit: tum & alia multa quæ ipse voluit Im-

perator, sacramentis firmanti, tum etiam illud, vt Byzantio, prout antea fieri consueuerat, Antiochiam Pontifex mitteretur. Mira res prorsus visa qui hic forte aderant Asiaticarum gentium Legatis, Chorasminorum, Susiorum, Ecbatanorum, Mediæque vniuersæ, ac Babylonis, quorum Principem Magnum vocant Sultanum: præterea Nuradini Berrhœæ Satrapæ, Iagupasanis Cappadociæ Phylarchi, & Abasgorum & Iberorum, necnon & Palæstinorum & Armeniorum, qui vltra Isauros habitant. Hæc tum quidem ibi gesta.

XIX. Interea Balduinus Palæstinæ Rex per Legatos colloquium Imperatoris expetiit, de rebus aliquot maioris momenti cum illo acturus. Verum hæc in speciem gerebantur. Cum enim Antiochiæ Principatui, terris suis vicino, inhiaret, neque eum facile posset sibi comparare, priusquam ea, quæ de Renaldo euenerant, edoceretur, id Imperatori consilij dederat, vt nullo hominem modo admitteret: illo enim de medio sublato, fore vt vel Antiocheni qui ab eo fuissent seruati, sibi in posterum obnoxij deseruirent: vel si vtriusque detrectarent imperium, nihilo secius ipsis dominaretur. Eiusmodi dato consilio Antiochiam venit, habitoque cum oppidanis sermone, in memoriam iis reuocauit, quomodo propter eorum commoda ex Palæstina huc aduenisset, & quantum sibi ob idipsum deberent. Iis annuentibus, rursum Imperatorem de mutuo congressu sollicitat. At ille perspecta hominis mente, id primum renuit: neque enim conuenienti cultu ac officiis exceptũ iri affirmabat, siquidem interim dum inter medios hostes res bellicas tractat, is illi congrederetur, ac cum eo colloquiũ haberet. Vt vero magis instare eum vidit, & eadem in dies rogare, annuit tandem precibus, & venire iussit. Aiunt vrbe exeuntem circumstetisse Antiochenos, rogasseq; enixius, vt Imperatorem sibi reconciliare anniteretur. Interea & hæc in Imperatoris accidere Palatio. Quidam ex illius Scribis nomine Theodorus, cognomento vero Stypiotes, tum alias ipsi familiarissimus, tum etiam Canicleo ea ætate Præpositus, cum Principi cæteroquin infidus infestusque deprehensus ac conuictus esset, oculis miser & lingua priuatus est. Exactum iam quippe esse Imperatoris vitæ terminum, velut ex tripode, apud multos vaticinabatur, aiebatque non adolescenti & vegeto committendum deinceps Romanum Imperium, sed ætatis prouectæ viro, & senio iam confecto, vt in speciem eo imperante, publicæ res, veluti

A λεῖ βουλομένῳ ἐτύγχανε, καὶ δὴ καὶ Ἀρχιερέα ἐκ Βυζαντίου εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ ἔθος πέμπεσθαι τὸ παλαιόν. Ὅτε δὴ καὶ θαῦμα κατεῖχε τούς, ὅσοι τηνικάδε ἐτύγχανον πρέσβεις ἐνταῦθα παρατυχόντες τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐθνῶν, Χωρασμίων τε καὶ Σουσῶν καὶ Ἐκβατάνων, Μηδικῆς τῆς ἁπάσης καὶ Βαβυλῶνος, ὧν δὴ τὸν Ἄρχοντα Μέγαν ἐκεῖνοι κληΐζουσι Σουλτάν· Νουραδίν τε τοῦ Βερροιαίου Σατράπου, καὶ Ἰαγουπασὰν τοῦ Περσῶν Φυλάρχου, καὶ Ἀβασγῶν καὶ Ἰβήρων. Ἔτι δὲ καὶ Παλαιστινῶν καὶ Ἀρμενίων, τῶν ἐπέκεινα Ἰσαύρων. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο.

ιθ'. Βαλδουῖνος δὲ ὁ Παλαιστίνης Ῥὴξ ἐπὶ Βασι- B λέα πέμψας, ᾔτει συγγενέσθαι αὐτῷ, περὶ μεγάλων τινῶν, ὥσπερ ἔλεγε, κοινωνήσων. Ἦν δὲ σκῆψις τὸ πρᾶγμα. Τῇ γὰρ Ἀντιοχείας ἐποφθαλμίζων ἀρχῇ ἐν γειτόνων αὐτῷ καθεστώσῃ, οὐκ ἔχων ὅπως ἂν αὐτῆς τεύξοιτο, ἐπεὶ μηκέτι τὰ κατὰ Ῥενάλδον ἔμαθε, ξυνεβούλευε Βασιλεῖ μηδόλως τοῦτον μεθιέναι, ὡς ἢ ἐκ ποδῶν ἐκείνου γεγενημένου, Ἀντιοχεῦσιν ἅτε δι᾽ αὐτὸν σεσωσμένοις, ὅσα καὶ δούλοις αὐτὸς χρήσαιτο, ἢ καὶ περὶ ἀμφοῖν βασιλείαν παραιτησαμένων, οὐδὲν ἧττον αὐτοῖς ἐπιστατήσειν. Ταῦτα βουλευσάμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ παραγίνεται. Εἰς λόγους τε Ἀντιοχεῦσι καταστάς, ὑπεμίμνησκέ τε ἐπίτηδες αὐτούς, ὅπως ἐπὶ τῷ αὐτοῖς ξυνοίσοντι ἐνταῦθα Παλαιστίνης ἀφίκοιτο, καὶ ὡς χαρίτων αὐτῷ μεγάλων ὀφειλέται τυγχάνουσιν ὄντες. C Τῶν δὲ ὁμολογούντων, ἐδεῖτο καὶ πάλιν Βασιλέως ὅπως ἂν αὐτῷ συγγένοιτο. Ὁ δὲ συνεὶς τῆς τοῦ ἀνθρώπου διανοίας, τὸ μὲν πρῶτον ἀπένευσε, μὴ ἂν τῆς δεούσης τυχεῖν αὐτὸν ἰσχυριζόμενον φιλοφροσύνης καὶ δεξιώσεως, εἴγε ἐπὶ μέσων πολεμίων ἔργων διατρίβοντι ὁμιλήσειεν αὐτῷ. Ἐγκείμενον δ᾽ ἔτι μᾶλλον ὁρῶν αὐτόν, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ὁσημέραι ἱκετεύοντα, ἐπένευσέ τε τῇ αἰτήσει, καὶ ἥκειν ἐκέλευε. Λέγεται οὖν ὅτι ἐξιόντα τῆς πόλεως περιστάντες αὐτὸν οἱ Ἀντιοχεῖς ἐδέοντο, ὅπως ἂν αὐτῷ δυνατὰ ἔσται Βασιλέα σφίσι διαλλάξαι. Ἐν τούτῳ δὲ τοιάδε τινὰ ἐς τὴν Βασιλέως συνέπεσεν αὐλήν. Ἦν τις ὑπογραμματέων αὐτῷ Θεόδωρος ὄνομα, ἐπίκλησιν Στυπειώτης. Οὗτος D ὁ Θεόδωρος, τά τε ἄλλα Βασιλεῖ οἰκειότατος ὤν, καὶ δὴ καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Κανικλείου πεπίστευτο λειτουργίαν· ἀλλὰ σκαιός τις καὶ δύσνους περὶ αὐτὸν φωραθείς τε καὶ ἐξελεγχθείς, ὄψεών τε αὐτῶν καὶ γλώττης ὁ κακοδαίμων ἐστέρητο. Τόν τε γὰρ τῆς ζωῆς αἰῶνα ἐκμεμετρῆσθαι Βασιλεῖ ἤδη, ὡς ἀπὸ τρίποδος ἀπεφοίβαζε τοῖς πολλοῖς. Καὶ χρῆν ἔλεγε τὴν Ῥωμαίων βουλήν, μηκέτι νεανίᾳ μηδὲ σφριγῶντι τὴν ἀρχὴν παραδοῦναι, ἀλλ᾽ ἀνδρὶ γεγηρακότι τε ἀκριβῶς, καὶ ἐξώρῳ τῆς ἡλικίας, ὅπως ἐκείνου τῷ λόγῳ ἄρχοντος, ὡς ἐν δημοκρατίᾳ τὰ τῆς πολιτείας

μᾶλλον διοικοῖτο. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Θεόδωρον τῇδε συνέπεσε. Τότε δὲ καὶ Γεώργιος ὁ τῶν βασιλικῶν ἐξάρχων σαλπιστῶν, ὃν δὴ Πριμικήριον τῆς αὐλῆς ἔθος ὀνομάζειν ἐστίν, ἐπίκλησιν Πυρρογεώργιος, οὐκ ἐπὶ μικροῖς καὶ αὐτὸς βασιλεῖ προσκεκρουκώς, ἵλεω τε αὖθις τετύχηκεν αὐτοῦ, καὶ ἄχρι ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐπεπόνθει, τὴν δὲ ἀρχὴν ἀποβεβλήκει ταύτην.

κ΄. Βασιλεὺς δὲ προσιέναι τὸν Ῥῆγα μαθών, ἄλλο τε ἄλλους τῶν ἐπὶ δόξης προσυπαντᾷν αὐτῷ ἔπεμπε, καὶ ἀεὶ τοὺς ἐπιδοξοτέρους κατόπιν, ἄχρι καὶ τῶν ἐπ' ἀδελφιδαῖς αὐτῷ γαμβρῶν, προσεροῦντας αὐτῷ, καὶ τὰ εἰκότα τιμήσοντας, ἕως παρ' αὐτὸν βασιλέα ἦλθεν. Ὁ μὲν οὖν οὕτως ἀξίως τοῦ Δαβὶδ θρόνου καὶ ἐτίμα καὶ ἐδεξιοῦτο τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ τούτοις κατεπαρθείς, εἴτε καὶ ξύμφυτόν τινα τρέφων ἀλαζονίαν, ἐπειδήπερ εἰς τὴν βασίλειον παρῆλθεν αὐλήν, ὑπό τε τῶν βασιλείων ῥαβδούχων, καὶ Ῥωμαίων τῶν ἐπὶ δόξης παραπεμπόμενος, ἐνταῦθα τοῦ ἵππου ἀπέβη, ἔνθα καὶ βασιλεὺς αὐτὸ ποιεῖν εἴθιστο. Ἐφ' οἷς ἀγερωχίαν αὐτοῦ καταγνοὺς βασιλεύς, πολλὰ τῶν ἐπὶ μᾶλλον εἰς τιμὴν ὁρώντων ἐνέλιπεν αὐτῷ. Εἶδε δὲ ὅμως αὐτὸν καὶ προσεῖπεν, ἕδραν δέ τινα χθαμαλὴν καθίζησαι παρέθετο· συνωμίλησέ τε πολλάκις αὐτῷ, καὶ ἐν συσσιτίῳ παρέλαβεν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρεσκεν Ἀντιοχεῖς τῶν Ῥενάλδῳ ὡμολογημένων, ἥτε δύναμις, μεθ' ἧς βασιλεῖ συμμαχεῖν ἔμελλον, ἅτε ἀπερρυηκυίας τῇ πόλει τῆς πάλαι ἰσχύος, καὶ τὸ ἀρχιερέα ἐκ Βυζαντίου ἐπὶ Ἀντιοχείᾳ στέλλεσθαι, καὶ ἦλθον τούτων ἕνεκα βασιλέως δεησόμενοι, Βαλδουῖνος καὶ ὑπὲρ τούτου τὸν βασιλέα παρῃτεῖτο. οὐ σφόδρα δὲ ἀναινόμενον γνούς, καὶ περὶ τῶν ἰχνῶν αὐτοῦ τοὺς πρέσβεις ἔρριπτε. Ὁ δὲ ὁπότερον τοῖν δυοῖν μᾶλλον Ῥωμαίοις τιμὴν φέρει διεννοησάμενος, τὸ μὲν σὺν ἐλάσσονι στρατεύειν δυνάμει, αὐτίκα ἔδωκε. Τό, τε γὰρ ὑπὲρ ἰσχὺν ἀπαιτούμενον, ἐφεπομένην ὡς τὰ πολλὰ τὴν παράβασιν ἔχει, καὶ ἄλλως ἀρκεῖ πρὸς δουλείας ἔνδειξιν, καὶ τὸ πολλοστὸν ἐστὶν οὗ προσαγόμενον. Ἀρχιερέα δὲ ἀλλοθέν ποθεν, ὅτι μὴ ἐκ Βυζαντίου εἴη, οὐκ ἔφησε καταδέξασθαι. ὅπερ ἄσμενοι ἐκεῖνοι δεξάμενοι, ἐς τὴν πόλιν ἀπηλλάττοντο. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Ῥενάλδον ἐνταῦθα τὸ πέρας ἔσχε. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ Τερεζὴν ἰέναι λοιπὸν διενοεῖτο. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ χώροις τε ἐρήμοις καὶ τὰ ὄρη ἐξέτρεχε τὰ Ταυρικά. εἶτα Βαλδουΐνου καὶ περὶ αὐτοῦ τὸν βασιλέα ἱκετεύσαντος, ἦλθε κἀκεῖνος ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ἱκέτης ἐλεεινός. Βα-

A in populari regimine, administrarentur. Hæc tum quidem acciderunt Theodoro. Eodem tempore Georgius tibicinum Imperatoris præfectus, qui Primicerius aulæ vulgo vocari solet, cognomento Pyrrogeorgius, commisso & ipse non leui in eum delicto, clementem expertus Principem, nihil aliud mali passus est, nisi quod eo munere exciderit.

XX. Imperator vero, vt aduentare Regem resciuit, variis in locis viros dignitatibus conspicuos ipsi iussit occurrere, ita vt honoratiores postremo semper essent, vsque ad ipsos ex fratribus neptium viros, qui cum eo sermonem haberent, variisque illum prosequerentur honoribus, donec ad ipsum peruenir et Imperatorem. Ita ille ex Dauidici Throni maiestate tum coluit hominem, tum officiose excepit. Quibus is elatus, siue quod insitam ab ipsis natalibus aleret nescio quam ostentationem, postquam Imperatorium ingressus est Palatium, Imperatoria custodia, illustribusque aulicis eum deducentibus, eo loci equo desiliit, vbi idipsum facere consueuit Imperator. Ex quo facto insolentiam fastumque illius aduertens Princeps, multa ad maiorem honorem pertinentia deinceps intermisit. Nihilominus eum vidit, allocutusque est & sede humiliori considere iussit. Sæpius etiam cum illo est congressus, eumque conuiuio excepit crebrius. Cum vero ea quæ Renaldus cum Imperatore pepigerat Antiochenis non placerent, cum propter copias quibus adiuuare Imperatorem tenebantur, ciuitate nimirum prioribus viribus longe imminuta, tum propter Patriarcham, qui in posterum Byzantio Antiochiam mittendus erat, venere ipsi iis de rebus Imperatorem supplicaturi. Balduinus quoque eadem rogabat Principem, & non difficilem exoratu videns, concidere ad illius genua Legatos iussit. Is vero animo reuoluens, vtra res maiori esset honori Romanis: vt minorem manum ad militiam conferrent, statim annuit: crebro enim quod supra vires exigitur, vix adimpletur. Cum quantæcumque præterea adductæ copiæ ad seruitutis argumentum plus satis sufficiant. Pontificem autem aliunde quam Byzantio assumi, negauit se permissurum. Id illi libenter accipientes, in ciuitatem redierunt. Eum finem habuere res cum Renaldo gestæ. Interea Imperator in Torosum pergere instituit: sed ille primo loca deserta, & montes Tauricos peruagatus; tandem Balduino etiam pro eo apud Imperatorem intercedente, venit & ipse in Romanorum castra, supplicis miserandique viri habitu. Ad-

missso itaque Toroso ab Imperatore, & inter Romani Imperij clientes adscripto, bellum solutum est.

XXI. Sedenim Antiocheni, vbi Imperatorem in ciuitatem suam aduentare perceperunt, veriti, vt par erat, ne si intromitterentur Romanorum copiæ, ab iis expellerentur; anxij vero qua ratione Imperatorem auerterent a proposito, hosce minime sanos commenti prætextus, eos ad illum detulere: quosdam videlicet esse ex suis audaculos, qui Imperatorem, cum in vrbem inermis omnino veniret (neque enim id futurum aliter putabant) factis insidiis opprimerent. Sed ille dolum aduertens, nequaquam locum habituram fraudem dixit: mox, conuerso ad circumstantes sermone, ea fieri non posse respondit, tum propter alia, tum id maxime quod Rex quidem procul ab Imperatoris corpore inermis incederet: Renaldus autem & alij circa equi phaleras, & ephippij lora occupati, pedibus irent sine vllis armis: Imperatorem denique magna, vti moris est, Barbarorum bipenniferorum turba circumstaret. Ita hosce sermones respuit. Ciuitatem autem ingressurus, duplicem induit loricam, ad eiusmodi enim sustinendos labores indefessum corpus assuefecerat. Vestem præterea quamdam lapillis distinctam superinduit, interioribus pondere haud cedentem. Diademate denique, aliisque Imperatoriis ornamentis pro more, redimitus est. Quod vero mirari subit, peracto istic eodem modo, quo Byzantij solebat, triumpho, cum ad Petri Apostoli peruenisset Templum, alacriter equo desiliit, rursumque illum inscensurus, saltu resiliit in eumdem, quod vel leuiter armatorum, aut inermium vix aliquis potuisset. Tum illi occurrit ciuitatis Pontifex stolam Sacerdotalem indutus, cum omni Clericorum ordine. Tenebant ij præ manibus Cruces, præferebantque sacra Euangelia: ita vt stupore quodam percellerentur peregrini & aduenæ, cum ad hæc Renaldum, nobilesque Antiochenos, pedibus equum Imperatorium circunstantes viderent: Balduinum autem virum coronatum, equo quidem insidentem, cæterum nullis conspicuum regiis insignibus. In hunc modum transactus est triumphus. Imperator octiduum in vrbe intermoratus, inde abscessit. Tanta autem veneratione eum prosecuti sunt Antiocheni, vt quamdiu in ipsis Renaldi ædibus mansit, de rebus controuersis coram eiusdem Gentis Iudicibus nemo causam dixerit, sed de iis Romani cognouerint.

A σιλεῖ δὲ αὐτὸν προσηκάμενος, δούλοις τε τῶν Ῥωμαίων ἐνέγραψε, καὶ τὸν πόλεμον λοιπὸν ἔλυσεν.

κα'. Ἀντιοχεῖς τοίνυν ἐπειδὴ τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν ἤδη βασιλεὺς ἔμελλεν, ἔδεισαν μέν, ὡς τὸ εἰκός, μήποτε Ῥωμαίων δυνάμεις ἔνδον εἰσφρήσασαι, ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἐξελαύνειν πειράσωνται. Οὐκ ἔχοντες δ' ὅπως τὴν βασιλέως ἀποτρέψωσιν ὁρμήν, σκῆψιν οὐχ ὑγιῆ τινὰς ἀναπλάσαντες προσῆγον αὐτῷ. Αἱ δὲ ἦσαν, ὡς ἄρα τῶν τινες παρ' αὐτοῖς τολμητίαι συνθοῖντο, ἐπειδὰν βασιλεὺς ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσέλθοι, ἄνοπλος δὴ πάντως, οὐ γὰρ ἐπέοικεν ἄλλως, ἐπιβουλῇ τινὶ κατ' αὐτοῦ χρήσασθαι. Ἀλλὰ βασιλεὺς τὸν δόλον ξυ- B νιδών, οὐκ ἔφη χώραν ἔχειν τὸ πλαστευόμενον, καὶ κατέλεγεν ὑπολαβὼν τοῖς ἀμφ' αὐτόν, ὅπως ἀδύνατά ἐστι ταῦτα, διά τε ἄλλα, καὶ οὐχ ἥκιστα, τό, τὸν μὲν ῥῆγα πολλῷ ἄποθεν τοῦ βασιλείου ἀνόπλιστον μέλλειν πορεύεσθαι σώματος· Ῥενάλδον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους περὶ τὰ φάλαρα τοῦ ἵππου, καὶ τοὺς τῆς ἐφεστρίδος πονεῖσθαι ἱμάντας, πεζῇ τε χωροῦντας, καὶ ὅπλου ἄνευ παντός. Αὐτόν γε μὴν τὸν βασιλέα πολύν τινα πελεκυφόρων βαρβάρων ὅμιλον περιέπειν, ὥσπερ ἔθος ἐστί. Τοὺς μὲν δὴ λόγους τούτους οὕτως ἀπεδοκίμαζεν. Εἰς δὲ τὴν πόλιν εἰσελαύνειν μέλλων, διττοὺς περιέθετο θώρακας, ἀκαμάτῳ σώματος ἰσχύϊ πρὸς τοῦτο ἐναγόμενος. Ὁ δὲ καὶ χλαμύδην πρὸς τούτοις κατάλιθόν τι- C να περιέκειτο, ἄχθος τῶν ἔνδον οὐκ ἔλαττον. Καὶ στέφος, καὶ τ' ἄλλα τοῦ βασιλέως ἐξ ἔθους. Ὃ δὲ θαυμάζειν ἔχω, τοῦ θριάμβου τρόπον, ὃν ἐν Βυζαντίῳ τελεῖσθαι εἴωθε, τελεσθέντος ἤδη, ἐς τὸν Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου καταντήσας νεών, κοῦφα τε ἀπέβη τοῦ ἵππου, καὶ αὖθις ἐπιβαίνειν μέλλων, σὺν ἅλματι ἀνέθορεν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ψιλῶν τις καὶ ἀνόπλων. Ὅτε δὴ ὁ τῆς πόλεως Ἀρχιερεὺς ὑπαντιῶντα τούτῳ τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχόμενος στολήν, σὺν τῷ ἱεροπόλων τῷ τέλει παντί. ἐχειρίζοντο δὲ τύπους σταυρικούς, καὶ τὰ ἱερὰ προὔφερον λόγια, ὡς ἐκπεπλῆχθαι τὸ ξένον ἅπαν καὶ ἔπηλυ, ὁρῶν πρὸς τούτοις, Ῥενάλδον μέν, καὶ τοὺς ἐπὶ δόξης Ἀντιο- D χέων, ποσὶν ἀμφὶ τὸν βασίλειον παραθέοντας ἵππον. Βαλδουῖνον δὲ ἄνδρα στεφηφοροῦντα μακρὰν ἄποθεν, ἔφιππον μέν, παντάπασι δὲ ἀσήμαντον, πορευόμενον. Ὁ μὲν δὴ θρίαμβος ἐπὶ τούτοις τετέλεστο. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ ὀκτὼ τῇ πόλει παραμείνας ἡλίους, ἐκεῖθεν ἀπήλαυνε. Τοσαύτην γε μὴν δουλοπρέπειαν Ἀντιοχεῖς εἰς αὐτὸν ἐπεδείξαντο, ὥστε αὐτοῦ τοῖς Ῥενάλδου ἐνδιατρίβοντος δόμοις, οὐδεὶς οὐδεμίαν τῶν ἀμφιβαλλόντων παρὰ τοῖς ὁμογενέσιν ἐδικάσατο δίκην, ὅτι μὴ παρὰ Ῥωμαίοις.

A κβʹ. Ταῦτα κατορθωκὼς Βασιλεὺς, ἐπὶ Νουραδὶν ἰέναι συνεσκευάζετο. Ἀλλ' ἐκεῖνος τὴν ἔφοδον γνοὺς, τόν Σαγγέλη τε ἔλυσεν υἱέα, ἄνδρα Ἰταλὸν, καὶ τὸν τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ ἐφεστῶτα ἱππεῦσιν, ὃν Τεμπλουμαΐστορα Λατῖνοι ὀνομάζουσι, ἐπισημοτάτους ἄμφω, πρὸς δὲ καὶ τῶν εὖ γεγονότων πολλούς. τοῦ γε μὴν ἀγελαίου καὶ σύγκλυδος ὄχλου, εἰς ἑξακισχιλίους, μάλιστα οἱ ἐκ τῆς Ἀλαμανῶν καὶ Γερμανῶν ἐτύγχανον ἐζωγρημένοι τούτῳ στρατιᾶς, ὁπηνίκα ἐκεῖνοι ἐπὶ Ἀσίαν ἐστράτευον. Ταῦτα Νουραδὶν ἐποίει, πρὸς δὲ καὶ συνδιαφέρειν Βασιλεῖ τὰς ἐν Ἀσίᾳ διωμολόγηκε μάχας. ὑφ' οἷς προσδεξάμενος αὐτὸν, ἀπέσχετο τοῦ σκοποῦ. Ἀλλ' ὀλίγῳ ὕστερον B καταλύειν ὡρμήθη τὰ δεδογμένα, οὐ μὴν καὶ πέρατι τὸν σκοπὸν ἔδωκεν, ὡς δῆλον ἑξῆς γενήσεται. Σαρακηνῶν γὰρ ὅμιλος, τοῦ Νουραδὶν μηδὲν ξυνειδότος, προσλοχήσαντες Ῥωμαίων, τῶν ἐπὶ χορταγωγίαν ἰόντων, ἐκάκωσαν τινάς. Ὁ γνοὺς Βασιλεὺς, ἐνέδρας καὶ αὐτὸς ἐν ἐπιτηδείῳ που τοῦ χώρου ἐκείνου στησάμενος, ἅμα ἡμέρᾳ καὶ αὐτὸς συνεπιτίθεται τούτοις, μηδὲν προϊδοῦσιν. Ἐπεὶ δὲ ἐτρέψατο, κυνηγεσίων ἐπιθυμήσας, ἐξῄει παρὰ τοῖς ἀνωτάτω πεδίοις Συρίας θηρεύσων. πρᾶγμα κατὰ τοὺς νῦν χρόνους καὶ ἀκουσθῆναι φοβερόν. Προῄεσαν τοίνυν αὐτοῦ ἄνδρες, οἷς ἔργον κοίτας θηρῶν ἀνιχνεύειν, οὐ πλείους τῶν ἕξ· ἀλλ' οὔπω ἐπὶ πλεῖστον προῆλθον, C καὶ τέσσαρες καὶ εἴκοσι πολεμίων ὁπλοφόροι περιεφάνησαν τούτοις, ἔργον ποιούμενοι, ὅπως Ῥωμαίων τινὰς δόλῳ ἐπὶ τὴν κατὰ νώτου ἐλλοχῶσαν περιελκύσωσι στρατιάν. ἅμα τε οὖν εἶδον οἱ θηρασκόποι ἐκεῖνοι, καὶ ἅμα ἐς τὸ τοῦ παρὰ πόδας αὐτοῖς ποταμοῦ ῥεῦμα καθῆκαν ἑαυτοὺς, διανηξάμενοί τε ἐπὶ Βασιλέα ἦλθον, τὰ συμπεπτωκότα σφίσι μηνύοντες. Ὁ δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν οὐ διαταραχθεὶς, Ἄγωμεν, ἔφη, ἔνθα τοὺς πολεμίους εἶναι φατέ. Τῶν δὲ ὀκνήσει πολλῇ ἐχομένων, αὐτὸς ὅλῳ τῷ ἵππῳ ἐπιτρέψας χαλινὰ, τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔφερεν. Ἐξάπινα τοίνυν Σαρακηνῶν στρατιὰ τῆς τῇδε ὑποκύψασα χώρας, μυριοπληθὴς ἐξεφάνη. D Ὁ δὲ μηδὲν ὑποστειλάμενος, σὺν ῥύμῃ πολλῇ παρὰ μέσους εἰσπίπτει ἄνδρας ὁπλίτας, οὕτω πολλούς· καὶ δὴ τρεψάμενος αὐτοὺς, οὐ πρότερον διώκων ἐπαύσατο, πρὶν ἐντὸς φρουρίων, ἅπερ ἐνταῦθα ἵδρυται, εἰσέπεσον φεύγοντες οἱ πολέμιοι· νεκρῶν τε ἐπλήσθη τὸ πεδίον ἐκεῖνο. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀναχωρήσας, τὰ δεδογμένα, ὥσπερ εἴρηται, παρακινεῖν ἤθελεν. ἀλλὰ φῆμαι τινὲς ἐξ Ἑσπέρας ἐπιστᾶσαι, αἳ δὴ νεωχμωθῆναι τὰ τῇδε διήγγελον, διεκώλυσαν τοῦτον τῆς ἐγχει-

XXII. His rebus rite confectis, in Nuradinum expeditionem parauit Imperator. Verum vt illius percepit aduentum, Sanctogidiani Comitis filium, Italicæ gentis virum, eumque qui Palæstinis præerat equitibus, quem Magistrum Templi Latini vocant, ambos homines claros, carceribus exemit, vinculisque soluit: insuper etiam alios nobiles complures; gregariæ vero & passim collectæ multitudinis, ad sex millia, quos maxime de Alemannorum & Germanorum exercitu ceperat, cum bellum in Asia illi gererent. His peractis, secuturum se præterea ad bella Asiatica Principem pollicitus est Nuradinus: quibus admissis conditionibus, Imperator a proposito destitit. Sed non multo interiecto tempore pacta ista conuellere aggressus est, etsi quæ statuerat, haud confecit, vti deinceps commemorabitur. Saracenorum enim agmen, inscio Nuradino, in Romanorum aliquot qui pabulatum exierant, structis insidiis, irruerunt. Quod vbi Imperator cognouit, loco & ipse maxime idoneo insidias locat, ac prima luce nec opinantes odoritur. His in fugam actis, venandi tactus desiderio, in superiora Syriæ loca venatum abiit: rem ausus quæ hac etiam ætate audientibus horrorem incutiat. Præcedebant igitur haud plusquam sex viri, qui ferarum cubilia inuestigarent. Nec longe adeo erant progressi, cum quatuor & viginti ex hostibus armati prodiere, & in eorum conspectum venere, vt quosdam Romanos dolo ad positum a tergo in insidiis exercitum pertraherent. Simul atque id aduerterunt illi ferarum indagatores, continuo in profluentem, qui coram aderat, amnem sese demisere, nandoque illum emensi, contendere ad Imperatorem, & quæ sibi accidissent retulere. Verum ille nihil vtique eiusmodi perturbatus nuntio, *Eamus*, inquit, *quo loco esse hostem dicitis*. Cum vero cunctarentur ij ac pigritarentur, ipse admissis habenis equo in hostes fertur. Sed mox innumerus Saracenorum exercitus, qui iis in locis sese suboccultauerat, derepente apparuit. Nec cunctatus tamen, magno impetu in medios irruit bellatores, iisque numero licet præpollentibus in fugam versis, insequi hostes non prius abstitit, quam in adiacentia præsidia sese recepissent; isque, vbi prælium contigit, campus cæsorum corporibus opertus est. Ob hæc igitur ad exercitum reuersus, quæ sanciuerat pacta soluere, vt dixi, voluit: sed allati ex Occidente rumores quidam, res ibi innouari nuntiantes, ab incœpto eum

prohibuere. Eodem etiam tempore Balduinus manu læsus est eiusmodi ab causa. Venanti iis in locis Principi, aderat & ipse in ea exercitatione socius. Nam qui in cæteris rebus Imperatorem admirabatur, num & in ea præstaret, cognoscere gestiebat. Itaque agilitatem & pernicitatem Principis, mire in his exerciti, imitari contendens, imprudens cum equo concidit, &, vt dixi, manum grauiter læsit: quam in præsentia alligans Imperator, idoneis adhibitis remediis, paucis post diebus sanauit. In his enim illorum superabat artem, qui se per omnem vitam in Medicina exercuerant. Inde & venas egomet secantem vidi, & pharmaca ægrotis, Medicorum penuria, præbentem. Ad hæc multa Asclepiadarum scientiæ addidit, quæ illi a tot seculis fuerant incognita, tum in fomentis, tum in ipsis potionibus; quæ omnia colligere facile quiuis poterit ex communibus Nosocomiis, quæ Xenones vocari vulgo solent. Inde Byzantium reuerti statuit Imperator: vt vero breuiori itinere eo perueniret, relicta Pamphylia, per mediam Lycaoniam exercitum egit, licet multum obnitente Sultano. Vbi autem ad Arandem ciuitatem peruenit, consternati Persæ fugam capessiuere, Romanos statim ad Iconium castra posituros rati. Verum vt aduerterunt ab iis hostile nihil perpetrari, resumpta fiducia, commeatum abunde illis suppeditarunt. Non potuere tamen omnino Persæ conceptam pridem animo indignationem continere: adeo vt cum iam ad Cotyæum essent Romani, nonnullos ex iis, qui a cætero exercitu longius euagati fuerant, aggressi, partim cæderent, partim viuos caperent. Imperator igitur Byzantium rediit, peractoque triumpho, ac Deo ob partas victorias actis gratiis, Palatium ingressus est.

ρήσεως. Τότε καὶ Βαλδουίνῳ κατεάγηκεν ἡ χεὶρ, ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. Θηρευομένῳ ἐν τούτῳ τῷ βασιλεῖ, παρῆν καὶ αὐτὸς τοῦ γυμνασίου κοινωνός. Τοῖς γὰρ ἄλλοις πᾶσιν ἐκπεπληγμένος τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ τοῦτο δὴ μέρος εἴ γε εὐδοκιμοίη ἤθελε γνῶναι. Ταῖς τοίνυν τοῦ βασιλέως συνεπεκτείνεσθαι καὶ αὐτὸς φιλοτιμούμενος ὁρμαῖς, δαιμόνιόν τινα περὶ ταῦτα στρεφομένου τρόπον, ἔλαθε σὺν τῷ ἵππῳ κατολισθήσας, τήν τε χεῖρα, ὥσπερ εἴρηται, κακῶς ἔπαθεν. Ἣν ἐν τῷ παραυτίκα καταδήσας βασιλεὺς, τά εἰκότα τε ἐπιμελησάμενος, ὀλίγαις ὕστερον ἀπήλλαξεν ἡμερῶν. Ἦν γὰρ καὶ τά γε τοιαῦτα πολλοὺς τῶν διὰ βίου περὶ τὴν ἰατρῶν ἀναστραφέντων παρελαύνων τέχνην. Ἀμέλει καὶ φλέβας εἶδον αὐτὸν ἔγωγε τέμνοντα, καὶ φάρμακα νοσοῦσι τεχνιτῶν ἀπορίᾳ παρεχόμενον. ἤδη δὲ καὶ πολλὰ τῇ Ἀσκληπιαδῶν συνεισενεγκάμενον ἐπιστήμῃ, ἃ τέως ἄγνωστα ταύτῃ τοῦ παντὸς ἔμεινεν αἰῶνος, τῶν ὅσα ἐπιχρίεσθαι πέφυκε καὶ ὅσα ποτά· ἃ καὶ ἔξεστι τῷ γε βουλομένῳ ἐκ τῶν κοινῶν ἀναλέγεσθαι νοσοκομείων, ἃ ξενῶνας καλεῖσθαι ἔθος ἐστίν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς ἐπὶ Βυζάντιον λοιπὸν ἐμέμνητο. ὡς δὲ τὴν ἐπιτομωτέραν ὁδεύσαι, Παμφυλίας ἀφέμενος, Λυκαονίας μέσης τὸν στρατὸν ἦγε, καίτοι πολλὰ πρὸς τοῦτο τοῦ Σουλτὰν ἀπολέγοντος. Ἐπειδὴ γοῦν Ἀράνδης ἀγχοῦ πόλεως ἐγένετο, καταπλαγέντες οἱ Πέρσαι ᾤχοντο φεύγοντες, οἰόμενοι αὐτίκα Ῥωμαίους Ἰκονίῳ προσβαλεῖν. ὡς δὲ οὐδὲν αὖθις πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἄχαρι ἐγένετο, ἀνεθάρσησάν τε καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐκφέροντες ἄφθονα τούτοις παρεῖχον. Ἀλλ' οὐκ ἦν μέχρι παντὸς Πέρσαις τὸν ἐκτρεφόμενον σφίσι χόλον κατασχεῖν. Ἀμέλει καὶ ἐν Κοτυαείῳ γεγονότων ἤδη Ῥωμαίων, τισὶν αὐτῶν τοῦ λοιποῦ στρατεύματος ἀπορραγεῖσιν ἐπιθέμενοι, ἔκτειναν τε καὶ ζωοὺς εἷλον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τότε μὲν ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθε, θρίαμβόν τε καταγαγὼν μέγιστον, καὶ Θεῷ τὰ ἐπινίκια θύσας, ἐν Παλατίῳ κατήχθη.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΚΙΝΝΑΜΟΥ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ, ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

IOANNIS CINNAMI REGII GRAMMATICI, HISTORIARVM LIBER QVINTVS.

α'. ΟΛΙΓΩι δ' ὕστερον Πέρσας ἀμύνασθαι τῆς ἐς αὐτὸν παροινίας διανοηθεὶς, ἐς τὰς Κυψέλλων πεδιάδας τὸν στρατὸν ἤγειρεν. Ἐν τούτῳ δὲ ἐπὶ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ ἀρχάς τινας διέποντας Ῥωμαίων πέμψας, ἐκέλευε κατὰ τακτόν τινα χρόνον ἄλλοθεν ἄλλον ἐμβαλεῖν εἰς τὸ Περσικόν. Ἐποίει δὲ ταῦτα, ὅπως ἕκαστοι Περσῶν ἐπιβοηθεῖν ἀλλήλοις ἀδυνάτως ἔχοιεν· ὅπερ εἰς ἔργον ἐκβὰν, μεγάλα τὴν Περσῶν ἐλύπησε. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἀμφὶ τροπὰς ἤδη χειμερινὰς ὁ ἥλιος ἐχώρει, διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου πορθμοῦ ἐπὶ Ἀσίαν διαβὰς, ἄχρι Δορυλαίου ἦλθε, περὶ ἄμφω τὼ ποταμὼ, ὧν ὁ μὲν Βαθὺς πρὸς τῶν ἐγχωρίων, Θύαρις δὲ ἅτερος ὀνομάζεται· τὴν περιοικίδα τε πᾶσαν κα- A

I. NON multo interiecto tempore, Imperator, cum ob illatas sibi iniurias vlcisci Persas decreuisset, ad Cypsellorum campos exercitum collegit: interimque misit ad Romanos, qui in Asia præfecturas obtinebant, &, vt certo quodam tempore eorum quisque in Persicos agros irrueret, imperauit. Hæc autem ideo fecit, ne possent Persæ sibi inuicem opem ferre. Quod quidem non modice rem Persicam affecit. At Princeps, hyberno iam imminente solstitio, per fretum Hellespontiacum in Asiam traiiciens, ad Dorylæum vsque peruenit, circa duos fluuios, quorum alter ab incolis Bathys, alter Thyaris vocatur; ac circumiacente regione

deuastata, infinitam inde hominum pecorumque abduxit multitudinem. Persæ vero, cum iam vltimum sibi imminere cernerent discrimen, per turmas & globos coeuntes, conspici cœpere. Interea Imperator, aliis Romanorum copiis ad obuia quæque depopulanda missis, cum paucis e suis in loca editiora profectus, occinere tubas Imperatorias iubet, vt hac ratione perterreret hostes, dum Principem istis præesse copiis persuasum haberent. Multa enim in Barbaros istos suapte manu exequebatur, & si quando iis ex improuiso appareret, vix non fulmen quoddam iis videbatur, ita vt nullo pudore fugam capesserent milleni interdum, & si ita sors daret, decies milleni armis vndique & ferro instructi milites. Hæc sane cum mihi narrata sunt, minus vera esse videbantur, haud secus ac præclara illa Phocæ & Tzimiscæ, qui non ita pridem imperarunt, facinora; aut si qui præterea alij propter eximiam fortitudinem nomen famamque sibi compararunt. Quippe supra fidem esse credebam, vnicum hominem millenos totos superasse, vnaque profligasse hasta infinitam armatorum multitudinem. Quapropter cum in aula Principis interdum versarer, & tam egregia facta a nonnullis Imperatori adblandientibus audirem in cælum efferri, animo dubius a colloquio statim recedebam. Adeo enim procul mihi ab adulatione, ipso naturæ ductu, insita est animi indoles, vt ne verbum quidem vllum vltro aut sciens, nisi vere perinde ac libere proferre haud possim. Eos vero qui in Palatio officia semper obeunt, aut dignitatibus conspicui sunt, talia depingere & exornare sinebam, donec res ipsas vsurpare oculis contigit, cum ego mediis forte hostibus implicitus Imperatorem hunc vidi totis Persarum phalangibus obsistentem. Sed hæc suo tempore Historia commemorabit: nunc autem institutam narrationem persequamur. Cum igitur ageret Imperator in editioribus istis locis: Romanorum copiæ, quæ ad interiora processerant, in Persicum exercitum inopinate inciderunt. Facto itaque cominus prælio, vt vidit Princeps inclinare Romanam aciem, citato impetu, nec loricam, nec alia arma indutus, sed solo munitus clypeo ad illam contendit. Vbi in medios sese hostes intulit, mirandaque manu edidit opera, obuiis quibusque cæsis. Interdum etiam terga dantibus, accepta tum hasta, semper insistens, nullam bene agendi occasionem omittebat. Ita diu sine intermissione fugerunt hostes, vt ne illis quidem in mentem venerit, tam numerosum exer-

A περιδραμὼν, μυρίαν ἐκεῖθεν ἀνδρῶν καὶ ζώων ἄλ-
λων ἤλασε πληθύν. Πέρσαι δὲ τῆς τῶν σφετέρων
αἰσθόμενοι ἀπωλείας, κατὰ συστήματα καὶ λόχους
ἤδη προφαίνεσθαι ἤρξαντο. Βασιλεὺς δὲ τὸν μὲν
ἄλλον Ῥωμαίων στρατὸν ληϊσόμενον τὰ ἐν ποσὶν ἔ-
πεμψεν· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὰ ἄποπτα τῶν τῇδε χωρίων
ἀναδραμὼν, σὺν ὀλίγοις τῶν περὶ αὐτὸν ἀνατεί-
νειν τὰς βασιλείους ἐκέλευσε φόρμιγγας, δέος ἐν-
τεῦθεν ἐμποιεῖν τοῖς πολεμίοις μηχανώμενος, Βασι-
λέα τοῦ πολέμου τοῦγε στρατηγεῖν οἰηθεῖσι. Πολ-
λὰ γὰρ πολλάκις αὐτοχειρίᾳ κατὰ τῶν Βαρβάρων τού-
των χρησάμενος, εἴποτε λοιπὸν ἀπροσδόκητος
αὐτοῖς ἐξεφάνη, σκηπτὸς μονονοὺ τούτοις ἐδόκει, καὶ
B ὑπεχώρουν μηδὲν αἰδεσθέντες, χιλιάδες φα-
σὶν, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ μυριάδες ὁπλοφοροῦν-
τες ἄνδρες καὶ σιδηρόφρακτοι. Ταῦτα ἐμοί γε εἰς
ἀκοὴν πίπτοντα, ἧττον ἀληθῆ ἐδόκει, ὥσπερ οὐ-
δὲ τὰ Φωκᾶ καὶ Τζιμισκῆ ἔργα, τῶν οὐ λίαν ἀρ-
χαίων τούτων Αὐτοκρατόρων, ἢ εἴτινες ἄλλοι περὶ
αὐτοὺς ἐπ᾽ ἀνδρείᾳ ὄνομα ἔσχον. Εἶναι γὰρ πέρα πί-
στεως, ἀνδρὸς ἑνὸς ὅλας ἡττῆσθαι χιλιάδας, καὶ
δόρατι ἑνὶ μυριοπληθεῖς καταγωνίζεσθαι πανο-
πλίας. Ὅθεν εἰ καί ποτε ταῖς βασιλείοις ἐπιχω-
ριάζων αὐλαῖς, τὰ τηλίκα τῶν ἔργων ἀποθειαζόν-
των ἀκήκοα τῷ Βασιλεῖ, ἰλιγγιῶν τοῦ συλλόγου ἀ-
πεπήδων. Φύσει γὰρ πρὸς κολακείαν ἄξεστον ἐμπέ-
φυκέ μοι τὸ ἦθος. Καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ῥῆμα σμικρὸν
C ἑκὼν ἱέναι προείμην, ὅτι μὴ σὺν ἀληθείᾳ καὶ
στόματι ἐλευθέρῳ. Τὰ δὲ τοιαῦτα τοῖς ἐν ταῖς ἀρ-
χαῖς ἀεὶ πρὸς τοῦ δόμου καὶ τοῖς ἐν τέλεσι καταχα-
ρακτηρίζεσθαι εἴων, ἕως εἰς ὄψιν ἦλθέ μοι τὰ τοῦ
πράγματος, ἐν μέσοις καὶ αὐτῷ πολεμίοις οὕτω
τυχὼν περιειλημμένῳ, κἀκ τοῦ σχεδὸν ὁρῶντι τὸν Αὐ-
τοκράτορα τοῦτον φάλαγξιν ὅλαις ἀντικαθιστάμενον
Περσικαῖς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ καιρὸν ἡ Ἱστορία
διηγήσεται· τὸ δὲ νῦν τῶν προτεθέντων ἐχώμεθα.
Εἶχε μὲν τὸν Βασιλέα τὰ τῶν χώρων ἐκείνων ὑψη-
λά· ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατὸς ἐνδοτέρω ἤδη χωρήσας,
ἔλαθε στρατεύμασι Περσικοῖς ἐξ ἀπροσδοκήτου πε-
ριτυχών. Ἀγχεμάχου τοίνυν γινομένης τῆς προσ-
D βολῆς, ἐπειδὴ πονεῖσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν ἤρξατο, αἰ-
σθόμενος ὁ Βασιλεὺς, ἀπὸ ῥυτῆρος ἐπ᾽ αὐτοὺς ἤ-
λαυνε, μήτε θώρακα ἐνδὺς, μήτε τῶν τῶν ἄλ-
λων, ὅτι μὴ ἀσπίδι φραξάμενος. Ταχὺ γοῦν ἐς
μέσους εἰσωθήσας τοῖς πολεμίοις ἑαυτὸν, ἔργα
χειρὸς ἐπεδείκνυ θαυμαστὰ, τῷ ξίφει παίων ἀεὶ
τὸν παρατυγχάνοντα· ὅτε καὶ νῶτα δεδωκότας ἤδη
αὐτοὺς κατόπιν, δόρατος αὐτῷ κομισθέντος, ἐδίω-
κεν, οὐδένα καιρὸν ἀνιείς. Μέχρι μὲν οὖν πολ-
λοῦ ἔφευγον ἀμεταστρεπτὶ, μηδὲ ἐκεῖνο κατα-
νοεῖν ἔχοντες, εἰ πολυανθρωπότατον οὕτω στρά-
τευμα

στράτευμα πρὸς ἀνδρὸς διώκοιτο ἑνός. Τὸ γὰρ δέος κατάκρας αὐτῶν περιγεγονὸς, ἐπεσκότει ταῖς ὄψεσι δεινῶς. Ἐπεὶ δέ ποτε διέγνωσαν σφίσι τὸ πρᾶγμα, πολλὰ τῆς ἀνανδρίας ἀλλήλοις ἐπιτωθάσαντες, ἀθρόον ἐπεστράφησάν τε καὶ ἀντιμέτωποι αὐτῷ ἔστησαν. Οὐ μὴν ἤδη ἀκρατῶς ἐξεχέοντο, καθάπαξ τῷ δέει τὰς ὁρμὰς ἀνασειραζόμενοι, φαρέτρας δὲ ὅλας ἐκένουν· ὁ δὲ ἀσπίδι τὰ ἑκάτερα στρεφόμενος τὰς βολὰς ἀπωθούμενος, ἔξω βελῶν τὸ σῶμα διετήρει. Ἦν δέ τις ἐν Πέρσαις ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ δραστήριος. οὗτος ἐπειδὴ μηδένα ἐξ ἁπάντων βασιλεῖ πρὸς μάχην ἀντικαθιστάμενον ἑώρα, ὑπερζέσας τῷ θυμῷ, τῶν συμφύλων αὐτοῦ τινὸς τὸ ξίφος τῶν χειρῶν ἀποσπάσας, ὡς πατάξων ἐφέρετο τοῦτον. Ἀλλ' ὁ Αὐτοκράτωρ τῶν τριχῶν λαβόμενος, ἄλλοις εἷλκεν ἅμα τρισὶ γενναίοις καὶ τούτοις. ἐφ' οἷς ἀντιπαρατάττειν οὐκ ἔχοντες οἱ ἄλλοι, ᾤχοντο ἀπιόντες. Βασιλεὺς δὲ σὺν τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐπανῆκε. Ἐπειδή τε τὴν χειμερίαν ὥραν σφοδροτάτην ἐγκειμένην ἑώρα, ἐπὶ Βυζάντιον ἐχώρει,

β'. Ἀλλ' ἄρτι μὲν ἡ κατὰ Βιθυνίαν εἶχε τοῦτον πολίχνη, ἔνθα τοὺς ἐκ Φιλομηλίου δεσμώτας Ῥωμαίων ἐνοικισάμενος ἔφθη, Πύλαι ταύτῃ τὸ ὄνομα. Καὶ πρέσβεις ἐκ τοῦ Σουλτὰν ἀφικομένοις ἐνταῦθά που χρηματίσας, ἐπεὶ μηδὲν ὑγιὲς αὐτοὺς ἀπαγγέλλοντας ἔγνω, αὐτοὺς μὲν ἀπεπέμψατο, ἀπειλησάμενος, ὅτι γε μὴ κατὰ γνώμην αὐτῷ ποιούντων, οὐκ εἰς μακρὰν ἡ Ῥωμαίων τῆς σφετέρας καταδραμεῖται ἵππος, καὶ λῄσονται πάντα πολλῷ μᾶλλον ἢ νῦν. Ὁ δὲ ἐπ' ὀλίγον τῇ αὐτῶν ἐνδιατρίψας χρόνον, εἶτα ἐκεῖθεν μεταβὰς, εἶχε γὰρ αὐτὸν χωρίον τηνικάδε ἐς τὴν περαίαν διαβάντα, Ῥιτζίον πρὸς τῶν ἐγχωρίων κεκλημένον, ἐπὶ τὴν ἀντίπορθμον ἦλθεν. Ἐκεῖθέν τε ὁδῷ προϊὼν, διὰ τῶν αἰγιαλῶν πόλεων ἐπὶ τὴν Φιλαδέλφου καταλαμβάνει. ὅθεν συσκευασάμενος ἐμβάλλει τῇ Περσικῇ. Οἱ μέντοι πρέσβεις διὰ τῶν Δορυλαίου πεδιάδων ἰόντες, ἀγνῶτές τε διὰ τοῦτο τὸ παράπαν τοῦ Βασιλέως ἐπὶ τὴν αὐτῶν ἦσαν ὁρμὴν, καὶ τοῖς Βυζαντίου προαστείοις διατριβὴν αὐτὸν ποιεῖσθαι ἰσχυρίζοντο. Ὅθεν καὶ τῆς Ῥωμαίων ἐφόδου πανταχόθεν διαγγελλομένης, Πέρσαι τὰ πρῶτα κομιδῇ ἄπιστον εἶναι τὸ πρᾶγμα ἡγοῦντο· ἐπεὶ δὲ αὐτοπτησάντων ἤδη πολλῶν ἤκουσαν, τότε δὴ πανστρατὶ κινηθέντες ὑπαντιάζειν ἠπείγοντο. Ἐπ' οὐδενὶ γὰρ οὕτω παθαίνεται Βάρβαρος, ὡς ἐπὶ χρημάτων ἢ κτημάτων ἀποβολῇ. Βασιλεὺς δὲ ἔτι μηδέπω γνῶναι Πέρσας τὰ πρασσόμενα οἰηθεὶς, τὸ μὲν ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα πρόσω ἐπὶ διαρπαγῇ ἔπεμψεν· ὁ δὲ κατόπιν σὺν ὀλίγοις ἐχώρει. ὅθεν καὶ Πέρσας κεκινῆσθαι ἤδη παμπληθεὶ ἀκούσαντες Ῥωμαῖοι, συνε-

A citum ab vnico homine incessi. Qui enim totos inuaserat pauor, densam oculis offuderat caliginem. Verum vt id aduertunt, mutuam sibi inuicem obiicientes ignauiam, derepente se conuertunt, Principique sese opponunt. Neque tamen alacres iuere in pugnam, impetum retundente adhuc metu: cumque pharetras suas exhaurirent, nihilominus ille, repulsis clypeo vndique vibratis telis, corpus inuiolatum seruauit. Erat vero apud Persas vir animo præcellens, manuque impiger, qui vbi neminem ex omnibus cum Imperatore ad certamen descendere perspexit, ira efferuescens, arrepto de popularis cuiusdam manibus gladio, ad eum percu- B tiendum irruit. Sed Princeps crinibus prehensum hominem trahit, atque vna cum tribus aliis, viris etiam magnanimis, abduxit. Id vbi viderunt cæteri, nec se esse resistendo pares, fugam confestim iniere. Ille autem cum dictis captiuis in castra reuersus est; cumque hyemem acerrimam videret iamiam imminere, Byzantium rediit.

II. Sed mox in oppidum illud Bithyniæ peruenit, quod deductis Philomelio Romanis captiuis inhabitandum concesserat, cui Pylæ nomen. Ibi enim conuenere missi ab Sultano Legati, quos, vt nihil sani ab iis adferri vidit, domum remisit, additis minis, nisi facerent ea C quæ ipse vellet, breui equitatum Romanum incursaturum illorum agros, & multo hostilius quam nunc omnia depopulaturum. Inter quos aliquamdiu immoratus, inde traiecit (transfretans nimirum substiterat in regione, quam Ritzium vocant indigenæ) atque in aduersam ripam transiuit. Hinc facto per maritimas ciuitates itinere, peruenit Philadelphiam, ex qua, rebus omnibus rite comparatis, Persidem inuasit. Interea proficiscentes per Dorylæi campos Legati, Imperatorem in agros suos irruptionem fecisse prorsus ignari, illum in vicinis Byzantio prædiis versari affirmabant. Vnde cum Romanorum D vndique nuntiaretur irruptio, rem primo incredibilem esse omnino credebant Persæ. Sed vbi a plurimis conspectos esse intellexerunt, tum vero festinarunt cum vniuersis copiis occurrere. Nulla enim re alia æque commouetur Barbarus, ac suarum rerum & possessionum amissione. Imperator autem haud quaquam adhuc scire Persas quæ agebantur ratus, aliquot Romanorum copias ad prædam faciendam præmittit, ipseque a tergo cum paucis subsequitur. Verum vt audiuere Romani aduentare Persas cum numeroso exercitu, conti-

A nuo illos inuasit pauor, eo magis quod ab iis abesset Princeps. Sed postquam ille, intellecto Persarum aduentu, ad eos accessit, collectis animis, maiori cum contentione deinceps progrediebantur. Cum iam aduesperasceret, ex equis desilientes, pabulumque iis de more præbentes, paulisper quieuere: deinde vt nox ipsa aduenit, præeuntibus laternis, iter fecerunt. In hunc porro modum confectæ sunt eiusmodi laternæ. Quadrilaterum certum quid in cubi formam ferro compactum elaborant, quod circumambiunt distinctæ per interualla rectæ virgulæ, in inferiori sui parte latiores, & sensim desinentes in acutum. B A medio cubo exurgentem aliam virgulam ferream statuunt, non quidem aliis similem, sed primo spissiorem ac crassiorem, in acutum perinde paulatim desinentem. Virgulas deinde quæ cubum ambiunt circulis reuincientes, lychnucum veluti conficiunt, quem hastarum cuspidibus appendunt. Mox linea quædam texta in longitudinem discissa suillo seuo inuncta, ac diligenter contorta, vnicuique eminentium & in acumen desinentium ferrearum virgarum, quæ a medio exurgunt cubo, affigunt, quibus accensis, magnum adeo lumen inde diffunditur, vt arte quasi confecta dies exercitibus videatur. De laternis quidem hæc sufficiant. Cæterum cum Romanorum copiæ, graui de- C lapsa niue, & contectis vbique itineribus, longe ea quæ instituenda erat via aberrassent, in periculosa & incommoda incidissent loca, nisi errore statim cognito Imperator, arreptaque laterna, hac illac circumiens, inuenisset viam, & in proximam regionem exercitum feliciter perduxisset. Postquam inde ad locum, Sarapata Mylonis ab incolis appellatum, accessit, ex eo cœpit excursiones facere. Cuius rei vulgata vbique fama, cum ad terræ istius Principem, nomine Solymanum, etiam peruenisset, tum adduci vix ille potuit, vt dictis fidem præstaret. Vnde Pupacem cognatum, qui tum sibi aderat, & in Impe- D ratoris conspectum sæpius venerat, misit, vt proxime accedens ad Romanos, num ipse adesset Imperator, quantum fieri id posset, disquireret. Pupaces igitur, illo statim agnito, ex equo desiliit, & humillime eum allocutus est. Qui vbi didicit quis esset, & quorsum esset missus, *Hæc*, inquit, *Solymano nunciabis: Dum quisnam ille sit qui Persidem depopulatur percontaris, perinde facis ac si conflagrante domo tua, quomodo ignem extinguas nihil sollicitus, quis in ædes immiserit, curiosius inquireres. Noli igitur in posterum igno-*

A ταραχθῆναι μὲν ὡς τὸ εἰκός, ἄλλως τε καὶ Βασιλέως μὴ συμπαρόντος αὐτοῖς. Ὡς δὲ ἤδη ἀνεμίγνυτο τούτοις ὁ αὐτός, ἔγνω γὰρ τὴν Περσῶν ἔφοδον, ἀναθαρσήσαντες λοιπὸν συντονώτερον ἐπορεύοντο. Ἐπεὶ δὲ ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἦν, τῶν ἵππων ἀποβάντες, τοῖς τε ἵπποις φορβὴν κατὰ τὸ ἔθος ἐδίδουν, καὶ πρὸς βραχὺ διαναπαυσάμενοι, νυκτὸς ἤδη ἐπιλαβομένης, ἄραντες ὑπὸ λαμπτῆρσι τὸν δρόμον ἐποιοῦντο. Ἔστι δὲ τὸ τῶν λαμπτήρων χρῆμα τοιοῦτον. Κύβον τινὰ σιδήρου πεποιημένον· ὀρθὰς τούτῳ ἐναρμόζουσι κατὰ διέχειαν τινὰς, ἐκ πλατέος ἠρέμα πρὸς ὀξὺ ληγούσας ἀεί· κατὰ μέσον μέντοι τὸν κύβον ἑτέραν ἱστᾶσι σι- B δηρᾶν ἐκ ταύτης· οὐ μέντοι κατὰ τὰς ἄλλας, ἀλλὰ παχεῖαν μὲν τὸ πρῶτον, ὀξεῖαν δέ πως κατὰ βραχὺ γινομένην· ζωστῆρσι δέ τισι τὰς κύκλῳ περιλαβόντες, οἷόν τινα λυχνοῦχον ἀποτελοῦσιν, ἐπί τε δορατίων ἐντιθέασιν ἄκρων· εἶτα λίνεά τινα ὑφὴ κατὰ μῆκος διελόντες, ὑατείῳ περιδύουσι στέατι· ἑλίξαντές τε ἐπιμελῶς, ἑκάστῳ τῶν ὀξὺ ληγόντων περιπείρουσιν αὐτὰ σιδηρείων, πυρί τε καιομένων, μυρίον τι σέλας ἐκεῖθεν ἐκπίπτειν ποιοῦσιν, ὡς χειροποίητόν τινα ἡμέραν ἐντεῦθεν χαρίζεσθαι τοῖς στρατεύμασι. Περὶ μὲν τῶν λαμπτήρων τοσαῦτα εἰρήσθω. Ὁ δὲ Ῥωμαίων στρατὸς χιόνος κατενεχθείσης σφοδρᾶς, τῶν ὁδῶν τε παντάπασιν ἠφανισμένων, ἐπὶ πλεῖστον τι ἐφ' ἣν ἔφε- C ρετο ἀποπλανηθεὶς, μικροῦ καὶ εἰς ὀλεθρίους ἂν καὶ κινδυνώδεις διεξέπεσε χώρους, εἰ μὴ ταχὺ τῆς πλάνης αἰσθόμενος Βασιλεὺς, λαμπτῆρά τε εἵλετο, καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα περιελθὼν, καὶ ἀνέγνω τε τὴν πορείαν, καὶ ἐπὶ τὴν προκειμένην τὸ στράτευμα διώδωσεν. Ἐπὶ χῶρόν τέ τινα, Σαράπατα Μύλωνος πρὸς τῶν ἐγχωρείων ὠνομασμένων, ἐλθὼν, ἐκεῖθεν λοιπὸν προνομεύειν ἤρξατο. Τῆς οὖν φήμης πανταχῆ διαδραμούσης, πυθόμενος ὁ τὴν τῆς γῆς ἐκείνης Σατραπείαν διέπων, ὄνομα αὐτῷ Σολυμᾶς, ὤκνει καὶ εἰσέτι πιστεύειν τοῖς λεγομένοις. ὅθεν καὶ Πουπάκην ἀδελφιδοῦν αὐτῷ τυγχάνοντα, Βασιλεῖ δὲ πολλάκις εἰς ὄψιν ἐλθόντα, πέμ- D ψας ἐκέλευεν, ἔγγιστα τοῦ Ῥωμαίων γεγονότα στρατοῦ, ὅπῃ δυνατὸν τὸν Βασιλέα περισκοπεῖν. Ὁ τοίνυν Πουπάκης τὴν πρώτην τὸν Βασιλέα διαγνοὺς, ἀπέβαινέ τε τοῦ ἵππου, καὶ δουλικῶς αὐτῷ προσελάλει. ὁ δὲ ὅστις τε εἴη, καὶ παρ' ὅτου πεμφθείη μαθὼν, τάδε τῷ Σολυμᾷ, ἔφη, ἄγγελλε. Ὅμοιόν τι ποιεῖς, « τίς ποτέ ἐστιν ὁ τὰ Περσῶν ληϊζόμενος, μαθεῖν ἐπι- « ζητῶν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ πυρὸς ἐπὶ τὴν σὴν ἀναφλεγέν- « τος οἰκίαν, τοῦ μὲν ὅπως ἂν αὐτοῦ περιγένοιο, λόγον « ἐποιήσω οὐδένα· τὸ δὲ, ὅθεν τε τὴν ἀρχὴν ἔσχε, καὶ παρ' « ὅτου ἀναφθείη, ἐπιμελῶς ἀνηρεύνας. Μὴ τοίνυν ὡς «

» ὑπὸ παραπετάσματι, τῇ δῆθεν ἀγνοίᾳ τὸ τῆς δειλίας περικαλύπτειν θέλε κακόν. ἀγνοίας γὰρ προσποίησις, ὁπότε μὴ κατὰ λόγον γίνοιτο, οὐδαμῶς ἐξαιρεῖσθαι μέμψεως τὸν χρώμενον πέφυκεν. Ἓν ἄριστον ὁ τῆς στρατηγίας οἶδε λόγος, προκινδυνεύειν πατρίδος, ῥοπῇ τε τὰ πράγματα ταλαντεύειν. κἂν τις οὐκ ἐπιδράξοιτο ταύτης, ἀπολώλεκεν ἤδη τὸ πᾶν. Σοὶ δὲ καὶ ἄλλως οὐκ ἔτι χώραν ἡ σκῆψις ἔχει. ἔγνως ἰδού, συνεβάλου τὸν Πέρσας μαστίζοντα· κἂν ἀντιτάξασθαι θελήσῃς, λόγος οὐδείς. Ταῦτα εἰπών, αὐτὸν μὲν ἀπεπέμψατο· τὰ ἐν ποσὶ δὲ δῃώσας καὶ ἀφανισμῷ παραδούς, παλινῳδίας ἥπτετο. πρᾶγμα πρὶν γενέσθαι ἀπιστούμενον. Λέγεται γὰρ οὐ πλείους τῶν ἑξήκοντα τὴν στρατιὰν ἐκείνην εἶναι ἀνδρῶν μαχητῶν, ὅτε δὴ τὰ Ῥωμαίων ἐπὶ μεγάλῳ γεγονότα κινδύνῳ παραδόξως ἐρρύσθη. Πέρσαι γὰρ εἰς μυριάδας τὸ ἀπὸ τοῦδε συλλεγέντες, τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων κατεῖχον. Ἔνθα γεγονότων Ῥωμαίων, μάχη ῥήγνυται ἰσχυρά· καὶ Πέρσαι μὲν ἐξ ὑπερδεξίων βάλλοντες Ῥωμαίους ἔθλιβον· οἱ δὲ ὑπ' ἀνάγκης ἐν χρῷ ἀλλήλοις ἀεὶ συνιόντες, ἀνεπίμνηστοι παντάπασιν ἀρετῆς ἦσαν, τῆς τοῦ χώρου φύσεως οὐδὲ ὅσον τὰ εἰς τὴν πορείαν ἱκανῆς αὐτοῖς οὔσης. Ἤδη δὲ καὶ περὶ αὐτὸν Βασιλέα τὸ δεινὸν ἐφειστήκει. Τῶν γὰρ παρασπιζόντων αὐτῷ τινὲς ἀπορρεῖν ἤρξαντο. Ὁ δὲ καίτοι ἐν τῷδε κακοῦ γεγονώς, τοῦ συνήθους ὅμως οὐ καθυφεῖτο λήμματος. Ἀλλὰ καὶ τὸν γαμβρὸν αὐτῷ προσιόντα Ἰωάννην, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, τὴν ἀσπίδα τε προβάλλειν αὐτῷ προτεθυμημένον, ἔτυχε γὰρ ὁπλοφορίας ἄνευ τὸ τηνικαῦτα ὤν, ἀπεπέμψατο, ἀμήχανον εἶναι εἰπών, ἀσπίδα μίαν δυοῖν καλῶς προασπίζειν σωμάτοιν. Ἐν τηλικαύτῃ δυσχερείᾳ τὸν χῶρον ἐκεῖνον διελθόντες Ῥωμαῖοι, ἐπειδήπερ ἐν εὐρυτέροις ἤδη ἐγίνοντο, ἵππων τε ἀρετὴν καὶ ῥώμην ἀνδρῶν ἐλέγξαι δυναμένοις, τὴν ἐνυάλιον ἠχὴν ἀλαλάξαντες, κατὰ τῶν πολεμίων τὰς αἰχμὰς ἴθυναν, τρεψάμενοί τε πολλοὺς ἔκτειναν, καὶ πᾶσαν ἣν ἐπήγοντο λείαν ἀνειληφότες ἀνεχώρησαν. ὅτε δὴ πολλῶν ἀνδραγαθησαμένων πάντας Βασιλεὺς ὑπερῆρεν. οὔτε γὰρ οὐδεὶς πρότερος αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς συνεπλάκη, καὶ τηλικούτων οὐδεὶς αὐτόχειρ γέγονεν ἀριστέων. Ταῦτα κατωρθωκὼς Βασιλεύς, ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθε.

γʹ. Πέρσαι δὲ ὤδινον τοῖς συμπεσοῦσι, καὶ ἀντιλυπήσειν Ῥωμαίους διενοοῦντο· καιροῦ τε λαβόμενοι, Φιλητάν τε πόλιν ἑῴαν διήρπασαν, καὶ τὴν πρὸς τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ Λαοδίκειαν ἐπελθόντες ἀδόκητοι, κακῶς διέθεντο, πολλοὺς τῶν

A *rantia, malum pauorem, quasi velo contegere. Ignorantiæ enim simulatio, quando cum ratione non est coniuncta, nequaquam illum, qui ea vtitur, a probro solet liberare. Id potissimum Principis & Imperatoris munus est, pro patria discrimen subire, & momenta rerum agendarum ponderare: quæ si non ille apprehenderit, iam perdidit omnia. Sed & alias in te locum non habet simulatio. Agnoscis, vides, & satis coniectas, quis sit qui Persas castigat: quod si adhuc libet decernere acie, nihil opus verbis aut legatione.* His dictis, Pupacem dimisit: ac deinde obuiis quibusque vastatis & consumptis, retro cessit, rem aggressus, priusquam illa perageretur, prorsus incredibilem. B Aiunt enim haud amplius sexaginta bellatoribus aciem istam fuisse conflatam. Tum vero summum in discrimen adductæ Romanorum res præter opinionem seruatæ sunt. Persæ siquidem ingenti multitudine ex eo tempore congregati, loca idonea insederant: quo cum aduenissent Romani, validum inter illos concitatum est certamen. Sed emissis ex editiori loco telis grauius affecti Romani, in vnum semper ac velut testudine coibant, cum ad id necessitas cogeret, pristinæ autem audaciæ prorsus immemores: cum præterea vlterius progrediendi facultatem loci natura, minus idonea iis denegaret. Itaq; tota prælij moles in Imperatorem incubuit: quippe iam plerique C ex comitibus recesserant. Verum ille tanto discrimini obiectus, neutiquam tamen a pristina generositate deflexit. Sed & accedentem affinem Ioannem, cuius non semel meminimus, clypeum illi obtendere volentem (nam & tum inermis erat) remisit, Fieri non posse inquiens, vt bina corpora vnicus bene protegeret clypeus. In eiusmodi angustiis, locum istū emensi Romani, postquam ad patentiores campos peruenere, in quibus & equorum virtus, & bellatorum robur deprehendi possent, sublato tum demum bellico clamore, directisq; in hostes hastarum cuspidibus, plurimos fugant ac cædunt, ac recepta omni quam abstulerant præda, reuer- D tuntur. Quo quidem in certamine etsi haud pauci præclare se gesserunt, præ cæteris tamen emicuit Imperatoris magnanimitas. Nemo enim illo prior inuasit hostes, totque egregia manu facinora edidit. His prospere tandem confectis rebus, Byzantium reuertitur.

III. At cum Persæ non modice ex iis quæ acciderant dolerent, vicissim Romanos vlcisci statuerunt. Captata itaque occasione Philetam, vrbem in Oriente, diripiunt. Hinc Laodicæam in Phrigia minore ex improuiso aggressi, tractant acerbius, plurimis incolis

A gladio per omnem detruncatis pubem, innumeraque multitudine in captiuitatem abducta. Ea vt resciuit Imperator, indignatus est, remque ægre tulit: adeo vt, si id potuisset fieri, traiecisset illico in Asiam, & ad Iconium castra posuisset. Verum vbi tempore sibi opus esse vidit tantas res molienti, & ad longe quam antea maius bellum apparatu, id omisit. Cum vero copias vndique colligere decreuisset, Ioannem Contostephanum in Palæstinam misit, eique præcepit vt Balduinum Regem conueniret, & copias, quas ille, si necesse foret, submissurum se Imperatori in auxilium pollicitus fuerat, insuper etiam stipendiarias alias adduceret. Renaldum vero Principem Antiochenum cum iis, quos tum habebat, viribus, aduenire confestim iussit. Denique Torosum & Tigranem ac Chrysaphium virum Cilicenum, & quos Coccobasilios vocant, qui militaribus copiis & ipsi præerant, ac sese iampridem clientelari iure Imperatoris imperio vltro submiserant. Ex Oriente quidem hasce contraxit copias. At ex Occidente Ligures equites euocauit, & Dalmatiæ Archizupanum accersiuit, cum iis quas habebat viribus: Scythasque, & ex gentibus, quæ Tauro vicinas regiones incolunt, plurimas conduxit. Neque in eiuscemodi bellico apparatu substitit: sed cum Latinos in Palæstinam proficiscentes ad Rhodum Insulam vt plurimum conuenire ac occurrere sciret, stipendiarias equitum copias inde adduxit. Ad pabulum vero, & rerum aliarum vsum, incredibilem boum multitudinem, cum ipsis plaustris, ex Thracicis regionibus iussit adduci. Ea omnia sic quidem apparabantur. Sed vt Sultanum per ipsos contribules simul ac consanguineos debellaret, ad Sanisanem eius fratrem misit, Gangræ & Ancyræ in Galatia ea ætate Principem, & ad Iagupasanem generum, qui vtrique Cæsareæ & Amasiæ, præclaris ciuitatibus, & cæteris quæ circa Cappadociam sitæ sunt, imperitabat: quos vt Sultano suspectos primum reddidit, facile ad bellum etiam suscipiendum impulit. Hæc vt audiuit Sultanus, cum aduersus alterutrum ex iis, quos in se concitauerat Imperator, bellum sustinere vix posset, iis qui vicinam sibi regionem incolebant tum alia multa, tum etiam oppida quæ magno prius labore acquisierat, concessit. Missis autem ad Imperatorem Legatis, veniam deprecatus est. Qua impetrata, captiuos Romanos redditurum se promisit, quocumque etiam laterent loco: eosque diligentius sese inuestigaturum. Interea dum hæc comprobarentur, Ioannes ex Palæstina cum equitibus rediens in Per-

A ἐγχωρείων στόματι μαχαίρας ἡβηδὸν παραπέμψαντες, οὓς καὶ ἀνδραποδισάμενοι, πολύ τι καὶ οὐκ εὐαρίθμητον πλῆθος. Ταῦτα πυθόμενος βασιλεὺς, ἠγανάκτει μὲν καὶ ἐδυσφόρει· καὶ εἴγε δυνατὸν ἦν, εὐθυωρὸν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβῆναι ἤθελε, πρὸς Ἰκονίῳ ἐνστρατοπεδευσόμενος. Ἐπεὶ δὲ τοῦ καιροῦ τε χρῄζειν ἔγνω, τηλικούτοις ἐπιβάλλοντος ἔργοις, καὶ μείζονος ἢ πρότερον πολέμου παρασκευῆς, τοῦτο μὲν ὑπερέθετο· δυνάμεις δὲ πανταχόθεν ἀθροίζειν διανοηθεὶς, Ἰωάννην μὲν τὸν Κοντοστέφανον ἐπὶ Παλαιστίνης ἔπεμψε, Βαλδουίνῳ τε τῷ ῥηγὶ ἐντευξόμενον, καὶ δυνάμεις, ἃς αὐτὸς βασιλεῖ δεηθέντι διδόναι ἐπὶ συμμαχίᾳ διωμολόγηκε, ταύτας δή. πρὸς δὲ μισθοφορικὴν ἐκεῖθεν B ἄξοντα χεῖρα. Ῥενάλδῳ δὲ τῷ Ἀντιοχείας πρίγκιπι σὺν δυνάμεσι ταῖς περὶ αὐτὸν τὴν ταχίστην ἐκέλευεν ἰέναι. Πρὸς δὲ καὶ τοὺς Ἀρμενίων τότε ἡγεμονεύοντας, Τορόσην καὶ Τιγράνην, Χρυσάφιόν τε ἄνδρα Κίλικα, καὶ οὓς Κοκκοβασιλείους ἐκάλουν, στρατιωτικῶν μὲν καὶ τούτους ἐξάρχοντας δυνάμεων, ἐθελοδούλους δὲ ἐκ μακροῦ βασιλεῖ προσκεχωρηκότας. Ἐκ μὲν δὴ ἑώας τηλικαύτην ἤθροιζε χεῖρα. Ἐξ ἑσπέρας δὲ, Λιγούρεις τε ἦγεν ἱππέας, καὶ τὸν Δαλματίας μετεπέμπετο Ἀρχιζουπάνον, δυνάμεσιν ἅμα ταῖς ὑπ' αὐτόν. Σκύθας τε, καὶ τῶν ἀμφὶ τῷ Ταύρῳ ἱδρυμένων ἐθνῶν ἐμισθοῦτο πολλά. Οὐ μὴν ἄχρι καὶ τούτων ἔστη τὰ πρὸς πόλεμον ἐξαρτύων. Ἀλλ' εἰδὼς ὡς τοῖς ἐπὶ Παλαιστίνην ἀπιοῦσι Λατινικοῖς γένεσιν, ἐπὶ τὴν νῆσον C Ῥόδον ἀεὶ τὸ καταλύτημα γίνεται, μισθοφορικὴν ἐκεῖθεν ἱππέων ἦγεν ἱκανήν. Χορηγίας μέντοι, καὶ τῆς ἄλλης ὑπηρεσίας ἕνεκεν, ἀμύθητόν τι πλῆθος βοῶν, σὺν αὐταῖς ἁμάξαις, ἐκ τῶν κατὰ Θρᾴκην ἐκέλευεν ἐλαύνειν χωρίων. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω παρεσκευάσατο. ὡς δὲ ὁμοφύλοις ἅμα καὶ συγγενέσι τὸν Σουλτὰν ἐκπολεμώσειεν, ἐπὶ Σανισάν τε τὸν ἀδελφὸν ἔπεμψε, Γάγγρας τοῦ τηνικάδε καὶ Ἀγκύρας στρατεύοντα τῶν Γαλατῶν, καὶ Ἰαγουπασὰν τὸν κηδεστὴν, ὃς Καισαρείας τε ἀμφοτέρας ἦρχε, καὶ Ἀμασείας ἡγεμόνευε, πόλεων περιφανῶν ἄλλων τε ὡς, ὁπόσαι περὶ τὴν Καππαδοκῶν ἵδρυνται γῆν. καὶ δὴ ὑπόπτους καὶ αὐτοὺς τῷ Σουλτὰν καταστησάμενος, ἐν βραχεῖ ἐπὶ τὸν πόλεμον ἤδη καθί- D σταται. Τούτων αἰσθόμενος ὁ Σουλτὰν, ἐπειδὴ μὴ εἶχε πρὸς ὁποτερονοῦν τῶν ἐκ βασιλέως ἐπικλωμένων αὐτῷ ἀντιτάξασθαι, τοῖς μὲν χώραν προσοικοῦσι τὴν αὐτοῦ πολλῶν τε ἄλλων, καὶ δὴ καὶ πόλεων ἀφίστατο, πόνῳ πολλῷ κατακτηθεισῶν αὐτῷ πρότερον. Ἐπὶ δὲ βασιλέα πέμψας, συγγνώμην ᾔτει. τούτου δὲ τυχὼν, καὶ τοὺς δορυαλώτους ἀποδώσειν Ῥωμαίων ἐπήγγελε, κἂν ὁπουδήποτε γῆς κρυπτόμενοι εἶεν· μελήσειν γὰρ αὐτῷ τῆς ἀναζητήσεως. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐδοκιμάζετο, συνέπεσέ τι τοιοῦτον. Ἰωάννης σὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἐκ Παλαιστίνης στρατεύματι περιτυχὼν Περ-

A σικῷ, ἐς δισμυρίοις τε καὶ δισχιλίοις ἀριθμουμένῳ ἄνδρας μαχίμους. τῇ δ' ἀφνιδίῳ τοίνυν καταπλαγείς, ὃ μὲν πρῶτον ἐπί τινα λόφον ἐγγύθεν παρόντα, σὺν τοῖς περὶ αὐτόν, σπουδῇ ἀνιὼν ἔστη. Μετὰ δὲ ταῦτα παντὶ τῷ στρατῷ ἐγκελευσάμενος, κατ' αὐτῶν ἵεται· σὺν ὠθισμῷ τε πολλῷ τῶν Ῥωμαίων τοῖς πολεμίοις ἐμπλεκομένων, ἐπαγωγὴ Περσῶν γίνεται· καὶ αὐτῶν φυγόντων, πολλοὶ μὲν ἔπεσον, πλεῖστοι δὲ πρὸς τῶν Ῥωμαίων ἠρέθησαν στρατιωτῶν. ἥ τε ἵππος αὖθις ξυνεπάτει τοὺς πλείστους. Ὅτε ἄλλοι τε πολλοὶ λόγου καὶ ἀρετῆς εἰργάσαντο ἄξια, καὶ Ἰωάννῃ δὲ τῷ Στρατηγῷ ἀρετῆς δήλωσις κατ' ἐκεῖνον ἐπιγέγονε τὸν ἀγῶνα. Ταῦτα καταπραξάμενος Ἰωάννης, σὺν τοῖς τροπαίοις ἐπὶ Βασιλέα παραγίνεται. B Ὁ δὲ Σουλτὰν ἐπεὶ τούτων ἤκουσε, κέντροις μεταμελείας νυττόμενος, τῆς ἀκαίρου τόλμης ἑαυτὸν ἐταλάνιζεν· οὐχ ὅσον τοῖς ξυμπεσοῦσιν ἐκταραχθείς, τὴν δὲ Βασιλέως ἐντεῦθεν ἔτι μᾶλλον κατ' αὐτοῦ ἀρραβωνιζόμενος ἔλευσιν· κἀντεῦθεν ὡς ἐνεστῶσιν τοῖς οὐ παροῦσι τέως προσφερόμενος. Ὅθεν καὶ μείζοσιν ἄλλαις τὰς προτέρας φθάνων ἐπικατελάμβανε πρεσβείας· χεῖρα τε σύμμαχον ἀνὰ πᾶν ἔτος Ῥωμαίοις δεῆσαν διδόναι ἐπαγγελλόμενος, καὶ τῆς αὐτῶν δὲ γῆς οὔποτε Πέρσην ἑκόντος αὐτοῦ ἐπιβήσεσθαι ὡμολόγει· κἂν ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ἐνοχλοίη τις Ῥωμαίων τῇ γῇ, τοῦτον δὲ στρατεύειν εὐθὺς κατ' αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τρόποις τὴν ὁθενδήποτε φυομένην ἀπείργειν ἐπιβουλήν· πᾶν τε, ὃ πρὸς Βασιλέως ἐπιτάττοιτο, ὀκνήσει C οὐδεμιᾷ ἐπιτελὲς αὐτίκα ποιεῖν. κἄν τις τῶν Βασιλεῖ κατηκόων πόλεων ὑπὸ τὴν Περσικὴν φθάσασα πέπτωκε παλάμην, καὶ ταύτην Ῥωμαίοις ἀνασώζεσθαι συνετίθετο. Τούτοις ἀναπεισθεὶς Βασιλεύς, ὅρκοις τε δεινοτάτοις αὐτὸν κατειλήφει· καὶ τὴν ἔχθραν λύσας, ἐπ' οἴκου ἀνεκομίζετο. Πυθόμενος δὲ Σκύθας τὸν Ἴστρον διαβῆναι ἐφ' ᾧ Ῥωμαίων καταδραμεῖσθαι, τὴν ἐπὶ Βυζάντιον φερούσης ἀφέμενος, ἐπὶ τὸν ἀγχοῦ πόλεως Ἀβύδου ἐχώρει πορθμόν, ἔνθα ἐπιθαλαττίδιόν τι ἐπὶ Θρᾴκης πόλισμα κεῖται, ἀπὸ Καλλίου τοῦ Ἀθηναίων οἶμαι Στρατηγοῦ τὴν προσηγορίαν ἐσχηκός. ἐνταῦθα περαιωσάμενος ἐπὶ Σκύθας ἐφέρετο. Ἀλλ' οὔπω ἔφθη τὸν Ἴστρον καταλαβεῖν, κἀκεῖνοι τὴν Ῥωμαίων ἀκούσαντες ἔφοδον, ταχὺ συσκευασάμενοι ἀνεχώρησαν. D Ταῦτα μὲν τῇδε συνέβη γενέσθαι.

δ'. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἐπεὶ μηδὲν ὁθενδήποτε ἀντιστατοῦν τῇ Ῥωμαίων ὑπεφαίνετο ἀρχῇ, ψυχαγωγίας ἕνεκα ἐπί τι τῶν ἐγγὺς Βυζαντίῳ χωρίων ἐξῆλθε, Λόγγοι ὄνομα τούτῳ. Ἐνταῦθα διατριβὴν ποιουμένου, ἡ τέλεος ἡμέρα τοῦ βίου τῇ Βασιλίδι ἐπεγένετο Εἰρήνῃ, γυναικὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ, ὥσπερ εἴρηταί μοι καὶ πρότερον, καὶ κοσμιότητι, καὶ οἴκτῳ τῷ πρὸς τοὺς δεομένους πολλῷ τὰς κατ' ἐκεῖνον ὑπερβαλλούσῃ τὸν χρόνον. Αὕτη δυοῖν μὲν ἐγένετο θυγατέρων

ficum exercitum incidit duorum & viginti millium fortium bellatorum. Inopinata re ille conterritus, primo quidem collem, qui prope aderat, cum suis confestim conscendit. Deinde vniuersam aciem suam adhortatus, in hostes irrupit; Romanisque acrius in illos sese cum impetu inferentibus, pulsi sunt Persæ, fugientiumque cecidere complures, alij a Romanis militibus cæsi, alij denique equorum pedibus obtriti sunt. Multi tum egregia & digna memoratu opera ediderunt, atque in primis Ioannes Dux fortitudinem suam illo in certamine prodidit. His fortunate confectis, Ioannes ad Principem victor peruenit. Postquam ea accepit Sultanus, pœnitentiæ compunctus stimulis, propter intempestiuam audaciam sese miserum vocabat, iis non tantum quæ acciderant consternatus, sed præsertim quod ex eo Imperatorem in se expeditionem suscepturum arbitraretur: futura veluti præsentia animo effingens. Quamobrem iis quæ antea obtulerat, multa & maiora addidit, copias sociales quotannis, cum id necesse esset, Romanis se suppeditaturum pollicitus, & neminem Persarum, ipso volente, fines vnquam Romanos ingressurum: & si alio ex Imperio eorum aliquis agros infestaret, bellum se continuo aduersus illum sumpturum, omnibusque modis depulsurum vndecumque vim ingruentem: cuncta ad hæc quæ Princeps imperaret executurum sine vlla mora: & si aliqua ex ciuitatibus Romanæ ditionis in potestatem venisset Persarum, illam se restituturum Romanis. His Imperator persuasus pollicitationibus, ipsum grauissimis sacramentis obstrinxit: tum solutis simultatibus, domum reuersus est. Sed vt intellexit Scythas Istrum traiecisse, quo Romanorum fines incursarent, omisso Byzantino itinere, ad fretum, quod Abydo vrbi adiacet, contendit, vbi in Thracia situm est oppidum, quod a Callia Atheniensium, vt opinor, Duce nomen accepit, ibique traiiciens, contra Scythas profectus est. Sed nondum ad Istrum peruenerat, cum illi percepto Romanorum aduentu, conuasatis celeriter rebus, retro cessere. Hæc quidem eo loci tum contigerunt.

IV. Imperator autem cum Romano Imperio obstare nihil videretur, animi recreandi causa, in proximum Byzantio prædium, cui Longi nomen est, secessit. Hic dum commoraretur, extremum vitæ diem clausit Irene Imperatrix, femina, quæ, vti supra a nobis dictum est, modestia, morum probitate, & in egenos misericordia, cæteras suæ ætatis longe præcellebat. Duarum illa filiarum

mater fuit, quarum natu maior ſuperſtes cum patre vixit, altera vero paulo poſt & ipſa obiit, quartum ætatis annum agens. Verum adhuc ſupererat cum morbo colluctans puellula, cum Imperator, euocantibus illum rebus Occidentalibus, poſthabitis domeſticis, eo ſe contulit. Fama namque tunc temporis percrebreſcebat Regem Alemannorum Fredericum, vniuerſis accitis nationibus, totis viribus in Romanorum agros irrumpere. Ea igitur propter, & quod Geiza Hungarorum Rex vita conceſſiſſet, Sardicam venit: vbi aliquamdiu moratus, quo pacto Hungariæ regnum ſibi aſſereret animo voluebat. Nam quæ de Alemannis ferebantur, haud plane conſtabant. Quo vero iure Hungariam ſibi comparare decreuerit Imperator, iam commemorabimus. Geizæ huic fratres erant Vladiſlaus & Stephanus. At quibus ex offenſis vterque illi odio fuerit, plane ignoro. Itaque poſt multam huc illuc fugam, tandem Principem adiere, illiuſque ſeſe ſubdidere poteſtati. Et Stephanus quidem ex fratre neptem duxit Mariam, Iſaacij Sebaſtocratoris filiam, virginem, vt & ante diximus, formoſiſſimam: alter vero cœlebs permanſit. Itaque cum, mortuo Geiza, alterum fratrem ad regnum iuris ratio euocaret (lex enim eſt apud Hungaros, vt ſemper ad fratres ſuperſtites Diadema transmittatur) in patriam eos reducere pro viribus nitebatur Imperator. Quippe Geiza, poſthabita patria conſuetudine, regnum filio ſuo tradiderat. Quapropter Hungari, cum eiuſmodi Legem colerent, & Imperatoris vererentur aduentum, Stephanum Geizæ filium abdicantes Imperio, alteri fratrum Vladiſlao illud tradiderunt: Stephano vero (ſeniorem dico) Wrumi dignitatem conceſſerunt, quo nomine ita apud Hungaros regni ſucceſſor indicatur. Eum finem habuit fratrum iſtorum de regni ſucceſſione controuerſia.

V. Princeps autem Philippos, vrbem Macedonicam, ad res Seruicas conſtituendas venit. Primiſlaws enim, qui regioni iſti præerat, & antehac, vt memorauimus, defectionem fuerat molitus, ſuo iure, nullique obnoxius imperitabat: quam ob cauſam cum ab Imperatore Principatu propemodum fuiſſet exutus, poſtea conſecutus veniam, priſtinam dignitatem retinuit. Tum vero nulla habita ſacramentorum ratione, nouis iterum rebus ſtudere inſtituit. Quapropter in illum animaduertit Imperator, eique adimit Principatum, cui Beluſem fratrem præficit. Miſeratus tamen fortunam Primiſlawi, ſubmouit eum

A μήτηρ, ὧν ἡ μὲν πρεσβυτέρα ἐπεβίω τε καὶ τῷ πατρὶ ξυνδιήγαγεν, ἁτέρα δὲ ὀλίγῳ ὕστερον τὸν βίον ξυνεμετρήσατο, τέταρτον ἡλικίας ἀνύουσα χρόνον. Ἀλλ' ἔτι περιῆν ἡ παῖς τῇ νόσῳ παλαίουσα. καὶ ὁ Βασιλεὺς, τῶν Ἑσπερίων τότε καλούντων πραγμάτων, τῶν κατὰ τὴν ἑστίαν ἀφέμενος, ἐπ' ἐκεῖνα ἐχώρει. Φήμη γάρ τις ἐκράτει τοῦ τηνικαῦτα, ὡς ὁ τῶν Ἀλαμανῶν Ῥὴξ Φρεδερίκος τὸ σύμπαν ἔθνος ἀνακινήσας, πανστρατιᾷ ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων φέρεται γῆν. Διά ταῦτα τε οὖν, καὶ ὡς ὁ τῶν Οὔννων Ῥὴξ Ἰατζᾶς τὸν βίον ἀπολίποι, ἐπὶ Σαρδικὴν ἦλθεν. Ἔνθα ἐφ' ἱκανὸν διατρίψας, περὶ πλείστου τὴν τῆς Οὐννικῆς ἐπικράτησιν ἐποιεῖτο. Ἤδη γὰρ τὰ ἀμφὶ τοῖς Ἀλαμανοῖς θρυλληθέντα, οὐ-

B κέτι ἐκράτουν. ὅθεν δὲ τῆς Οὐννικῆς μεταποιεῖσθαι ὁ Βασιλεὺς ἤθελεν, ἤδη λέγομεν. Ἰατζᾷ δὴ τούτῳ ἤστην μὲν ἀδελφὼ, Βλαδίσλαβός τε καὶ Στέφανος. Οὐκ οἶδα δὲ ὅτι προσκεκρουκότε, ἀπεχθῶς ἐμισηθήτην αὐτῷ. Ἀμέλει καὶ μετὰ πολλὴν τὸν ἄλλοτε ἀλλαχόθεν δρασμὸν, τέλος Βασιλεῖ προσελθόντε, χεῖρας ἐγχειρέσθην τὰς αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν Βασιλέως ἔγημεν ἀδελφιδῆν ὁ Στέφανος, Μαρίαν τὴν Ἰσαακίου τοῦ Σεβαστοκράτορος παῖδα, περικαλλῆ καθάπερ εἴρηται οὖσαν. ἅτερος δὲ ἄζυξ διετέλει. τότε τοίνυν ἐπειδὴ τοῦ Ἰατζᾶ τετελευτηκότος θάτερον τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὁ τοῦ δικαίου ἐκάλει θεσμὸς (νόμος γὰρ οὗτος παρὰ τοῖς Οὔννοις ἐστὶν ἐπὶ τοὺς περιόντας ἀεὶ τῶν ἀδελφῶν τὸ στέφος διαβαίνειν) κατάγειν τούτους εἰς

C γῆν τὴν πατρῴαν Βασιλεὺς σπουδῆς εἶχεν. Ἰατζᾶς γὰρ τὸν πάτριον παριδὼν νόμον, ἐπὶ τὸν υἱὸν τὴν ἀρχὴν διεβίβασεν. Οὔννοι τοίνυν, τὸ μέντοι τοῦτον αἰδεσάμενοι τὸν νόμον, τὸ δὲ καὶ τὴν Βασιλέως εὐλαβηθέντες ἔφοδον, Στέφανον τὸν Ἰατζᾶ τῆς ἀρχῆς παραλύσαντες, θατέρῳ τῶν ἀδελφῶν τῷ Βλαδισθλάβῳ ταύτην ἀπέδοσαν. Τῷ γε μὴν Στεφάνῳ, φημὶ τῷ πρεσβυτέρῳ, τὴν Οὐρὰμ ἀπεκλήρωσαν τύχην. Βούλεται δὲ τοῦτο παρὰ Οὔννοις, τὸν τὴν ἀρχὴν διαδεξόμενον ἑρμηνεύειν τὸ ὄνομα. Τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τοῖν αὐταδέλφοιν τούτοιν ἐνταῦθα πέρας ἔσχε.

ε'. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ τὴν Μακεδονικὴν ἐχώρει πόλιν, Φιλίππου, τὰ πρὸς τῇ Σερβικῇ καταστη-

D σόμενος πράγματα. ὁ γάρ τοι Πριμίσλαβος, ὃς τῆς χώρας τότε ἦρχε, καὶ ἄλλοτε μὲν ὥσπερ μοι δεδιήγηται πρότερον, ἀποστασίαν ὠδίνησε, καὶ αὐτονόμῳ ἐχρῆτο τῇ γνώμῃ· ἐγγύς τε διὰ τοῦτο ἐλθὼν τοῦ τῆς ἀρχῆς πρὸς Βασιλέως ἀποβιβασθῆναι, ἵλεω τε αὖθις τετύχηκεν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμεινε. τότε οὖν οὔτε λόγων, οὔτε ὅρκων λόγον θέμενος οὐδένα, νεωτέροις δὲ πάλιν ἐπεβάλλετο πράγμασιν. Δι' ἅπερ Βασιλεὺς τοῦ ἀνδρὸς καταγνοὺς, μεθίστησι μὲν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, Βελούσην δὲ τὸν ἀδελφὸν ἐπ' αὐτῆς καθιστᾷ. Πριμίσλαβον μέντοι τῆς τύχης κατοικτισάμενος, ἐκεῖθεν μὲν

ἀπομνήσησιν, ὡς μὴ καὶ πάλιν κακουργεῖν δύναιτο, A
χώραν δὲ πιοτάτην δωρεῖται, καὶ τὰ ἐς νομὰς ζώων ἀγα-
θήν. Ἀλλὰ Βελούσης μὲν ἐπ᾽ ὀλίγον ἐμπρέψας τῇ
ἀρχῇ, τό, τε τῆς ἡγεμονίας κατέθετο σχῆμα, καὶ τῆς
πατρίου μεταχωρήσας, ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν ἦλθεν·
ἔνθα πολλὴν ἄνα ἐπιβιοὺς χρόνον, ἐξ ἀνθρώπων
ἠφανίσθη. Βασιλεὺς δὲ τὸν ὕστατον ἀδελφῶν μετά-
πεμπτον θέμενος, ὃς Δεσὲ μὲν ἐκαλεῖτο, Δένδρας δὲ
χώρας ἦρχεν, ἡ Ναισῶν ἐγγειτόνων ἐστὶν, καὶ πολυάν-
θρωπος τά πιστά τε παρ᾽ αὐτοῦ λαβών, ὅπως ἀνόθευ-
τον αὐτῷ τὸ τῆς δουλείας σχῆμας. Πρὸς δὲ, καὶ ὡς
παντάπασι Δένδρας Ῥωμαίοις ὑπεκστήσεται, ἣν
καθάπερ ἔφην καρπιζόμενος ἦν, Ἀρχιζουπάνον
ἀνεῖπεν. B

ς'. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ Κλιτζιεσθλὰν ὁ
Σουλτὰν ἐς Βυζάντιον αὐτόμολος ἦλθε, περὶ τῶν
αὐτῷ συμφόρων Βασιλέως δεησόμενος, πρᾶγμα
ὑψηλόν τε καὶ δαιμονίως ὑπέρογκον, καὶ ὅσα ἐμὲ εἰ-
δέναι, οὔποτε ἄλλοτε Ῥωμαίοις εὐτυχηθὲν πρότε-
ρον. Τίνος γὰρ, καὶ τῶν μεγαλοπρεπεστέρων, οὐχ
ὑπέρκειται, ἄνδρα τηλικαύτης ἡγεμονεύοντα γῆς,
καὶ τοσούτων κυριεύοντα ἐθνῶν, Βασιλεῖ Ῥωμαίων ἐν
οἰκέτου παραστῆναι σχήματι. καὶ ὥς γε τοῖς φιληκόοις τὰ
τελεσθέντα τότε διηγησαίμην· ἤρετο μὲν βῆμα λαμ-
πρὸν, καὶ δίφρος ἐπὶ πλεῖστον γῆθεν αἰρόμενος ἔκειτο.
θέαμα λόγου πολλοῦ ἄξιον. εἴργαστο μὲν ἅπας χρυ-
σοῦ, λίθων δὲ ἀνθράκων καὶ ὑακίνθων, ἄφθονόν τι C
ἀπανταχόθεν τοῦτον διεσοίβαστο χρῆμα. Μαργά-
ροις δὲ, οὐδ᾽ ἂν ἐξαριθμεῖν ἔχοι. καθ᾽ ἕνα γὰρ τῶν ἠρέ-
μα κατὰ διέχειαν πεπηγότων λίθων, περιέθεον ἱκα-
νοί. ἐσφαίρωντο μὲν ἐς τὸ ἀκριβὲς, λελεύκαντο δὲ
ὑπὲρ χιόνα. τηλίκων ὁ δίφρος πεπλήρωτο φώτων.
Τό γε μὴν ἀνώτατον καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπερτεῖνον
αὐτοῦ μέρος, τοσούτῳ τῶν ἄλλων ἐκράτει λαμπρό-
τησιν, ὅσῳ καὶ ἡ ἐγγειτόνων αὐτῷ τῶν λοιπῶν μελῶν
περιέφερε κεφαλή, ἐφ᾽ οὗ καθῆστο Βασιλεὺς με-
γέθει σώματος ἀναλογωτάτου, τὸν πάντα πληρῶν.
ἐσθὴς δὲ αὐτὸν περιέθεεν ἁλουργὶς, ἐξαίσιόν τι χρῆ-
μα. Ἄνωθεν, ἄχρι καὶ ἐς τὰς βάσεις αὐτὰς, ἐπυρ-
σοῦτο μὲν ἄνθραξιν, ἠγλάιζετο δὲ μαργάροις· οὐκ D
ἀπεριέργως μέντοι, ἀλλὰ θαυμασία τις αὐτοὺς ἐποί-
κιλλε γραφικὴ, ἀκήρατον δήπου λειμῶνα χαραχθεί-
σης τῷ πέπλῳ τῆς τέχνης. Ἀπὸ μέντοι τραχήλου
ἄχρι καὶ ἐπὶ στέρνα, ὑπερφυὴς μεγέθει καὶ χροιᾷ,
λίθος ἀπὸ χρυσέων καθεῖτο ἀμμάτων, πυρσίζων
μὲν ἅτε ῥόδον, σχήματι δὲ μήλῳ παρεμφερὴς μά-
λιστα. Περὶ γάρ τοι τοῦ ἐπὶ κεφαλῆς κόσμου, πε-
ριττὸν καὶ φράζειν ἡγοῦμαι. Ἐφ᾽ ἑκάτερα δὲ τοῦ δί-
φρου ἡ τάξις ἑστήκει, κατὰ τὸ εἰωθὸς, γένους ἑκά-
στῳ καὶ τύχης πρυτανευόντων τὴν χώραν τῆς στά-
σεως. Τὰ μὲν δὴ τοῦ Βασιλέως ἐν τούτοις ἦσαν.

inde quidem, ne denuo res turbare posset, sed pingui agro donauit, & pascendis pecoribus idoneo. Verum Beluses non diu multum Principatu potitus, illius insignia deposuit, patrioque excedens solo, venit in Hungariam, vbi cum multos exegisset annos, mortem tandem obiit. Imperator autem accitum minimum natu fratrem, cui Dese nomen erat, Dendræ regionis, quæ Næso adiacet, & incolarum frequentia est celebris (fide accepta, fore vt sincerum deinceps obsequium illi præstaret, atque insuper totam Dendram, quam, vti diximus, possidebat, traditurum Romanis) Archizupanum renuntiat.

VI. Sub idem tempus Clitziesthlan Sultanus Byzantium vltro venit, de iis quæ vtilia sibi forent, Principem rogaturus, res ardua prorsus & mirabiliter magnifica, qualis nunquam antea, quantum memoria assequi possum, Romanis contigit. Quod enim vel præclarissimorum facinorum non istud superat, virum tantæ regionis Principem, totque imperantem nationibus, Imperatori se Romano seruili stitisse habitu. Atque vtinam rerum talium studiosis ea quæ tum acta ibi fuerunt, referre possim! Splendidum quidem extructum erat tribunal, & sella a terra longe exurgens posita erat, spectaculum sane memoratu dignum. Tota ex auro erat conflata, carbunculis & hyacinthis infinito vbique numero distincta. Margaritas haud facile quis numerasset: nam singulos lapillos, qui sparsim per interualla compacti erant, ambiebant complures, accuratissimæ orbiculatæ, niueque candidiores. Huiusmodi ea sella luminibus replebatur. Pars autem eius suprema, quæ nimirum supra caput extenditur, tantum cæterorum ornamentorum superabat splendorem, quanto reliquis membris excellentius est caput. Hac sede Imperator considebat, amplitudine corporis conuenienti totam implens. Vestis eum circumdabat purpurea, res miranda prorsus. A superiori enim vsque ad imam partem, tota carbunculis collucebat, fulgebatque margaritis, non quidem promiscue positis, sed admirabili pictura sic variatis, tamquam si verum aliquod pratum ars in peplo expressisset. A ceruice vsque ad pectus eximius & magnitudine, & colore lapis aureis catenulis dependebat, rosæ instar rubicundus, forma autem malo perquam similis. Cæterum de capitis ornamentis superuacuum arbitror dicere. Ab vtraque vero sellæ parte stabat Senatus, vti moris est, vnoquoque pro generis & dignitatis ratione locum obtinente. Eiusmodi quidem apparatus erat Imperatoris.

Clitziasthlan vero cum ad medios ordines vsque peruenisset, totus est in stuporem versus. Principe illum, vt sederet, rogante, primo quidem pertinacius renuit. Inde vbi magis instare vidit Imperatorem, sedit tandem humili, & minimum eleuata sede. Sermone deinde vltro citroque habito, ad paratum sibi in Palatio hospitium concessit. Imperator rerum prosperarum magnitudine elatus, triumphum ab ipsa Acropoli, vsque ad celeberrimum diuinæ Sapientiæ Templum apparauerat, quo vna cum Sultano procederet. Sed quod intenderat non confecit. Lucas enim, qui tunc temporis rebus Ecclesiasticis præerat, huicce consilio obstitit, Non decere inquiens, inter diuinam supellectilem & sacra ornamenta impium hominem transire. Alius præterea casus rem impediit. Quippe profunda iam nocte, validior quædam agitatio totam repente terram concussit. Vnde Byzantini Lucæ monita vera esse rati, Deo haud placere eiusmodi consilium aiebant. Solent enim homines vt plurimum attendere præsentia, vlteriusque nihil inquirere. Quid autem illud portenderit, perspicue ostendit rei exitus. Quippe Clitziesthlan multo post tempore ruptis quæ cum Principe sancita fuerant pactis, Romanos cum omnibus viribus in Persas conuertit. Vbi cum forte in loca difficilia eorum exercitus incidisset, plurimos dignitate illustres viros amisit, & in maius venisset discrimen, nisi Imperator humanæ illic audaciæ modum excessisse visus esset. Sed hæc, vti & mox diximus, deinceps a nobis commemorabuntur. Princeps vero in ea Palatia, quæ ad Australem vrbis partem sunt, concedens, magnificis illum epulis, & omni beneuolentiæ genere excepit: inde & equestribus certaminibus oblectauit, scaphasque & acatia ex more liquido igne incendit, ludorum denique circensium spectaculis, ex quibus maxime ciuitatum amplitudo & magnificentia deprehendi solet, ad satietatem recreauit. Is igitur cum diu satis Byzantij egisset, & priora pacta altero etiam firmasset iureiurando, domum reuersus est. Eæ porro fuere fœderis conditiones: Eorum qui Imperatoris hostes essent, quandiu viueret, hostem futurum, amicumve contra eorum, qui illius amici forent: vrbium, quas ipse caperet, maiores ac præcipuas Imperatori traditurum; fœdus cum quolibet hoste, Principe inconsulto, non facturum: ad Romanos, cum id necessitas postularet, cum omnibus accessurum viribus, seu in Oriente, seu in Occidente bellum foret. Neque etiam

A Κλιτζιασθλὰν δὲ ἐπειδὴ παρ' εἰς μέσους παρῆλθε, θάμβους ὅλος ἦν. καὶ τοῦ Βασιλέως καθίζεσθαι τοῦτον προτρεπομένου, ὁ δὲ τὸ μὲν πρότερον ἰσχυρότατα ἀπέλεγεν· ὡς δὲ ἔτι μᾶλλον ἐγκείμενον ἑώρα τὸν Βασιλέα, καθῆστο λοιπὸν ἐπὶ χαμαιζήλου τινὸς, καὶ ἥκιστα ἐπὶ μετεώρου καθέδρας. τὰ εἰκότα τε εἰπὼν, καὶ ἀκούσας, ἐς τὴν ἐπιτεταγμένην αὐτῷ ἐν παλατίῳ ἀπηλλάττετο καταγωγήν. Ὁ Βασιλεὺς δὲ ταῖς τῶν εὐτυχημάτων ὄγκῳ φιλοτιμούμενος, θριάμβου ἐξ αὐτῆς ἀκροπόλεως ἐπὶ τὸν περιλάλητον τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας Νεὼν ἐποιήσατο μὲν ἐμπαρασκευήν, ἐφ' ᾧ σὺν ἐκείνῳ πομπεῦσαι· οὐ μὴν καὶ εἰς τέλος ἤγαγε τὸ βουληθέν. Λουκᾶς γὰρ ὁ τῶν τηνικάδε τοῖς Ἐκκλη-
B σιαστικοῖς ἐφεστὼς πράγμασιν, ἀντίξους τῇ πράξει ἐγένετο, Μὴ δεῖν εἶναι λοιπὸν, διὰ ἐπίπλων εἰπὼν θείων καὶ κόσμων ἱερῶν ἄνδρας διελθεῖν ἀσεβεῖς. Τότε δὲ καὶ ἄλλο τι παρεμπεσεῖν προσέστη τῷ πράγματι. Ἐπειδὴ γὰρ πόῤῥω τῶν νυκτῶν ἦν, ἐξαίσιός τις βρασμὸς ἀθρόον ἐκλόνησε τὴν γῆν. Βυζάντιοι μὲν οὖν ἐνταῦθα τὰς Λουκᾶ παραινέσεις ἐκβῆναι οἰόμενοι, ἀπὸ γνώμης εἶναι Θεῷ τὴν ἐγχείρησιν ἔφασκον. Πεφύκασι γὰρ ἄνθρωποι τοῖς παροῦσιν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον προσέχοντες, πολυπραγμονεῖν περαιτέρω μηδέν. Τὸ δὲ τοῦ πράγματος τέλος, τὴν τοῦ συνενεχθέντος ἐναργῶς παρεστήσατο δήλωσιν. καὶ Κλιτζιεσθλὰν γὰρ μετὰ πολλοὺς ἐπιγενόμενος χρόνους, τῶν εἰς Βασιλέα συνθηκῶν ἀλογήσας, πανστρατιᾷ Ῥωμαίους κατὰ Περσῶν ἐλθεῖν
C παρεσκεύασε. Τύχῃ δέ τινι δυσχωρίαις ἐμπεσὸν τὸ στρατιωτικὸν, τῶν ἐπὶ δόξης τε ἀποβεβλήκει πολλοὺς, καὶ μεγάλου ἐγγὺς ἦλθε κακοῦ, εἰ μὴ Βασιλεὺς ἐνταῦθα ἀνθρωπίνης ὅρον ἀρετῆς τὰ πολέμια παρελθὼν ὤφθη. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὥσπερ καὶ ἤδη ἔφην, εἰσέπειτά μοι λελέξεται. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἐς τὰ κατὰ νότον τῆς πόλεως ἀνάκτορα καταχθεὶς, μεγαλοπρεπέσι τε ἐνδοξιοῦτο δείπνοις αὐτὸν, καὶ διὰ φιλοφροσύνης ἦγεν ἁπάσης. Εἶτα καὶ ἵππων αὐτὸν ἔθελξεν ἁμίλλαις, ὑγρῷ τε πυρὶ, κατὰ τὸ ἔθος, λέμβους τινὰς ἐνεπίμπρα καὶ ἀκάτους, καὶ ὅλως τῶν τῆς ἱπποδρομίας ἐγέμιζε τὸν ἄνδρα θεαμάτων, ἐξ ὧν μάλιστα
D μεγέθη πόλεων φιλεῖ δείκνυσθαι. Ὁ δὲ ἐφ' ἱκανὸν ἐν Βυζαντίῳ διατρίψας, τὰ προλαβόντα τε δευτέροις ὅρκοις πιστωσάμενος, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἦλθεν. Εἶχε δὲ τὰ τῆς ὁμολογίας αὐτοῦ ὧδε. Ἐχθρὰ μὲν διὰ βίου φρονήσειν, οἷς τὸ πρὸς Βασιλέα τρέφοιτο ἔχθος· φιλία δ' αὖθις τοὐναντίον εὔνοις αὐτῷ καθεστῶσι. πόλεών τε, ὧν ἂν αὐτὸς περιγένοιτο, τὰς μείζους καὶ ἀξιολογωτέρας Βασιλεῖ διδόναι. Ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ οὐδαμῇ τῶν ἐχθρῶν τινὶ σπείσασθαι, ὅτι μὴ Βασιλέως κεκλευόντος. δεήσειν τε Ῥωμαίοις συμμαχήσειν, πανστρατιᾷ ἀπαντᾶν, κἂν Ἑῷος, κἂν Ἑσπέριος ὁ πόλεμος εἴη. Οὐ μὴν,

οὐδὲ

A πρὸς τοὺς ὅσοι ὑπὸ τὴν αὐτοῦ μὲν κεῖνται παλάμην, κλέμμασι δὲ διαζῆν ἐπίστανται, οὓς δὴ Τουρκομάνους ἔθος καλεῖν ἐστὶν, ἀτιμωρήτους ἐᾶν, ὁποιονοῦν τι ἐς Ῥωμαίων ἡμαρτηκότας τὴν γῆν. Ταῦτά τε αὐτὸς ὡμολόγηκε, καὶ Μεγιστάνων ὅσοι αὐτῷ εἵποντο, κἂν ἐκεῖνος αὐτῶν ἀμελοίη, τοὺς δὲ σθένει παντὶ κωλύειν τὴν ἐγχείρησιν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν Βυζαντίῳ ἐτελεῖτο. Ἡ δὲ φήμη φθάνει ἐξ Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν. Διαβᾶσα τοίνυν, καὶ οὐ πρὸς καλὸν αὐτοῖς ἔσεσθαι οἱ τῇδε νομίσαντες Φύλαρχοι, εἰ βασιλεὺς τὸν Σουλτὰν εἰσπεποίηται, πρέσβεις πέμψαντες ἐδέοντο, ὡς καὶ αὐτοῖς τῷ Σουλτὰν διαλλάξαι. Ὁ δὲ ἤκουσε μὲν αὐτῶν οὐκ ἀηδῶς· ἐς δὲ τὴν τοῦ Σουλτὰν δῆθεν τὸ πᾶν ἀναθεὶς αἵρεσιν, B ἐπ' ἐκεῖνον αὐτοὺς ἔπεμπεν, ἐν παλατίῳ, καθάπερ εἴρηται, διατριβὴν ἔχοντα. Οἱ καὶ ἐπειδὴ τάχιστα πρὸς λόγους ἐκείνῳ κατέστησαν, διαλύσασθαί τε σφίσι τὴν ἔχθραν ἴσχυσαν, καὶ ἱκέτην ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖ γενέσθαι ἔπεισαν. Ὁ δὲ ἱκετεύοντα προσηκάμενος, ἐν φίλων μοίρᾳ καὶ αὐτοὺς ἐποιήσατο. Εἰρήνη τε τοῦ λοιποῦ σταθερὰ τὴν Ῥωμαίων εἶχεν ἀρχήν.

ζ'. Ἐπεὶ δὲ ἡ βασιλὶς Εἰρήνη τὸν βίον ἤδη μετήλλαξε, βασιλεὺς δὲ οὔπω ἄρρενος τότε πατὴρ παιδὸς ἐτύγχανεν ὤν, ἐπὶ δευτέροις λοιπὸν ἔβλεψε γάμοις. Καὶ ἦν γάρ τις κόρη τῶν κατὰ τὴν ἐν Φοινίκῃ Τρίπολιν, Λατίνα μὲν γένος, περικαλλὴς δὲ ἐν C ταῖς μάλιστα. Ταύτην ἐκεῖθεν ἄξοντας Ἰωάννην τε Σεβαστὸν τὸν Κοντοστέφανον ἔπεμψε, καὶ Θεοφύλακτον ἄνδρα Ἰταλὸν, ὃν Ἐξουβίτον ἐπεκάλουν. Εἶδόν τε οὖν τὴν κόρην οἱ ἄνδρες, καὶ ἀγασάμενοι τοῦ κάλλους, ἐπεὶ μηδὲν ὁθενδήποτε ὑπεφαίνετο τέως ἐμποδὼν, μηδὲν ὑπερθέμενοι, ἐς τὴν τριήρη ἐμβιβάζουσιν. Ἄρτι δὲ ἐκεῖθεν ἀφήσειν μελλόντων, νόσοι βαρεῖαι τῇ κόρῃ ἐνέσκηπτον, καὶ ἦν ἐν κακοῖς. ὅθεν καὶ ἀεὶ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἀναβαλλόμενοι τὸν ἀπόπλουν, εἰκῆ τὸν καιρὸν διῆγον. κἂν γὰρ ἐν ὀλίγῳ ἀνεθείη τῶν ὀδυνῶν, προσδοκήσιμός τε ἀποπλεῖν γένοιτο, ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ προνοίας τινὸς, ὀπισθόρμητον τὸ δεινὸν ἐπ' αὐτὴν ἤρχετο, καὶ κατακλιθεῖσα D ἔφριττε τὸ σῶμα, καὶ ἐκλονεῖτο ἐξαίσια· πυρετοί τε αὐτὴν μετεδέχοντο, καὶ ὑπωπιασμὸς ἤδη, καὶ τηκεδὼν ἐπηκολούθει. καὶ τὸ τῆς ὄψεως ἄνθος χαρίεν τι μαρμαῖρον τὰ πρότερα, ἠλλοιοῦτο κατὰ βραχὺ καὶ ἐστυγνοῦτο. Ἰδὼν ἄν τις δακρύων ἐπλήσθη, τηλικούτου λειμῶνος ἔξωρα φθίνοντος. Οὕτω μὲν ἡ κόρη κακῶς εἶχεν ἐπ' οἴκου διατρίβουσα. Εἰ δέ ποτε καὶ τὴν ναῦν ἀναβαίη, καὶ ὀλίγῳ Τριπόλεως ἀναχθείη, ἐνταῦθα διπλοῦς ἐπωρύετο κλύδων. καὶ τὸ μὲν σκάφος εἶχεν ἡ Τρίπολις αὖθις, τὰς δὲ νόσους ἐκείνη, οὐ πολλῷ ταύτης ἀπολειφθεῖσα,

Turcomannos, quos vocant, rapto viuere assuetos, quotquot sub illius essent potestate, impunitos relicturum, in quacumque demum Imperij parte deliquissent. Hæc ille pactus est, & qui eum comitabantur Magnates, si ab eiusmodi conditionibus recederet, pro viribus illius se conatus impedituros sunt polliciti. His Byzantij transactis, vbi earum rerum fama ex Europa in Asiam peruenit, Phylarchi, qui hasce regiones incolunt, haud sibi bene cessurum rati, si in suas partes Sultanum adduxisset Imperator, per Legatos illum rogauere, vt & Sultanum perinde sibi reconciliaret. Horum ille legationem haud illibenter audiuit: sed velut rem omnem Sultani relinquens arbitrio, ipsos ad eum misit, in Palatio, quemadmodum dictum est, tunc agentem. Illi autem statim atque cum eo sunt congressi, tandem vt quæ inter ipsos intercedebant simultates deponeret, & apud Principem pro se intercederet, persuaserunt: cuius ille admissis precibus, & ipsos in numerum amicorum adsciuit. Atque inde in posterum firmam pacem Romanum Imperium adeptum est.

VII. Postquam Imperatrix Irene vita excessit, Princeps, cui nulli adhuc erant masculi liberi, de secundis nuptiis cœpit cogitare. Erat autem puella Tripoli in Phœnicia, gente quidem Latina, forma cæteroquin eximia & eleganti. Eo qui inde illam abducerent misit Ioannem Contostephanum Sebastum, & Theophylactum virum Italum, quem & Exubitum appellabant. Vt igitur virginem conspexere Legati, statim iis forma arrisit: cumque obstare nihil videretur, nulla mora eam in triremem immisere. Verum cum inde essent excessuri, grauioribus morbis correpta virgo, male habuit. Vnde dilata in dies abitione, frustra ibi consumebant tempus. Quippe si paululum a doloribus vacaret, atque adeo ad iter capessendum videretur idonea, statim, nescio quo fato, illam rursum inuadebat morbus, ita vt lecto decumbens toto corpore fremeret, grauiterque conuelleretur. Ad hæc sequebatur febris, & liuor & tabes: vultusque nitor, qui antea gratiis coruscabat, immutabatur sensim & obscurabatur. Eam intuenti oboriebantur lacrymę, tam præclaro pulchritudinis flore intempestiue pereunte. His puella malis domi afficiebatur. Si vero aliquando nauem ingrederetur, paululumque abduceretur a Tripoli, tum vero duplo maior infremebat fluctus, nauemque iterum in vrbem redire necesse erat, ac illa vixdum relicto portu, acriore morbo

continuo corripiebatur. Id cum crebrius eueniret, Contostephanum in ambiguas incertasque cogitationes coniecit. Ea igitur propter animo incertus, dubiusque quo demum inclinaret, tandem in quoddam ibi Templum accedens, sciscitatus est, an ducturus esset virginem hanc Princeps, idque fatis decretum esset: hoc vero ei retulit sacrum Oraculum: *Nuptiæ quidem paratæ, inuitati vero non sunt digni intrare.* Quibus auditis, intellectoque Oraculo, cum ad hæc nescio quis rumor percrebuisset, virginem haud legitimis esse prognatam nuptiis, rem maxime pudendam arbitratus, destitit ab incœpto, indeque soluens, Byzantium reuersus est. Erant autem Raimundo Antiochiæ Principi filiæ tunc temporis forma præcellentes. Has vt spectaret, Basilium quemdam, cognomento Camaterum, qui tum Acoluthi dignitate fungebatur, misit Imperator. Ille vt confestim Antiochiam venit, ambas quidem pulchritudine eximia præstantes vidit: potior tamen visa est illi Maria, quo quidem in delectu haud a vero aberrabat senex ille. *Nullam quippe,* aiebant Byzantini, *tam insignis formæ mulierem nostra vidit ætas.* Sed de his postea. Cum igitur quæ inspector ille retulerat, accepisset Princeps, viros dignitate illustres Antiochiam misit, qui virginem sibi desponsarent, Alexium nempe Imperatoris Alexij ex Anna filia nepotem, qui tum Magnus Dux erat, & Nicephorum ex Bryenniorum familia, qui ex fratre vel sorore Manuelis neptim vxorem duxerat, Sebasti dignitate tum insignitum. Cum iis etiam erat Andronicus Camaterus, qui Præfecti vrbis ea tempestate munus obibat, vir quidem Sebasti perinde dignitate auctus, & Imperatoris consanguineus. Illi & eam viderunt, & admirati sunt, ac triremi impositam magnifico apparatu Byzantium adduxerunt. Quinto igitur & vicesimo mensis Apellæi, quem Decembrem, qui Latine loquuntur, vocant, in celeberrimum Diuinæ Sapientiæ Templum splendide deductus Imperator, illam sibi matrimonio iungit, Luca Constantinopolitanæ, Sophronio Alexandrinæ, & Athanasio Theopolitanæ seu Antiochenæ, Ecclesiæ Patriarchis, vt Christianis mos est, manus ipsis imponentibus. Cumque eam Augustam ibi renuntiasset, in Palatia rursum reuertitur, magnificisque conuiuiis Proceres excipit, & vbique per singulos vrbis angiportus epulas populo præbet. Postridie demum epulaturos secum adduxit Patriarchas, & vnumquemque multo donatum auro dimisit. Præsertim vero au-

A ἐδέχετο μείζους. Τοῦτο πολλάκις ἐπιγενόμενος, εἰς
ἀπεράντους τὸν Κοντοστέφανον ἦγεν ἐννοίας. Τοί-
νυν καὶ ἀσχάλλων, ὡς τὸ εἰκὸς, ἄλλοτε ἄλλους
ἀναπολῶν λογισμοὺς, τέλος ἐπί τινα τῶν ἐνταῦ-
θα νεῶν παρελθὼν, ἐπυνθάνετο εἰ Βασιλεῖ τὴν
παῖδα κατεγγυηθῆναι χρεών. ἀνεῖλε δὲ οἱ τὸ ἱε-
ρὸν πυθεῖον, Ὁ μὲν γάμος ἕτοιμος, οἱ δὲ κεκλη- «
μένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι εἰσελθεῖν. Τούτων ἐκεῖ- «
νος ἀκούσας, συνεὶς τε τοῦ χρησμοῦ, ἐπειδὴ καὶ
φήμη τις ἤδη περιέθραυσε τούτοις, ὡς εἴη γά-
μων οὐκ ἐκ νομίμων ἡ κόρη φῦσα, πρᾶγμα
εἰς αἰσχύνην διαφερκὲς μάλιστα, ἀπέσχετο ἤδη τῆς
ἐγχειρήσεως, ἄρας τε ἐντεῦθεν ἐπὶ Βυζάντιον ἦλ-
B θεν. Ἦσαν δὲ Ραιμουνδῷ τῷ Ἀντιοχείας Πρίγ-
κιπι θυγατέρες κάλλει κατ' ἐκεῖνον διενεγκοῦσαι
τὸν χρόνον. Ταύτας ὀψόμενον, Βασίλειόν τινα ἐπί-
κλησιν Καματηρὸν, Ἀκόλουθον ὄντα τὸ τηνικά-
δε, Βασιλεὺς ἔπεμψεν. Ὁ δὲ ἐπειδὴ τάχιστα πρὸς
Ἀντιοχείᾳ ἐγένετο, καλὰς μὲν εἶδε καὶ ἄμφω,
καλλίων δὲ οἱ ἡ Μαρία εἶναι κατεφάνη. καὶ ἔ-
τυχέ γε τῆς ἀκριβείας ἡ τοῦ πρεσβύτου ἐκείνου
βάσανος. Τηλίκον γὰρ κάλλος οὔπω, Βυζάντιοι «
ἔλεγον, ὁ καθ' ἡμᾶς ἐγνώρισεν αἰών· Ἀλλὰ ταῦ- «
τα μὲν ὕστερον. Τότε δὲ ἐπειδήπερ ἐπὶ τὴν Μα-
ρίαν ὁ γνώμων εἶδε, πυθόμενος Βασιλεὺς, ἄν-
δρας τῶν ἐπὶ δόξης ἐπ' Ἀντιοχείας ἔπεμψε, τὴν
C κόρην αὐτῷ κατεγγυήσοντας, Ἀλέξιον δὴ τοῦ Βα-
σιλέως Ἀλεξίου θυγατριδοῦν, ὃς καὶ μέγας τῷ
τότε Δοὺξ ἐτύγχανεν ὢν, καὶ Νικηφόρον τὸν ἐκ
Βρυεννίων, γαμβρὸν μὲν ἐπ' ἀδελφιδῇ Βασιλεῖ
γεγονότα, Σεβαστὸν δὲ ἤδη τετιμημένον. Ἐν οἷς
καὶ Ἀνδρόνικος ἦν ὁ Καματηρὸς, ὃς τὴν Ἐπαρ-
χον τότε διέπεν ἀρχὴν, ἀνὴρ Σεβαστότητι μὲν ἀ-
ξιωθεὶς, ξυγγενὴς δὲ Βασιλεῖ καὶ αὐτὸς ὤν. οἱ δὲ
καὶ εἶδον, καὶ θαυμάσαντες ἐνέθεσαν τε τριή-
ρει, καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐς Βυζάντιον ἐκόμισαν.
Πέμπτην τοίνυν καὶ εἰκοστὴν μηνὸς ἄγοντος Ἀ-
πελλαίου, ὃν Δεκέμβριον Ρωμαΐζοντες ὀνομά-
ζουσιν ἄνθρωποι, εἰς τὸν περιώνυμον τῆς τοῦ
D Θεοῦ Σοφίας οἶκον, λαμπρῶς καταχθεὶς, ἐν-
ταῦθα ταύτην ἁρμόζεται, Λουκᾶ τὴν ἐν Κων-
σταντινουπόλει Ἐκκλησίαν τηνικαῦτα λαχόντος,
Σωφρονίου Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ Θεουπόλεως
Ἀθανασίου, ᾗ Χριστιανοῖς ἔθος ἐστὶ, τὰς χεῖ-
ρας αὐτοῖς ἐπιθέντων. αὐτῷ τε αὐτὴν ἀνειπὼν,
ἐς τὰ βασίλεια παλινδρομεῖ· μεγαλοπρεπέ-
σι τε δείπνοις τοὺς ἐν τέλει εἱστία, καὶ δημο-
θοινίας ἁπανταχῇ τῶν τῆς πόλεως ἐκάθιζε στε-
νωπῶν. τῇ ἑξῆς δὲ συνδειπνήσοντας αὐτῷ τοὺς Πα-
τριάρχας ἦγεν, ἀφθόνῳ τε χρυσίῳ δεξιωσάμε-
νος ἕκαστον ἀπέλυε. πρὸ πάντων γε μὴν, χρυ-

σίου κεντηναρίῳ τὴν Ἐκκλησίαν ἐδωρήσατο. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ἁμίλλαις ἵππων διῆγε τὸν δῆμον, καὶ τῶν εἰς εὐφροσύνην ἀγόντων οὐδενὸς καταμελεῖν ἤθελεν. Ἐν Βυζαντίῳ μὲν ταῦτα ἐπράσσετο. A

η'. Στέφανος δὲ, τοῦ Βλαδισθλάβου τετελευτηκότος, τῆς ἀρχῆς ἤδη ἐγκρατὴς γεγονὼς, βαρὺς ἐδόκει τοῖς ἀρχομένοις, καὶ λίαν ἐπαχθὴς ἦν. Ὅθεν καὶ ἐλοιδοροῦντο αὐτῷ Οὖννοι τὰ πολλὰ, καὶ ἔνδηλοι ἦσαν, ὡς αὐτίκα τῆς ἡγεμονίας αὐτὸν καταστάσοντες. Ἐφ' οἷς ὁ Στέφανος ἐκταραχθεὶς, βασιλέως καὶ πάλιν ἐδεῖτο. Ἄρας τοίνυν ἰσημερούσης ἤδη τῆς ὥρας, ἐπὶ τὴν πόλιν ἐφέρετο Φιλίππου, καὶ αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα σὺν τῷ πλείονι τοῦ Ῥωμαίων ἔμεινε στρατοῦ· μοῖραν δέ τινα τοῦ στρατεύματος τῷ ἀδελφιδῷ πιστεύσας Ἀλεξίῳ τῷ Κοντοστε- B φάνου παιδὶ, ἐπὶ Οὐννικὴν ἔπεμψεν. Ἐν τούτῳ δὲ Στέφανος Οὔννοις ἤδη διαλλαγῆναι νομίσας, οὐκέτι τούτου ἐχρῄζεν. ὅθεν καὶ οἴκοι λοιπὸν ὁ Ῥωμαίων ἀνεζεύγνυ στρατός. Ἀλλὰ μεταξὺ Οὔννοι αὖθις Στεφάνῳ ἐπισυστάντες, ἄλλα τε πολλὰ εἰς αὐτὸν ἀπερρίπτουν, καὶ δὴ καὶ ὑπ' αὐτῷ τὰ Οὔννων ἀνατετράφθαι ἰσχυρίζοντο πράγματα. Διὰ ταῦτα βασιλεὺς μὲν στράτευμα καὶ πάλιν ἤθροιζε. Στέφανος δὲ τὸν κίνδυνον διευλαβηθεὶς, τὸ μὲν πρῶτον φυγὰς ἐπί τινα τῶν ἐγγυτάτω Ἴστρου πόλεων ἦλθεν, αἳ βασιλέως ἀνέκαθεν κατήκοοι τυγχάνουσιν οὖσαι. Ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ Σαρδικὴν μεταβὰς, ἐνταῦθα βασιλεῖ συνεγένετο. Ὁ δὲ σφόδρα περιαλγὴς τοῖς ξυμπεσοῦσι, τῆς τύχης τε τὸν ἄνθρωπον C οἰκτισάμενος, χρήμασί τε ἐδωρήσατο, καὶ δυνάμεσιν ἀποχρώσαις ἐπὶ τὴν πατρῴαν αὖθις κατῆγεν ἀρχήν. Ἦρχε δὲ τῶν δυνάμεων τούτων Ἀλέξιος, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, ὁ Κοντοστέφανος· βασιλεὺς δὲ κατόπιν ὀλίγῳ ἐχώρει. Ἐπειδή τε ἐν Ναϊσσῷ πόλει ἐγένετο, ἔννοιά τις αὐτῷ ἐπῆλθεν ἐνταῦθα στρατοπεδευσαμένῳ, καὶ τῶν ἀμφὶ τῇ Σερβικῇ ἐν παρέργῳ ἐπιμεληθῆναι πραγμάτων. ἀλλὰ γάρ πως ἐφ' ἑκατέρας, Παιονικήν τε καὶ Σερβικὴν, ὁ χῶρος οὗτος, καὶ ἔστιν ἀμφοτέραις ἐντεῦθεν δέον ἐνιέναι. Δεσὲ γὰρ, ὃς βασιλέως δόντος τῆς Σερβικῆς ἦρχε τῷ τότε, ἐπειδὴ τῆς χώρας ἐγκρατὴς ἤδη ἐγένετο, τῶν συνθηκῶν ἀλογήσας, Δένδρας τε χώρας εἰσαῦθις μετεποιεῖτο· καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀφηνιάζων ἀρ- D χῆς, εἴς τε Ἀλαμανοὺς ἔπεμψε, κῆδος ἐντεῦθεν ἑαυτῷ συνάψαι διανοηθεὶς, καὶ πᾶν ὃ μὴ κατὰ γνώμην Ῥωμαίοις ἦν, προὔπω πάντῃ ἐπράσσετό τε δή· καὶ βασιλέως αὐτὸν μεταστελλομένου, ἐφ' ᾧ κατὰ Παιόνων αὐτῷ συστρατεύσει, ὁ δὲ δύστροπός τις καὶ ἰσχυρογνώμων ἐφαίνετο, ἐπὶ μακροτέραις τε τῶν ἐλπίσιν ὠχεῖτο, καὶ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν τὴν ἄφιξιν ὑπισχνεῖτο. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς διὰ ταῦτα, ἐπειδὴ πρὸς τῇ Ναϊσσῷ ἐγένετο, ἔνθα ταῖν ὁδοῖν ἀμφοτέραιν, ἡ μὲν ἐπὶ τὴν Σερβικὴν ἄγει, θατέρα δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ γῆν τὴν Παιονικὴν, ἐν μεταιχμίῳ τὴν στρατοπεδείαν ἐπήξατο. Δεσὲ δὲ τὸν ἐπικρεμάμενον

ri centenarium Ecclesiæ concessit. Nec multo post equestribus certaminibus populum oblectauit, nihilque, quod ad delectationem conferret, voluit prætermittere. Hæc quidem Byzantij acta.

VIII. Stephanus autem, defuncto Vladislao, Principatum iam adeptus, grauis molestusque adeo subiectis esse cœpit, vt passim illum probris insectarentur Hungari, & regno viderentur statim depulsuri: quibus Stephanus conterritus, opem rursum Principis implorauit. Motis igitur circa Æquinoctium castris, Philippopolim venit Imperator, ibique cum maiori exercitus Romani parte manens, Alexium Contostephani filium ex sorore nepotem cum cæteris copiis in Hungariam misit. Sedenim Stephanus interea reconciliatum se iam cum Hungaris ratus, eius operam non adhibuit: quapropter domum rediit Romanus exercitus. Verum mox in Stephanum rursum insurgentes Hungari, tum alia ei multa, tum & sub illo perditas esse Hungarorum res exprobrarunt. Stephanus autem discrimen veritus, fugit primum, & in quamdam e vicinis Istro ciuitatibus, quæ iampridem Imperatori obnoxiæ fuerant, venit: inde in Sardicam transiens, ibi cum Imperatore congressus est. Ille eo casu admodum perculsus, & hominis vicem miseratus, pecuniis eum & idoneis viribus donat, ad recuperandum paternum regnum. Iis præfuit copiis Alexius Contostephanus, cuius modo meminimus: Imperator autem a tergo paululum subsequebatur. Vbi ad Næsum vrbem peruenit, animum subiit cogitatio, interim dum illic castra haberet, res etiam Seruicas expediendi. In vtramque enim regionem Pannoniam & Seruiam ducit locus iste, indeq; cum oportuerit, vtramque ingredi licet ac incessere. Dese enim, qui Imperatoris beneficio Seruiæ tum imperitabat, postquam Principatum obtinuit, posthabitis pactis, Dendram regionem denuo occupauerat, spretoque Romanorum Imperio, Legationem miserat ad Alemannos, vt inde sibi vxorem accersseret, & quidquid Romanis displiceret, omnino faciebat. Etiam tum cum a Principe euocaretur, vt aduersus Hungaros bellum gerenti sibi adesset, difficilis ac peruicax videbatur, magnarum rerum spem animo voluens, ac in diem prolato aduentu. Quamobrem Imperator, vt ad Næsum accessit, vbi duarum viarum altera in Seruiam ducit, altera ad Istrum & Hungariæ fines, in medio castra posuit. Dese vero immi-

nens sibi periculum aduertens, acceptis quas tum habebat copiis, in Romanorum castra venit. Eum Imperator beneuole exceptum, quo decebat honore, prosecutus est. Sed proterua lingua nullum esse turpius malum videtur. Siquidem Dese, vbi nihil sibi obuenisse incommodi ob priorem imprudentiam ac temeritatem agnouit, sustulit animos, ac maiora quam antea damna Romanis inferre decreuit. Consilium tamen eiusmodi silentio pressit. Ita plerumque beneuolentiæ argumentum, pessimis hominibus maiorum iniuriarum materia esse solet. Venere quippe paulo post ex Hungarorum gente ad Imperatorem Legati, quibus ille forte fortuna obuius factus, rogatus est ab iis, vti moris est, Quemadmodum res suæ sese haberent: illis haud dissimulanter respondit, Optime, & prout Regis eorum erga se beneuolentia mereretur: Dominum illum palam nominans. His igitur cognitis Imperator, nequaquam cunctandum ratus, ipsum in ius vocat, conuictumque ab accusatoribus & delictorum consciis productis testibus, ac perfidiam ipsi coram obiicientibus, in custodia, sine dedecore tamen, eum habuit. Vallo enim tabernaculum illius cingens, secundum eam quæ in castris viget, Legem, obseruari iussit. Ita vt ab illo deinceps Dese Vallum locus iste fuerit nuncupatus. Sic enim fossam hanc vulgus vt plurimum vocat. Eum autem paucos post dies Byzantium misit, & in Palatio includi præcepit. Hæc quidem ibi acta. Et Princeps auditis Hungarorum qui aduenerant Legatis, vbi nihil eos sani adferre cognouit, castris excedere Romanis, & recta domum abire iussit. Iis abeuntibus, ipse ad Belegrada vrbem venit, ibique castra posuit. Hanc, vti supra commemorauimus, diruto Zeugmino, Romanus extruxerat exercitus, compluribus Hungaris in laboris partem adscitis. Iocus hic est illius, quæ in rebus humanis semper fortuna ludit. Certe enim priscos illos vrbium conditores pridem extinctos, quis irrideat, dum videt nouos rursum suboriri. Ex iis τύχης, seu fortunæ vocabulum vt plurimum apud homines defluxisse arbitror. Cum enim rerum, quæ a diuina prouidentia proficiscuntur, rationem percipere non possunt, dum præter opinionem videntur accidere, earum exitus fortunæ adscribunt. Sed de his prout cuique libitum fuerit censeat, scribatve: nos autem ad institutum redeamus. Cum igitur eo peruenisset Imperator, fierique haud posse agnouisset, vt Stephanus Hungariæ regnum adipisceretur (Stephanum quippe

A ἤδη κίνδυνον αὐτῷ συνιδὼν, τὸ περὶ αὐτὸν ἀναλαβὼν στράτευμα, ἐς τὸ Ῥωμαίων ἀφικνεῖται στρατόπεδον. Βασιλεὺς δὲ εὐμενῶς τε αὐτῷ προσηνέχθη, καὶ τὰ εἰκότα τετίμηκεν. Ἀλλ' ἔοικεν ἀκολάστου γλώσσης μηδὲν αἴσχιον εἶναι κακόν. Δεσὲ γὰρ, ἐπειδὴ μηδὲν ἐξ ἀβουλίας αὐτῷ τῆς προτέρας ξυνενεχθὲν ἔγνω κακὸν, ἐπῆρτο τε τὴν διάνοιαν, καὶ μείζω κακουργήσειν ἢ πρότερον ἐς Ῥωμαίους διενοεῖτο. Εἶχε δὲ ὅμως ἐν ἀπορρήτῳ τὸ σκέμμα. Οὕτω φιλανθρωπίας ὑπόθεσις τοῖς τῶν ἀνθρώπων πονηροτάτοις ὕλη μειζόνων ἀδικημάτων ὡς τὰ πολλὰ γίνεσθαι εἴωθεν. ἧκον μὲν γὰρ ὀλίγῳ ὕστερον πρέσβεις ἐς Βασιλέα ἀπὸ τοῦ Παιόνων ἔθνους.
B Ὁ δὲ κατά τινα τύχην αὐτοῖς συναντώμενος, Ὅπη τε τὰ κατ' αὐτὸν ἔχοι πρὸς αὐτῶν ἠρωτημένος, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἀπαρακαλύπτως ἔφησεν, Ὡς καλῶς καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπαξίως τοῦ σφῶν Ῥηγὸς εὐμενείας, Κύριον αὐτὸν διαφανῶς ὀνομάσας. Ταῦτα πυθόμενος Βασιλεὺς, οὐκέτι μέλλειν ἔγνω· καὶ κρίνειν ἐπὶ δίκην καλέσας αὐτὸν, ἐπειδήπερ ἐκράτει τῶν κατηγόρων αὐτῷ καὶ συνειδότων, κατὰ πρόσωπον ἱσταμένων ἤδη, καὶ θεατριζόντων τοῦ ἀνθρώπου τὴν ἀπιστίαν, τότε μὲν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ, οὐ σὺν ἀτιμίᾳ, τοῦτον εἶχε. Ταφρείᾳ γὰρ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ περιεχὼν, κατὰ τὸν ἐν τοῖς χαρακώμασι νόμον ἐτήρει, ὡς ἀπ' ἐκείνου λοιπὸν Δεσὲ Χάρακα τὸν
C τόπον ὀνομασθῆναι. Οὕτω γὰρ τὴν ταφρείαν ἰδιωτίζοντες ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐς Βυζάντιον πέμψας, ἔνφρουρον ἐν Παλατίῳ κατεστήσατο. Ταῦτα μὲν τῇδε ἐχώρει. Βασιλεὺς δὲ τοῖς ἐκ τῶν Παιόνων ἀφικομένοις χρηματίσας πρέσβεσιν, ἐπειδὴ μηδὲν ὑγιὲς αὐτοὺς ἀπαγγέλλοντες ἔγνω, ἐκέλευεν εὐθυωρὸν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀπαλλαγέντας στρατοπέδου, τὴν αὐτὴν αὖθις πορεύεσθαι. Οἱ μὲν οὖν ἀπῄεσαν. Ὁ δὲ ἐπὶ Βελέγραδα πόλιν ἐλθὼν, ἐνταῦθα ηὐλίσατο, ἣν, καθάπερ εἴρηται, Ζεύγμινον καθελὼν ὁ Ῥωμαίων ἐδείματο στρατὸς, συναιρομένους τῶν πόνων καὶ Οὔννων πολλοὺς ἔχοντες. Παίγνιον δὴ τοῦτο τὰ ἀνθρώπεια
D διαχλευαζούσης ἀεὶ πράγματα, τύχης. κἂν γὰρ ἐπεγγελάσῃ τις τοὺς πάλαι καθαιρεθέντας δομήτορας, αὖθις οἰκιστὰς καθορῶν. ἐκ τούτων οἶμαι τὸ τύχης ὄνομα πολὺ παρὰ τοὺς ἀνθρώποις ἐρρύη. Τῶν γὰρ τῆς προνοίας ἔργων τοῖς λόγοις ἐφιστάναι οὐκ ἔχοντες, ἐκ τοῦ παραλόγου σφίσιν εἶναι δοκοῦντος, τῇ τύχῃ τὰς τῶν πραγμάτων διδόασιν ἐκβάσεις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥς πῃ φίλον ἑκάστῳ νομιζέσθω τε καὶ λεγέσθω. Ὁ δὲ λόγος ἐχέσθω τῶν προτεθέντων. Ἐπειδήπερ ὁ Βασιλεὺς ἐνταῦθα ἐγένετο, γνοὺς ἀμήχανον εἶναι λοιπὸν Στέφανον γῆς ἄρξειν τῆς Οὔννων (ἤδη γὰρ Στέφανον αὖθις

τὸν Ἰατζᾶ κατεστήσαντο φέροντες) ἑτέραν ἐτράπετο. Οὐννικῆς γὰρ δυνάμει τῇ πάσῃ, καθάπερ εἴρηται, μεταποιεῖσθαι ἤθελεν, ἐν μεταιχμίῳ τῶν ἑσπερίων κειμένης ἐθνῶν. Βελὰν τοίνυν, ὃς μετὰ Στέφανον τοῦ Ἰατζᾶ παῖς ἦν, Μαρίᾳ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ συνάψαι πρὸς γάμον διενοήθη. Γεώργιον μὲν οὖν, ὃς Ἑτερείας τοῦ τότε ἡγεῖτο τῆς βασιλικῆς, Παλαιολόγον μὲν γένος, ἐς δὲ τὸν τῶν Σεβαστῶν ἀναβεβηκότα ὄγκον, ἐπὶ Οὐννικὴν πέμψας δοκιμάζειν ἐκέλευε περὶ τοῦ κήδους. Ὁ δὲ τὴν ἐς Βυζάντιον αὖθις ἐστείλατο. Οὖννοι δὲ τῷ Παλαιολόγῳ κοινολογησάμενοι, Βελάν τε φέροντες ἔδοσαν αὐτῷ, καὶ χώραν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ περιὼν ἀπεδόσατο, ἄσμενοι ἐκληροῦντο. Ὁ τοίνυν Παλαιολόγος παραλαβὼν αὐτὸν, σὺν ὁμολογίαις, αἷς εἴρηται, ἐν Βυζαντίῳ παρεγένετο. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν τῶν ἐπὶ τῷ κήδει βασιλεὺς ἐφρόντιζεν. ὅ τε παῖς Ἀλέξιος ἤδη μετωνομάσθη, καὶ Δεσπότης ἀνεβοήθη. Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ Βυζάντιον ἄφιξις τῷ Βελὰν ταύτην ἔσχεν ἀρχήν.

θ΄. Βασιλεὺς δὲ τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν καλῶς ἔχειν ὑπολαβὼν, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν λοιπὸν ἔβλεψε, καὶ πρότερον μὲν τοῖς συμπεσοῦσιν εἰς τοῦτο κεκινημένος, πρὸς δὲ τῶν ἑσπερίων ἐκεῖθεν ἑλκόμενος πραγμάτων. Νουραδὶν γὰρ, ὃς τῆς κατὰ Συρίαν ἦρχε Βερροίας καὶ Δαμασκοῦ, πόλεων ἄμφω περιφανῶν, τῆς τύχης εὐμενὲς ἐμβλεψάσης αὐτῷ, καὶ ἄλλων τε πόλεων ἦρξε πολλῶν, αἳ τῶν Εὐφράτου πίνουσι ναμάτων, καὶ χωρῶν οὔτι εὐκαταφρονήτων περιεγένετο συχνῶν, πολλοῖς τε τῶν τῇδε Σατραπῶν εἰς χεῖρας ἐλθὼν, οὓς μὲν δορυαλώτους ἔσχεν, ἐν οἷς καὶ Ἰατζουλῖνος ὁ Ἐδέσσης ἡγεμονεύων, οὓς καὶ πολέμῳ ἀπεκτονὼς ἔτυχε· Ῥαιμοῦνδον δὴ τὸν ἐκ Πετούης, οὗπερ ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεμνήσθημεν λόγοις, ἄνδρα ἰσχύϊ καὶ ῥώμῃ κατὰ τοὺς θρυλλουμένους ἐκείνους Ἡρακλῆς, καὶ Βαλδουῖνον, τὸν Μαρασίου τότε κρατοῦντα. Προϊὼν δὲ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ τῆς Κιλικίας δουκὶ εἰς μάχην κατέστη, ὃν Καλαμάνον ἐπεκάλουν νεανίαν, τήν τε ὄψιν ἀγαθὸν, καὶ δραστήριον τὰ ἐς μάχας. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἥττητό τε κατὰ κράτος τοῦ νεανίου, καὶ ἀνηκέστοις περιπέπτωκε συμφοραῖς. Εἶτα τύχῃ τινὶ αὐτόν τε καὶ Ῥενάλδον τὸν Ἀντιοχείας Πρίγκιπα εἷλεν, ἐν οἷς καὶ ὁ τῆς ἐν Φοινίκῃ Τριπόλεως ἡγεμονεύων ἦν. Κωνσταντῖνος γὰρ, ἐπειδὴ τοῦ πολέμου ἐκράτει, οὐκέτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' ἀλογίστῳ τινὶ τόλμῃ καθυπαχθεὶς, ἔς τε τὴν δίωξιν οὐ σὺν ἐπιστήμῃ πεσὼν, αὐτός τε ἥλω, καὶ τὰ Ῥωμαίων ἔσφηλε πράγματα. Ὁ Νουραδὶν δὲ καὶ Τερόζην μάχῃ νικήσας, ἐλπίσιν ὠχεῖτο, ὡς αὐτίκα καὶ τῆς Ἀντιοχείας

A Geizæ filium iterum restituerant Hungari) alio se conuertit. Hungariam enim, vti dictum est, in medio Occidentalium nationum positam sibi comparare totis viribus satagebat. Quapropter Belam, qui post Stephanum Geizæ filius erat, Mariæ filiæ suæ matrimonio iungere constituit. Georgium igitur cohortis Imperatoriæ tunc temporis Præfectum, gente Palæologum, atque Sebasti auctum dignitate, in Hungariam misit, quo de hac ineunda affinitate sermones ingereret: ipse vero Byzantium rursum rediit. Hungari, colloquio cum Palæologo habito, & Belam ipsi tradiderunt, & regionem, quam superstes adhuc pa- B ter illi assignauerat, lubentes in hæredij sortem concesserunt. Eo itaque accepto, Palæologus, quibus dictum est conditionibus, Byzantium reuersus est. Deinceps autem quæ ad affinitatem istam conficiendam necessaria erant curauit Imperator. Atque puero in primis, mutato nomine, Alexij nomen indidit, eumque Despotæ dignitate donauit. Tale quidem Belæ in vrbem aduentus initium habuit.

IX. Rebus in Occidente rite compositis, ad Asiaticos animum admouit Imperator, iis quæ prius acciderant ad id permotus, sed ob res Occidentales inde auocatus. Nuradinus quippe, qui in Syria Berrhœæ & Damasco, præcla- C ris vtrisque ciuitatibus, aliisque vrbibus quamplurimis, quæ circa Euphratem sitæ sunt, ita illi arridente fortuna, imperabat, loca varia haud contemnenda expugnauerat, multosque ibi Satrapas bello aggressus, alios quidem captiuos tenebat, in quibus erat Iosselinus Edessæ Princeps: alios vero in præliis obtruncauerat, quos inter fuit Raimundus Pictauinus, cuius in prioribus libris abunde meminimus, virum animo & fortitudine prisco illi Herculi parem, & Balduinum Marasiæ Dominum. Progressus autem manus etiam conseruit cum Constantino Ciliciæ Duce, quem Calamanum Iuniorem vocabant, egregiæ formæ viro, & in re militari admo- D dum strenuo. Verum ille cum ab adolescente primum omnino fuisset superatus, in grauissimas calamitates incidit. Deinde sorte aliqua Renaldum Antiochiæ Principem, necnon & Tripolitanum in Phœnicia Comitem cepit. Sedenim Constantinus, hac adepta victoria, continere se non potuit, & inconsiderata quadam abreptus audacia, victosque temere insecutus, & ipse captus est, resque Romanas perdidit. Nuradinus vero vt Torosum perinde superauit, Antiochiæ mox inuadendæ spem animo

voluebat. Ea igitur propter Imperator iis casibus indignatus, in Asiam statuit transire, captataque ad id occasione, totus in id consilij incubuit. Sed obstitere allati rursum ex Occidente rumores: nouus quippe Hungariæ Rex hæreditarias Belæ possessiones iterum inuasit, fœderibus aperte violatis. Quin & Stephanus, quem paulo ante regno eiecerant Hungari, per Anchialum ciuitatem Hungariam ingressus, illud recuperare meditabatur. Verum temeritate potius, quam prudentia rem aggressus, a proposito aberrauit. Statim enim atque eum nonnullos Hungaros in suas partes adduxisse accepit Stephanus, cum vniuersis copiis in illum profectus est. Quamobrem Imperator in Ciliciam ad oppidorum præsidia idoneo misso exercitu, ipse versus Istrum denuo contendit: Sauoque transmisso, castra posuit ad Titelium, tum vt Belæ paternam hæreditatem reciperet, tum vt Stephanum præsenti eriperet discrimine. Quippe iam illius imminutæ erant vires, summisque premebatur angustiis, Hungaris, qui cum eo erant, ad Regem vndique deficientibus. Itaque Andronico Contostephani filio, qui Magni Ducis dignitatem breui tempore obtinuit, cum copiis misso, Stephanum quidem periculo exemit: ipse vero, motis ab Titelio castris, cum vniuerso exercitu vlterius perrexit. Regni enim inuasor Stephanus, cum viribus longe impar cum Imperatore congredi non auderet, primum quidem cum iis quæ aderant copiis in vltimos Hungariæ fines concessit, atque ibi nouis coactis auxiliis, acie cum Romanis decertare statuit. Imperator vero vt ad locum quemdam peruenit, quem Petricum vocant, castra ibi posuit. Est vero locus iste aditus in interiorem Hungariam primus terminus, quo cum peruenisset, hunc in modum Stephano rescripsit. *Non ad inferendum Hungaris bellum, Fili mi, venimus, sed vt Belæ fratri tuo possessionem restituamus, quam a dominatione tua minime abstulimus, sed quam tu ipse, paterque vester iam pridem concessistis: atque adeo etiam vt patruum tuum Stephanum Maiestatis nostræ affinem periculo eximamus. Si igitur, te etiam volente, Belam generum nostrum esse contigit, quod & tu pactis ipsis firmasti, cur non reddita ei sua possessione, nostra potius frueris societate & beneuolentia? Si vero necessitudinem & affinitatem respuis, aliaque modo de iis tibi mens est; scias longe nos amplius ab eo abesse, vt vim nobis inferri patiamur.* Istius epistolæ sententia hæc fuit.

X. Imperator autem, vti dictum est, alias auxiliares copias ex Alemannis &

A ἐπιβησόμενος. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν Βασιλεὺς καὶ προθυμότερον ὤδινεν ἐπὶ τοῖς ξυμπεσοῦσι, καὶ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνειν διενοεῖτο. τότε δ' οὖν καιροῦ λαβόμενος, πασίῤῥοπος ἐς τοῦτο ἐφέρετο. ἀλλὰ καὶ πάλιν τὰ ἐκ τῆς ἑσπέρας ἐμποδὼν αὐτῷ ἔστησαν. Ὅτε καὶ νέος Παιόνων Ῥὴξ τοῦ Βελὰν καὶ πάλιν ἐπεβάτευε κλήρου, καὶ παρεσπόνδει καὶ τότε περιφανέστατα. Καὶ Στέφανος, ὃν ἤδη τῆς ἀρχῆς ἀπεώσαντο Οὖννοι, δι' Ἀγχιάλου πόλεως ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν ποθὲν παρεισδὺς, ἀνακαλέσασθαι τὴν ἀρχὴν διενοεῖτο. Ἔλαθε δὲ προπετέστερον μᾶλλον, ἢ προμηθέστερον, τῷ πράγματι ἐπικεχωρηκώς. Ὡς γὰρ περιὼν τῶν Οὔννων ὑπεποιεῖτο τινὰς, B γνοὺς ὁ Στέφανος, πανστρατὶ ἐπ' αὐτὸν ἐφέρετο. Διὰ τοῦτο Βασιλεὺς ἐπὶ Κιλικίαν μὲν στράτευμα, τὰ ἐνταῦθα φρουρῆσον, ἔπεμψεν ἱκανόν. ὁ δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ πάλιν ἤλαυνε, Σάον τε περαιωσάμενος, ἀντικρὺ Τιτελίου τὸ στράτευμα ἔστησε, κατὰ νοῦν ἔχων, ὡς Βελᾷ μὲν τὸν κλῆρον ἀνασώσαιτο τὸν πατρῷον, Στέφανον δὲ τῶν παρὰ πόδας ῥύσαιτο δυσχερῶν. Ἤδη γὰρ καὶ ὑπερρύει τὰ τῆς δυνάμεως αὐτῷ, καὶ ἦν ἐν στενῷ κομιδῇ, τῶν σὺν αὐτῷ Οὔννων ἐπὶ τὸν Ῥῆγα μετατιθεμένων ἑκάστοτε. Καὶ δὴ καὶ Ἀνδρόνικον τὸν Κοντοστεφάνου υἱέα, ὃς καὶ Μέγας ὀλίγῳ ἐχρημάτισε Δοὺξ, ἅμα στρατεύματι στείλας, Στέφανον μὲν ἀνήρπασε τοῦ κινδύνου. ὁ δὲ ἄρας ἐκ Τιτελίου, παντὶ τῷ στρατῷ C προσωτέρω ἐχώρει. Ὁ γάρ τοι τῆς ἀρχῆς ἐπιβατεύων Στέφανος, ἐπεὶ μὴ ἐξ ἀντιπάλου δυνάμεως τῷ Βασιλεῖ συμπλακήσεσθαι εἶχε, τὸ μὲν πρῶτον σὺν ταῖς περὶ αὐτὸν δυνάμεσι περί που τὰ τῆς Οὐννικῆς ἔσχατα ἐχώρει· ἔπειτα συμμάχους ἐκεῖθεν ἐπαγόμενος, Ῥωμαίοις ἀντιτάξεσθαι ἠπείγετο. Βασιλεὺς δὲ ἐπί τινα χῶρον, Πετρῖκον καλούμενον, καταλαβὼν, ἐνταῦθα ἐσκήνου. Ἔστι δὲ ὁ χῶρος οὗτος τῆς εἰς τὴν ἐνδοτέρω Παιονίαν παρελεύσεως ὅρος ὁ πρῶτος, ἔνθα γεγονὼς, Στεφάνῳ ἔγραψεν ὧδε. Ἥκομεν, ὦ ἐμὲ παῖ, οὐ πόλεμον Οὔννοις ἄγοντες, ἀλλὰ Βελᾷ τε ἀδελφῷ τῷ σῷ τὴν χώραν ἀνασωσόμενοι, ἣν οὐ δυναστείᾳ τῇ ἡμῶν παρασπάσαντες εἴχομεν, ἀλλὰ D σύ τε ἔδως, καὶ πατὴρ ὁ ὑμῶν πολλῷ ἤδη πρότερον. καὶ Στέφανον δὲ τὸν σὸν τοῦ κινδύνου ἐξαιρησόμενοι θεῖον, γαμβρὸν ἤδη καὶ αὐτὸν κράτει γεγονότα τῷ ἡμῶν. Εἰ βουλομένῳ σοι τοίνυν ἐστὶ γαμβρὸν ἡμῖν καὶ Βελὰν ἔσεσθαι, ὅπερ καὶ διωμολόγηταί σοι· τί μὴ τὴν χώραν ἀποδοὺς, τῆς ἡμέρας θᾶττον ἀπολαύσῃ ξενίας; εἰ δὲ κῆδος ἀποπροσποιῇ, καί σοι ἕτερα περὶ τούτου δοκεῖ· ἴσθι ὡς τοῦ βιάσασθαί σε πολλῷ ἡμεῖς ἀπεχόμεθα μᾶλλον. Βασιλεὺς μὲν ταῦτα ἔγραψεν.

ι'. Ὁ δὲ ἄλλως τε, καθάπερ εἴρηται, σύμμαχον χεῖρα ἔκ τε Ἀλαμανῶν, καὶ τῶν πρὸς τῷ

Ταύρῳ ἱδρυμένων ἐπηγάγετο Σκυθῶν, καὶ δὴ καὶ τὸ Τζέχων ἑαυτῷ συνεστήσατο ἔθνος, τοῦ ἐν σφίσιν ἄρχοντος πανστρατὶ ἐπ' αὐτὸν ἀφικομένου. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Κορράδῳ πάλαι τῷ Ἀλαμανῶν συστρατεύσας Ῥηγί, ὁπηνίκα, ὥσπερ μοι δεδιήγηται, ἐπὶ Ἀσίαν ἐκεῖνος ἐστέλλετο, Ῥήξ τε διὰ ταῦτα ὑπ' ἐκείνου γενόμενος. Καίτοι ἐψεύσθησαν ἄμφω, ὁ μὲν τὴν κλῆσιν, ἅτερος δὲ τὴν χάριν ὁ διδούς. Μακρὸς γὰρ ἐξ οὗ χρόνος τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα ἐν Ῥώμῃ ἀπώλετο, ἐξ ὅτου μὲν ἐπ' Αὐγούστου, ὃν καὶ Αὐγουστοῦλον ἐκάλουν, τὸ τῆς ἡλικίας αἰνιττόμενοι νέον, καθ' ἣν ἐπελάβετο τῆς ἀρχῆς, ἐπὶ Ὀδόακρον καὶ Θευδέριχον ἑξῆς τὸν Γότθων ἡγεμόνα Τυράννοις ἄμφω, μετέβη τὰ τῆς ἡγεμονίας. Ῥὴξ γὰρ Θευδέριχος, καὶ οὐ Βασιλεύς, διεβίω καλούμενος, καθάπερ Προκόπιος ἱστορεῖ. Ῥώμη μέντοι ἀπὸ Θευδερίχου καὶ ὀλίγῳ πρότερον, ἄχρι καὶ νῦν στασιαζομένη διαγέγονε. Πολλάκις μὲν πρὸς Βελισαρίου καὶ Ναρσοῦ, τῶν Ῥωμαίων Στρατηγῶν, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ Ῥωμαίοις ἀνασωθεῖσα χρόνων· αὖθις δὲ οὐδὲν ἧττον Τυράννοις βαρβάροις δουλεύουσα, οἳ καὶ Ῥῆγες κατὰ Θευδερίχου τοῦ πρώτου καὶ Ῥηγὸς ἅμα καὶ Τυράννου κέκληνται ζῆλον. Οἷς δὲ μὴ τοῦ τῆς Βασιλείου μέτεστιν ὕψους, πόθεν οὗτοι τηλικαύτας προβεβλήσονται ἀρχάς, αἳ, καθάπερ ἤδη ἔφην, οἷόν τινες διαιρέσεις ἐκ τοῦ τῆς βασιλείας καθίενται κράτους. τοῖς δὲ οὐκ ἀπόχρη μόνον, εἰ τοῦ τῆς βασιλείας οὐδὲν προσῆκον ἐπιβατεύουσιν ὕψους, ἐμπόριον ἑαυτοῖς προθέντες κράτος. Βούλεται δὲ τοῦτο τὸ ἄκρατον ἑρμηνεύειν. Ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν ἐν Βυζαντίῳ βασιλείαν ἑτέραν παρὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ ἀποφαίνειν τολμῶσιν. ἅπερ ἐμοὶ διασκοπουμένῳ, πολλάκις ἤδη καὶ δακρῦσαι ἐπῆλθεν. Οἷον γάρ, οἷον ἡ Ῥώμης ἀρχὴ βαρβάροις καὶ δεινῶς ἀνδραποδώδεσιν ἀνθρώποις διεκαπηλεύθη χρῆμα· κἀντεῦθεν οὔτε Ἀρχιερέως αὐτῇ μέτεστι, οὔτε πολλῷ δήπουθεν Ἄρχοντος. Ὁ μὲν γὰρ τῷ τῆς βασιλείας ἐπεμβαίνων μεγαλείῳ, ἀναξίως ἑαυτῷ, ἱππευομένῳ πεζῇ τῷ Ἀρχιερεῖ παραθεῖ, καὶ ὅσα καὶ ἱπποκόμος αὐτῷ γίνεται· ὁ δὲ Ἰμπεράτορα τοῦτον, εἰς ταὐτὸν ἄγων Βασιλεῖ, ὀνομάζει. Πῶς, ὦ βέλτιστε, καὶ πόθεν σοι τοῖς Ῥωμαίων Βασιλεῦσιν εἰς ἱπποκόμους κεχρῆσθαι ἐπῆλθεν; ἀλλ' οὔτε πόθεν ἔχεις, καὶ σὺ μὲν ψεύδῃ τὸν Ἀρχιερέα, ὁ δὲ τὸν Βασιλέα διακιβδηλεύει. Μὴ γὰρ τὸν ἐν Βυζαντίῳ τῆς βασιλείας θρόνον Ῥώμης θρόνον διομολογοῦντί σοι, πόθεν τὸ Πάπα σοὶ κεκλήρωται ἀξίωμα. Εἷς ἐστιν, ᾧ ταῦτα ἔδωξε, Κωνσταντῖνος,

A Taurum accolentibus Scythis, conflatas adduxit: Tzechorum præterea sibi adiunxit nationem, quorum Princeps ad eum venit cum vniuerso exercitu. Erat autem is, qui Conrado Alemannorum Regi pridem militauerat, cum in Asiam, quemadmodum commemorauimus, ille traiecit, eamque ob causam Rex ab eo est renuntiatus. Sed vterque vicissim falsus est, & qui appellationem regiam recepit, & alter qui munus impertiit. Iamdudum enim Imperatorium nomen Romæ extinctum erat, ex quo ab Augusto (quem & Augustulum vocabant, ætatem eius teneram, in qua occupauit Imperium, significantes) in Odoacrum & Theodoricum deinceps Gothorum Principem, B Tyrannum vtrumque, translatus est Principatus. Regis enim nomine, non Imperatoris, quoad vixit, insignitus fuit Theodoricus, vt scribit Procopius. Ipsa quidem Roma a Theodorici temporibus, & paulo ante, in hunc vsque diem a cætero Imperio diuulsa mansit. Licetque a Belissario & Narse, Ducibus Romanis, sub Iustiniano recuperata fuerit, Romanoque asserta Imperio: rursum tamen in Tyrannorum Barbarorum seruitutem decidit, qui Theodorici primi Regis perinde ac Tyranni exemplo Reges appellantur. Qui igitur fieri potest, vt qui Imperatorij culminis non sunt participes, tantas dignitates conferre possint, quæ, C vt iam diximus, ab Imperatoria Maiestate, illius velut quædam particulæ, profluxerunt. Iis vero non sufficit modo, si Imperatoriam Celsitudinem nullo iure ad se pertinentem, Imperiique maiestatem inuadant. (Id enim vocabuli supremam potestatem denotat.) Sed iam eo venere audaciæ, vt Byzantinum Imperium a Romano diuersum esse contendant: quæ mihi perpendenti sæpe obortæ sunt lacrymæ. Qualis enim quantaque res (Romæ nempe Principatus) a Barbaris fœdisque mancipiis diuendita est? Atque inde neque habuit illa Pontificem, multoque minus Principem. Iste enim qui D Imperatoriam vsurpat Maiestatem, equitantem Pontificem præter dignitatem pedes præcedit, & equisonis implet munus. Hic vero Imperatorem istum appellat, & pari cum Principibus nostris honore vult censeri. Quomodo, o bone, & vnde tibi in mentem venit, Romanorum vti Imperatoribus equisonum & stratorum vice? At cum neutiquam illud aliunde acceperis, & tu Pontificem mentiris, ille vero Imperatoriam adulterat Maiestatem. At tu qui Byzantinam Imperij sedem eamdem esse cum Romana Imperij sede diffiteris, vnde Papæ dignitatem consecutus es? Vnicus est Constantinus,

primus Imperator Christianus, qui hæc decreuit. Cur igitur id quidem lubens excipis, sedem inquam Pontificiam, illiusque supremum fastigium: istud vero respuis. Vtrumque amplectere, aut abstine ab altero. Verum, inquit, Imperatores mihi præficere licet: sane, vt manus imponas & consecres; ea enim spiritualia sunt; ad Imperium vero manum admouere, aut iis in rebus quidquam innouare licet minime. Nam si vestrum erat transferre Imperia, cur illud quod Romæ erat non transtulistis? Sed alterius id facientis decretis acquieuit inuitus, qui tum vestræ præerat Ecclesiæ: tu vero propriis ipse commodis obluctaris, nescius te facere prorsus contraria. Quos enim non multo ante, Imperatori gratificatus, supplicantes non admisisti, quod neq; licebat: quos stratoribus accensueras, eos nunc nescio quo pacto in Imperatores promoues, illumque ex quo, & per quem, & sub quo thronum es consecutus, nec Barbaro forsan & tyranno & mancipio æqualem facis. Sed, ais; *Tyrannide opprimor, vi cogor.* Non habet locum prætextus: heri enim & non multo ante Imperatori Manueli ista pactus es. Etsi inficias ieris, hæc prædicant epistolæ, quæ characteres tuos proprio exaratos calamo exceperunt. Sed id mera est scurrilitas, ratioque agendi indecens atque illiberalis, ac cothurni instar semper te ad fortunam componis. Verum cum hæc a nobis pluribus, quam Annalium materiæ conueniat, enarrata sint, ad priora rursum redeat oratio.

XI. Stephanus itaque rebus omnibus apparatis, in Romanos profectus est. Vbi vero in Hungariam peruenit Imperator, ad eum excipiendum vniuersi confluxere incolæ, atque in iis Sacerdotali ordine conspicui, sacris induti vestibus, & diuina manibus ferentes Euangelia, vna cum promiscua plebe, eiusmodi Canticum, a scriptoribus nostris concinnatum, suauissime præcinentes, *Qui auxilium, Domine, tulisti mansuetissimo David*, & quæ sequuntur. Ille autem loca ista prætergressus, Istrum transmittere properat, & superata, quæ hic adiacet, Insula, in interiora pergere constituit. Aiunt Romanis copiis eo loco traiicientibus, vnam ex nauibus, sarcinis armisque & militibus cummaxime refertam, cum haud procul abesset a littore, in alterum inclinasse latus, ita vt in eam aqua influeret. Ibi tum alius Romanorum exercitus, tum qui naues ingressi flumine vehebantur, aut qui adhuc in continente stabant, periculi metu, vel ignauia, de re haud erant solliciti: iamque nauis propemodum vna cum ipsis hominibus aquis absorbenda erat, nisi Imperator in aquam desiliens,

A ὁ πρῶτος ἐν Βασιλεῦσι Χριστιανός. πῶς οὖν τὸ μὲν αὐτοῦ ἀσμένως δέχῃ, τὸν θρόνον φημὶ, καὶ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερβάλλον, τὸ δὲ ἀποσείῃ; ἢ ἀμφότερα στέρξον, ἢ καὶ θατέρου ἀπόστηθι. Ἀλλ' ἐμοί, φησί, Βασιλέας προβεβλῆσθαι ἔξεστι. ναί. ὅσον ἐπιθεῖναι χεῖρας, ὅσον ἁγιάσαι, ταῦτα δὴ τὰ πνευματικά. οὐχὶ δὲ καὶ βασιλείας ἤδη καταχειρίζεσθαι, καὶ τάγε τοιαῦτα καινοτομεῖν. Ἐπεὶ, εἴγε ὑμέτερον ἦν βασιλείας μετατιθέναι, τί μὴ τὴν ἐν Ῥώμῃ αὐτοὶ μετετάξατε; ἀλλ' ἑτέρου πράξαντος, ἄκων ἠγάπα τοῖς δεδογμένοις ὁ τηνικαῦτα τὴν καθ' ὑμᾶς Ἐκκλησίαν λαχών. Σὺ δὲ καὶ περιπίπτεις τοῖς σεαυτοῦ, καὶ λανθάνεις πῶς τἀναντία ποιῶν. οὓς γὰρ οὐ πολλῷ πρότερον, B εἰς Βασιλέα μὲν καλῶς ποιῶν, οὐκοῦν ἐδέξω παρακαλοῦντας, ὅτι μὴ δὲ ἐξῆν, εἰς δὲ ἱπποκόμους κατέλεξας· νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς Βασιλέας παραλαμβάνεις, καὶ κρίνεις τὸν ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ καθ' οὗ, σοὶ τοῦ θρόνου μέτεστιν, οὐ δὲ ταυτὸν τῷ βαρβάρῳ ἴσως, τῷ τυράννῳ, τῷ δούλῳ. Ἀλλὰ τυραννοῦμαι, φησίν, ἀλλὰ βιάζομαι. Οὐκ ἔχει σοι χώραν ἡ σκῆψις. Χθὲς γὰρ, καὶ οὐ πολλῷ πρότερον Βασιλεῖ Μανουὴλ ταῦτα διωμολόγεις. κἂν αὐτὸς ἀρνηθείης, ἀλλ' αἱ βίβλοι κηρύττουσιν, αἳ τὰ γράμματά σου τῷ ἐδαφίῳ μετεδέξαντο. Ἀλλ' ὄντως βωμολοχία τίς ἐστι τὸ πρᾶγμα, καὶ τρόπος μικροπρεπὴς καὶ ἀνελεύθερος, καὶ κοθόρνου δίκην ἀεὶ μεθαρμόζῃ ταῖς τύχαις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πλέον ἢ χρονικαῖς προσῆκε C διεξήλθομεν ὑποθέσεσιν. ὁ δὲ λόγος ἀναγέσθω καὶ πάλιν ἐπὶ τὰ πρότερα.

ια'. Στέφανος μὲν οὕτω συσκευασάμενος, κατὰ Ῥωμαίων ἔφερεν. Βασιλέα δὲ ἐν τῇ τῶν Οὔννων γεγονότα, ἐξῄεσαν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι πανδημεὶ ὑποδεξόμενοι. ὅσοι τε εἰς τοὺς ἱερέας κατελέγοντο, ἱερουργεῖς ἀναβεβλημένοι στολὰς, καὶ τὰ ἱερὰ χερσὶ φέροντες λόγια, καὶ ὅσοι ὀχλικὸν καὶ δημῶδες ἦν, ᾠδήν τινα ἐμμελῶς συντεθειμένην ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ἁρμοδιώτατα προσφωνοῦντες. Εἶχε δὲ ὧδε, Ὁ συμμαχήσας Κύριε τῷ πρᾳοτάτῳ Δαβὶδ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ δὲ τὰ τῇδε χωρία ὑπερβὰς, Ἴστρον διαβῆναι ἠπείγετο. Τήν ἐνταῦθα τε νῆσον παρελθὼν, D ἐπὶ τὰ ἐνδότερα χωρεῖν ἤθελεν. Ὅτε δὴ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ περαιουμένου, λέγεται μίαν τῶν νεῶν φόρτου πλέαν ὅπλων τε καὶ ἀνθρώπων ὡς πλεῖστον, οὐ μακρὰν ὄχθης γεγενημένην, ἐπὶ θατέραν νεῦσαι πλευράν, ὡς ἤδη καὶ εἰσρεῖν τὸ ὕδωρ ἐπ' αὐτήν. Ὁ μὲν οὖν ἄλλος Ῥωμαίων στρατὸς, ὅσοι τε ναυσὶν ἐμβάντες τοῖς ποταμίοις ἐφέροντο νώτοις, καὶ ὅσοι ἐπὶ τῆς ἠπείρου ἵσταντο ἔτι, οἱ μὲν ὑποψίᾳ κινδύνου, οἱ δὲ ὀλιγωρίᾳ ἐχόμενοι, περιώρων τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡ ναῦς ὀλίγου δεῖν αὔτανδρος τῷ βυθῷ κατεδύσατο, εἰ μὴ Βασιλεὺς ἐπὶ ὕδωρ ἁλλόμενος,

ἐπὶ

ἐπὶ πλεῖστον τε πεζῇ προελθὼν, καίτοι τοῦ ῥεύματος σὺν ῥύμῃ σφοδρᾷ καταφερομένου, καὶ τέλμα τι ἐνταῦθα δυσδιεξόδευτον ἐργαζομένου, τοῖς ὤμοις τε ὑπέσχε τῇ νηῒ, καὶ τὸν τοῦ κινδύνου ὑποτεμόμενος χρόνον, ἄδειαν τοῖς λοιποῖς ἐπιβοηθεῖν δέδωκεν. Οἱ τὴν αὐτοῦ αἰδεσάμενοι προθυμίαν, παρέστησάν τε τοῖς κινδυνεύουσι, καὶ τοῦ κινδύνου ἐξείλοντο. ἐξ ἐκείνου τοίνυν μέγα ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ Βασιλεὺς ὄνομα ἔσχε. Τότε δ' οὖν Ἴστρον ἄνωθέν που διαβὰς, ἐπί τινα πόλιν ὄνομα Παγάτζι ἐφέρετο. Η δὲ πόλις μητρόπολις τῶν Σιρμίῳ τυγχάνει οὖσα. Ενταῦθα δὲ διατριβὴν ὁ τοῦ ἔθνους ποιεῖται Αρχιερεὺς, ἔνθα πλῆθος κατοίκων λόγου κρεῖσσον ἐξῆλθε δορυφορῆσον αὐτόν. Τότε μὲν οὖν ἐνταῦθά που ηὐλίσατο. Εξῆς δὲ πυθόμενος Στέφανον ἐγγὺς ἤδη γεγονέναι, εἰς μὲν τὸν πόλεμον αὐτίκα καθίστατο. Ρωμαίων δέ τινα τῆς Τζέχων συνιέντα γλώττης προσκαλεσάμενος, ἐκέλευε μεταμφιασάμενον ἐπὶ τὸ τῶν πολεμίων καθυποδῦναι στρατόπεδον, εἰς ὄψιν τε τῷ τῶν Τζέχων ἐλθόντα Ρηγὶ, τάδε εἰπεῖν αὐτῷ. Ποῖ δήποτε πορεύῃ; τίνα ταύτην πορείαν σὺν τῷ ὑπό σε φέρῃ στρατεύματι; ἢ οὐκ οἶδας, ὡς Βασιλεῖ μεγάλῳ χεῖρας ἀνταίρειν τολμᾷς; ᾧ καὶ τὸ ὑπ' αἰτίαις λόγον ἐχούσαις διὰ μάχης ἰέναι σφαλερὸν, μή ὅτι γε πρὸς τῶν Οὔννων τουτωνὶ περιφρονεῖσθαι κινδυνεύοντι· οἱ Βελᾶ κλῆρον δόντες, εἶτα ἀφείλαντο, ὅσα καὶ παιγνίοις ὅρκοις χρησάμενοι τοῖς αὐτῶν. Καί τις μὲν ἰδιώτῃ ξυναλλάττων ἀνδρὶ οὐκοῦν ἀθῷος τῷ νόμῳ διαγίνεται, τῶν δεδογμένων ἀεὶ οὕτω τύχῃ καταφρονῶν, Βασιλεῖ δὲ τηλικούτῳ ταῖς ὁμολογίαις ἤδη προσκεκρουκότες, ἀτιμώρητοι διαμενοῦσιν Οὖννοι; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. ἄρα δίκαια Βασιλεὺς πολεμεῖ· πρὸς δὲ τὸ δίκαιον, καὶ ἀεὶ ἡ τοῦ πολέμου ῥοπὴ γίνεται. Σὺ δὲ κἀκεῖνο ἀναλόγισαι. Δοῦλος ἐπὶ δεσπότην ἥκεις πολεμησείων· καὶ δοῦλος, οὐ βίᾳ τὸν ζυγὸν ὑποδὺς (ἦ γὰρ ἂν εἶχε λόγον τινά, φύσει γὰρ δι' ἀπεχθείας τὸ τοιοῦτον τοῖς κεκτημένοις ἐστὶν) ἀλλὰ δοῦλος ἐθελόδουλος. ἑρμηνεύει δέ σοι τοῦτο τὸ, λίζιον. Εἴγε μὴ διέφυγέ σου τὴν μνήμην, ὅσα ἐν Βυζαντίῳ πάλαι τετέλεκας, ὁπηνίκα σὺν τῷ Κοῤῥάδῳ ἐπὶ Ασίαν ἐστέλλου. Εως τοίνυν αἱρέσεως τῆς σῆς ἡ τοῦ πράγματος ἤρτηται ἀπόβασις, ἑλοῦ τὸ Τζέχοις τε πᾶσι, καί σοι συνοῖσον αὐτῷ. Μεταμέλεια γὰρ οὐκ ἐν καιρῷ γινομένη, ἥκιστα τῷ χρωμένῳ συντελεῖν εἴωθεν. Ο μὲν ταῦτα εἶπεν. Βλαδίσθλαβος δὲ, τοῦτο γὰρ αὐτῷ ὄνομα ἔκειτο, ἀμείβεται ὧδε. Οὐ πόλεμον ἄγοντες ἐπὶ Βασιλέα μέγαν ἐνταῦθα πάρεσμεν, ὦ λῷστε. μὴ οὕτω τῶν εἰς αὐτὸν ἀναμνησθήσαιμεν συνθηκῶν. ἀλλὰ Στεφάνῳ τούτῳ ἀμυνοῦντες, οὐ δίκαια πρὸς πατραδέλφου πεπονθότι· ὅς γε τὸ μὲν πρῶτον τῆς πατρῴας αὐτὸν ἤλασε γῆς καὶ τοῦ κλήρου, εἶτα τῆς δίκης ἀντεισα-

A longiuſque pedes progreſſus, magna licet vi impellente fluctu, & limum hoc loco ægre peruium faciente, humeris nauem ſuſtinuiſſet, & inhibito tantiſper periculo, facultatem cæteris auxiliandi præbuiſſet. Cuius alacritatem ſuſpicientes, periclitantibus ſuccurrerunt, eoſque a diſcrimine omnino liberarunt; qua ex re magnam ſibi humanitatis famam comparauit Imperator. Itaque ſuperiori e parte Iſtrum traiiciens, ad ciuitatem nomine Pagatzi peruenit. Eſt vero illa Sirmienſis agri Metropolis. Hic habitat gentis iſtius Antiſtes, & ex ea incolarum multitudo innumera, ac ſupra quam dici poteſt, egreſſa B eſt, quo illius comitatui ſeſe adiungeret. Hic igitur caſtris poſitis conſedit. Inde poſtquam accepit Stephanum iam prope eſſe, ad bellum ſe confeſtim comparat. Gnarum vero Tzechorum linguæ Romanum quemdam ad ſe vocat, eique imperat, vt mutatis veſtibus ad caſtra hoſtium ſubiret, atque vbi ad Regis Tzechorum veniſſet conſpectum, eum hiſce verbis alloqueretur. *Quo tandem proficiſceris? quod iter cum tuis capeſſis copiis? an neſcis te in Magnum Imperatorem manum intentare velle? Cum quo vel iuſtis de cauſis bellum gerere periculoſum eſt, nedum contra Hungaros præliante, qui eam, quam Belæ in hæreditatis partem conceſſerant, poſſeſſionem abſtulerunt, ſacramentis, pro ludo iocoque habitis. Sed neque* C *qui cum priuato homine paciſcitur, innocens ex lege iudicatur, ſi cum in mentem venit, negligere pacta velit. An vero qui tantum Imperatorem violatis fœderibus offenderunt Hungari, manebunt impuniti? Nequaquam: bellum igitur iuſtum gerit Imperator; & ad iuſtitiam ſemper belli fortuna inclinat. Tu vero illud perpende: Seruus Domino bellum illaturus venis, non tamen ſeruus, cui per vim impoſita eſt ſeruitus (nam etſi ratione aliqua fulciretur, ab illa tamen, qui eam ſuſcepere, naturaliter abhorrent) ſed ſeruus voluntarius, ſeu vt vos dicitis, Ligius: niſi tuam effugerint memoriam, quæ quondam Byzantij pactus* D *es, cum in Aſiam vna cum Conrado expeditionem ſuſcepiſti. Huc vſque igitur ab optione tua pendet rei exitus, elige quod & tibi & Tzechis omnibus expediat: quæ enim non opportuna fit pœnitentia, eam facienti prodeſſe haud quaquam ſolet.* Ita quidem ille locutus eſt. Vladiſlaus autem (ſic enim appellabatur) in hunc modum reſpondit. *Non illaturi bellum Magno Imperatori huc venimus, o bone, neque enim eorum quæ cum illo pacti ſumus memoria nos fugit, ſed Stephano iniuſte a patruo impetito opem laturi. Illum quippe paterna primum terra & hæreditate exuit: deinde lite rurſum inten-*

tata, bello lacessit, & regnum quod male imperando amisit, per vim recuperare iterum contendit. Eapropter Imperatorem supplicaturus venio, vt pupillum potius puerum protegat ac tutetur. Si quid autem Stephanus hic iunior in tuam peccauit Maiestatem (audio enim Belæ terram nihil ad se pertinentem occupasse) continuo nobis arbitris reconciliatus, & regiones restituet, & omni modo delictum expiabit. His dictis, hominem dimisit. Ille vero in Romanorum castra reuersus, Imperatori quæ ab eo audiuerat retulit: quæ quidem accepit haud illubenter, etsi fidem iis omnino non præstaret. Neque enim hæc a Vladislawo ex animi sententia dicta esse opinabatur, verebaturque ne quis subesset dolus. Quapropter quosdam ex suis ad illum denuo misit, vt pacta iureiurando firmarent; quod ille continuo, nihil moratus, confecit. Neque ea solum, verum quæ olim etiam, vti diximus, pepigerat, secundo iuramento sanciuit. Paulo post & Stephanus missis ad Imperatorem Legatis, regionem restituit, simulque deprecatus est, ne vnquam Stephanum patruum bello Hungariam infestare permitteret. His acceptis conditionibus Princeps bello dirempto, in Romanos prope rediit fines.

XII. Stephanum autem hortatus est Imperator, vt & ipse ab Hungaria excederet, vt qui reuera odium erga se indignationemque contribulium esset expertus. Sed cum id homini persuadere haud potuisset, *Ego quidem*, inquit, *nunc recedo; Bela quippe in integrum restituto, nulla mihi amplius belli, nisi iniusti, ratio relinquitur. Tu vero pro certo scias te breui inimicis tuis prodendum esse; & si videtur, quomodo id futurum sit ostendam. Est tibi ex fratre nepos Stephanus, adeo vultu & lineamentis tibi similis, vt nisi attente admodum vos intuentibus, haud facile sit alterum ab altero discernere. Hunc tuis indutum armis iube tuo cum exercitu in hostem ire: tu vero interea te in occulto tene, & nosces continuo qualis sit erga te Hungarorum affectus.* Ille igitur scapham ingressus, clam circa Istri ripas obnauigat: interea dum illius ex fratre nepos Stephanus cum Hungaricis quas habebat copiis cum Rege Stephano prælium initurus deproperat. Sed nondum coiuerat vterque exercitus, cum qui Stephanum comitabantur Hungari, manus in illum iniiciunt, & tamquam esset Stephanus ille senior, coram Rege eum sistunt. In iis quidem Hungarorum error desiit. Postquam ea Princeps intellexit, iterum admonuit Stephanum, *Nunc tandem*, inquiens, *sufficit, mi homo. Vt enim rebus se intricare non necessariis periculosum, ita*

A γούσης· ὁ δὲ αὖθις ἐπιστρατεύει τούτῳ, καὶ ἣν ἐν τῷ κακῶς ἄρχειν ἀποβεβλήκει ἀρχὴν, δυναστείᾳ καὶ πάλιν κτᾶσθαι διανοεῖται. ὑπὲρ ὧν καὶ δεησόμενος ἥκω Βασιλέως, καὶ ὀρφανοῦ παιδὸς χεῖρα μᾶλλον ὑπερέχειν λιτασόμενος. Εἰ δέ τι καὶ πρὸς Στεφάνου τουτονὶ τοῦ νεωτέρου ἐπὶ τὴν αὐτὴν διημάρτηται βασιλείαν (πυνθάνομαι γὰρ ὡς τῆς Βελᾶ μηδὲν αὐτῷ προσῆκον καὶ πάλιν ἐπελάβετο χώρας) αὐτίκα ἐφ' ἡμῖν διαλλακτῶν τήν τε χώραν ἀποδοίη, καὶ τρόπῳ παντὶ τὴν ἁμαρτάδα ἐξιλάσεται. Ταῦτ' εἰπὼν, ἀπεπέμψατο τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ ἐπὶ τὸ Ῥωμαίων ἀναστρέψας στρατόπεδον, Βασιλεῖ τοὺς λόγους ἐκόμισεν. Ὁ δὲ ἤκουσε μὲν τῶν λόγων οὐκ ἀηδῶς· οὐ μέντοι παντάπασιν πιστεύειν B εἶχεν. Ἔννοια γάρ τις αὐτῷ γέγονε, μὴ Βλαδισθλάβῳ οὐκ ἀπὸ γνώμης εἴρηται ταῦτα, ἀλλ' ὑποκάθηταί τις καὶ δόλος αὖθις. Ἀμέλει γοῦν τῶν περὶ αὐτὸν τινὰς αὖθις ἐς αὐτὸν πέμψας, ὅρκοις τὰ δεδογμένα πιστώσασθαι ἐκέλευε, καὶ ὃς αὐτίκα μηδὲν μελήσας ἐπιτελῆ ταῦτα ἔθετο. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ὅσα πάλαι, καθάπερ ἔφην, ὑπέσχετο, δευτέροις ἐπικατελάμβανεν ὅρκοις. Ὀλίγῳ δὲ κατόπιν καὶ Στέφανος πρέσβεις ἐς Βασιλέα πέμψας, τήν τε χώραν ἀπεδίδου, καὶ παράκλησιν προσῆγε, μηκέτι Στεφάνῳ κατὰ τῆς Οὐννικῆς ἐφιέναι στρατεύειν τῷ θείῳ. Ἅπερ ὁ Βασιλεὺς προσδεξάμενος, τὸν πόλεμον λύσας, ὡς ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων μετέβαινε.

ιβ'. Στεφάνῳ τε παρῄνει ἀπαλλάσσεσθαι ἤδη τῆς Οὐννικῆς καὶ αὐτὸν, ἅτε πείρᾳ μαθόντα τὸ περὶ αὐ- C τὸν δύσνουν τῶν ὁμοφύλων. Πείθειν δ' οὐκ ἔχων τὸν ἄνθρωπον, Ἐγὼ μὲν, ἔφη, ἄπειμι ἤδη. ἀνασωσαμένῳ γάρ μοι τῷ Βελᾷ, μάχης ὅτι μὴ ἀδίκου λόγος ὑπολέλειπται οὐδείς. σὺ δὲ οὐκ εἰς μακρὰν ἴσθι προδοθησόμενος τοῖς ἐχθροῖς. Εἰ βούλει δὲ, καὶ εἰς ὄψιν ἄρτι τὸ πρᾶγμα παραστήσω. Ἔστι σοι ἀδελφιδοῦς Στέφανος, τοσοῦτο τὰ ἐς μορφὴν ἐμφερὴς, ὅσῳ τοῖς ἀπεριέργως ἐς ὑμᾶς ὁρῶσι, πράγματα εἶναι θατέρου διαιρεῖσθαι τὸν ἕτερον. Τοῦτον δὴ ὅπλοις τοῖς σαυτοῦ κοσμήσας, κέλευσον τὸ ὑπὸ σὲ ἀναλαβόμενον στράτευμα ἐπὶ τοὺς πολεμίους χωρεῖν. σὺ δὲ ἐνταῦθα που κατακρυψάμενος ἑαυτὸν τήρει, καὶ γνώσῃ αὐτίκα, ὅπως ποτέ σοι προσφέρονται Οὔννοι. Ὁ μὲν οὖν σκαφίδιον D ἐμβὰς, περί που τὰς τοῦ Ἴστρου λανθάνων ἐσάλευεν ὄχθας. Ὁ δὲ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ Στέφανος ἅμα τοῖς περὶ αὐτὸν Οὔννοις Στεφάνῳ τῷ Ῥηγὶ συμπλακήσεσθαι ἠπείγετο. Ἀλλ' οὔπω ἐς ταυτὸν ἀλλήλοις ἐγένοντο τὰ στρατεύματα, καὶ οἱ σὺν τῷ Στεφάνῳ Οὔννοι χεῖρες ἐπιβαλόντες αὐτῷ, ὡς αὐτὸν τὸν πρεσβύτερον Στέφανον, τῷ Ῥηγὶ παρετίθεσαν φέροντες. Τοῖς μὲν Οὔννοις ἡ πλάνη ἐν τῷδε ἐτελεύτα. Βασιλεὺς δὲ πυθόμενος ταῦτα, παραίνεσιν Στεφάνῳ προσῆγεν. Ἀπόχρη λέγων, ὦ ἄνθρωπε, ὡς γὰρ τῷ μὴ ἐνδέοντι ἀναπίπτειν ἐπισφαλὲς, οὕτω δὴ

» τὸ παρακαίρια τολμᾶν ἀμαθές. Ἰδοὺ δὶς ἔχεις μα-
» θών, ὁπόσα σοι τὸ καθ' ἕκαστον προὐξένισεν ἤδη κακά.
» μὴ καὶ τρίτην ἀναμείνῃς, ὦ βέλτιστε, πεῖραν. τάχα
» γὰρ οὐδὲ διορθοῦσθαι σοι βουλομένῳ ἐνέσται. Βασι-
» λεὺς μὲν τοσαῦτα ἔλεγεν. Ὁ δέ, Νῦν μᾶλλον, εἶπεν,
» αἰδέσονταί με Οὖννοι, ὁπότε κακουργοῦντες ἤδη πε-
» φώρανται. οὕτω ψυχὴ καθάπαξ ἐπιθυμίαις ἁλοῦσα, πάντα λόγον εἰς αὐτὰς μεταφέρει καὶ βιάζεται. Ἐφ' οἷς ἀπειρηκὼς Βασιλεύς, Νικηφόρον μὲν τὸν Χαλούφην αὐτοῦ ἔλιπεν ἅμα στρατεύματι, συμπαρεσόμενόν τε τῷ Στεφάνῳ, καὶ τὰ παραπίπτοντα συνδιοικησόμενον. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἦλθεν. Οὐ πολὺ τὸ μεταξύ, καὶ πυθόμενος ὁ τῶν Οὔννων Ῥὴξ ἐπὶ Οὐννικῆς Στέφανον εἰσέτι διατριβὴν ποιεῖσθαι, δυνάμεις ἔτι μᾶλλον ἀγείρας, πολέμῳ τὸ πᾶν διακρῖναι ἠπείγετο. Ἐν δὲ τούτῳ πολλοὶ τῶν σὺν Στεφάνῳ ἐπὶ τὸν Ῥῆγα μεταθέμενοι, ἑκάστοτε ψιλοῦσθαι τοῦτον ἐποίουν. Ὁ γνοὺς ὁ Χαλούφης, βουλὴν προσῆγεν αὐτῷ, τῆς Οὐννικῆς ἀποσχομένῳ, ἐπὶ Σίρμιον ἀφικέσθαι. Τῆς γὰρ ἐνταῦθα χώρας ὑπὸ Βασιλεῖ κειμένης, ἐξεῖναι αὐτῷ ἔλεγε κατ' ἐξουσίαν οἷς ἂν βούλοιτο ἐγχειρεῖν. Ὡς δ' ἰσχυρῶς ἐκεῖνος ἀνένευεν, ὁ δὲ τοιάδε ἐνενόει, σκηψάμενος γράμματα ἐκ Βασιλέως ἥκειν αὐτῷ, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐχώρει, τοῖς ταῦτα κομίζουσιν ἐντευξόμενος, ἐνταῦθά που παρὰ τὸν Ἴστρον δέει τῷ ἐκ τῶν Οὔννων διατριβὴν ποιουμένοις. Ἐπειδή τε ἐνταῦθα ἐγένετο, περαιωσάμενος ἐπὶ Σίρμιον ἦλθεν. Ὀλίγῳ δ' ὕστερον καὶ Στέφανος ἐγγὺς ἁλῶναι τοῖς πολεμίοις ἐλθών, φυγὰς ἐς αὐτὸν παρεγένετο. Τούτων ἀκούσας Βασιλεύς, στράτευμα λόγου ἄξιον ἐπὶ Σίρμιον ἔπεμψε, τὸ μέντοι τὴν χώραν αὐτῷ τηρῆσον (ὑποψίᾳ γὰρ ἐς τοὺς Οὔννους ἐχρῆτο πολλῇ, μή τι καὶ πάλιν νεωτερίσαιεν) τὸ δὲ καὶ τῷ εὐπροσώπῳ τῆς τῶν οἰκείων ἀσφαλείας, καὶ Στεφάνῳ τὴν σωτηρίαν πραγματευσόμενον. Ἦρχε δὲ ταύτησὶ τῆς στρατιᾶς Μιχαήλ, ἐπίκλησιν Γαβρᾶς, ὃς καὶ αὐτὸς Βασιλέως γήμας ἀδελφιδῆν, Σεβαστὸς σὺν τῷ Χαλούφῃ τετίμηται. Βασιλεὺς δέ, τὴν ἐκ τοῦ Σιρμίου Προκοπίου τοῦ μάρτυρος ἀνελόμενος ἔτυχε χεῖρα, ἐπὶ τὸν ἐν Ναϊσσῷ νεὼν ἄγων, τῷ λοιπῷ ταύτην ἀπέδωκε σώματι, παλαιοῦ τοῦ χρόνου ἀπ' αἰτίας ἀπορραγεῖσαν τοιᾶσδε. Τὸ τῶν Οὔννων ἔθνος πολλὰ μὲν πολλάκις τὴν Ῥωμαίων κατέδραμε γῆν, ὀλίγῳ δ' ἔμπροσθεν τῆς Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ βασιλείας, Σίρμιόν τε εἷλε, καὶ πολλὰς τῶν Παριστρίων ἀνδραποδισάμενος πόλεων, ἄχρι καὶ ἐπὶ Ναϊσσὸν ἦλθεν. Ἔνθα τῇ τοῦ μάρτυρος τοῦδε περιτετυχηκότες σορῷ, ὅλον μὲν ἀφαιρεῖσθαι τὸ σῶμα κεκρίκασιν, οἶμαι, ἀπάνθρωπον, τὴν γε μὴν χεῖρα διελόμενοι ἀπεχώρησαν. Ἐν Σιρμίῳ δὲ γεγονότες, ἐπὶ τὸν τῇδε τοῦ μάρτυρος Δημητρίου κατέθεντο νεών, ὃν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ὁ τὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ διέπων ἐδομήσατο

A *intempestiua aggredi stultum est. Ecce iam bis didicisti, quanta tibi vnumquodque ex iis accersiuit mala: ne & tertio, bone vir, facere periculum velis: fortaßis enim emendandæ culpæ facultas non daretur.* Hæc quidem Imperator. *At nunc multo magis,* inquit ille, *me reuerebuntur Hungari, quia perperam egisse deprehensi sunt.* Ita victus semel cupiditatibus animus, omnes eo transfert rapitque cogitationes. Imperator igitur hominem persuadendi spem omnem abiiciens, Nicephorum Chaluphem ibi cum exercitu relinquit, vt Stephano adesset, & prout res postularent, negotia vna cum eo expediret. Ipse interim in fines Romanorum venit. Non B multo post, vbi accepit Hungarorum Rex Stephanum adhuc in Hungaria morari, maioribus contractis copiis, rem totam bello decernere statuit. Interea multis de Stephani exercitu ad Regem deficientibus, minuebantur vndique illius vires; quo cognito, Chaluphes consilium ei dedit, vt relicta Hungaria in Sirmiensem agrum concederet: in ista enim regione Imperatori subdita, posse illum aiebat pro arbitrio quæ vellet moliri. Sed illo pertinacius renuente, tale quid comminiscitur. Literas Imperatoris fingens sibi esse allatas, versus Istrum profectus est, vt eos qui illas attulerant, ibique præ Hungarorum metu substiterant, conueniret. Postquam eo perue- C nit, in Sirmiensem regionem traiecit. Nec multo post Stephanus cum prope fuisset captus ab hostibus, fugiens ad illum accessit. Vbi hæc rescisciuit Princeps, idoneum exercitum Sirmium mittit, tum vt conseruaret sibi regionem istam (verebatur enim maxime, ne Hungari iterum res innouarent) tum vt subditorum securitati, & Stephani saluti consuleret. Præerat istis copiis Michael cognomento Gabras, qui & ipse ex fratre Manuelis neptim vxorem duxerat, & Sebasti honore cum Chaluphe fuerat donatus. Princeps vero Procopij Martyris manum, quam ex Sirmio forte abstulerat, in Næsi templum adlatam, reliquo reddidit corpori, cum ea D de causa ab eo olim fuisset auulsa. Hungarorum gens sæpe Romanorum fines incursauit, & paulo ante quam imperaret Alexius Comnenus, Sirmium cepit, multisque Transistrianis vrbibus expugnatis Næsum vsque peruenit. Ibi in Sancti Martyris incidentes feretrum, totum quidem inde corpus auferre inhumanum, vt arbitror, existimantes, sola manu ablata recessere: & Sirmium reuersi, eam deposuere in Templo Demetrij Martyris, quod pridem extruxerat is qui Illyricum Præfectus rege-

bat. Eam igitur illic inuentam sustulit inde Imperator, & reliquo, vt diximus, reddidit corpori. Atque hæc fere sunt, quæ eo anno contra Hungaros gessit Princeps.

XIII. Alexium deinde Domestici filium, qui Protonotarij, vt sæpius a me narratum est, munere fungebatur, magno instructum apparatu in Ciliciam misit, & summum eius belli Ducem constituit. Quippe Nuradinus Berrhœæ Sultanus, prioribus elatus victoriis, potiundæ quamprimum ciuitatis Antiochenæ spem conceperat. Et Torosus, qui tum Armeniis imperabat, plurimas Isauriæ vrbes Principi obnoxias dolo ceperat, Andronico Eupherbeno Principis cognato, Ciliciæ tum Præfecto, infensus. Nam plurimis aliis eum criminibus insectabatur, ac cæsi maxime fratris in eum culpam referebat. Hæc tum ibi gesta sunt. Frederico autem Alemanorum Regi in dies augebatur in immensum potestas. Cumque aliis multis Imperium sibi corroborare sollicitus esset, ad id quoque pecunias quamplurimas auara votorum cupiditate congessit, quod alias facere non consueuerat. Igitur Mediolanum cepit, ciuitatem celebrem, & Ligurum, siue Lombardorum, gentem deuicit: longiusque progressus in ipsa Occidentis viscera transiit. Ita qui primum vicinos sibi hostes bello superare non potuerat, remotissimos etiam debellauit, ita vt Romæ ipsi iam bellum intentaret. Vnde id præsertim Principi curæ fuit, quo pacto illius impetum reprimeret, ne tot immensi successus, in Romanorum fines, quo iamdudum auidos oculos intenderat, illius arma conuerterent. Eapropter ad gentes ibi sitas, & quæ Ionium intra sinum adiacent, ignobilioribus quibusdam clam submissis, Frederici insatiabilem animum ob oculos ponens, ad resistendum incitauit. Ad Venetos autem Nicephorū Chaluphem cum pecuniis misit, qui istius nationis exploraret affectum, & cætera quæ Romanis conducerent ibi ageret. Fredericus interea Roma iam potitus, tum alia multa innouauit, tum & Alexandrum, qui ea tempestate Summus Pontifex erat, throno deiecit, & Octauianum substituit: inde, vt opinor, arrogare sibi Romanorum Imperatoris volens potestatem. Nulli enim alij, præterquam Romanorum Imperatori, Summum Romæ Pontificem licet præficere. Ex quo enim propter Byzantinorum Imperatorum neglectum is mos abolitus est, nemo quemquā Romæ constituit Pontificem, sed is per Episcoporum & Romani Clerj Antistitum concilium creabatur. Fre-

A ἀρχήν. Ἔνθα ταύτην εὑρὼν Βασιλεὺς, ἀνέλαβέ τε ἐκεῖθεν, καὶ τῷ λοιπῷ, καθάπερ εἴρηται, φέρων ἀπέδωκε σώματι. Καὶ τὰ μὲν εἰς ἐκεῖνο τὸ ἔτος κατὰ Οὔννων τῷ Βασιλεῖ πεπραγμένα, τοιάδε τινὰ ἦσαν.

ιγ΄. Ὁ δὲ Ἀλέξιον τὸν τοῦ Δομεστίκου υἱέα, ὃς τὴν Πρωτονοταρίου, ὥσπερ μοι πολλάκις ἐρρέθη, διέπεν ἀρχὴν, σὺν ἀξίᾳ λόγου παρασκευῇ, ἐπὶ τὴν Κιλίκων ἐξαπέστελλε γῆν, Στρατηγὸν Αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου τοῦδε καταστησάμενος. Νουραδὶν τε γὰρ ὁ Βερροιαῖος Σατράπης, νίκαις ταῖς προλαβούσαις ἐπαρθεὶς, ἐλπίσιν ὠχεῖτο πόλεως οὐκ εἰς μακρὰν περιγεγονέναι Ἀντιοχείας. Καὶ Τερόζης, ὃς Ἀρμενίων ἐδυνάστευε τότε, πολλὰς τῷ Βασιλεῖ κατηκόων B πόλεις Ἰσαυρικὰς δόλῳ ἥρπασεν, τῷ Φερβηνῷ δυσμεναίνων Ἀνδρονίκῳ, τῷ Βασιλέως ἐξαδέλφῳ, καὶ Κιλίκων στρατηγοῦντι τῷ τότε. Ἄλλα τε γὰρ πλεῖστα ἐπεκάλει τούτῳ, καὶ δὴ καὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ Στεφάνου ᾐτιᾶτο σφαγῆς. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε ἐπράσσετο. Φρεδερίκῳ δὲ τῷ Ῥηγὶ Ἀλαμανῶν ἐπὶ μέγα ἑκάστοτε τὰ τῆς δυνάμεως ἐχώρει καὶ ηὔξανεν. Ἄλλων τε γὰρ ὡς πλείστων ἐπ' ἀσφαλείᾳ τοῦ κράτους ἐφρόντισε, καὶ δὴ καὶ χρημάτων μεταπεποίηται μάλιστα, οὐκ εἰθισμένον τοῦτό γε αὐτῷ πρότερον. Τοίνυν Μεδιόλανόν τε εἷλε πόλιν περιφανῆ, καὶ τὸ Λιγούρων, εἴτουν Λαμπάρδων, ἐτροπώσατο ἔθνος. Ὁδῷ τε προϊὼν, καὶ ἐπὶ τὰ ἐνδότερα τῶν Ἑσπερίων ἐχώρει. Καὶ ὁ μηδὲ τῶν ἔγγιστα C πολέμῳ δεδυνημένος περιγενέσθαι τὸ πρότερον, τότε καὶ τῶν ἀπωτάτω ἐκράτει. Ἤδη δὲ καὶ Ῥώμῃ αὐτῇ πρὸς μάχην κατέστη. Ὅθεν καὶ δι' ἐπιμελείας Βασιλεῖ Μανουὴλ ἐγένετο, ὅπῃ ἂν τῆς ὁρμῆς αὐτὸν σχήσῃ, ὡς μὴ τὸ παραλόγως εὐημερεῖν, καὶ ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων αὐτὸν τρέψαι, πολὺς ἐξ οὗ χρόνος λίχνον ἐπιρρίψαντα ταύτῃ ὀφθαλμόν. Ὅθεν καὶ ἐπὶ μὲν ἔθνη τὰ τῇδε, καὶ κόλπου ἐντὸς ἵδρυται τοῦ Ἰονίου, τῶν ἀσημοτέρων τινὰς ἀφανῶς ἐκπέμπων, τῆς Φρεδερίκου τε αὐτὰ ὑπομιμνήσκειν ἐκέλευεν ἀπληστίας, καὶ πρὸς ἀντίστασιν ἤγειρεν. Εἰς δὲ τὸ Οὐεννέτων ἔθνος Νικηφόρον σὺν χρήμασι τὸν Χαλούφην ἔπεμπε, πειρασόμενόν τε τῆς εἰς αὐτὸν τοῦ ἔθνους εὐνοίας, καὶ ἐπὶ τῷ Ῥωμαίοις συμφέροντι τὰ τῇδε διοικησόμε-

D νον. Φρεδερίκος δὲ Ῥώμης ἤδη περιγεγονὼς, ἄλλα τε πολλὰ ἐνεωτέρισε, καὶ δὴ καὶ Ἀλέξανδρον τὸν τῇδε Ἀρχιερέα τοῦ θρόνου κατασπάσας, Ὀκταβιανὸν ἀντεισῆξεν, ἐντεῦθεν οἶμαι τοῦ Ῥωμαίων Αὐτοκράτορος προσαρμόσειν αὐτῷ τὸ ἀξίωμα οἰηθείς· οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ, ὅτι μὴ Βασιλεῖ Ῥωμαίων, Ἀρχιερέα προβεβλῆσθαι τῇ Ῥώμῃ ἐφεῖται. Τοίνυν καὶ ἐξ ὅτου ὀλιγωρίᾳ τῶν ἐν Βυζαντίῳ Βασιλέων τὸ τοιοῦτον ἀπεσβήκει ἔθος, οὐδεὶς οὐδένα ἐν Ῥώμῃ Ἀρχιερέα καθίστη, ἀλλ' ἐπισκοπικῶν συνόδων, καὶ τοῦ κατὰ τὴν Ῥώμην ἀρχιερατικοῦ ταῦτα ἐτελεῖτο. Ἀλλὰ Φρε-

A δερίκος τῇ Αὐτοκράτορος πάλαι ἐποφθαλμίζων
ἀρχῇ, καὶ τοῦτο δὴ μέγιστον αὐτῆς γνώρισμα ὑφαρπα-
σάμενος ἔδοξεν ἔχειν. ὁ δὲ καὶ τῶν ἐπισκόπων ὑπο-
ποιησάμενος πολλούς, ὑπὸ συνόδῳ δῆθεν ἐκύρωσε
τὰ οὗ νεωτερισμοῦ. Τοῦτο ῥηξὶ τοῖς ἄλλοις ἔδοξε μὲν
οὐκ ἐπαινετόν· ἐδυνήθη δὲ οὐδεὶς Φρεδερίκῳ ἀντι-
πράξαι δυνάμεως ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντι, ὅτι μὴ βα-
σιλεὺς χρήμασί τε καὶ μηχαναῖς ἑτέραις ἐμποδὼν αὐ-
τοῦ κἀν τούτῳ ἐγένετο, Ἀλέξανδρον ἐπὶ τοῦ θρόνου
εἰς αὖθις καταστησάμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. Ὁ
δὲ Χαλούφης, ἐπεὶ πρὸς Ἐπίδαμνον ἐγένετο, ἐν-
ταῦθα, προστεταγμένον αὐτοῦ, τὰ πλείω τῶν χρημά-
των λιπών, αὐτὸς ἐπὶ Οὐενέτοις ναυσὶν ἦλθε, πνεύ-
ματος ἐπιφόρου τυχών. τοῦ τε χώρας τε Δουκὶ, καὶ B
τοῖς ἄλλοις τῶν ἐν τῷ ἔθνει τούτῳ λογίμων, εἰς λόγους
» ἐλθὼν, ἔλεξε τάδε. Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, ὑπο-
» λαβέτω, δέει τοῦ μὴ ὃ ἐς τὴν Ῥωμαίων εὔνοιαν βασι-
» λείαν περιήσεσθαί ποτε τὴν ὑμετέραν ἀγχίνοιαν, πρὸς
» βασιλέως ἐνταῦθα με ἀφῖχθαι, στηρίξοντα δὲ ὑμῶν
» ἴσως ὀκλάζον τῆς γνώμης. μὴ γὰρ οὕτως αὐτοί τε ἀγεν-
» νεῖς καὶ ἀναξίως τοῦ ὑμῶν αὐτῶν φοίητε γένους, καὶ βα-
» σιλεὺς τῆς περὶ ὑμᾶς πάλαι διαμάρτοι δόξης. Ἀλλ'
» ἐπεὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι ὑπὸ τὴν παλάμην τελοῦ-
» σι τὴν αὐτοῦ, ὑμῖν μάλιστα εἰς εὐγνωμοσύνην τε-
» θαῤῥηκὼς εἴη, πρώτην διὰ τοῦτο καὶ τὴν αὐτοῦ κη-
» δεμονίαν ὑμῖν ἐπιδείξασθαι ἔγνω. αἰσχρὸν μὲν γὰρ
» χρῆσθαι τοῖς ὑπηκόοις εὐημεροῦσι, δυσπραγού-
» των δὲ ἀποσποιεῖσθαι τὴν σωτηρίαν. Ἵνα τοίνυν μὴ C
» καὶ ὑμῖν σὺν ἄλλοις, ὅσοις οὐ τῆς Βασιλέως μετέστην
» εὐμενείας, βεβιᾶσθαι παρὰ Φρεδερίκου συμβαίη,
» ἀνδρὸς ὑπὸ φιλαρχίας καὶ τὰ χρόνῳ καὶ ἔθει κεκρα-
» τηκότα μακρῷ διαλύειν πόνῳ οὐδενὶ φιλονεικοῦν-
» τος, ἐμὲ παρ' ὑμᾶς, ὡς ὁρᾶτε, ἔπεμψε, πάντα
» παρεξόμενον, ὅσων ἂν τυχεῖν παρ' αὐτοῦ δέησθε. Καὶ
» τὴν ἐν Μεδιολάνοις γάρ ποτε, Βασιλέως συμ-
» πράξαντος, πρὸς Φρεδερίκον τήνδε διαφερόμενοι
» μάχην, ἴστε ὅπως αὐτοῦ ἐκρατήσατε. δι' ἃ καὶ δι'
» ἀπειρίας αὐτὸς Βασιλεῖ φέρεται, ἀλογίστῳ τε πι-
» στεύων εὐπραγίᾳ, καὶ Ῥωμαίων, οὐδὲν προσῆκον,
» Αὐτοκράτωρ κεκλῆσθαι ἀξιοῖ. οὐκ εἰδὼς, ὡς τὰ
« τῆς τύχης παραλόγου, ἅτε οὐκ ἐπ' ἀσφαλοῦς D
« βεβηκότα, τῆς ἕδρας ταχὺ καταῤῥεῖν εἴωθε. Δι' ἃ
« μὲν οὖν αὐτὸς ἐφ' ὑμᾶς ἦλθον, ταῦτα εἰσί. Μελήσει
« δὲ ὑμῖν, ἐπὶ τῶν ἔργων ἐξάγειν, ὅσα παρὰ Βασιλέα
« πέμψαντες ἔναγχος διωμολογεῖτε. ἔφατε τοίνυν τὰς
« ἀγχιγείτονας ἡμῖν προσχωρήσασθαι πόλεις Λιγούρων,
» εἴ γε τις ἐκ Βυζαντίου ἔργου συλληψόμενος ὑμῖν
» ἔλθοι. Ὃ δὴ καὶ γέγονεν, ὥσπερ ὁρᾶτε. Νικηφόρος μὲν
τοσαῦτα εἶπεν. Οὐενέτοι δὲ τοὺς λόγους εἰσδεξάμε-
νοι, ἐπιτελῆ πάντα ποιήσειν ὑπέσχοντο. Καὶ δὴ Κρε-
μῶντε καὶ Παταβία, καὶ πλεῖσται ἄλλαι τῶν ἐν Λιγούροις

dericus autem Imperatoriæ iam olim inhians dignitati, hoc etiam præcipuum illius argumentum, ea clam strue quæsitum, habere videbatur. Verum ille conciliatis compluribus Episcopis, quodcumque noui peregerat per Synodum confirmari curauit. Id Regibus cæteris haud placuit. Nemo tamen ad resistendum Frederico, qui ad id potestatis & virium peruenerat, idoneus fuit, nisi Imperator, qui pecuniis artibusque aliis & in hoc quoque illi obstitit, & Alexandrum rursus in thronum imposuit. Sed de iis postea. Chaluphes vero cum Epidamnum accessisset, relicta ibi, sicuti imperatum erat, maiori pecuniarum parte, ventum secundum nactus, ad Venetos nauigio peruenit: & in colloquium veniens cum regionis Duce, aliisque in ista gente viris illustribus, huiusmodi orationem habuit: *Nemo vestrum existimet, Viri, me, quia metuimus ne vestra fluctuet erga Romanum Imperium beneuolentia, ideo huc missum esse ab Imperatore, vt labantes vestros animos erigam ac confirmem. Neque enim futurum arbitror, vt aut vos ipsi tam degeneres, & vestra indignos gente præstetis, aut ab ea quam de vobis pridem concepit opinione recedat Imperator. Quandoquidem vero inter omnes qui sub illius potestate sunt populos, in vestra beneuolentia potissimam habet fiduciam, eapropter & suam sollicitudinem vobis primum indicare atque ostendere statuit. Turpe enim est subditis quidem vti felicibus, infelicium vero posthabere salutem. Ne igitur vobis, vt & cæteris qui Imperatoris amicitia non fruuntur, vis aliqua a Frederico inferatur, viro imperandi percupido, & quæ tempore & longa sæculorum consuetudine stabilita sunt conuellere nullo labore satagente, me, vti videtis, ad vos misit, præbiturum omnia, quæ ab ipso popósceritis. Nostis enim, vt aliquando ad Mediolanum, adiuuante Principe, prælio cum Frederico isto commisso, victores euaseritis: vnde & Imperatorem exosum habet, stolidæque confisus socordiæ, Romanorum sese Imperatorem, nullo licet iure, vocari vult: nesciens extraordinarios fortunæ successus, cum soliditate nulla fulciantur, cito solere diffluere & euanescere. Atque ea sunt quorum gratia ad vos veni: vestrum autem erit illa conficere, quæ nuper per Legatos cum Imperatore pepigistis. Dicebatis namque adiungendas fore vicinas Ligurum ciuitates, si modo aliquis Byzantio, qui vobiscum rem capesceret, aduentaret: quod & factum est, vti videtis.* Hæc quidem dixit Nicephorus. Veneti autem excepta illius oratione, omnia se executuros polliciti sunt. Sed & Cremona, & Patauium, compluresque aliæ in Liguria

celeberrimæ ciuitates Principis partes sunt amplexæ. Hæc in Italia ab Imperatore acta sunt, non aperte quidem: nam conceptum aduersus Fredericum odium tegere adhuc cupiebat.

XIV. Interea dum hæc gererentur, Hungarorum Rex Sirmium iterum Romanis abstulerat, ipsique imminebat Zeugmino. Quod vbi accepit Princeps, scriptas in hanc sententiam literas ad illum misit. *Non iuste agis, Vir nobilissime, dum sacramenta quæ nuper de Sirmio, aliisque locis, Maiestati nostræ dedisti, infringis. Scias igitur (longiori enim te detinere oratione prohibent quæ a te acta sunt) quod nisi primo quoque tempore ab iis, quæ tui non sunt iuris, decedas, non tanta te effecturum, Sirmium eripiendo, quanta confestim passurus es, cum tuos vicissim fines ferro & incursionibus vastabunt Romani. An te fugit quot olim millium iacturam primum fecerit Hungaria, cum pater tuus Romanum Imperium offendisset? Sed enim horum delictorum pœnitentia salutaris ipsi fuit. Tu vero vide, ne & pœnitere perinde tibi inutile sit & infructuosum. Iustitiæ quippe gladius quamuis iamdudum exacutus, hoc vno maxime modo quandoque ad hebetudinem solet redire. Secus haud scio an quisquam omnium eius aciem effugerit.* Talis erant argumenti Principis literæ: quibus neglectis, Stephanus prioribus rursum insistebat consiliis. Quapropter ad bellum illi inferendum totus incubuit Imperator, & quod prius noluerat, Stephanum patruum iterum in regnum restituere decreuit. Sed & Manuel quidem, qui a Comnenis genus referebat, ad Tauroscytharum gentem perrexit, vt pactorum quæ sacramentis cum Imperatore sanciuerat memoriam illi Princeps reuocaret: insuper etiam ad Hieroslaum Galitzæ Principem, amicitiam ipsi exprobraturus. Hieroslaus enim, cum & alia multa in Romanos præter fœderis leges fecisset, tum & Andronicum, de quo iam plurima commemorauimus, e carcere Palatij, in quo iam nouem, vt credo, detentus annos fuerat, profugum, & ad se venientem comiter exceperat. Qua vero ratione effugerit Andronicus, nunc expediam.

XV. Ille non semel miro quodam modo e carcere iam euaserat. Sed quod oporteret eum, vt opinor, deinceps sustinere facinorum pœnas, in persequentium manus miser nullo negotio rursum venit. Cum aliquando, vt aiunt, ad Sangarem vsque fluuium peruenisset, vi frigoris adactus, agreste quoddam subiit tugurium, & continuo ab incolis ex corporis forma fuit agnitus. Natura enim concitatior erat, visuque acri ac

A περιφανεστάτων πόλεων βασιλεῖ προσεχώρησαν. Ἐν μὲν δὴ Ἰταλίᾳ ταῦτα βασιλεὺς ἔπρασσεν, οὔπω μέντοι ἐπιδήλως· τὸ γὰρ ἐς Φρεδερῖκον ἔχθος ἐκρυφιάζειν ἔτι ἤθελεν.

ιδ΄. Ὁ δὲ τῶν Παιόνων ῥὴξ Σίρμιόν τε αὖθις Ῥωμαίοις ἀφελόμενος εἶχε, καὶ Ζευγμίνου αὐτοῦ ἤδη μετεποιεῖτο. Ταῦτα πυθόμενος βασιλεὺς, ἐπέστειλεν αὐτῷ τοιάδε. Οὐ δίκαια ποιεῖς, ὦ εὐγενέστατε, ὅρκους ἀτιμάζων, οὓς ἔναγχος κράτει τῷ ἡμετέρῳ, Σιρμίου τε ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων, ὀμωμοκὼς ἔφθης. Ἴσθι τοίνυν (τὸ γὰρ μακρολογεῖν ὑποτέμνει τῶν σοι πεπραγμένων ἐπίδειξις) ὡς εἰ μὴ θᾶττον ὧν οὐδέν σοι προσήκει ἀπαλλαγῇς, οὐ τόσα δράσεις B Σίρμιον ἀφελὼν, ὅσα περ ἂν αὐτίκα πείσῃ, ὁπότε Ῥωμαῖοι πᾶσαν καὶ πάλιν τοῖς ὅπλοις ἐπιτρέχειν τὴν σήν. ἢ λέληθέ σε, ὁπόσων Οὐννικὴ μυριάδων ἐψίλωτο πρότερον, πρὸς πατρὸς τοῦ σοῦ τῇ Ῥωμαίων προσκεκρουκότος ἀρχῇ; ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἡ τῶν πεπραγμένων μετάνοια σώτειρα γέγονε φθάσασα· σοὶ δὲ, ὅρα μήποτε οὐχὶ καὶ μεταμέλῳ γεγονότι, ὄνησις ἔσται οὐδεμία. Τὸ γὰρ τῆς δίκης ξίφος διὰ πολλῶν ἤδη τεθηγμένον, διὰ τοσούτων δὴ καὶ πρὸς ἀμβλύτητα τρέπεσθαι πέφυκε. Καὶ οὐκ ἄν τις οἶμαι πρότερον ἀπάντων τὴν τομὴν ἐκφεύξοιτο. Τὰ μὲν δὴ τοῦ βασιλέως ἐν τούτοις ἦσαν. Στέφανος δὲ ἐν ὀλιγωρίᾳ τοὺς λόγους ποιούμενος, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς καὶ πάλιν ἦν. διὸ δὴ καὶ πᾶσι τρόποις ἐπὶ τὸν κατ' αὐτοῦ πόλεμον ὁ βασιλεὺς ἔβλεψεν· C Στέφανόν τε τὸν πατράδελφον, οὐ πρότερον τοῦτο βεβουλημένος, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὖθις καθιστᾶν ἤθελε. Καὶ δὴ Μανουὴλ μὲν, ὃς ἐς Κομνηνοὺς τὸ γένος ἀνέφερεν, εἰς τὸ τῶν Ταυροσκυθῶν ἀφίκετο ἔθνος, ὁμολογιῶν τὸν ἄρχοντα σφῶν ἀναμνήσων, ἃς διωμότους ἤδη τῷ βασιλεῖ ἔθετο. Πρὸς δὲ καὶ τὴν Ἰεροσθλάβον τὸν Γαλίτζης ἡγεμονεύοντα, φιλίαν αὐτῷ διονειδίσων. Ἰεροσθλάβος γὰρ τά τε ἄλλα ἐς Ῥωμαίους παρασπονδήσας ἔτυχε, καὶ δὴ καὶ Ἀνδρόνικον, οὗ πολὺν ἤδη ἐποιησάμεθα λόγον, τῆς ἐν Παλατίῳ φρουρᾶς ἀποδράντα, ἔνθα ἐνναέτης οἶμαι καθεῖρκτο, προσιόντα αὐτῷ ἐδέξατο, καὶ φιλοφροσύνης ἠξίωσεν. Ὅπως δὲ D Ἀνδρονίκῳ τὰ τοῦ δρασμοῦ γέγονεν, ἄρτι δηλώσω.

ιε΄. Οὗτος καὶ ἄλλοτε μὲν ἤδη λαθὼν δαιμονίῳ τινὶ τρόπῳ τὴν εἱρκτὴν ὑπεξέδυ. ἀλλὰ τὸ χρεῶναι οἶμαι, καὶ ἔδει ἔτι τὰς τῶν πεπραγμένων ὑπέχειν εὐθύνας, εἰς χεῖρας αὖθις τοῖς ζητοῦσι πόνῳ οὐδενὶ τὸν κακοδαίμονα ἐτίθει. Καί ποτε φασὶ Σαγγαρέως ἄχρι ποταμοῦ γεγονὼς, τῆς ἐκ τοῦ ψύχους ἀνάγκης ἐπειγούσης, δωμάτιόν τι ὑπῆλθε λυπρὸν, καὶ ἅμα ἔκδηλος τοῖς τῇδε ἀνθρώποις ἐκ τοῦ σχήματος ἐγένετο. Σεσόβητο γὰρ ἀεὶ φύσει, καὶ γοργόν τι καὶ ἐντρεχὲς ἐ-

βλέπεν, ὡς ἂν οἶμαι τῶν ψυχικῶν αὐτοῦ κινημάτων ἐκ-
δυομένων ἤδη κ' αὖθις ἐκτός. Περιστάντες τοίνυν
αὐτὸν οἱ ἀγροιῶται, πολλὰ ἀναινόμενον, ὡς οὐκ Αν-
δρόνικός τε εἴη ἰσχυριζόμενον, ἔδησάν τε καὶ ἐς Βυ-
ζάντιον ἄγοντες ἦλθον· αὖθίς τε τὰ κλοιὰ, καὶ τὸ δω-
μάτιον αὐτὸν εἶχεν. Ἀλλὰ τελευταῖον, κηρῷ τὰς
κλεῖδας μεταλαβὼν, ἔς τε τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν ἔ-
πεμψεν. οἱ δὲ συνειδόσι πρὸς τοῦτο καὶ ἄλλοις χρησά-
μενοι, σιδήρου ταύτας εἰργασμένοι ἔπεμψαν αὖθις
αὐτῷ. ὁ δὲ ἐπεὶ ταύτας ἔλαβεν, ἄρτι δεδυκότος
φασὶν ἡλίου, καθ' ὃν ξυνέκειτο ταῦτα καιρὸν, ἐρη-
μίαν τῶν φυλάκων τηρήσας, ἐξῄει. ἔστι δέ τις αὔλιος
ἐχόμενος τοῦ τειχίου, ἐν ᾧ δὴ καθεῖρκτο. ἔνθα ἅτε
ὀλίγα πατουμένου τοῦ χώρου, βοτάναι τινὲς αὐτόμα-
τοι φυόμεναι, ἐπὶ πλεῖστον ἀνέτρεχον μῆκος. ἐνταῦθα
ἐκδραμὼν, ἅτε λαγὼς ἐκρύψατο, τὸ σῶμα συστεί-
λας ἐπὶ βραχύ. Ἐπεὶ δὲ νὺξ ἤδη ἦν, καὶ ἔδει τοὺς ἐξ
ἔθους αὐτοῦ νυκτοφυλακήσοντας περιστήσεσθαι τὴν φρου-
ρὰν, προσιὼν ὁ τὴν τήρησιν πρὸς βασιλέως ἐπιτε-
τραμμένος τὴν αὐτοῦ, τάς τε φυλακὰς ἔταττε, καὶ τὰ
κλεῖθρα ἀνασείων, ὅπερ ἑκάστης αὐτῷ ἐπὶ ὕπνῳ χω-
ροῦντι εἴθιστο ἡμέρας, ἐπειρᾶτο, εἰ μή τι κακουρ-
γηθὲν γνῶναι. ὡς δὲ παντάπασιν ἀνεπιβούλευτα
ταῦτα ἔγνω, ἀπιὼν τὸ λοιπὸν ἐς ὕπνον κατέδαρθεν.
Ἀνδρόνικος γὰρ δείσας μὴ ἀνακεκλιμένῃ τῇ πύλῃ πε-
ριτυχὼν ὁ Κλάδων, τοῦτο γὰρ ἐπίκλησις ἔκειτο τῷ
ἀνδρὶ, ταχὺ ἐς τὴν ζήτησιν τὴν αὐτοῦ κατασταίη· αὖθις
αὐτὴν ἐπιθεὶς, ἀσφαλισάμενός τε ἀνεχώρησεν.
Ἐπειδή τε ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἤδη ἐγένετο, ἐπὶ τὰ
ἔσχατα τοῦ αὐλίου ἐλθὼν, οὗ δὴ τελευτῶσαν αὐτὴν
τειχίον ὑπερείδει, μετέωρον μὲν οὐ πάνυ τι ὂν,
τοσούτῳ δὲ τῆς ὑγρᾶς ἀφεστὼς, ὅσῳ πνεύμασι θυ-
μομαχοῦσαν νοτεραῖς αὐτὸν πολλάκις ἐπιῤῥαπίζειν
παλάμαις. Ἐντεῦθεν καλώδιόν τι ἐξῆπτε, λαβόμε-
νός τε αὐτοῦ καθεῖτο εἰς τὴν ἀκτήν. Ἔνθα καὶ πάλιν
βλοσυροῖς τοῖς προσώποις δεδεξαμένη τοῦτον ἡ τύ-
χη βραχὺ, εἶτα προσεμειδία, καὶ ἄντικρυς πρὸς χάριν,
θρυπτομένη πως καὶ διαφανῶς παίζουσα. Τῶν γάρ
τις ἐν παλατίῳ φυλάκων, οἵπερ ἐξ ἔθους ἀεὶ διεσκη-
νημένοι κάθηνται ὑπὲρ τῶν πύργων ἐκ περιτροπῆς
τινὸς, ἐπιθωΰσσοντές τε ἀλλήλοις καὶ τακτὸν ὅ τι
δὴ ἐπιφωνοῦντες ῥημάτιον, οὕτω τε ἐγρηγόρα-
σι μάλιστα, ἐπειδὴ τοῦτον εἶδε, προσιὼν ὅς τις πο-
τε εἴη διεπυνθάνετο ἀνειπεῖν. ὁ δὲ, Δεσμώτης εἶναι
ἔφασκε τῶν ἐν Παλατίῳ πρὸς τοῦ Παπίου ἐπ'
» αἰτίαις ἐχομένων χρηματικαῖς. καὶ, Εἴγε ἀφήσεις
» με, ἔφη, ἀπιέναι, αὕτη δή σοι παρ' ἐμοῦ χάρις
» ἔσται. Καὶ ἅμα λέγων, τὸ ἐπικόλπιον αὐτοῦ ἐξαγα-
γὼν, ἐδείκνυ φυλακτήριον. ὁ δὲ, τῶν γὰρ ἀγροικικῶν
τις ἦν, καὶ τοῖς πενίας ἔργοις ἐμάχετο διηνεκῶς,
ἐπειδὴ τὰς ὄψεις αὐτοῦ κατέστραψεν ὁ χρυσὸς, λα-

A volubili, adeo vt animi affectiones ex-
trinsecus ipsis etiam proderentur. Qui
ergo circumstabant rustici, multum re-
nitentem, seque Andronicum esse per-
negantem, vinctum denuo Byzantium
reduxere, vbi iterum compedibus &
carcere multatus est. Ad vltimum vero
expressas in cera claues ad coniugem fi-
liumque mittit, qui & aliis ad hoc ip-
sum assumptis consciis, ex ferro confe-
ctas ad eum remittunt. Iis acceptis, sta-
tim post Solis, vt aiunt, occasum, quod
tempus ad id peragendum præfinitum
fuerat, obseruata custodum absentia, e
carcere euasit. Est vero quoddam domi-
cilium muro vrbis adiunctum, in quo
B custodiebatur: vbi, vtpote rarius con-
culcata terra, herbæ aliquæ sponte al-
tius succreuerant, in quas cum elapsus
se recepisset, contracto quam maxime
corpore, leporis instar, delituit. Cum
ergo nox iam adesset, tempusque quo
qui vigilias ex more obeunt, custodias
lustrare solent, procedens is, cui deman-
data ab Imperatore illius custodiendi
cura fuerat, vigilibus positis, serisque
concussis, quod singulis diebus, prius-
quam dormitum concederet, facere so-
lebat, explorauit an etiam aliquid ille
mali esset machinatus. Sed vt ea om-
nino procul ab omni dolo esse aduertit,
inde excedens, somno se daturus abiit.
Andronicus enim veritus ne si portam
C offendisset apertam Cladon (id enim
homini nomen erat) continuo inseque-
retur & se perquireret, illa iterum clau-
sa & obserata abscesserat. Mox intem-
pesta iam nocte, ad extrema domicilij
istius venit, qua parte muro cingitur,
non quidem excelso omnino, nec tan-
tum a mari remoto, quin illud ventis
Australibus agitatum, sæpe eum vndis
fluctibusque suis pulset. Hoc ille in lo-
co, appenso fune, eoque apprehenso,
in littus sese demisit. Ibi toruo vultu il-
lum excipiens paulisper fortuna, arri-
dere demum, & quasi manifestius col-
ludere visa est. Quidam enim de Pala-
D tij excubitoribus, qui semper permuta-
tis ex more vicibus, stationes in turri-
bus tenent, certum aliquod sibi inui-
cem inclamantes verbum, sic vigilias
suas obeunt, vt illum vidit, acce-
dens, quis esset percunctatus est. Ille
vnum se ex vinctis esse dixit, qui in
Palatio ob æs alienum a Papia detine-
bantur, &, *Si me sinas abire*, inquit, *hæc
tibi a me gratia referetur*; continuoque
quod pectori appensum gestabat, Phy-
lacterium eductum ostendit. Is vero (erat
enim homo agrestis, & qui cum pau-
pertate perpetuo colluctabatur) simul
atque illius oculos aurum perstrinxit, eo

accepto, Andronicum abire passus est. Scapha interim, quæ haud procul aberat, illum exceptura accessit, qua conscensa, domum relatus est. Ibi exutis compedibus, quæ pedes constrinxerant, rursum ingressus est nauem, eaque vectus extra muros traiecit. Illic paratos ad hoc ipsum inueniens equos, conscendit, & abscessit: sic quidem euadens e carcere Andronicus ad Tauroscythas peruenit. Nunc autem ad ea quæ supra retulimus, reducatur oratio.

XVI. Propter hæc igitur quæ diximus Manuel ad Primislaum venit, & vt auxiliares copias ibi pro Romanis contraheret. Sed & missus est ad Rosislaum, qui & ipse Tauroscythicæ imperitabat, de ineunda armorum societate cum eo acturus. Resque illi ex voto successit. Maxime enim gauisi, quod tam illustri eos dignatus esset Legato, omnia quæ vellet Princeps se facturos vltra polliciti sunt. Neque ideo tamen Hieroslaum despexit Imperator, sed arte alia aduersus Stephanum concitauit, missis huiuscemodi ad ipsum literis. *Non imitabimur tuam ingratitudinem, quam nulla ad id impellente necessitate erga nos exhibuisti, neglectis promissis, pactisque iis, quæ nuper sancieras: sed tibi, vltima nos iniuria afficere paranti, ob oculos eam proponimus. Scias igitur, dum filiam tuam Hungariæ Regi vxorem tradis, illam te iungere viro maligno, animoque valde instabili. Quando enim iustitiæ seu veritatis respectum vllum habuit? hominem autem qui nec naturam, nec leges reueretur, suoque prorsus fertur arbitrio, omnia exequi posse haud ægre existimo. Proinde neque filiam tuam ducet Stephanus, neque aliud quidpiam legibus consentaneum, quantum ad illam spectat, exequetur. Quod si eam ducat, vulgaris cuiusdam, & velut e triuio adductæ fœminæ loco habebit. Qui enim Maiestatem nostram tantopere offendit, & sacramenta nuper data pro ludo habere non erubuit, cogita quam in te inhumanitatem non sit commissurus.* His cum barbara quadam simplicitate auditis sermonibus, captus est continuo Primislaus, & generum, velut hostem, auersatus, bellum ei inferentibus Romanis omni se affuturum auxilio professus est. Est vero in Tauroscythica regione ciuitas, nomine Kiouia, quæ omnes alias illic sitas præcellens, Metropolis est totius gentis. Episcopus Byzantio missus illi præfici solet, gaudetque cæteris omnibus, quæ ad excellentiorem conferunt prærogatiuam. Huius itaque regionis Princeps bellum & ipse contra Stephanum suscepturum se pollicitus, pacta iureiurando firmauit. Dum hæc gerun-

A βῶν τὸ χρῆμα, Ἀνδρόνικον ἀφῆκε φέρεσθαι. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸ ληψόμενον αὐτὸν ἀκάτιον οὐ μακρὰν ἀποσαλεῦον προσέστη· καὶ λαβόντες αὐτὸν, ἐπ' οἴκου ἐκόμισαν, ἔνθα τὰς πέδας ἀποσεισάμενος, αἳ τὼ πόδε εἶργον αὐτοῦ, ἀνέβη τε εἰσαῦθις τὴν ναῦν, καὶ διαπλωϊσάμενος ἔξω τειχέων ἐγένετο. Ἔνθα ἵπποις εὑρὼν, οἳ ἐν παρασκευῇ ἐντετύχηκον αὐτοῦ ὄντες, ἐπέβη τε, καὶ ἀπιὼν ᾤχετο. Ἀνδρόνικος μὲν δὴ οὕτω τῆς εἱρκτῆς ἀποδρὰς, ἐπὶ Ταυροσκύθας ἦλθεν. Ἡμῖν δ' ἀνακτέον τὸν λόγον ἐπὶ τὰ πρότερα.

ιϛʹ. Τῶν εἰρημένων τε ἕνεκα ὁ Μανουὴλ παρὰ Πριμίσθλαβον ἦλθε, καὶ ὅπως χεῖρα ἐκεῖθεν συμμαχικὴν ἐπὶ Ῥωμαίους ἄξῃ. Ἐπέσταλτο γὰρ αὐτῷ καὶ Ῥωσισθλάβῳ, τῷ καὶ αὐτῷ ἐπὶ Ταυροσκυθικῆς ἄρχοντι, περὶ συμμαχίας διαλέγεσθαι. Καὶ μέντοι καὶ τετύχηκε τοῦ κατὰ σκοπόν. Ὑπερφυῶς γὰρ ἡσθέντες, ὅτι δὴ τηλικούτῳ ἐς αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἐχρήσατο πρεσβευτῇ, ὑπέσχοντο ἐπιτελῆ πάντα ποιήσειν, ὅσα τῷ βασιλεῖ βουλομένῳ ἦσαν. Οὐ μὴν οὐδὲ Ἱερόσθλαβον διὰ ταῦτα βασιλεὺς παρεῖδε· μηχαναῖς δὲ καὶ τοῦτον ἑτέραις κατὰ Στεφάνου ἐξεπολέμωσεν, ἐπιστείλας αὐτῷ οὑτωσίν. Οὐ μιμησόμεθά σου τὴν ἀστοργίαν, ἣν οὐδὲν δέον εἰς ἡμᾶς ὑπεδείξω, λόγων τε καὶ συνθηκῶν τῶν πρῴην ἤδη ὀμωμοσμένων σοι κατωλιγωρηκώς. Ἀλλά σοι τὰ ἔσχατα δυσσεβεῖν κινδυνεύοντι, ὑπ' ὄψιν τὰ τῆς ὕβρεως τίθεμαι. Ἴσθι τοίνυν, ἀνδρὶ παῖδα συνοικίζων τὴν σὴν τῷ Ῥηγὶ Παιόνων, κακοήθει τε καὶ δεινῶς ἀβεβαίῳ τὴν γνώμην ὄντι· δίκης γάρ ποτε, ἢ ἀληθείας ἐντροπὴν πεποίηται οὐδεμίαν; Ἀνθρώπῳ δὲ ἀπολύτῳ φύσεώς τε καὶ νόμων, ὡς ἐπίπαν φερομένῳ, πάντα ποιεῖν οἶμαι ῥᾴδιον. Οὔκουν οὐδὲ συνοικήσει σοι Στέφανος τῇ θυγατρὶ, οὐδέ τι ἄλλο τῶν κατὰ νόμον ἐπὶ ταύτῃ διαπράξεται. Εἰ δὲ καὶ ξυνοικήσει, ἀλλ' ὅσα καὶ τριοδίτιδι ταύτῃ προσενεχθήσεται. Ὁ γὰρ ἐς τὸ ἡμέτερον οὕτω κράτος ἁμαρτὼν, ὅρκοις τε ὡς ἐν παιδιᾶς λόγῳ, τοῖς ἔναγχος ὀμωμοσμένοις αὐτῷ λογίζεσθαι ἀπαναισχυντῶν, συλλόγισαι, τί οὐκ ἂν ἐπὶ σὲ ποιήσειν ἀπανθρωπεύσεται. Τούτων ὁ Πριμισθλάβος σὺν βαρβάρῳ τινὶ ἀφελείᾳ τῶν λόγων ἀκούσας, ἑάλω τε αὐτίκα, καὶ ὡς πολέμιον τὸν γαμβρὸν ὑπεβλέπετο· κατ' αὐτοῦ δὲ Ῥωμαίοις στρατεύουσι παντὶ τρόπῳ συναίρεσθαι ὡμολόγει. Ἔστι δέ τις ἐν Ταυροσκυθικῇ πόλις, ὄνομα Κίαμα, ἣ πόλεών τε ὑπερκάθηται τῶν ἄλλων, ὅσαι τῇδε ἵδρυνται, καὶ ὅσα καὶ μητρόπολις τοῦ ἔθνους τούτῳ τυγχάνει οὖσα. Ἀρχιερεύς τε γὰρ ἐκ Βυζαντίου παρ' αὐτὴν ἥκει, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ἐς πρεσβεῖον φέρουσι κατεξαίρετον, αὐτῇ μέτεστι. Ὁ δὴ καὶ ταύτης ἡγεμονεύων τῆς χώρας Στεφάνῳ καὶ αὐτὸς πολεμήσειν συνθέμενος, ὅρκοις τὰ δεδογμένα ἐπέρρωσεν. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο,

νεν, Φρεδερίκος ὁ Ἀλαμανῶν ῥήξ, ἰσχυρῶς ἀντιπράττοντος εἰς τὰ πρὸς δύοντα ἥλιον τοῦ βασιλέως ἤδη αἰσθόμενος, τὰ διάφορα λύσας, Ῥωμαίοις ἐσπείσατο, πόλεμόν τε κατὰ Στεφάνου διενεγκεῖν καὶ αὐτὸς τῷ βασιλεῖ διωμολόγηκεν. Οὐ μὴν οὐδὲ Ἐρρίκος ταύτης ἀπεῖναι ἤμελλε τῆς μάχης, ὃς Θεοδώρᾳ ξυνῴκει τῇ βασιλέως ἀδελφιδῇ, ὥσπερ ἤδη πολλάκις ἐρρήθη. Ἀλλὰ Σκυθῶν ἀπειροπληθὴς στρατιά, καὶ Σερβίων τῶν Ῥωμαίοις κατηκόων· ὅ,τε Σουλτὰν κατὰ τὰ συγκείμενα δυνάμεις αὐτῷ τὰς ξυμμαχίδας ἔστελλε, καὶ βαρβάροις ἁπανταχόθεν ἠθροίζετο χείρ. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Βλαδίσθλαβος, εἷς ὢν τῶν ἐν Ταυροσκυθικῇ δυναστῶν, σὺν παισί τε καὶ γυναικὶ τῇ αὐτοῦ, δυνάμει τε τῇ πάσῃ, αὐτόμολος ἐς Ῥωμαίους· χώρα τε αὐτῷ παρὰ τὸν Ἴστρον δεδώρηται, ἣν δὴ καὶ Βασιλίκᾳ πρότερον τῷ Γεωργίου παιδί, ὃς τὰ πρεσβεῖα ἐν Ταυροσκυθικῇ φυλάρχων εἶχε, προσελθόντι βασιλεὺς ἔδωκε. Τηνικαῦτα καὶ Οὐέννετοι στόλῳ τριήρεων ἑκατὸν Ῥωμαίοις ἐς τοὺς κατὰ θάλασσαν συναίρεσθαι ὡμολόγησαν πόνους, τὰς πρότερον τὸ δεύτερον ἀνανεωσάμενοι ξυνθήκας. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Φρεδερίκῳ τῷ Ἀλαμανῶν ῥηγί, πᾶσί τε ἄλλοις τοῖς ἀνὰ τὴν ἑσπερίαν λῆξιν, ἀπενάντια διὰ βίου ἰέναι, ἢν ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύοιεν, πίστεις ἔδοσαν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἑσπέραν τῇδε ἐφέρετο.

ιζ'. Βαλδουῖνος δὲ ὁ Παλαιστίνης ῥήξ, ἀδελφιδῇ τοῦ βασιλέως ξυνοικῶν, ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. Ἅτε δὲ αὐτοῦ ἄπαιδος τὸν βίον ξυμμετρησαμένου, ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἡ τῆς χώρας μετῆλθεν ἐπικράτησις. Ὃς ἄρτι ταύτην ἀναλαβών, πέμψας ἐς βασιλέα, ᾐτεῖτο κήδους καὶ αὐτὸς τοῦ ἐκ Ῥωμαίων τυχεῖν. ἅμα τε καὶ γνώμης πειρᾶσθαι ἤθελε τῆς αὐτοῦ, ὅπως ποτὲ περὶ Ἀντιοχείας ἔχει. Ἀντιοχεῖς γάρ, ἅτε φύσει ψεύδορκοι ὄντες, ἐπὶ Παλαιστίνην τῷ Βαλδουΐνῳ συγγεγονότες, αὐθαίρετοι τῆς πόλεως καὶ σφῶν αὐτῶν ἐνεχείριζον προστασίαν. ἀλλ' ἐκεῖνος εἰδώς, ὡς βασιλεῖ κατήκοος ἡ πόλις αὕτη τυγχάνει οὖσα, δεῖν ἔκρινε πυθέσθαι τούτου πρότερον, ὥσπερ εἴρηται. Ὁ
» δὲ τοιούτοις αὐτὸν ἀμείβεται. Ὁ μὲν περὶ κήδους λό-
» γος, ἐπειδή σοι βουλομένῳ ἐστὶν εὔνοιαν ἐπισπᾶσθαι
» τὴν ἡμετέραν, οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιτελὲς ἔσται.
» Πόλεως δὲ Ἀντιοχείας πάλαι τε Ῥωμαίοις ὑποφό-
» ρου, καὶ νῦν δὲ κράτει δεδουλωμένης τῷ ἡμετέ-
» ρῳ, οὔτε σοι περιόντων ἡμῶν κατακυριεύσειν δυνα-
» τὰ ἔσται, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδενί. Ἀντιοχεῖς μέντοι
» τῆς ἐς Ῥωμαίους ἀπιστίας αὐτίκα πρὸς τοῦ ἡμετέρου
» κράτους τὰ ἐπίχειρα κληρωσάμενοι, εἴσονται τίνι
» συγκρούειν αὖθις τετολμήκασιν. Ἐν τούτοις μὲν τὰ τοῦ
γράμματος ἦσαν. Ὁ δὲ ἐπεὶ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείᾳ ἠλπισμένων ἀπετύγχανεν ἤδη, ἐνέκειτο περὶ κήδους λοιπὸν τὸν βασιλέα παραιτούμενος. Μίαν τοίνυν

A tur, Fredericus Alemannorum Rex, vbi in Occidente strenue se gerere Imperatorem resciuit, diremptis simultatibus, & pace cum Romanis inita, se quoque belli aduersus Stephanum socium fore Principi paciscitur. Neque absfuturus ab hoc bello erat Henricus, qui vt sæpius a me narratum est, Theodoram Imperatoris ex fratre neptim vxorem duxerat: ad hæc Scytharum innumerabilis exercitus, & Seruiorum Romanis obnoxiorum; ipseque Sultanus, secundum initorum pactorum leges, copias auxiliares submissurus erat: & aliæ vndecumque validæ copiæ cogebantur. Sub idem tempus, Vladislaus etiam, vnus e B Principibus Tauroscytharum, cum liberis & vxore, & omnibus viribus vltro ad Romanos venit. Regio illi versus Istrum concessa est, quam antea Basilicæ, Georgij filio, qui cæteros Tauroscythicæ Phylarchos præcellebat, ad se transeunti dederat. Tum quoque Veneti centum triremium classem ad maritimos labores auxilio se missuros Romanis, prioribus renouatis fœderibus, promisere. Sed & Frederico Alemannorum Regi, cæterisque Occidentis gentibus, hostes se futuros, quamdiu vita superstes foret, fidem dedere, si Romanis ab iis bellum inferretur. Hæc eo tempore in Occidente acta.

XVII. Balduinus autem Palæstinæ C Rex, Imperatoris ex fratre nepti matrimonio iunctus, diem obiit: cumque nullos reliquisset liberos, in illius fratrem regionis Principatus transiuit. Hunc vbi ille suscepit, ad Imperatorem Legatos misit, tum vt affinitatem & ipse ex Romanis deposceret, tum etiam vt illius de Antiochia animi sensum exploraret. Antiocheni enim, vtpote ingenio perfidi, Balduinum in Palæstina conuenientes, vrbis suæ Principatum vltro illi tradiderant. At is haud ignarus ciuitatem istam Imperatori esse obnoxiam, eius primum, vti dictum est, sciscitandam esse voluntatem existimauit. Hic vero in hanc ferme sententiam respondit. *Quod quidem de ineunda* D *affinitate requiris, quando tibi est animus nostram comparare beneuolentiam, ratum id breui erit. Ciuitatis autem Antiochenæ, Romanis iamdudum vectigalis, nostræque Maiestati obnoxiæ, neque tu, quamdiu vixerimus, neque vllus alius Principatum capessere potest. At Antiocheni suæ erga Romanos perfidiæ a Maiestate nostra pœnam referentes, tum primum sentiunt, quem ausi fuerint offendere.* Eiusmodi fuere literæ Principis. Is autem vbi nihil de Antiochia sibi sperandum vidit, perstitit de affinitate Imperatorem rogare: & ac-

cepta in matrimonium vna filiarum Protosebasti, eadem quæ antea eius frater Balduinus, pactus est. Imperator rebus omnibus nondum satis ad præsens bellum apparatis, metuens ciuitati Zeugmino, quam Stephanus arctissima obsidione premebat, priusquam de summa rerum bellum arriperet, idoneas aliquot copias in auxilium eo misit, Ducibus Michaele Gabra, & Iosepho Bryennio, sub quibus militabant alij inter Romanos illustriores, Ioannes cognomento Angelus, vir militiæ peritissimus, & Ioannes Ises, natione quidem Persa, cæterum inter Romanos nutritus & educatus. Cumque plurimum vrbi auxilium ferre vellet, naues complures militibus rebusque aliis necessariis oneratas, superare Istrum, & obsessis commeatum præbere iussit, donec ipse cum vniuerso exercitu in Hungariam descenderet. Hungari vero, cum diu circa vrbis mœnia morati, ea sæpius nequicquam tentassent, rem supra vires aggredi statuerunt. Classis enim Romana in alterum fluuij latus aduecta, tum & magna Romanis, qui in vrbe erant, commoda præstabat, tum etiam iis qui inter pugnandum vulnera exceperant receptis, alios corporibus integros in eorum locum substituebat. Nauigiis igitur & ipsi collectis, priusquam Gabræ & Bryennij in Hungariam aduenissent copiæ, per flumen in Romanas naues delati sunt, easque submersissent, aut citra laborem prælio superassent, nisi cursu & velificatione fuissent inferiores. Eorum quippe naues minus apte fabricatæ, & in immodicam extensæ latitudinem, eoque inhabiles, velocitate Romanorum superabantur. Et iam in flumen deductæ erant, cum Romani nauibus suis in aciem ordinatis, illas excipiunt, crebrisque iaculationibus infestant: quibus illi fatigati, naues inhibuere. Earum pars alteri appulsa littori, discrimen euasit: vna vero Ducum militarium plena, in Romanorum potestatem venit, arteque confecto igne absumpta est. Hungari itaque, postquam & hic irritus conatus fuit, aliud sunt moliti. Nonnullos enim ex sua gente, qui Stephano famulabantur, pecuniis corrumpunt, iisque persuadent, vt propinato veneno hominem necarent. Ita & vrbs capta est, & totum Sirmium in ius venit Hungarorum. At qui in ciuitate pro Stephano stabant, Romani perinde ac Hungari, incolumes & illæsi mansere, vtpote qui his cōditionibus vrbem tradiderant. Stephani vero cadaueri illudentes Hungari, primū quidem illud nullis sacris prosecuti sunt honoribus, neque aliis quæ

A τῆς τοῦ Πρωτοσεβαστοῦ ἁρμοσάμενος θυγατέρων, ὁμώμοκε λοιπὸν καὶ αὐτὸς, ὅσα καὶ Βαλδουῖνος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ πρότερον. Βασιλεὺς δὲ, ἐπεὶ μηδέπω τὰ πρὸς τὴν παρὰ πόδας ἐξαρτυσάμενος ἔτυχε μάχην, δείσας περὶ τῇ πόλει Ζεύγμινον, ἐπὶ πλεῖστον ἤδη πρὸς τοῦ Στεφάνου πυργομαχουμένῃ, πρὸ τοῦ τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐκρῆξαι πόλεμον, στράτευμα λόγου ἄξιον βοηθῆσον αὐτῇ ἔστελλεν, ὑπὸ στρατηγοῖς Μιχαήλ τε τῷ Γαβρᾷ, καὶ τῷ Βρυεννίῳ Ἰωσήφ, ὑφ᾽ οἷς ἐτέλουν ἄλλοι τε τῶν ἐν Ῥωμαίοις ἐπιφανεστέρων, καὶ Ἰωάννης, ὃν Ἄγγελον ἐπεκάλουν, ἀνὴρ ἐμπειροπόλεμος, καὶ Ἰωάννης ὁ Ἰσής, Πέρσης μὲν τὸ γένος, τροφῆς δὲ καὶ διαίτης μεταλαχὼν Ῥωμαϊκῆς. Ἐπὶ πλέον γε μὴν τῇ πόλει ἐπαρκέσαι B βουληθεὶς, ναῦς ὡσεὶ πλείστας στρατιωτῶν τε καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐμπλησάμενος, ἐκέλευε τὸν Ἴστρον παραπλεούσας, τοῖς ἔνδοθι παρέχειν τῶν ἀναγκαίων, ἕως αὐτὸς πανστρατὶ ἐπὶ τὴν Οὐννικὴν ἀφίκηται. Οὖννοι δὲ, ἐπειδή τε τινα πολὺν χρόνον ἀμφὶ τῷ περιβόλῳ ἐνδιατρίψαντες, πολλάκις τε αὐτοῦ ἀποπειρασάμενοι, ἔγνωσαν ἀνεφίκτοις ἐπιχειρεῖν (αἱ γὰρ Ῥωμαϊκαὶ νῆες ἐπὶ τὴν ἐχομένην τοῦ ποταμοῦ Ἴστρου πλευρὰν ὁρμιζόμεναι, μεγάλα τοῖς ἔνδον Ῥωμαίοις συνεβάλλοντο· πρός τε καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τραυματίας γεγενημένους ἀπολαμβάνουσαι, ἑτέρους ἀκραιφνεῖς τοῖς σώμασιν ἀντιπαρεῖχον αὐτοῖς) νῆας καὶ αὐτοὶ συλλεξάμενοι, μήπω τοῦ Γαβρᾶ καὶ τῷ Βρυεννίῳ στρατεύματος ἀφικομένου ἐπὶ Οὐννικὴν, διὰ τοῦ ποταμοῦ κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν C ἐφέροντο, ὡς καταδύσοντές τε αὐτὰς, καὶ μάχῃ οὐ σὺν πόνῳ περιγενησόμενοι, εἰ καὶ ταύτης τῆς πορείας ἠλέγχοντο δεύτεροι. Αἱ γὰρ αὐτῶν νῆες, ἅτε ἥκιστα τοῦ ναυπηγεῖσθαι δεξιῶς, ἐς ἀσύμμετρόν τι διατεινόμεναι εὖρος, τὰ δευτερεῖα ἐπὶ ταχύτητι κομίζονται τῶν Ῥωμαϊκῶν. ἤεσαν μὲν γὰρ διὰ τοῦ ποταμοῦ. Ῥωμαῖοι δὲ παρατάξεως σχῆμα ποιησάμενοι, κατὰ μέσον ἀπολαμβάνουσιν αὐτοὺς, συχνά τε τοῖς τοξεύμασιν ἔβαλλον· ἐφ᾽ οἷς ἀπειρηκότες ἐκεῖνοι, πρύμναν ἐκρούσαντο. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι νῆες αὐτῶν, ἀτέρᾳ τοῦ ποταμοῦ πελάσασαι ὄχθῃ, τὸν κίνδυνον ἔφυγον· μία δὲ αὐτῶν ἀνδρῶν πλέα τῶν περὶ αὐτοὺς στρατηγούντων, ὑποχείριος Ῥωμαίοις ἐγένετο, σκευαστῷ πυρὶ καταπλήξασι D ταύτην. Οὖννοι τοίνυν, ἐπειδὴ καὶ ταύτης ἀπετύγχανον τῆς πείρας, ἐφ᾽ ἑτέραν ἐτράποντο. τῶν γὰρ τῷ Στεφάνῳ διϋπηρετουμένων Οὔννων χρήμασι τινὰς ὑποκλέψαντες, δηλητήριον τῷ ἀνθρώπῳ κεράσαι ἀνέπεισαν. κἀντεῦθεν ἥτε πόλις ἑάλω, καὶ Σίρμιον ἅπαν ὑπὸ Οὔννοις αὖθις ἐγένετο. Οἱ μέντοι ἔνδον Ῥωμαῖοί τε καὶ Οὖννοι, ὅσοι σὺν τῷ Στεφάνῳ ἐτάττοντο, ἀσινεῖς διεγένοντο, ἅτε ὁμολογίᾳ τοιαύτῃ τὴν πόλιν ἐνδόντες αὐτοῖς. Οὖννοι δὲ τῷ τοῦ Στεφάνου ἐνυβρίζοντες νεκρῷ, τὸ μὲν πρῶτον οὔτε ὁσίας μετέδωκαν, οὔτε τινος ἄλλου τῶν ἐπὶ τε-

θνεῶσι νομίμων ἠξίωσαν. περὶ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἔκθετον ποιησάμενοι πυλῶν, ἄταφον μὲν ἐδικαίουν. Ὀψὲ δ' οὖν ὑπὸ τῆς φύσεως παρακληθέντες, ἐς τὸν Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἄγουσι νεὼν, ἔνθα τῷ χώματι τοῦτον ἔδωκαν.

ιη'. Τούτων ἀκούσας Βασιλεὺς, καίτοι τῆς Βασιλίδος νόσῳ βαρείᾳ τῷ τηνικάδε πιεζομένης, αὐτὸς δαιμονίᾳ τινὶ, ὥσπερ εἰώθει, κεκινημένος ὁρμῇ, καθίστατο πρὸς τὸν πόλεμον. Ἐν Σαρδικῇ τοίνυν τῇ Ἰλλυριῶν γενόμενος μητροπόλει, ἐνταῦθα τὸν στρατὸν ἤθροιζεν. Ἰουνίου δὲ φθίνοντος, ἐκεῖθεν ἄρας ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἦλθε. Μέλλων δὲ ἤδη περαιοῦσθαι, κατὰ τάδε ἐποίει. Ὁπόσον ἐν τῷ στρατεύματι ὁπλίσει τε διαφέρειν καὶ μαχιμώτατον ἦν, ἀντικρὺ Χράμου πόλεως ἔστησεν Οὐννικῆς, δόκησιν παρέχων, ὡς αὐτίκα ἐκεῖθεν περαιωσόμενος. ὅθεν καὶ ἐπειδὴ ἀντίπορθμον ἐνταῦθα τὸ Οὐννικὸν ἑστὼς εἶδεν, ἐπὶ Βελέγραδα μεταβὰς, ὄρθρου ἐκεῖθεν ἀπέπλει. ἐντεῦθεν τε διῃρῆσθαι συνέβαινε τοὺς πολεμίους ἑκατέροις ἀντιτάξασθαι διανοουμένους μέρεσι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ὀκνήσει πολλῇ ἐς τὴν διάβασιν εἴχοντο. Ὁ γοῦν Βασιλεὺς, αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων, ὁποῖα πολλάκις ἤδη τολμήσας ἔτυχε, λεμβαδίῳ ἐπιβὰς, ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ἐφέρετο ὄχθην. Ἑξῆς δὲ καὶ ὁ Ῥωμαίων στρατὸς τὴν Βασιλέως ὁρμὴν αἰδεσθέντες, ἐπὶ τὰς ναῦς ἐχώρουν. Οὖννοι δὲ, ἐπειδὴ Βασιλέα περαιωσάμενον εἶδον, ἔλυόν τε παραυτὰ τὸν συνασπισμὸν, καὶ ἀνεχώρουν ὀπίσω. ὅτε συνέβη τῷ Βασιλεῖ ἐν τῇ πρὸς τὴν πολεμίαν ἀποβάσει, πλέον ἢ ἐχρῆν ἀλλομένῳ (οὐ γὰρ συνεχώρει τὸ τεναγῶδες τῇ χέρσῳ διοκεῖλαι τὴν ναῦν) θάτερον παρασφήλαντα τοῖν ποδοῖν, πονήρως αὐτῷ διατεθῆναι. ὁ δὲ οὐδ' ὡς τῆς ἄγαν ἤθελε λήγειν προθυμίας· ἀλλά τινα τοῦ ποταμοῦ γὰρ οὖν ἐπειγόμενος ἐκτρέπειν, ἐν τούτῳ τε διημερεύσας τῷ πόνῳ, εἰς ὄγκον ἐπῄρη τὸ πεπονηκὸς αὐτῷ τοῦ ποδὸς μέρος. Τῶν δὲ τὴν Ζεύγμινον φρουρούντων Βαρβάρων ὡς πλεῖστοι τειχέων ἐκδραμόντες, ὡς ἀντιταξόμενοι ἔστησαν. Ἀλλὰ ἅμα τε Βασιλέα εἶδον, καὶ ἄλλος ἄλλον προφθάνειν ἐπειγόμενος, ταραγμῷ καὶ θορύβῳ ἐς τὴν πόλιν εἰσέπιπτον· ἐπεξιέναι τε οὐκέτι ἐτόλμων. Καὶ λοιπὸν Ῥωμαῖοι τὰ πρὸς τειχομαχίαν ἐξηρτύοντο. Τρίτῃ δὲ μετ' ἐκείνην ἡμέρᾳ, τοῦ ἔργου εἴχοντο. Οἱ δὲ Βάρβαροι ἐκ τῶν ἐπάλξεων ἀμυνόμενοι, κεκραγμῶν τινων καὶ ἀλαλαγμῶν τὸν ἀέρα ἐπλήρουν, ἔβαλλόν τε διηνεκὲς καὶ ἐβάλλοντο. Ἀλλ' ἐπὶ τοιούτοις μὲν ἡ αὐτίκα καὶ ἡ μετ' ἐκείνην ἑάλωτο, καὶ οὐδὲν οὔτε Ῥωμαίοις οὔτε Οὐν-

A mortuis debentur, officiis: sed expositum, proiectumque ante vrbis portas, inhumatum reliquerunt. Verum ipsis naturæ affectibus permoti, illud tandem in Stephani Protomartyris intulere Templum, ibique humo mandauere.

XVIII. Postquam hæc accepit Princeps, Augusta licet grauiori morbo iis diebus conflictaretur, ipse mirabili quodam, vti solebat, accensus ardore, totus in bellum incubuit. Sardicam ergo cum peruenisset, Illyriorum Metropolim, copias ibi contrahit. Inde Iunio mense exacto, motis castris ad Istrum contendit: cumque illum traiecturus esset, id potissimum comminiscitur: B quotquot erant in exercitu potiori armatura aut robore conspicui, e regione Chrami Hungariæ oppidi collocauit, eo loci extemplo transmissurum se Istrum simulans: cum autem videret aduersa consistentes ripa Hungarorum copias, ad Belegrada progressus, vbi illuxit, confestim inde excessit. Ita hostium illic vires distrahi ac diuelli contigit, dum vtrique obsistere parti conituntur. Neque tamen minor ad traiiciendum Romanorum animos occupauit pauor. Quod statim atque aduertit Imperator, ipse ante alios, qualia sæpe ausus est, scapham ingressus, in aduersam ripam transiit: atque inde reliquus Romanorum exercitus Imperato- C ris ardorem reueritus, naues conscendit. Hungari vero postquam Imperatorem transmisisse viderunt, ruptis statim ordinibus, retrocessere. Quo tum tempore accidit, vt dum Imperator ad terram hostilem appellens, longius quam par erat prosiliret (obstabat quippe limus, quo minus propius ad littus posset nauis applicari) pes alter grauius offenderit, atque inde male haberet. Neque tamen ideo a priori remisit ardore: sed dum fluminis cursum diuertere conatur, totoque die huic operi interest, tumescere pars læsa pedis cœpit. Plurimi vero ex Barbaris qui Zeugmen tuebantur extra mœnia procurrentes, opponere se D Romanis parant. Verum simul atque Imperatorem vident, dum sese inuicem præuertere nituntur, ingenti tumultu & trepidatione in vrbem irruunt, nec ea amplius audent egredi. Romani posthæc, omnibus quæ ad oppugnationem necessaria erant apparatis, tertio post die rem aggrediuntur. Barbari autem e turribus propugnantes, clamoribusque & vociferationibus implentes aerem, tela continuo iaciebant, telisque vicissim impetebantur. Atque in eo certaminis genere dies iste & sequens consumptus est, Romanis perinde ac Hun-

garis nihil proficientibus. Tum & alia demirari subit in ea obsidione facta, præsertim vero Imperatoris audaciam: quam, nisi tunc temporis adfuissem præsens, & eorum quæ hic gesta sunt inspector ipse extitissem, aliis narrantibus vix ac ne quidem crederem. Romani enim lignea extructa turri, transcendere in vrbem, & cominus cum Barbaris mœnia defensantibus manus conserere statuerunt. Ipse autem primus omnium conscendere voluit, *Istud præ cæteris*, inquiens, *Viri Romani, erit mihi beneuolentiæ vestræ argumentum, si me ascendere non prohibueritis.* Neque tamen quod animo voluerat perfecit, quia Ducum præcipui qui eum circumstabant, pertinacius obnixi sunt. Ille itaque vrbis mœnia obequitans, & qua parte expugnatu facillima viderentur explorans, fossas vrbem ambientes, profundas satis & latas, fascium & virgultorum penuria, lapidibus compleri, sicque transportari machinas imperauit. Sed neque ea res quidquam momenti ad capiendam vrbem attulit. Hungari quippe, quamuis a Romanis militibus grauia essent passi, maiores quam antea clamores edebant, speque alebantur proxime venturi in eorum auxilium alterius Hungarorum exercitus.

XIX. Dum in eo essent rerum statu, Romanorum speculatores, magnum hostibus auxilio exercitum aduenire nunciant: puluerem enim se in aerem altius elatum aduertisse aiebant. Sed & Hungarus quidam ex illustrioribus, nomine Basakis, qui Romanorum partes amplexus erat, non longe abesse Hungarorum Regem affirmabat, & præter infinitum bellatorum numerum, tum & Scytharum simul & Tauroscytharum aciem, insuper etiam Tzechorum Principem cum vniuersis viribus rursum cum ipso venire. Postquam hæc Principi comperta sunt, Magnatum concilium cogit, deque modo rerum agendarum sententias eorum rogat. *Non illud solum, Viri Romani*, inquiens, *rerum exigit natura, vt quis modo audaciam præ se ferat, sed vt audaciæ minus consentanea non arripiat aggrediaturve opera, maxime equidem, vel leuiter prudenti attendendum arbitror. Ne igitur, quia gens ista, sic nempe diuina ordinante prouidentia, rebus elata prosperis in Romanum Imperium terribiliter ingruit, propterea satis nobis esse arbitremur, si in eorum tantummodo solo bellum geramus. Verum quid temporibus quibusque conueniat, inspiciendum est, & facienda quæ præsens hic status postulauerit. Neque enim quisquam, vt arbitror, prospere habentibus, & aduersa vtentibus for-*

A νοις προσεχώρει. Ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλα μὲν τῶν εἰς ἐκεί-
νην τετελεσμένων θαυμάζειν ἔχω τὴν πολιορκίαν·
τήν γε μὴν τοῦ Βασιλέως τόλμαν, εἰ μὴ πα-
ρὼν ἐτύγχανον, τῶνδε τῶν πραττομένων αὐτόπτης
γινόμενος, χολῇ ἂν ἀφηγουμένοις ἐπίστευσα. Ῥω-
μαῖοι γὰρ ξύλινον τεκτηνάμενοι πύργον, ἀναβαί-
νειν ἐπὶ τὴν πόλιν διενοοῦντο, ὡς ἀπὸ χειρὸς τοῖς
ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων ἀντικαταστησόμενοι Βαρβάροις.
Ὁ δὲ πρῶτος τῶν ἄλλων ἀναβαίνειν ἠξίου, Ταύ- «
την δέ μοι, λέγων, ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μείζω τῶν «
ἄλλων χαρίσασθε τὴν εὔνοιαν, εἴγε ἀναβαί- «
νοντα κωλύετε μηδέν. Οὐ μέντοι καὶ ἐξέπραξε τὸ «
ἐπιθύμημα. Οἱ γὰρ παρόντες τῶν Στρατηγῶν
B περιστάντες αὐτῷ, ἰσχυρότατα διεκώλυσαν. Ὁ δὲ κύ-
κλῳ τὸ τεῖχος περιϊών, αὐτό τε ὅθεν ἐπίμαχον μά-
λιστα ἦν διεσκοπεῖτο, καὶ τὰς τάφρους, αἳ τὴν πό-
λιν ἐζώννυον, βάθους τε καὶ εὔρους ἱκανῶς ἐχού-
σας, φακέλλων τινῶν καὶ φρυγάνων ἀπορίᾳ λίθων
ἐκέλευε πληροῦν, οὕτω τε διαβιβάζειν τὰ μη-
χανήματα· ἤνυστο δὲ ὅμως ἐπὶ τῆς πόλεως ἁλώ-
σει οὔπω οὐδέν. Οὖννοι γὰρ, καίτοι μεγάλα πρὸς
Ῥωμαίων βιαζόμενοι στρατιωτῶν, ἐπαιανίζόν τε
μᾶλλον ἢ πρότερον, καὶ ἐλπίσιν ὠχοῦντο,
παρὰ πόδας αὐτοῖς τὸν ἄλλον ἰέναι τῶν Οὔννων
στρατόν.

ιθ΄. Ἐπὶ τοιούτοις τῶν πραγμάτων ἠρτημέ-
C νων, προσιόντες οἱ Ῥωμαίων σκοποὶ, μεγάλου
ἔφοδον ἐμήνυον στρατεύματος αὐτοῖς. κόνιν γὰρ
ἐπὶ πλεῖστον τοῦ ἀέρος ὀρθιάζουσαν ἰδέσθαι. Ἀλ-
λὰ καὶ τῶν τις Οὔννων τύχης ἐπιφανοῦς Βάσα-
κις ὄνομα, Ῥωμαίοις προσχωρήσας, οὐ μακρὰν
ἄποθεν εἶναι τὸν Παιόνων ἰσχυρίζεται Ῥῆγα, ἄλ-
λους τε ἀριθμοῦ κρείσσους, καὶ δὴ καὶ Σκύθην ὁ-
μοῦ καὶ Ταυροσκύθην ἄγοντα στρατὸν, πρὸς οἷς
καὶ τὸν Τζέχων ἔλεγε δυνάστην πανστρατὶ καὶ πά-
λιν σὺν αὐτῷ ἥκειν. Τούτων ἐπειδήπερ ὁ Βασι-
λεὺς ἤκουσεν, βουλὴν σὺν τοῖς μεγιστᾶσι καθίζει,
ὅπως δή ποτε χρὴ τὰ παρόντα διοικεῖσθαι ζητῶν.
Ἄνδρες ἀμέλει, ἔφη, Ῥωμαῖοι, οὐ τοῦτο μόνον ἡ «
D τῶν πραγμάτων οἶδε φύσις, ἵνα τις μόνον τολ- «
μᾷ, ἀλλ' ὡς ἂν τῇ τόλμῃ μὴ ἀξύμβατα καὶ «
τὰ ἔργα ἐπιτιθῇ, μάλιστα ἔγωγε τῷ καὶ κατὰ «
βραχὺ σωφρονοῦντι περὶ πλείστου εἶναι οἶμαι. «
Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ τὸ ἔθνος τοῦτο ἐκ παραλό- «
γου τινὸς ἄνωθεν τύχης εὐημερῆσαν δυσαντί- «
βλεπτον τῇ Ῥωμαίων κατέστη ἀρχῇ, διὰ ταῦ- «
τα ἀποχρῆν ἡμῖν οἰηθῶμεν, εἰ μόνον ἐπὶ γῆς «
στρατεύοιμεν τῆς αὐτῶν. Ἀλλ' ἀπονεμητέον ἑκά- «
στῳ τὸ προσῆκον, καὶ ἀποδοτέον καταστάσει τῇ πα- «
ρούσῃ πρᾶξιν τὴν δέουσαν. Οὐ γὰρ ταῦ- «
τα εὐημεροῦσιν, οἶμαι, καὶ δυσπραγοῦσιν ἁρ- «

» μόσαιεν αἱ πράγματα· καὶ τῇ Ῥωμαίων τοίνυν A
» ἀρχῇ, εἰ καὶ τῆς παλαιᾶς οὔπω τετύχηκεν εὐκλη-
» είας, ἀλλὰ σὺν Θεῷ φάναι, πολλῷ βελτίονι ὑφ'
» ἡμῶν ἀναφυείσῃ προασπισταῖς, εἰς ἀδοξίαν περι-
» στήσεται, πάντας ἐκ ποδῶν τῷ Οὔννων ὑφέσθαι
» Ῥηγί, σὺν πολλῷ μέν, ὥς φασι, καὶ τῷ αὐτόχθονι
» ἐπιόντι στρατῷ, πλείονι δὲ καὶ τῷ ἀπὸ συμμαχίδος
» συγκροτουμένῳ χειρός. Ὅπως οὖν ἀμφότερα ταῦ-
» τῃ περισωθείη, δόξα τε, ἣν εἰς τὸ βέλτιον ἤδη με-
» ταβαλοῦσαν ἔχει, καὶ δύναμις, ἣ αὐτῆς ἀκραιφνὴς
» ἐντεῦθεν ἀπαλλαγείη, βουλευτέον ὡς ἔνι μάλι-
» στα. Βασιλεὺς μὲν τοσαῦτα εἶπεν. Ῥωμαίων δὲ τῶν
ἐκ βουλῆς, τοῖς μὲν μεταστρατοπεδεύσασθαι ἐν-
τεῦθεν, ἐπὶ Σάον τε τὸν χάρακα πήγνυσθαι ἐδό- B
κει, ὅπως ἐντεῦθεν σὺν τῷ ἀσφαλεῖ τοῖς πολε-
μίοις ἀντιφέρεσθαι δύναιντο. τοῖς δὲ τοῦτο μὲν οὐ-
δαμῇ ἤρεσκε, τῆς πολιορκίας δὴ ἀφεμένους, ἐδόκει
δυνάμει τῇ πάσῃ, ἐπιόντα ὑποστήσεσθαι τὸν πολέ-
μιον. Ἀλλὰ Βασιλεὺς ἀμφότερα οὐκ ἐπῄνει. Τὸ μὲν
γὰρ δειλίαν, τὸ δὲ καὶ ἀβουλίαν ἀπεψήφιστο ἄντικρυς.
» Ἐξέσται γάρ, ἔλεγε, τῆς πολιορκίας ἀποχωρησάντων ἡμῶν,
» δύναμίν τε πολλὴν τῆς νῦν μείζω, καὶ τὰ ἐπιτήδεια
» διαρκῶς ἐσκομίσασθαι Οὔννους, οἱ ἀμφὶ τὴν πόλιν
» φρουρὰν ποιοῦνται. ἐδόκει δὲ αὐτῷ, τὸ μὲν ἀχρειότε-
ρον τοῦ στρατοῦ, καὶ ὅσον οἰκετικὸν ἦν, ὅπλα περιθέμε-
νον αὐτοῦ πρὸς τῇ πόλει μεῖναι ὑπὸ στρατηγοῖς τι-
σι τῶν οὐ λίαν ἐπισήμων· τὸ δὴ ἄλλο ἅπαν ἅμα αὐ-
τῷ ἐπὶ Οὔννους τοὺς ἄλλους ἰέναι μαχησόμενον. Ὡς C
οὖν ἐκράτει ταῦτα, παρεσκευάζοντο μὲν τῆς ἐπιού-
σης ἐκεῖθεν ἀναστησόμενοι. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν οὐδέπω
σαφὲς αὐτοῖς ἀπηγγέλη, ἐξοπλισάμενοι ἕωθεν, καὶ
τρίτην ἤδη πεῖραν προσῆγον τῇ πόλει. μάχη τοίνυν
αὖθις συνίστατο. Καὶ Οὖννοι μὲν οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων
λίθοις καὶ βέλεσι, καὶ παντὶ τῷ παρατυχόντι τὸν Ῥω-
μαίων ἠμύνοντο στρατόν. Οἱ δὲ μᾶλλον ἢ πρότερον
ὑπορύσσοντες τὰ κρηπιδώματα, καὶ τοῖς πετροβό-
λοις τὰς τῶν λίθων διεσπάραττον ἐμβολάς. παρακε-
λευσμοί τε συχνοὶ καὶ παραινέσεις ἑκατέρων ἠκούοντο,
καὶ βοὴ καὶ ἀλαλαγμὸς ἦν, καὶ θροῦς ἠγείρετο ἄσημος.
Οὖννοι τοίνυν τοὺς ἐπὶ τῶν θεμελίων ὑπομοχλεύον-
τας θεώμενοι Ῥωμαίων, τοιάδε ἐποίουν. Λίθος D
μέγα τι χρῆμα ἐντὸς τειχέων κείμενος ἦν· τοῦ-
τον ὑπὸ ξυλώμασιν ἐνθέμενοι, σχοίνοις τε ἀνά-
ψαντες σφῶν, ἐπὶ τὸ ξύλινον ἀνέλκον προπύρ-
γιον, ὅπερ αὐτοῖς κατεσκεύαστο τειχέων ὑπερεισά-
μενον, ὡς ἐκεῖθεν ἐπὶ Ῥωμαίους ἀφήσουσιν. Ἀλλ'
ἄρτι ὁ λίθος ὡμίλει τῷ πυργίῳ· τὸ δὲ οὐκ ἐνεγ-
κὸν τὴν ὁλκήν, μέγας γὰρ ὑπερφυῶς ἦν, ἐξα-
πιναίως ῥαγὲν εἰς γῆν ἠνέχθη, σὺν τῶν Οὔννων πολ-
λοῖς, καὶ αὐτῶν οὐδεὶς τὸν κίνδυνον ἔφυγε. θροῦς τοίνυν
καὶ πάλιν ἠγέρθη, καὶ ἡ μάχη ἔτι μᾶλλον ἐμαίνετο. Ὅτε

A *tuna, res easdem vnquam aptauerit. Romanorum itaque Imperio, etsi pristinam nondum felicitatem consecutum fuerit, sed quod Deo iuuante, longe melius, nobis nunc defensoribus, habet, dedecori erit, si vniuersi Hungarorum Regi cedant, qui cum ingenti, vt aiunt, indigenarum exercitu accedit, & maioribus adhuc sociorum copiis auctus est ac instructus. Quapropter maxime prospicere quisque debet, qua ratione vtraque illi conseruentur, & gloria, quæ iam in melius ire cœpit, & potentia, quæ inde tota ab ipso recederet.* In hunc modum differuit Imperator. Quidam autem ex Romanis, qui concilio illi intererant, transferenda inde ad Sauum castra censebant, B vt tutius ex eo loco hostibus posset obsisti. Aliis id minime placuit: sed, relicta obsidione, cum omnibus viribus, imminentem hostem sustineri debere existimabant. At Princeps vtrumque respuens consilium, illud metus, id e contra temeritatis damnauit: *Nobis enim,* aiebat, *obsidionem omittentibus, integrum erit Hungaris, qui præsidio vrbi sunt, maiores copias cogere, & commeatui largius prouidere.* Censuit igitur ipse vt imbellis exercitus pars, lixæque ac calones armarentur, & ibi circa vrbem, sub aliquot Ducibus haud admodum nobilibus manerent; reliquus autem exercitus secum in Hungaros alios pugnaturus exiret. Hæc vbi sententia stetit, ad C iter se in proximum diem præparant. Cum vero nihil certi ipsis esset nuntiatum, sumptis prima luce armis, tertium in vrbem impetum faciunt. Pugna itaque rursum conseritur, ac Hungari quidem, qui mœnia defensabant, lapidibus sagittisque, rebusque aliis quibuscumque obuiis, subeuntes arcebant Romanos. Hi vero longe, quam antea, vehementius fundamenta suffodiebant, machinisque petrariis admotis, murorum loricas diffringebant. Crebræ vtrimque adhortationes & incitamenta, vocesque & vlulatus, dissonusque ac incertus clamor exaudiebantur. Statim igitur atque Hungari a Romanis funda- D menta viderunt commoueri, id statim moliuntur. Saxum erat intra mœnia ingentis magnitudinis: id trabibus suppositis alligatisque funibus, in ligneum educunt propugnaculum, quod ipsi fabricauerant, muris ipsis longe excelsius, vt inde in Romanos illud deuoluerent. Sublato igitur in turrim lapide, cum tantum pondus sustinere illa non posset (erat enim immensæ molis) repente cum ipsis Hungaris, quorum nemo discrimen euasit, delapsa in terram corruit. Inde iterum clamor oriri cœpit, & pugna multo acrior facta. Tum etiam

Imperatorem aiunt, cum Romanum A quemdam certo ictu ab hostibus percutiendum, & haud dubie periturum vidisset, accurrisse, & protenso clypeo a vibratis telis hominem seruasse.

XX. Hungari vero vt angustiis se vndique premi aduerterunt, missis Legatis, Principem rogauere, vt dedentes ciuitatem, salui & incolumes possent excedere. At ille non se prius id facturum respondit, quam Gregorius, & qui cum iis erant Zupani, adstricto funibus collo, pedibus capitibusque nudis venissent. Quibus cum hoc responso remissis, Romani longe acrius vrbem adorti, eam per vim expugnant. Qua capta, Gregorius & cæteri Hungarorum Duces cum ignominia, ad eum B quem diximus modum, miserabili habitu, nec sine eiulatu ad Principem accessere. Verum ille aliquamdiu ne aspectu quidem eos dignatus est: sed tandem Bela intercedente, mortem condonauit, eosque in custodiam extemplo coniici iussit. Romani autem summo animi ardore vrbem subeuntes, homines ibi velut agnos trucidarunt. Vnde mihi oboriuntur lacrymæ, cum vitam humanam intueor, & quantis vltro se malis miserum hoc hominum genus inuoluat. Auferebantur thesauri & vestes & vasa argentea, omniaque adeo eorum bona diripiebantur. Quin & inuenta est infelix muliercula, cui pars C qua sedemus, telo transfixa erat. Id ei quomodo acciderit, commemorabo. Hæc nondum adhuc capta ciuitate, supra muros stans, cinerem vel puluerem excutibat, & sublatis nullo pudore vestibus, faciem auertens, nates inspiciendas præbebat Romano exercitui, multa intercinens ac iterans, quibus arte quadam dæmoniaca Romanos fascinare ac præstigiis irretire arbitrabatur. Sed miles quidam immisso in illam telo, miseram eo percutit loco, quem eiiciendis natura excrementis fecit. Repertus est & Romanus aliquis, in sordidum ac tenebrosum carcerem miser coniectus, ex hacce causa. Cum eum captiuum fe- D cissent Hungari, scirentque iaculandi peritissimum esse, vt Romanos e muro sagittis impeteret, cogebant. Ille vero crebra quidem vibrabat tela, sed ita vt omnia præteruolarent. Quod vbi aduertere Hungari, virgis cæsum hominem, arctisque constrictum compedibus, in custodiam condunt. Ita rursum capta est Zeugme. Quo quidem tempore multi præclara & prædicanda fortitudinis edidere facinora, atque in iis Andronicus Ducas. Cum enim Romanos admotis scalis mœnia subire ac scan-

A λέγεται, ὡς Ῥωμαίων τινὰ δυσχωρώτατα ἐπιτοξαζόμενον Βασιλεὺς κατανοήσας, ἐπέδραμέ τε, καὶ τὴν ἀσπίδα προτείνας, ἀπαθῆ βελῶν συνετήρει τὸν ἄνθρωπον.


κʹ. Οὖννοι δέ, ἐπειδήπερ ἐν στενῷ κομιδῆ περιεστῆναι σφίσι τὰ πράγματα ἔγνωσαν, πέμψαντες ἐδέοντο Βασιλέως, ὡς ἐνδόντες τὴν πόλιν αὐτοί, ἀθῷοι ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀπαλλάξωσιν. Ὁ δὲ οὐ πρότερον ἔφη τοῦτο ποιήσειν, πρὶν ἂν καλῳδίοις τοὺς τραχήλους Γρηγόριός τε καὶ τῶν ἐν σφίσι Ζουπάνων οἱ ἄλλοι ἀναψάμενοι, γυμνωθεῖσι ποσί, καὶ ἀκαλύφεσι ταῖς κεφαλαῖς τὰς αὐτοῦ ἔλθοιεν. Ὁ μὲν δὴ ἐπὶ τοιούτοις αὖθις ἀπεπέμψατο. Ῥωμαῖοι σφοδρότερον B ἐπιβρύσαντες τὴν πόλιν εἷλον. Ἧς ἤδη ἁλισκομένης, Γρηγόριός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ στρατηγοὶ τῶν Οὔννων, σὺν ἀτιμίᾳ τρόπον τὸν εἰρημένον ἐλεεινοὶ τῶν σχημάτων, Βασιλεῖ προσιόντες ἔκλαιον. Ὁ δὲ μέχρι μέν τινος οὐδὲ προσβλέπειν ἠξίου. Ὀψὲ δὲ πολλὰ τοῦ Βελᾶ παραιτησαμένου, τὸν μὲν φόνον ἀφῆκεν, ἐς δὲ φρουρὰν αὐτίκα ἔπεμψε. Ῥωμαῖοι δὲ θυμῷ μεγάλῳ εἰς τὴν πόλιν εἰσιόντες, ἅτε ἄρνας τοὺς τῇδε κατέθυον ἀνθρώπους. ὅτε μοι καὶ δακρῦσαι ἐπῆλθε, βίον ἐννοουμένῳ τὸν ἀνθρώπειον, ὅσοις τε τὸ δείλαιον τοῦτο γένος ἑκουσίοις ἑαυτὸ ξυνέδησε κακοῖς. Ἤγοντο κειμήλια καὶ ἱματισμοὶ καὶ ἀργυρώματα, καὶ πάντα τὰ ἐκείνων ἐλῄζετο ἀγαθά. ὅπλοις τοῖς ἐχθρῶν ἠμπίσχετο ἕκαστος, καὶ τῶν ψιλῶν τούτων καὶ ἀνόπλων μαχη- C τῶν. Ὅτε δὴ καὶ γύναιόν τι εὕρηται δύστηνον, διεληλαμένην ἀκίδα τὴν ἕδρας ἔχον. πόθεν δὲ αὐτῷ τοῦτο συνέβη, αὐτίκα δηλώσω. Αὕτη ὁπηνίκα ἔτι ἀνάλωτος ἦν ἡ πόλις, ὑπὲρ τῶν τειχέων ἑστῶσα σποδόν τε κατέσειε, καὶ τὰ ἱμάτια κόσμῳ οὐδενὶ ἀνασείρασα, τὴν ἕδραν παλιντρόπῳ τῷ προσώπῳ ἐς τὸν Ῥωμαίων ἐδείκνυε στρατόν, ἀπέραντόν τε τινὰ βαττολογίαν ὑποψάλλουσα, δαιμονιώδει τινὶ μαγγανείᾳ Ῥωμαίους ξυνδεῖν ᾤετο. Ἀλλά τις στρατιωτῶν βέλος ἐπ' αὐτὴν ἀφεὶς, κατατυγχάνει τοῦ ταλαιπώρου, ἔνθα τὸν τοῦ σκυβαλισμοῦ παράπομπον ἡ φύσις αὐλῶνα ἵδρυσεν. Εὕρηται δὲ καί τις Ῥωμαίων δεσμώτης, ὁ τλήμων ἐπὶ σκολιῶδές τινος καὶ ἀνηλίου καθειργμένος δωμα- D τίου, ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε. Τοῦτον Οὖννοι αἰχμάλωτον ἤδη πεποιημένοι, ἅτε τοξείας εὖ εἰδότι Ῥωμαίοις ἐκ τοῦ περιβόλου ἐπιτοξάζεσθαι ἀνάγκην προσῆγον. ὁ δέ, οὐ σὺν γνώμῃ μέν, ἠφίει δ' ὅμως πυκνά, πάντα δὲ ἁμαρτεῖν ἐποίει. Ὅπερ Οὖννοι κατανοήσαντες, ξαίνουσί τε τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ νώτου πολλά, καὶ σὺν ἀσφαλείᾳ καθείρξαντες εἶχον. Οὕτω μὲν δὴ Ζεύγμη καὶ πάλιν ἑάλω. Ὅτε πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι λόγου καὶ ἀρετῆς εἰργάσαντο ἄξια, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ Ἀνδρόνικος ὁ Δούκας. Ἐπειδὴ γὰρ Ῥωμαίους διὰ κλίμακος ἀναρριχωμένους ἐπὶ τὸ τει-

A τρος εἶδεν, Ἀνδρονίκῳ τῷ Βασιλέως ἐξαδέλφῳ προσιών, ὑφ' ὃν τέλος ἤλαχεν ἤδη ἐκ Ταυροσκυθῶν ἀφικόμενον, ἵλεώ τε τοῦ Βασιλέως τυχόντα, ἠξίου ἐνδοῦναι αὐτῷ τῆς ἀνόδου πειρᾶσθαι. τοῦ δὲ ἐπιτρέψαντος, σπουδῇ πολλῇ ἐς τοῦτο ἐχώρει. Ἐπειδὴ δέ τινες Λατίνων κατόπιν ἰόντες προελθεῖν ἐφιλονείκουν αὐτόν, ὁ δὲ ἀντέπραττέ σφισι πολλά, καὶ οὐδαμῇ τοῦ κλέους συγχωρεῖν ἤθελε. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, ἡ κλίμαξ ἀφνίδιον εἰς γῆν ἠνέχθη κατασπασθεῖσα. Ἀλλ' ὁ Ἀνδρόνικος τοῦ συνήθους καὶ πάλιν ἀντείχετο θράσους. ἐπεὶ γὰρ ἑτέρας ἀναρτηθείσης ἀναβαίνοντάς τινας αὖθις εἶδε, δραμὼν ἐπέβαινε καὶ αὐτός. Ταῦτα μὲν τῇδε ἐχώρησε. B Στέφανος δὲ ὁ Ῥὴξ τῇ τῆς πόλεως πεποιθὼς ἀσφαλείᾳ (πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ ὀχετὸς αὐτὴν ἐκ τῶν Ἴστρου ἐπότιζε ναμάτων. ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐς τὸ ἐμφανὲς ἔκειτο ὕπαιθρος ἐπὶ τὴν πόλιν ἀνατείνων· εἶτα Βασιλέως Στεφάνῳ ἐκείνῳ συναιρομένου, ὑπόνομος ἤδη κατέστη) πιστεύειν οὐκ εἶχεν εὐπετῶς, οὕτω Ῥωμαίοις ἁλώσεσθαι ταύτην. Ὡς δὲ Βασιλεὺς ἐκεῖθεν μεταβὰς ἕτερόν τι φρούριον ἐνουργεῖ, ἐν ᾧ πολλοὺς τῶν ἐν Σιρμίῳ φέρων ᾠκίσατο Οὔννων, οὓς παρ' αὐτοῖς Χαλισίους ἔθος καλεῖν ἐστίν, καὶ εἰσὶν ἑτερόδοξοι, καθάπερ ἤδη ἔφην, Πέρσαις ταυτοφρονοῦντες. τότε δὴ τὰ ἀμφὶ τῇ πόλει Ζεύγμῃ ξυμπεπτωκότα C μαθὼν ἀκριβῶς, πρέσβεις ἐς τὸν Βασιλέα πέμπει ἄνδρας τε τῶν περιφανῶν, καὶ τὸν τὴν ἐπισκοπὴν τῇδε λαχόντα ἀρχήν, Σίρμιόν τε ἀποδιδόναι Ῥωμαίοις ἐσαῦθις διομολογῶν, πρὸς δὲ καὶ Δαλματίαν πᾶσαν. Οἳ καὶ ἐπειδὴ Βασιλεῖ εἰς ὄψιν ἦλθον, ἔπειπόν τε ὅσα αὐτοῖς ἐπέσταλτο, καὶ δὴ καὶ ἱκέτευον ἀνεῖναι λοιπὸν Βασιλέα τοῦ λόγου· ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀπέλεγε, » Πολλοῦ μέντ' ἂν ἄξιον εἴη, λέγων, ἄνδρες πρεσβυταί, εἴ τις ἅπερ ἀφῄρηται ἤδη, ταῦτα διδόναι ἀξιοίη. Ἔχομεν Σίρμιον, ἐξείλομεν Ζεύγμην, Δαλμάτας ἤδη κρατοῦμεν, πάντων καθάπαξ γεγόναμεν κύριοι, ὧν αὐτοὶ διδόντες εἶτα ἀφείλεσθε. D Ἆρα τοίνυν ἐστὶ παρ' ὑμῖν Σίρμιον ἕτερον; ἔστι που Ζεύγμη; καὶ Δαλματία ἄλλη, ἃ διδόντες νῦν ἡμῖν ἥκετε; εἰ μὲν ἐστί, δείξατε δή, ὡς ἡμεῖς γε ὑπτίαις αὐτίκα ὑποδεξώμεθα ταῦτα χερσίν. Εἰδότες μέν, ὡς οὐδὲ ταῦτα, ὅσον τὸ ἐφ' ὑμῖν, καθέξομεν ἀσφαλῶς (μέλησις γὰρ ὑμῖν οὐδεμία πάντα παρανομεῖν) αὐτῇ δ' ὅμως ἰσχύϊ, σὺν Θεῷ φάναι, τῇ ἡμετέρᾳ, ὥσπερ καὶ τούτων κρατήσοντες. Εἰ δὲ ταῦτα δὲ παρ' ἡμῖν ἀρτὶ κεῖται, ὑμῖν δ' οὐδὲν ὑπολέλειπται, ὧν ἀρτὶ δώσειν φατέ, ἐπὶ τίσιν ἡ σύμβασις; ἢ τί τὸ διαλλάξον ὑμᾶς ἔσται;

dere cerneret, accedens ad Andronicum Imperatoris agnatum, sub quo a Tauroscythis iam reduce, & veniam delictorum ab Imperatore consecuto, militabat, eum rogauit, vt sibi quoque ascendendi potestatem faceret: eoque permittente, summo animi ardore in id incubuit. Latinis vero quibusdam pone ipsum sequentibus, ac priores rem aggredi annitentibus, ipse e contra obstitit maxime, neque quicquam de gloria concedere voluit. Interea autem dum hæc fierent, scala in terram repente delapsa fracta est. Sed Andronicus consuetam audaciam resumpsit: & simul atque alia erecta scala, vidit nonnullos iterum ascendentes, & ipse etiam accurrit, ascenditque. Hæc quidem ibi prospere cessere. Stephanus autem Rex fisus ingenio & fortitudini ciuitatis (præter cætera enim riuus ex Istro deductus vndis eam rigabat: qui primo quidem aperte & sub dio positus, deinde Imperatore Stephano bellum inferente, per subterraneum canalem in vrbem procurrebat) sibi id persuadere minime poterat, ita a Romanis posse expugnari. Inde itaque digressus Princeps, aliud castellum extruxit, quod Hungaris plurimis quos Sirmio transtulerat, habitandum concessit. Chalisij vulgo ab ipsis appellantur, suntque diuersæ, vt supra memoratum est, religionis, & easdem ac Persæ opiniones habent. Tum vero certo edoctus Stephanus quæ Zeugmæ vrbi accidissent, Legatos ad Imperatorem misit, viros dignitate conspicuos, quos inter extitit is, qui Episcopali munere ibi fungebatur, Sirmiumque se Romanis, insuper etiam totam Dalmatiam restituturum pollicitus est. Vt venere in conspectum Imperatoris, mandata exposuere, rogauereque, vt has conditiones admitteret. Id ille primo negauit, *Rem certe magnam*, inquiens, *confecturus ille esset, Legati, si quæ iam ablata sunt, ea rursum donare vellet. Habemus Sirmium, cepimus Zeugmen, Dalmatas tenemus, eorumque omnino domini facti sumus, quæ vobis erepta, etiam concedere nunc vultis. Estne ergo alterum apud vos Sirmium, & altera Zeugme, Dalmatiaque alia, quæ nobis tradituri sitis? Si habetis, ea nobis ostendite, vt hæc apertis continuo manibus excipiamus: quæ quidem etsi haud tuto nos possessuros sciamus (quippe contra ius fasque agere nulla vobis est cura) iisdem tamen nostris viribus, Deo iuuante, vt & ista tuebimur. Si ergo hæc nostra sunt, nihilque vobis amplius in iis iuris est, quæ vos daturos dicitis, quibus conditionibus pacta fient, aut quid illud erit, quod vos nobis reconciliet?*

Iis quidem sermonibus Legatos primum est allocutus: inde commutata oratione, *sed vt sciatis*, ait, *quam libenter vobiscum, qui Christiani estis velimus pacisci, agedum, sacramenta fiant*. Hactenus Imperator. Illi vero omnia iureiurando firmantes, recessere: ipse autem Princeps Byzantium est reuersus.

A Τὸ μὲν δὴ πρῶτον οὕτως αὐτοὺς ἠμείψατο. Μεταβαλὼν δ' ἔπειτα, Ἀλλ' ἵνα, ἔφη, γνῶτε, ὡς προθύμως ὑμῖν σπείσασθαι θέλομεν, Χριστιανοῖς οὖσιν, ἄγε γινέσθω τὰ ὅρκια. Ὁ Βασιλεὺς μὲν τοσαῦτα εἶπεν. Οἱ δὲ ἐνώμοτα πάντα θέμενοι ἀπηλλάγησαν. Καὶ ὁ Βασιλεὺς λοιπὸν ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθεν.



ΙΩΑΝΝΟΥ ΚΙΝΝΑΜΟΥ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ, ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΣ ΕΚΤΟΣ.

IOANNIS CINNAMI REGII GRAMMATICI, HISTORIARVM LIBER SEXTVS.

α'. ΗΔΗ δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ Δούκας Δαλ- A
ματίαν παραστησάμενος, Νικηφόρῳ τῷ Χαλούφῃ ταύτην παρέθετο, οὕτω πρὸς βασιλέως ἀπεσταλμένον αὐτοῦ. Ἔφθη γὰρ αὐτὸν δυνάμεσιν ἅμα ἐνταῦθα στεῖλαι, ἐφ' ᾧ ἢ βίᾳ, ἢ ὁμολογίᾳ ταύτην ἑλεῖν, τῶν Οὔννων τῷ λόγῳ δῆθεν Βελᾷ πρὸς κλῆρον καὶ ταύτην ἀφοριζόντων. Ὁ δὲ τὴν Σερβίων παραμείψας χώραν, ἐπειδὴ εἰς ταύτην εἰσέβαλε, πάντα ἐν βραχεῖ δυναστείᾳ τὸ πλέον ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἔθετο. Ὅτε δὴ Τραγούριόν τε ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο, καὶ Σεβένικος, πρὸς δὲ καὶ Σπάλαθος, καὶ τὸ Κατζικίων ἔθνος, Διόκλεά τε πόλις περιφανής, ἣν Διοκλη-

I. CVM Ioannes Ducas Dalmatiam Romanorum Imperio asseruisset, Nicephoro Chaluphæ, quemadmodum ei a Principe mandatum fuerat, istius administrandæ curam imposuit. Eo enim fuerat cum copiis missus, vt siue per vim, siue per conditiones illam in potestatem redigeret: quod hanc scilicet prouinciam iam antea Belæ in hæreditatis sortem adsignassent Hungari. Is itaque Seruiorum fines prætergressus, postquam in Dalmatiam exercitum traduxit, breui omnia momento Imperatoris ditioni subiecit. Tum enim in Romanorum ius concessere Tragurium & Sebenicus, ad hæc Spalathus, & Catziciorum gens; Dioclea vrbs percelebris, quam Diocle-

tianus Imperator condidit, Scardona, Ostrurypitza, Salona, omnesque aliæ ciuitates quæ in Dalmatia sitæ sunt, numero in vniuersum septem & quinquaginta. Hæc in Dalmatia feliciter gesta sunt. Imperator autem Byzantium, vti diximus, reuersus, ab Acropoli vsque ad ædem S. Sophiæ, triumphum egit; vbi Deo gratiis persolutis, & Sacerdotibus auro donatis, quod ex tributis Sirmij contraxerat, in Palatio quieti se dedit. Sed me fere præterierat, currum a quo Imperator veheretur, isto in triumpho ex auro solido confectum fuisse; non conscendisse illum tamen, tum quod vereretur ne arrogantiæ incusaretur & fastus, tum etiam quod currui adiuncti equi tunc primum domiti & iugo pressi, sic crebro natiua ferocia succussissent, iactassentque, vt parum abfuerit, quin totus subuerteretur. Nec longum intercessit tempus, cum Seruios & Pannones noua iterum moliri edoctus, eorum conatus præuertere statuit. Sed statim atque illum accedere perceperunt, omisso incœpto, pacta seruauere. Cæterum Imperator reuersum, sicuti memorauimus, ex Tauroscythis Andronicum beneuolentia singulari prosecutus, ingenti auri pondere donatum, in Ciliciam, ad res ibi componendas, misit: & vt largiores ei sumptus suppeterent, vectigalia insuper Cypri attribuit. Sed ille haud diu ibi locorum moratus, primo quidem Philippam Augustæ sororem, legibus id nostris minime concedentibus, sibi despondet: deinde nulla ratione relicta illa, in Palæstinam transiit, ingentes secum deferens Imperatoris pecunias, quas ex Ciliciæ & Cypri tributis coegerat. Illic forte incidit in Isaacij Sebastocratoris filiam, quæ Balduino Regi, vti dictum est, nupserat, & functo marito, fratreque illius regnum iam consecuto, ea ipsa in regione, ciuitate vidua morabatur. Crebrius illam, vt consanguineam, conuenit, & secretas etiam consuetudines cum ea habuit. Tandem impuro atque illicito illius amore flagrans, ac concubitu potitus, in Saracenorum fines vna cum illa traiecit, & liberos ex ea postea sustulit. Inde plurimas regiones exteras circumiens, Orientalem Iberorum plagam adiit. Neque ita multo post ad Persas iterum cum muliere reuersus est: vnde crebris in Romanorum fines factis excursionibus, plurimos captiuos fecit, quos vt belli prædam scelestus iste Persis concessit: ob quæ facinora ab Ecclesia anathemate perculsus est.

II. Per idem tempus orta est Byzantij de gloria Christi cõtrouersia hac occasione.

A τιανὸς ὁ Ῥωμαίων ἐδείματο Αὐτοκράτωρ· Κάρδων τε καὶ Ὀστρουρυπίτζα καὶ Σάλων, καὶ ὅσαι ἐπὶ Δαλματικῆς ἵδρυνται ἄλλαι, ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἅπασαι. Τὰ μὲν κατὰ Δαλματίαν τῇδε ἐχώρησεν. Βασιλεὺς δὲ, ὥσπερ ἐλέγομεν, ἐς Βυζάντιον ἐπανιὼν, θρίαμβον ἐξ ἀκροπόλεως ἄχρι καὶ ἐς τὸ τῆς Σοφίας μέγα κατήνεγκεν ἱερόν. Ἐνταῦθα τε τὰ χαριστήρια θύσας, καὶ χρυσίῳ τοὺς ἱεροπόλους δωρησάμενος, ὃ ἐκ Σιρμίου φορολογηθὲν Ῥωμαίοις ἔτυχεν, ἐν Παλατίῳ ἡσύχαζεν. Ἀλλ', ὃ με μικροῦ παρῆλθεν, ἐν ἐκείνῳ δὴ τῷ θριάμβῳ καὶ ἅρμα χρυσίου εἴργαστο ἀκηράτου, ἐφ' ᾧ τὸν βασιλέα ἐπιβήσεσθαι. Οὐ μὴν καὶ ἐπέβη, τὸ μὲν πρὸς τὸν ὄγκον εὐλαβηθεὶς, τὸ δέ τοι καὶ πρωτοζύγων τῶν ἵππων ὄντων, B οἳ τὸν δίφρον εἷλκον, θαμά τε τοῦτον ἐκταραττόντων, ὡς μικροῦ καὶ ἀνατετράφθαι κινδυνεύειν. Οὔπω δὲ συχνὸς ἐξῆκε χρόνος, καὶ αὖθις τε Σερβίους ὠδίνειν καὶ Παννόνων τὸ ἔθνος μεμαθηκὼς, προφθάνειν ἐπείγετο τὴν ὁρμήν. Ἀλλ' ἄρτι προσιόντα τοῦτον ἤκουσαν, καὶ τῆς ὁρμῆς ἀνακοπέντες, ἀπαράλυτα τὰ δεδογμένα ἐτήρησαν. Ὁ βασιλεὺς δὲ Ἀνδρόνικον ἀπὸ Ταυροσκυθῶν ἤδη, καθάπερ εἴρηται, ἐπανιόντα, φιλοφροσύνης τε τῆς ἄλλης ἠξίωσε, καὶ ἀφθόνῳ χρυσίῳ τὸν ἄνθρωπον δωρησάμενος, ἐπὶ Κιλικίας τὰ τῇδε καταστησόμενον ἔπεμψεν· ὡς γε μὴν ἀφθόνοις ἔχει χρῆσθαι τοῖς ἀναλώμασι, καὶ Κύπρον αὐτῷ φορολογεῖσθαι ἔδωκεν. Ἀλλ' ἐκεῖνος ὀλίγον ἐν τοῖς καθεστῶσιν ἐπιμείνας χρόνον, C πρῶτα μὲν Φιλίππαν τὴν Αὐγούστης κασιγνήτην ἐγγυητὴν ἐποιήσατο, τοῦ παρ' ἡμῖν νομίμου ἥκιστα ξυγχωροῦντος αὐτῷ· εἶτα λόγῳ οὐδενὶ ταύτης ἀπεσχημένος, ἐπὶ Παλαιστίνης μετέβη, χρήματα τῶν βασιλέως πλεῖστα συνεπαγόμενος, ἃ Κιλικίας τε αὐτῆς καὶ τῆς Κυπρίων ἐκπεφορολόγηκε γῆς. Ἐνταῦθα τε τῇ σεβαστοκράτορος Ἰσαακίου ἐντετυχηκὼς θυγατρὶ, ἣ Βαλδουΐνῳ, καθάπερ εἴρηται, τῷ ῥηγὶ ξυνοικήσασα, ἐπειδήπερ ἐκεῖνος ἀποθάνοι, καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν μεταπέσοι τὸν αὐτοῦ, ἐνταῦθα ἐπικαθῆστο πόλεως χηρεύουσα. Θαμά τε ἐφοίτα παρ' αὐτὴν ἅτε ξυγγενῆ, καὶ ὁμιλίας τινὰς ἰδιαζούσας ἐποιεῖτο τῇ ἀνθρώπῳ. Προβαίνων δὲ καὶ ἐκτόπως ἠράσθη ταύτης, ἄθεσμόν τινα καὶ ἀνόσιον ἔρωτα, ἕως ἤδη πλησιάσας D αὐτῇ, ἀνέλαβέ τε ἐκεῖθεν, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Σαρακηνῶν σὺν αὐτῇ χώραν ἦλθεν. Ἐξ ἧς καὶ παῖδας ἐτέκνωσεν ὕστερον. Τότε δὲ πολλήν τινα γῆν ὀθνείαν περιελθὼν, εἶτα καὶ εἰς τὴν ἑῴαν Ἰβήρων ἐμβάλλει χώραν. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον αὖθις ἐπὶ τοὺς Πέρσας ἦλθε σὺν τῇ γυναικί. Ὅθεν συχνὰς ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ποιούμενος ἐμβολὰς, πολλούς τε ἀνθρώπων ἀνδραποδιζόμενος, ὁ κακοδαίμων, ἁρπάγματα τοῦ πολέμου Πέρσαις παρεῖχε. Δι' ἃ καὶ ἀναθέματι πρὸς τῆς Ἐκκλησίας ὑποβέβληται.

β'. Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον ζήτησίς τις ἐν Βυζαντίῳ ἀμφὶ τῇ Χριστοῦ συνέπεσε δόξῃ, ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε.

A Ἦν τις Δημήτριος, Ῥωμαῖος μὲν γένος, Λάμπης δὲ κώμης ὡρμημένος Ἀσιανῆς, παιδεύσεως τῆς ἐγκυκλίου καὶ μαθημάτων τῶν ἐκτὸς, ὀλίγου οἶμαι μετεσχηκὼς, δόγμασι δὲ ὡς ἐπίπαν τοῖς θείοις ἐνευκαιρῶν, καὶ ἀπέραντόν τινα περὶ ταῦτα κατατείνων ἀδολεσχίαν ἀεί. Οὗτος πολλάκις περὶ τὴν Ἑσπέραν καὶ ἔθνη πρεσβεύσας τὰ Ἰταλικὰ, κορύζης μεστὸς ἐκεῖθεν ἐπανήκει, καὶ ἐτερατεύετο ἄλλα τε πολλὰ, καὶ δὴ καὶ τὴν Θεοῦ φύσιν οὐδέποτε ἀνίει πολυπραγμονῶν. πρᾶγμα οὐδενὶ ἄλλῳ, ὅτι μὴ διδασκάλοις, καὶ τῶν ἱερέων ἐφειμένον τοῖς προὔχουσιν, ἤδη δὲ καὶ Βασιλεῦσι διὰ τὸ ἀξίωμα ἴσως. Τότε δὲ ἐκ τῆς χώρας ἀναζεύξας Ἀλαμανῶν, διαφανῶς B ἑτεροφρονεῖν τὰ τῇδε διετείνετο ἔθνη, καὶ ποτὲ τῷ Βασιλεῖ διομιλούμενος, τοιά δέ τινα συνεῖρε. Πυνθανομένου δὲ τοῦ Βασιλέως, τίνα ταῦτα εἴη, ὑπολαβὼν ἐκεῖνος αὐτίκα τὸν πάντα διεξῄει λόγον. Εἶχε δὲ οὕτως. Ἐλάσσω τὸν αὐτὸν καὶ ἴσον τῷ φύσαντι Θεῷ λέγειν τολμῶσι. Βασιλέως δὲ, Τί δὲ, οὐχὶ καὶ Θεὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον φαμὲν, εἰπόντος. ὁ δὲ, Ναὶ, εἶπεν. Οὐκοῦν, Βασιλεὺς ἔφη, ἐν τῷ ἄνθρωπος μὲν τὸ ἧττον, ἐν δὲ τῷ Θεὸς, τὸ ἴσον ὁμολογοῦμεν. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ τοῦ Σωτῆρος ἀκούομεν λέγοντος. Φησὶ γάρ που, Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί. καὶ εἰ μὴ θατέρᾳ τοῦτο C προσαρμοστέον φύσει (ἀτοπώτατον γὰρ) ἀνάγκη λοιπὸν τῇ ἑτέρᾳ τὸν λόγον προσάπτειν. τὸ γὰρ μηδεμιᾷ λέγειν, ἀνόητον. ἄρα καλῶς τοῖς ἀνθρώποις ὁ λόγος ἔχει, ὅσαγε τέως Κράτος εἰδέναι τὸ ἡμέτερον. Ὁ δὲ καὶ πάλιν, Ἀλλὰ περιφανῶς ἀσεβοῦσιν, ἔλεγε. τότε μὲν οὖν ἐν τούτοις τὸν διάλογον ἔλυον. Ὀλίγῳ δ' ὕστερον, καὶ βιβλίῳ τὰ δοκοῦντα αὐτῷ Δημήτριος ἐνθέμενος, τῷ Βασιλεῖ ἐκόμισεν. ὁ δὲ, Εἴγε, ἔφη, ὑπὸ γῆν αὐτὸ κατακρύψαι δυνατά ἐστιν, αὐτίκα τοῦτο κατάχωσον, ὡς μὴ ἐντεῦθεν ὀλέθρου πολλοῖς πρόξενος ἔσῃ. ἐμοὶ γὰρ ἀραρότως ἔχειν συμβαίνει τὰ ἐς τὴν θεωρίαν ταυτηνί, καὶ D οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως οἶμαι αὐτῆς με ἔξω παρακινεῖν. Ἀλλ' ἐκεῖνος ἔτι μᾶλλον θρασὺς ὢν, ἰδίᾳ τε καὶ ἐν συλλόγοις αὐτὸ προὔφερεν. Ἤδη δὲ καὶ τῶν Ἀρχιερέων ἐκοινοῦτο πολλοῖς, καὶ τοῖς ἐκ τῆς Λευιτῶν μερίδος, οὓς Διακόνους καλοῦμεν. Ἐπεί τε συμφωνοῦντας αὐτῷ πολλοὺς εὕρισκεν, ἔτι μᾶλλον ἀναφανδὸν κατὰ τῶν τὸ ἔλαττόν πως πεφρονηκότων ἔπνει καὶ ἐφέρετο. Περιϊών τε, ἐπὶ μέγα ἤρθη τὸ νεῖκος. καὶ οὐκ ἦν οὐδαμοῦ, ὅς τις τῷ τότε καὶ ἐλάλει καὶ ἐζήτει, κἂν ὁποιασοῦν ἐτύγχανε μερίδος ὤν. Ὡς οὖν ταῦτα Βασιλεὺς

A Quidam Demetrius, origine quidem Romanus, sed Lampe vico Asiæ oriundus, in disciplinis scientiisque externis ac secularibus parum, vt opinor, versatus: institutis autem diuinis assiduo deditus, de iis absurda quædam crebrius proferebat. Hic sæpius in Occidentem, gentesque Italicas Legatus missus, & stoliditate plenus inde reuersus, tum alia quædam effudit portentosa, tum & Dei naturam curiosius inuestigare non destitit: rem alij nulli permissam, præterquam Doctoribus, & iis qui in Sacerdotum albo præcipui fulgeant; atque adeo ipsis iam Imperatoribus, propter dignitatis forte excellentiam. Cum e B finibus Alemannorum rediret, gentes eas propalam contendebat a vera aberrare opinione, inque colloquium Imperatoris aliquando admissus, eadem effutiit. Quænam autem ista essent illo percontante, sermonem arripiens, statim rem omnem, cuius hæc est summa, explicuit. *Dicere*, inquit, *audent minorem eumdem esse & æqualem Deo a quo genitus est.* At Imperator subiiciens: *Numquid*, ait, *eumdem esse & Deum & hominem dicimus?* Ille vero, *Sic se res habet.* Inquit tum Imperator: *An non igitur, quatenus homo est, minorem, quatenus autem Deus, æqualem confitemur? Hoc ipsum scilicet Seruatorem nostrum audiuimus dicentem: alicubi enim ait*, Pater C meus maior me est. *Quod si diuinæ istud naturæ non est adscribendum (id enim dicere prorsus absurdum esset) necesse est vt alteri, nempe humanæ, sermo iste conueniat. Dicere enim id neutri competere, stultum esset. Recte igitur homines isti sentiunt & loquuntur, quantum hactenus Maiestati nostræ coniectari licuit.* Ille vero rursum, *Manifeste*, inquit, *errant in fide.* Atque in his diremptum est colloquium. At paulo post sententiam suam libello exaratam Imperatori porrexit Demetrius: is vero, *Si*, ait, *condi sub terram potest libellus iste, defode illum protinus, ne multis causa perditionis fiat. Mihi quidem immota super ea quæstione stat sententia, neque* D *facile quis ab illa me dimoueat.* Cæterum insolentior etiam factus, libellum priuatim ac publice in cœtibus proferebat: atque cum ipsis etiam Episcopis, Leuitarumque ordine conspicuis, quos Diaconos vocamus, de illo disserebat. Cum vero iam plurimos in suam pertraxisset sententiam, manifestius contra eos qui *minoris* opinione tenerentur insurrexit, adeo vt maxima deinceps excitaretur contentio, cum occurreret nemo, cuiuscumque esset dignitatis, qui obloqui, & ab eo inquirere quidpiam auderet. Quæ vt Imperatori comperta

fuerunt, publico quidem examini hanc ille committere controuersiam præ religione quadam in dies differebat. Vbi vero omnes propemodum in Demetrij opinionem inclinare vidit, singulos primo, inde binos, & plures ad se vocans, agitata & discussa quæstione, plurimos ex iis, cum quid opponerent non suppeteret, in alteram perduxit sententiam, Licet enim Logicam & Dialecticam non attigisset, præstantia tamen ingenij & acumine, mentisque & animi magnitudine cæteros omnino, qui nostra ætate vixerunt, homines præcellebat. Et nemo hæc inficiabitur, non eorum modo qui cum Principe sæpius versantur, quorumque suspecta haberi posset adulatio, sed & aliorum, qui ei prorsus ignoti sunt. Si quid enim interpretari vellet, id singulari accuratione & perspicuitate, necnon & natiua simplicitate referebat, ex quacumque demum Philosophiæ parte deducta esset quæstio, siue ex Physica, siue ex Theologica, cæterisque aliis. Exercebat enim sese in diuinis perinde ac humanioribus disciplinis, & magno vtrumque habebat loco, Martem & Mercurium, etsi nullo propemodum tempore illi a bellicis curis vacaret. Ille itaque, vti diximus, complures ex iis, quibuscum congressus est, ad suam perduxit sententiam. Primum enim nemo erat, qui non partis esset sibi aduersæ, præterquam Lucas, rebus Ecclesiasticis tum præpositus, qui & ipse nec aperire libere mentem suam audebat, cum sex non amplius Diaconis. Cæteri autem omnes, vt plerosque post familiare cum Imperatore colloquium a suis partibus abscedere viderunt, in secretis istis congressibus, ingenij solertia, ac linguæ lenocinio ad illius esse pertractos sententiam rati: apud se statuere, vt nemo e suis deinceps solus aut secreto, cum Principe colloqueretur. Quippe, etsi non in hac vita quidem, tandem tamen post mortem anathemati omnino esse subdendum aiebant. Ad hæc mutuo in ædibus suis, & Principum aliquot virorum conuentus instituerunt, quorum omnium ignarus Imperator, Euthymium Nouarum Patrarum Episcopum in secretum abductum, de hac controuersia percontatur, hancque cum illo agitare se velle quæstionem ait. At is labia occludens, silebat. Exquirente autem Imperatore causam silentij, tum respondens ille, rem omnem explicuit. Ex quibus non modice commotus Princeps, iraque succensus, quod alias solitus non erat, vtpote qui cum animi constantia, & præter iracundiam quæli-

A ἔγνω, τὸ μὲν ἐπὶ κοινῆς τεθεικέναι ζητήσεως ὤκνει καὶ ἀνεδύετο, συνευλαβείᾳ τῷ πράγματι προσφερόμενος. ὁρῶν δὲ σχεδόν τι μὴ ἅπαντας ἐς γνώμην τῆς Δημητρίου νεύοντας, ἕνα καθένα, ἤδη δὲ καὶ ξυνδύο καὶ κατὰ πλείους παραλαμβάνων, ἐδοκίμαζε τὰ λεγόμενα· οὕτω τε πολλοὺς αὐτῶν ἐπὶ θατέραν μετήνεγκε δόξαν, οὐκ ἔχοντας ἀντιλέγειν οὐδέν. Καὶ γὰρ κἂν παιδείας ἄγευστος Λογικῆς ἦν, ἀλλὰ φύσεως ὀξύτητι, καὶ μεγαλείῳ νοήσεως πάντων καθάπαξ ἐκράτει, τῶν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις γεγενημένων ἀνθρώπων. Καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἠρνεῖτο ταῦτα, μὴ ὅτι τῶν ἐν Βασιλέως ἀναστρεφομένων B τὰ πολλά, ἢ γὰρ ἂν θωπείας ὑπώπτευσέ τις ἐνταῦθα; ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἄλλων ἀγνώστων αὐτῷ· κἂν τι διερμηνεῦσαι προθυμηθείη, σὺν ἐξαισίᾳ τινὶ προμηθείᾳ καὶ σαφηνείᾳ καὶ φύσεως ἁπλότητι τοῦτο διεξῄει· κἂν ὁποιουδήτινος τῆς Φιλοσοφίας ἤρτητο τὸ ζητούμενον εἰδῶν, Φυσικῆς ἢ Θεολογικῆς, καὶ καθάπαξ τῶν ἄλλων. Ἠσχόλει γὰρ ἑαυτὸν τοῖς τε θείοις καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀκροάμασι, πολύν τε ἀμφοτέρων, Ἄρεός τε καὶ Ἑρμοῦ, λόγον ἐποιεῖτο, καίτοι σχεδὸν πολεμίων ἔργων οὐδένα καιρὸν ἀνιείς. Ὁ μὲν οὖν οὗτος, ὅπερ ἐλέγομεν, πολλοὺς τῶν ἐντυγχανόντων ἐς γνώμην μετετίθει τὴν ἑαυτοῦ. Τὸ γὰρ πρότερον οὐδεὶς ἦν, ὅς τις οὐχὶ τῆς ἀντικειμέ- C νης αὐτῷ μοίρας ἦν, ὅτι μὴ Λουκᾶς, ὁ τηνικαῦτα τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς ἐφεστώς, ὃς καὶ αὐτὸς οὐδαμῆ παρρησιάζεσθαι ἔτι ἐτόλμα, καὶ Διακόνων οὐ πλείους τῶν ἕξ. Οἱ καὶ δὴ ἄλλοι ἅπαντες, ὡς ἐκ τῆς ἰδίας τοῦ Βασιλέως κοινωνίας πολλοὺς τοὺς κατ' αὐτοὺς ἀπορρέοντας ἑώρων χοροῦ, οἰηθέντες τῷ διαφόρῳ τῆς νοήσεως καὶ τῷ τῆς γλώττης εὐστρόφῳ ἐν ταῖς ἰδιαζούσαις τοὺς πολλοὺς αὐτῶν εἰς ἑαυτὸν ἐφέλκεσθαι συνουσίαις· ἔστησαν παρ' ἑαυτοῖς, μηκέτι μηδένα κατὰ μόνας καὶ ἐν παραβύστῳ τῷ Βασιλεῖ ἐντεύξεσθαι αὐτῶν. Κἂν γὰρ μὴ νῦν, ἀλλ' ὀψέ καὶ μετὰ ἀποβίωσιν ἀναθέματι πάντως ὑποβληθήσεται ἔλεγον, D συνελθόντες ἔς τε ἀλλήλων, καὶ δὴ καὶ ὑπερεχόντων τινῶν ποιούμενοι οἰκίας. Ὧν οὐδὲν ἔτι συνειδὼν ὁ Βασιλεύς, Εὐθύμιόν ποτε τῶν Νέων Πατρῶν Ἀρχιερέα ἰδίᾳ καλέσας, ἀνεπυνθάνετο τῶν εἰρημένων, γυμνάζειν τε σὺν αὐτῷ τὴν δόξαν ἤθελεν. ὁ δὲ μεμυκὼς τὰ χείλη σιγῇ ἵστατο. Τοῦ Βασιλέως δὲ τὴν αἰτίαν ἐρομένου τῆς σιωπῆς, τὸν πάντα λόγον ὑπολαβὼν ἐκεῖνος διεξῄει. Θυμήνας οὖν ἐπὶ τούτοις, καίτοι οὐ πρότερον εἰθισμένον αὐτῷ τοῦτο, ὅ, τι γὰρ ἂν πράττοι σὺν εὐσταθείᾳ, καὶ ἀκροχολίας ἔπραττεν

ἔξω, ἠπείλει γε κατὰ κρημνοῦ τοῦτον ὠθήσειν, εἴγε αὐτοὶ τὴν ὑγιᾶ περὶ Θεοῦ διαστρέφοντες δόξαν, αὐτῷ ταῦτα ἐπικαλοῦσιν. Ἀλλ' ἵνα, ἔφη, μεταβαλών, γνῶσθε, πρότερον, οἵτινες ὄντες, καὶ ὅπως ποτὲ περὶ Θεοῦ φρονοῦντες, σκώμματά τε ἐπιῤῥίπτετε κἀμοί. ἀνέχομαι δὲ ὑβριζόμενος, ὡς μὴ δόξαν ὀρθὴν αὐθεκάστῳ διαβάλλοιμι πράξει. αἱ γὰρ πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἀγαθῶν ἔργων ὁμοιότητες, ἱκαναὶ καὶ τὰς γνώμας ταυτίζειν, ἐξ ὧν ἑκάτεραι προέρχονται. Ἀνθοπλίσασθε τοίνυν ὅπως μοι μόνῳ τῶν ἁπάντων ἀπενδυτίας ὑμῖν ἥξοντι συμπλακήσασθαι λοιπὸν δυνηθῆτε, οὐ βίᾳ χειρῶν, ἀλλ' ἐνεργείᾳ λόγου. Μισεῖται γάρ μοι νικᾶν ἡττωμένῳ, καὶ μάρτυς ἡ πρᾶξις ἤδη. σαφέστατα γὰρ περιυβρισμένος, ὥσπερ ὁρᾷς, ἐπέχω τὴν ἄμυναν. καί τοι ἔδει μὴ ἐν γωνίαις ὑμᾶς ταῦτα διασύρειν. τίς γὰρ ὑμᾶς καὶ ἐβιάσατο; ἢ τίς τὴν παῤῥησίαν ἀφεῖλε; πότε μοι περὶ τοῦ βήματος ἀπεώθητε λέγοντες; τί κερδαίνω αὐτὸς, εἰ δόξῃ περιΐσταμαι ἀλλοκότῳ. ἄρα ὡς μὴ τὴν περὶ λόγους μοι δόξαν αἰσχυνῶ, ὅπερ ἤδη πολλοὶ τῶν καθ' ὑμᾶς ἔπαθον (καὶ μὴν οὐδέποτε τηλικαῦτα ἐπήγγελμαι) λείπεται πάντως, ἵνα μὴ περὶ Θείου δόξαν καταπροδῶ. Εἰ δέ τις μεταδιδάξαι με ἀξιοίη, τὴν γνώμην συμφώνως γραφαῖς λαλῶν ταῖς ἱεραῖς, οὐδεμία μοι πάντως αἰσχύνη ἐπ' ἐκεῖνα μετατίθεσθαι· ἓν δὲ μόνον τοῦτο τετηρήσθω, ἀνύβριστος Θεός. ὑπὲρ τούτου γὰρ μυριάκις αὐτὸς ὑβριζόμενος ὑπενέγκω. Ταῦτα μὲν τῇδε ἐχώρησεν. Ἡμερῶν δὲ ὀλίγων ὕστερον, βίβλους τε, ὅσαι τε περὶ τούτων τείνουσιν, ἐκόμιζε συχνὰς, κἀπὶ κοινοτέρας τὸ πρᾶγμα προὐτίθει ζητήσεως. Ὑπέῤῥεον οὖν ἑκάστοτε συχνοὶ τῆς ἀντιθέτου μοίρας, ἕως ἅπαντες ἅμα Πατριάρχαις τοῖς ἄλλοις ὡμοφρόνησάν τε, καὶ τὸν Βασιλέα τῆς τῶν γραφῶν μᾶλλον ξυνιέναι ὡμολόγουν διανοίας. Τοῦ γε μὴν Λουκᾶ ἐχαλέπαινόν τε περιφανῶς, καὶ σκώμματα προσῆγον, δι' ἃ τοῦ θρόνου κατασπᾶν ἐπεβόωντο τὸν ἄνθρωπον, πάνυ ἀμαθῶς τοῖς πράγμασιν ἐφιστάναι εἰδότες. Τῆς Λουκᾶ γὰρ ἡττῆσθαι ὁμολογήσαντες γνώμης, ὅτι καὶ τοῦ Βασιλέως πολλῷ πρότερον, ἁλώσιμοί τε αὖθις ἐς τὴν θρησκείαν γεγονότες· οἱ δὲ ἐγκλημάτων ἑτέρων ἐνέγραφον τοῦτον. Ἐφ' οἷς οἶμαι καὶ Βασιλεὺς αὐτῶν καταγνοὺς, σὺν ἐπιπαθεῖ τινὶ λογισμῷ τῷ Λουκᾷ ἐπιφυομένων· Ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἔφη, τέως ἀποκείσθω· ὁπηνίκα δὲ τέλος ἕξει τὸ τῶν παρόντων, βασανισθήσεται καὶ ταῦτα, καὶ τέλος αὖθις ἐπιθήσομεν τὸ προσῆκον. ἐφ' οἷς ἀποκρουσθέντες, ἐκύρουν ἤδη τὰ δεδογμένα. Βασιλεὺς δὲ ὑπεσημήνατο τούτοις· καὶ τὸ λοιπὸν λίθοις ἐγκολαψάμενοι τὴν γραφὴν, ἐπὶ τοῦ Σοφίας ἱεροῦ, ἀριστερᾷ εἰσιόντι, φέροντες ἔστησαν.

A bet ageret, comminatur eum de excelsiori loco præcipitem se daturum, si qui sanam de Deo doctrinam peruerterent, sibi eam crimini ducerent. *Sed vt ntelligatis*, inquit, mutata primum voce, *quales vos, & quomodo de Deo sentientes, probra mihi ingeritis (ego autem iniuriam transmitto, ne ea tenenda pauloque rigidior, veræ rectæque doctrinæ officere videar: bonorum enim operum cum prauis similitudo, ad animos etiam, vnde vtraque proueniunt, pari labe aspergendos sufficiat) agite, arma induite, vt mecum tandem solo contra vos venturo, non manuũ vi, sed rationum & argumentorum pondere, depugnare possitis. Victus enim ego, odi vicisse videri. Et testis mihi est hæc actio. Manifesta quippe affectus iniuria, vt vides, ab vltione abstineo. Minime autẽ oportuerat vos ea in angulis proferre. Quis enim vos ad id coegit? aut quis libertatem abstulit? Quando ego sedens pro tribunali dicendi facultatem denegaui? Quid inde ego lucri referam, si ineptam ac insulsam opinionem defendero? Igitur vt non pudeat, quod non satis eruditæ linguæ animique existam, quod iam multis vestrum accidit (licet eiusmodi numquam professus sim) superest omnino, vt quam de Deo habeo opinionẽ, non prodam aut deseram. Si vero aliquis noua quæpiam docere me velit, quæ Scripturis sacris consentanea sint, in illius sententiam transire haud verebor. Vnum hoc interea obseruetur, vt non irrideatur Deus: pro illo enim millies ipse contumeliam patiar.* Hæc tum ibi gesta. Paucis vero deinceps elapsis diebus, libros cõplures, quotquot prædictam controuersiam videbantur explanare, produxit, communique concilio rem decidendã statuit. Desciuere igitur vndique quamplures ab aduersa parte, ita vt vniuersi cum cæteris Patriarchis eamdem amplexati sententiam, Imperatorem sacrarum Scripturarum scientia cæteros anteire confiterentur. Lucæ autem indignabantur propalam, dicteriisque eum incessebant, atque adeo hominem throno depellendum inclamabant, viri rerum gerendarum prorsus imperiti: vt qui cum Lucæ (& Imperatoris multo ante) sententia victos se profiterentur, deprehensique iis essent a vera fide alieni, noua tamen crimina in eum coniicerent. Vnde factum, opinor, vt & Princeps eos damnaret, quod animo affectibus præoccupato in Lucam ferrentur. *Sed hæc*, inquit, *differantur tantisper: ista etiam, vbi res præsentes absoluerimus, examinabimus, & finem iis decentem imponemus.* His itaque repulsi, decreta confirmarunt, quibus ipse etiam subscripsit Imperator. Eadem vero postea lapidibus inscripta in Templo sanctæ Sophiæ collocauere ad ingredientium partem sinistram.

A Atque ita finita est illa controuersia. Illud equidem semper huiusmodi in rebus sensi ac credidi, Dei naturam curiosius inquirere homini nefas esse. Cæterum quod in principe isto admiratione dignum mihi visum est, nunc exponam. Disceptanti aliquando super hoc ipso (sex enim totos annos agitata est in circulis ea quæstio) accurrens quidam e domesticis ministris, Augustam fecisse abortum, ac deinde prolis masculæ, in aurem insusurrauit. Sed ille nec vultu affectum prodens, ad ea quæ tum disceptabantur intento semper animo sedit. Qua tum finita disputatione, ante Sacerdotum pedes procumbens, *Modo*, inquit, *Patres sancti,* B *adfertur mihi ex Gynecæo, filium, spem mihi maximam, abortu periisse. Sed Sanctitatem vestram obsecro, preces ad Deum fundite, orateque, vt si in eo sacro certamine non recte sanaque fide desudaui, nulla mihi deinceps vtriusque sexus proles ad maturam ætatem perueniat, nec votis vnquam potiar meis: sin autem grata Deo nostra fuit sententia, hanc spem meam non in longum tempus protrahat.* Quibus dictis, humo se tollit. Illi autem in genua flexi, cum lacrymis Deum inuocant, iisque peractis precibus, digrediuntur. Neque multum effluxit temporis, cum puerum genuit Imperator, Gratiarum imaginem, C florem naturæ. Sed quali fuerit is forma, congruenti loco pluribus exequemur. Et in his finem habuere eiuscemodi quæstiones. Lucas autem, cum nihil grauioris momenti ei ab aduersariis obiiceretur, in sede rursum permansit. At Ioannes Corcyræorum Episcopus, & Monachus alius, cognomento Irenicus, in priori sententia persistentes, excommunicationi subditi sunt, aliique insuper ex Ecclesiasticis catalogis deleti.

III. Interea Hungarorum Rex, ruptis rursum fœderibus, Dionysium quemdam ex aulæ Primatibus, virum qui multis iam in bellis inclaruerat, cum ingenti exercitu ad Sirmium iterum occupandum mittit. Quod statim atque D percepere Romani Duces, quid in eo rerum statu esset agendum deliberant. Sed non in Romanorum commodum processit eiusmodi consilium, vtpote in id intentis consiliariis, vt alius alium deciperet: vtroque in primis Michaele, Gabra nimirum, qui Dux erat regionis, & Brana, qui & ipse exercitui præerat, sibi inuicem infensissimis. Verum præualuit Branas. Cum igitur Dionysium noctu adoriri vellent, quandoquidem ita inter se decreuerant, motis inde castris, cum omnibus viribus vlterius sunt progressi. Vbi ad eum per-

A Καὶ τέλος ἤδη διῄρητο τὰ τῆς ζητήσεως. Ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο περὶ τῶν τοιούτων ἀεὶ φρονῶν διατετέλεκα, ὅτι δὴ φύσιν Θεοῦ πολυπραγμονεῖν ἀνθρώπῳ γε ὄντι οὔκουν ἀνέγκλητον. Ὅ γε μὴν θαυμάζειν ἔχω τῷ Αὐτοκράτορι τούτῳ αὐτίκα μοι λελέξεται. Συζητοῦντί ποτε περὶ τούτων αὐτῷ, ἐπὶ ἓξ γὰρ ἐνιαυτοὺς περιετέτατο κύκλοις τὰ τῆς ἀμφισβητήσεως, τῶν τις περὶ τὴν βασιλικὴν ἀμφιπονουμένων ἐληλύθει ἑστίαν, ἀγγέλλων οἷον αὐτῷ ἡσυχῇ, ἠμβλωκέναι τὴν βασιλίδα, εἶτα ὅτι ἄρρεν. Ὁ δὲ οὐδ' ὅσον ἐν σχήματι τὸ πάθος ἐπιδεξάμενος, καθῆστο προσανέχων τοῖς λεγομένοις. Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχε τὰ τῆς τηνικάδε ζητήσεως, ὄρθιος ἀναστὰς, ῥίπτει παρὰ τοὺς τῶν Ἱερέων B πόδας ἑαυτόν· Καὶ ἄρτι μοι, ἔφη, πατέρες ἱεροὶ, « λόγος ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἦλθεν, ἐκτετρῶσθαι « παῖδα μοι λέγων ἄρρενα, μεγίστην ἐλπίδα ἔμοιγε. « Ἀλλ' αἰτοῦμαι δὴ τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα, πέμψατέ « τινα πρὸς Θεὸν ἱκετηρίαν, πέμψατε ἀντιβολάς. « κἂν μὲν οὐκ ὀρθῶς ἔγωγε περὶ τοῦτον δὴ τὸν ἱερὸν « ἐκονισάμην ἀγῶνα, μηκέτι μηδ' εἰσέπειτά μοι τε- « λεσφορηθείη σπέρμα γένους ἑκατέρου μηδὲν, μηδ' « ὀναίμην ἐλπίδων τῶν ἐμαυτοῦ· εἰ δ' ἀρεστὰ Θεῷ τὰ « τῆς ἐμῆς γνώμης ἐστὶν, οὐκ εἰς μακρὰν μοι τὴν ἐλ- « πίδα περιέξοιτο ταύτην. Ὁ μὲν τοσαῦτα εἰπὼν, ἀνί- « στατο γῆθεν. οἱ δὲ ἐς γόνυ κλιθεὶς ἕκαστος, σὺν δάκρυσι Θεὸν ἐπεκάλουν. τότε μὲν οὖν ἐπὶ τοιούτοις C ἀπηλλάγησαν. Οὔπω δὲ χρόνος ἐξῆκε συχνὸν, καὶ τεκνοῖ παῖδα Βασιλεὺς, γλύμμα χαρίτων, φύσεως ἄνθος. ἀλλὰ τοῦτον μὲν ὁποῖος τις ἐστὶν ἰδεῖν, ὁ λόγος ἐν δέοντι διαγράψει μοι. Τὰ δὲ τῶν ἀγώνων ἐκείνων ἐν τούτοις ἐτελεύτα. Λουκᾶς δὲ, ἐπεὶ μηδὲν ὅτι καὶ λόγου ἄξιον πρὸς τῶν κατηγορούντων αὐτῷ προσετρίβετο, ἐπὶ τοῦ θρόνου ἔμεινεν αὖθις. Ἰωάννης δὲ ὁ τὴν Κερκυραίων λαχὼν, καὶ μοναχῶν τις, ὃν ἐπεκάλουν Εἰρηνικὸν, τῇ προτέρᾳ ἐπιμείναντες δόξῃ, ἀναθέματι ὑποβέβληνται, ἄλλοι τε ἐξῆς τῶν Ἐκκλησιαστικῶν ἐξωστρακίσθησαν καταλόγων.

γʹ. Ὁ δὲ τῶν Οὔννων Ῥὴξ τὰ καθεστῶτα πάλιν κινήσας, Διονύσιόν τινα τῶν παρ' αὐτῷ ἐπιφανῶν, ἄνδρα πολέμων πολλῶν ἔμπειρον, στρατεύματι μεγά- D λῳ Σιρμίου καὶ πάλιν ἀντιποιηθῆναι ἔπεμψεν. ὃ πυθόμενοι οἱ τῶν Ῥωμαίων Στρατηγοὶ, βουλευτέα σφίσι περὶ τούτου ἐποίουν. προὔβαινε μὲν τὰ τῆς βουλῆς, οὐκ ἐπὶ τὸ Ῥωμαίοις ξυνοῖσον, ὁρώντων τῶν βουλευτῶν, ἀλλ' ὡς ἄν τις παραλογίσαιτο τὸν ἕτερον. Μάλιστα μὲν ἄμφω τὼ Μιχαὴλ, ὅ, τε Γαβρᾶς ἐπεκέκλητο, Δοὺξ τῆς τῇδε χώρας τελῶν, καὶ ὁ Βρανᾶς, στρατεύματος ἰδίᾳ κατάρχων καὶ αὐτὸς, ἀμφοτέρω μὲν πολεμιωτάτω· ἀλλ' ὁ Βρανᾶς ἐκράτει μᾶλλον. Βουλευομένοις τοίνυν, ἐπειδήπερ ἐδόκει νύκτωρ ἐπιθέσθαι Διονυσίῳ, ἄραντες πανστρατὶ πρόσω ἐχώρουν. Γεγονότες δ'

ἔνθα Διονύσιον στρατοπεδεύεσθαι συνέβαινεν, ἐπεὶ παντάπασιν ἀνδρῶν ἔρημον τὸ στρατόπεδον εὗρον, ὑποδειλιᾶν ἤρξαντο. ἱκανὸν γάρ, εἴπερ τι, χῶρος ἔρημος καὶ ἀήθης διατριβὴ, ψυχὴν ἐπὶ πολεμίας καταστεῖσαν στρατιωτικήν. Ἰχνοσκοποῦντες δ' ὅμως ἐπορεύοντο. καὶ τάχα ἄν τι καὶ ἔπραξαν, εἴγε προϊαίτερον τοῖς Οὔννοις ἐπέθεντο. Τότε δὲ ἐπεὶ ἡμέρα ἤδη διαφανὴς ἦν, αἰσθόμενοι Οὖννοι, τούς τε ἵππους εἰσελαύνειν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἤρξαντο (ἐτύγχανον γὰρ ἐπὶ νομὴν ἀναθέντες) καὶ τοῖς περὶ τὴν σκηνῶν ἐξ ἔθους ἀεὶ ἑστῶσιν ἐπιβαίνοντες, φαλαγγηδὸν ἐτάττοντο. Ῥωμαίους τε σὺν ἀκοσμίᾳ πολλῇ φερομένους ἰδόντες (τοῖς γὰρ τὴν ἵππον ἐλαύνουσιν ἐπιθέμενοι Οὔννοις, οἱ πλείους ἐσκεδάσθησαν) ἐπήλασάν τε αὖθις, καὶ τρεψάμενοι, εἰς τοὺς κατόπιν ἰόντας τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος συνελάσαι ἴσχυσαν. ἐφ' οἷς συνταραχθέντες ἐκεῖνοι, ἐς ὑπαγωγὴν ἔκλιναν. Καὶ τὸ λοιπὸν ἀνακράτος Ῥωμαῖοι ἔφευγον, οἰηθέντες πολλῷ πλείονα τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπιθέσθαι σφίσι στρατιάς. Τὴν γὰρ τοῦ ἀληθοῦς γνῶσιν τε καὶ διάκρισιν κομιδῇ ὀλίγοις ἀνθρώπων ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶν εὑρεῖν. ὅθεν καὶ ταχὺ, πάντων ἀπαγορευσάντων, μέχρι μέν τινος ἔστατον ἀμφοτέρω τὼ στρατηγὼ σὺν τοῖς σημείοις καὶ ὀλίγοις τῶν ἀμφ' αὐτούς, οἰομένω ἐπισυστήσασθαι αὖ Ῥωμαίων τινάς· ὡς δὲ οὐδεὶς οὐδαμόθεν συνίστατο τούτοις, νῶτα λοιπὸν ἔδοσαν καὶ αὐτοί. Ἀλλ' ὁ μὲν Βρανᾶς μεταξὺ ἐπιστραφεὶς, τῶν τινα πολεμίων δόρατι ἔπαισεν· ὅτε δὴ καὶ ἐμφανῶς ἐγνώσθη τὰ τῆς ἐν βουλῇ πρότερον αὐτοῖς διαφορᾶς. Ὁ γάρ τοι Βρανᾶς ἐπειδὴ φεύγοντι αὖθις συνέμιξε τῷ Γαβρᾷ, ἐπιτωθάζων μάλα καὶ ἐνδιάθρυπτος, » Ἆρα, ἔφη, συνεβάλου με, ὦ Σεβαστὲ, ὅπως ἐσαῦθις τοῖς πολεμίοις ἀντεκατέστην, ἀπὸ δόρατός τε αὐτοῖς προσηνέχθην. Τοῦ δὲ καταφήσαντος, Ἀλλ' ἔγωγε εἶπεν, οὐ μὰ τὴν Βασιλέως εἶδόν σε κεφαλὴν, ὅτι μὴ ἀπιόντα. Οὕτως οἱ νῦν Ῥωμαῖοι οὐκ ἐπὶ τῷ κοινῇ συμφέροντι οὐδὲν πεπραγμάτευται ἕκαστος, ἀλλ' ὡς ἄν τις αὐτὸς καλὸς καὶ ἀγαθὸς εἶναι δόξῃ, πάντα ἀναδέχεται πόνον. Οὖννοι δὲ κατὰ νώτου διώξαντες, οὐ σφόδρα πολλοὺς Ῥωμαίων ἔκτειναν, εἷλον δὲ καὶ οὐ συχνούς. δειλεία γὰρ ἔτι πολλῇ εἴχοντο. τεκμηριώσαιτο δ' ἄν τις ἐντεῦθεν. Τῶν γάρ τις ἐκ πεζικῶν καταλόγων φυγὰς ἄχρι καὶ ἐπὶ Ζεύγμινον ἦλθε, πρὸς οὐδενὸς Ῥωμαίων καταληφθείς. οὕτω σχολῇ τὴν ὁδὸν ἐποιοῦντο. Ὅτε δὴ πρὸς ὄγκον ἐπᾶραι τὸ πραχθὲν ἐννοησάμενος Διονύσιος, ὀλίγα τῶν πεπτωκότων συναγαγὼν σώματα, χοῦν ἐπ' αὐτὰ ὅ τι πλεῖστον ἤγειρε· τῷ τοῦ χώματος μεγέθει, καὶ τὰ νεκριμαῖα συμμετρεῖσθαι διανοηθείς. Ταῦτα μὲν

A uenere locum, in quo sua Dionysius castra posuerat, nullumque omnino in iis inuenere exercitum, tum eos occupauit pauor. Si quid enim aliud, locus certe desertus & incognitus in hostium solo, ad commouendos militum animos plurimum valet. Nihilominus, iter agebant, eorum subinde obseruantes vestigia: & forte confecissent quidpiam, si maturius adorti fuissent Hungaros. Tum enim clara iam luce, vt id illi aduertere, equis qui in pascuis erant, in castra abactis, & cæteris qui ante tentoria stare de more solent, conscensis, in turmas ordinantur: mox vt Romanos negligenter & incomposite ferri vident, il- B los inuadunt. Plurimi enim ex iis, dum Hungaros, qui equos in castra agebant, adoriuntur, sese huc illuc effuderant; fusisque iis, cæteros, qui Romanam phalangem a tergo sequebantur, propulere etiam. Ex quibus perculsi Romani, receptum primo cogitarunt, ac deinde, longe maiorem suo instare exercitum rati, in fugam sese coniecere. Veritatem enim aut cognoscere, aut diiudicare iis in momentis pauci admodum mortales sciunt. Protinus itaque omnibus discedentibus, aliquamdiu cum signis, & paucis ex suis, resistere Dux vterque, aliquot adhuc secum permansuros Romanos rati. Sed vbi nemo vsquam cum iis stetit, terga C & ipsi tandem dederunt. Branas interea conuersus, vnum de hostibus hasta percussit. Tum demum quod in consilio prius inter eos dissidium intercesserat innotuit, postquam enim fugientem Gabram iterum assecutus est Branas, irridens ac illudens, *Num*, inquit, *vidisti, o Sebaste, vt iterum restiterim hostibus, eosque hasta inuaserim.* Illo annuente, *Enimuero*, ait, *per caput Imperatoris, nusquam vidi te nisi fugientē.* Sic igitur nunc ætatis Romanorum quisque, si de communi agatur commodo ac publica vtilitate, egregium nihil conficit: contra vero, vt manu strenuus fortisque omnibus appareat, nulli labori parcit. At Hungari D qui a tergo fugientibus instabant, paucos e Romanis cecidere, nec plures admodum cepere, cum essent & ipsi pauore haud minimo conturbati: quod inde colligere quiuis potest. Quidam enim ex pedestribus numeris ad Zeugmen vsq; fuga delatus, in nullum Romanorum incidit, adeo oscitanter illi iter faciebant. Tū quidem Dionysius in immensum attollere rem gestam cogitans, paucis in vnum collectis interemptorum cadaueribus, humum iis iniecit, aggeremque altius eduxit, futurum ratus, vt cæsorum inde numerus deprehenderetur. In hunc

modum res ibi peractæ sunt. At Imperator ex iis non modice indignatus, ipse iterum in Hungariam mouere instituit: atque vt Romanæ fortitudinis hostibus daret argumentum, id potissimum comminiscitur. Alexium quidem, cui desponderat filiam, cum multis copiis, quibus Alexius Protostrator præfuerat, versus Istrum misit, quo Hungaris fucum faceret, quasi ex consuetis rursum locis in eos impetum esset facturus. Leonem autem, Batatzem nomine, aliunde cum exercitu perinde magno, maxime vero Valachorum ingenti multitudine, qui Italorum coloni quondam fuisse perhibentur, ex locis Ponto Euxino vicinis irruptionem in Hungariam facere iubet, qua ex parte nemo adhuc a primis seculis eos inuaserat. Alexius itaque, & alius Romanorum exercitus, cum ad Istrum peruenissent, metum Hungaris fecere, quasi continuo inde traiecturi. Batatzes autem ab iis, quæ diximus, locis irrumpens, omnia depopulatus, obuia quæque prosternit, hominum ingentem cædem edit, nec pauciores captiuos ducit. Ad hæc pecorum equorumque, & aliorum inde animalium greges agens, ad Imperatorem reuertitur. Sed ille alteram quoque iis inferre plagam volens, nouas in eos rursus copias misit: iussitque, vt superiora adirent loca, & Hungaros qui Tauroscythicam accolunt, aggrederentur. Iis copiis præerant Andronicus Lampardas & Nicephorus Petralipha, aliique non pauci. Summa autem rerũ penes Ioannem Ducam, cuius non semel meminimus, fuit. Nec diu cunctati, loca longa atque inaccessa, terrasque hominibus prorsus vacuas emersi, Hungariam inuadunt: & in vicos incidentes frequentissimos complures, ingenti præda potiuntur, homines multos cædunt, plurimos captiuos faciunt: cumque inde essent excessuri, confectam ex ære Crucem isthic loci statuunt, cum huiusmodi inscriptione:

Pannonicæ quondam numerosa hic germina stirpis
Mars & dura manus sustulit Ausoniũm.
Imperium Manuel Romæ cũ diuus habebat,
Comnenum Augustæ gloria prima domus.

IV. Interea dum hæc gererentur, Austriæ Dux Henricus, cum vxore Theodora, Imperatoris adgnata, Sardicam venit: tum vt Fredericum Alemannorum Regem Imperatori reconciliaret, tum etiam vt belli inducias pro Hungaris expeteret. Fredericus enim, vt supra commemorauimus, obnitente ei Manuele, parum abfuit quin Romano nudaretur Principatu, isque ad pristinum statum rediret, Romano Ponti-

A οὖν οὕτω συνηνέχθη γενέσθαι. Βασιλεὺς δὲ ἐσφάδαζε μὲν διὰ ταῦτα, καὶ ἤθελεν αὐτὸς καὶ πάλιν ἐπὶ Οὐννικῆς ἰέναι. ἐπίδειξιν δὲ μᾶλλον τῆς Ῥωμαίων ἰσχύος ποιεῖσθαι θέλων αὖθις, τοιάδε τινὰ ἐνενόει. Ἀλέξιον μὲν, ᾧ τὴν θυγατέρα ἠγγύα, στρατεύμασιν ἅμα πολλοῖς, ὧν Ἀλέξιος ἦρχεν, ὃς Πρωτοστράτωρ ἐτύγχανεν ὤν, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἔπεμπεν, ἐμποιήσοντα δόκησιν Οὔννοις, ὡς ἐκ τῶν συνήθων καὶ πάλιν αὖθις ἐπιτεθήσεται χωρίων. Λέοντα δέ τινα, Βατάτζην ἐπίκλησιν, ἑτέρωθεν στράτευμα ἐπαγόμενον ἄλλο τε συχνὸν, καὶ δὴ καὶ Βλάχων πολὺν ὅμιλον, οἳ τῶν ἐξ Ἰταλίας ἄποικοι πάλαι εἶναι λέγονται, ἐκ τῶν πρὸς τῷ Εὐξείνῳ καλουμένῳ πόντῳ χωρίων ἐμβαλεῖν ἐκέλευεν εἰς τὴν Οὐννικὴν, ὅθεν B οὐδεὶς οὐδέποτε τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπέδραμε τούτοις. Ἀλέξιος μὲν οὖν καὶ τὸ ἄλλο Ῥωμαίων στράτευμα ἐπὶ τοῦ Ἴστρου γεγονότες, δέος ὑπέτεινον Οὔννοις, ὡς ἐκεῖθεν αὐτίκα περαιωσόμενοι. ὁ Βατάτζης δὲ ὅθεν εἴρηται προσβαλὼν, ἔκειρέ τε ἀφειδῶς πάντα, καὶ ξυνεπάτει τὰ παραπίπτοντα. Ἀνθρώπων τε οὖν πολὺν εἰργάσατο φόνον, καὶ ἀνδραποδισμὸν οὐκ ἐλάσσω πεποίηκε. πρὸς δὲ καὶ ζώων ἀγέλας, ἵππων τε καὶ ἄλλων παντοδαπῶν ἐκεῖθεν ἐλάσας, ἐπὶ Βασιλέα ἦλθεν. Ὁ δὲ καὶ δευτέραν ἐπιθεῖναι σφίσι θέλων πληγὴν, στράτευμα καὶ πάλιν ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἐπιστείλας ἄνωθέν ποθεν, ἐς τοὺς προσοικοῦντας τῇ Ταυροσκυθικῇ ἐμβαλεῖν Οὔννους. Ἡγοῦντο δὲ τοῦ στρατεύματος τούτου Ἀνδρόνικός τε ὁ Λαμπαρδᾶς καὶ Νι- C κηφόρος ὁ Πετραλίφας, ἄλλοι τε ἱκανοί. Πᾶσι μέντοι ἐφίστατο Ἰωάννης, οὗ πολλάκις ἤδη ἐμνήσθην, ὁ Δούκας. Οἳ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν δολιχούς τινας καὶ δυσεμβόλους διαμείψαντες χώρους, ἀνθρώπων τε παντάπασιν ἔρημον διελθόντες γῆν, ἐμβάλλουσι τῇ Οὐννικῇ· κώμαις τε πολυανθρωποτάταις ἄγαν ἐντετυχηκότες πολλαῖς, μέγα τι λαφύρων περιεβάλλοντο χρῆμα, καὶ ἀνθρώπων πολλοὺς ἔκτειναν, πλείστους δὲ καὶ ἀνδραποδίσαντο. Μέλλοντές τε ἤδη ἐκεῖθεν ἀπαίρειν, σταυρὸν χαλκοῦ πεποιημένον ἐνταῦθα ἀναστήσαντες, τοιάδε τινὰ ἔγραψαν.

Ἐνθάδε Παννονίης ποτὲ ἄκριτα φῦλα γενέθλης
D Δεινὸς Ἄρης καὶ χεὶρ ἔκταμεν Αὐσονίων.
Ῥώμης ὁππότε κλεινῆς δῖος ἄνασσε Μανουὴλ,
Κομνηνῶν κρατόρων εὖχος ἀριστονόμων.

δ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, Ἑῤῥίκος Ὀστριχίων Δοὺξ σὺν τῇ γυναικὶ Θεοδώρᾳ τῇ Βασιλέως ἀδελφιδῇ ἐπὶ Σαρδικὴν ἦλθε, Φρεδερίκον τε τὸν Ἀλαμανῶν Ῥῆγα τῷ Βασιλεῖ διαλλάξων, καὶ πολέμου ἐκεχειρίαν Οὔννοις ἐξαιτησόμενος. Φρεδερίκος γὰρ, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι δεδιήγηται λόγοις, Βασιλέως ἀντιπράττοντος αὐτῷ, τήν τε Ῥώμης ἀρχὴν παρὰ μικρὸν ἀφῃρῆσθαι ἦλθεν, ἔς τε τὸ πάλαι ἔθος ἀνακεχωρηκέναι, τοῦ ἐν Ῥώμῃ Ἀρχιερέως συνομολογήσαν-

τος,

A τος, καὶ ἄλλα τὴν οὐ κατὰ γνώμην ὑπέστη πολλά, τῶν τῇδε ἐθνῶν ἐκπολεμωμένων αὐτῷ, τοῖς ἐκ βασιλέως συνωθήσεσι. δι᾽ ἃ καὶ ὀλίγῳ μὲν πρότερον, ὁπηνίκα ἔτι ἐν κακοῖς ἦν, ὑποποιεῖσθαι τὸν Βασιλέα θέλων, πέμψας φίλια διελέξατο, κατὰ Οὔννων τε, ὥσπερ εἴρηται, συνάρασθαι αὐτῷ ὡμολόγει. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀμφὶ τῇ Ῥώμης ἀρχῇ τῷ Πάπᾳ διωμολογημένα ἀνατετράφθαι συνέβη, ἅτε δὴ Βασιλέως μὲν ἐπὶ Βυζάντιον τὴν Ῥώμης καὶ αὖθις μεῖναι ἰσχυριζομένου βασιλείαν, τοῦ δὲ Πάπα τοῦτο μὲν οὐ καταδεχομένου, ἐν Ῥώμῃ δὲ βασιλεύειν αὐτὸν ἀξιοῦντος· διὰ ταῦτα ἀναθαρσήσας Φρεδερίκος, αὖθις τὴν δυσμένειαν ἐξεδείκνυ. Εἴς γῆν τε τὴν Ῥωμαίων εἰσβαλεῖν διανοούμενος, B βαρβαρικῇ τινὶ ἀπονοίᾳ ἤδη καὶ διαμερίζειν αὐτὴν τοῖς περὶ αὐτὸν ἤρξατο. Ἐπεὶ δὲ τοῦ Βασιλέως ἀντιπαραταττομένου, ἐπινοίαις ἑτέραις ἄπρακτος ἦν, ἐπὶ τὴν δι᾽ Ἐρρίκου τούτου καὶ Βλαδισγράτζου ἐπεῖδε πρεσβείαν, μηχανώμενος ὅπως ἂν ἐν φιλίας προσχήματι ἀποσχέσθαι τῶν κατ᾽ αὐτοῦ ἐγχειρουμένων ἀναπείσας τὸν Βασιλέα, αὐτὸς οὕτω ἐς τὸν κατὰ Ῥωμαίων εὐχερῶς ἀποδύσηται πόλεμον. Ἀλλὰ Βασιλεὺς ταῦτα ἐννοησάμενος, Ἐρρίκον μὲν σὺν εὐμενείᾳ εἶδεν, ἄνεσίν τε πολέμου Οὔννοις αἰτησαμένῳ ἐπένευσε. Τῶν δὲ ἀμφὶ τῷ Φρεδερίκῳ πέρατι δέδωκεν οὐδέν. Ἀλλὰ Ἐρρίκος ἐπὶ οἶκον ἀναχωρῶν, ἐπειδήπερ ἐν Παιονίᾳ ἐγένετο, C Στέφανον ἀναπείθει τὴν Ταυροσκυθίδα διωσάμενον κόρην, θυγατέρα τὴν αὐτοῦ ἀγαγέσθαι. Γέγονε δὴ ταῦτα. Καὶ Οὖννοι οὐ πολλῷ ὕστερον Δαλματίαν αὖθις ἀφελέσθαι διενοήθησαν· ἄλλα τε οὖν στρατεύματα παρ᾽ αὐτὴν ἦλθον, καὶ ὁ παρ᾽ αὐτοῖς τὴν Ζουπάνου ἔχων ἀρχὴν (βούλεται δὲ τοῦτο τὸν μετὰ τὸν Ῥῆγα παρὰ τῷ ἔθνει δεδυνημένον) ἀλλὰ πολέμῳ μὲν τὴν τῇδε περιγενέσθαι οὐδαμῇ ἴσχυσαν· τὸν Χαλούφην δὲ ὑπὸ χερσὶ θέμενοι ἀνεχώρησαν. ὅπως γε μὴν Νικηφόρῳ τοῦτο συνέβη, αὐτίκα μοι λελέξεται. Οὗτος στράτευμα Οὐννικὸν ἐπὶ χώρας γενέσθαι πυθόμενος, ὀλίγους τῆς περὶ αὐτὸν ἐπιθέμενος στρατιᾶς, ἐξῄει τοῦ Σπαλάθου. D ἐν ᾧ δὲ τὴν πορείαν ἐτίθετο, οἱ πλείους τῶν αὐτῷ ἑπομένων κατ᾽ ὀλίγους ἀπορρέοντες ἀεί, εὐχείρωτον τοῖς πολεμίοις τὸν ἄνθρωπον ἔθεντο. περιστάντες οὖν αὐτὸν ἔργα χειρὸς ἐργασάμενον ἁδρᾶς, αἰχμάλωτον εἶχον.

ε΄. Ὁ Βασιλεὺς δὲ τούτων ἀκούσας, ἐς Βυζάντιον ἦλθεν, ἔαρος σὺν μείζονι ἄλλῃ παρασκευῇ κατ᾽ αὐτῶν ἀφικέσθαι διανοούμενος. Οὐ μέντοι καὶ ἠδυνήθη περὶ τὴν στρατεύσιμον ἐνταῦθα παραγενέσθαι ὥραν, τύχης ἐμποδὼν αὐτῷ χωρησάσης τινός· ἥ τις ὁποία ποτὲ ἦν, ὁ λόγος

fice, vt ad normam id antiquam rediret, consentiente: alia licet multa non omnino ad nutum ei successerint, obsistentibus populis iis, quos in illum concitauerat Imperator. Quapropter paulo ante cum in arcto adhuc res eius essent, placare volens Imperatorem, per Legatos amicitiam ipsius expetiit, seque belli contra Hungaros socium fore pollicitus est. Verum cum ea quæ de Imperio Romano a Papa sancita fuerant, conuulsa essent penitus, & in irritum cecidissent: Principe nimirum vt Byzantij rursum maneret Imperij Romani sedes contendente, idque non admittente Papa, sed vt Romæ imperaret postulante: His rebus elatus Fredericus, odium, quo aduersus Principem flagrabat, palam fecit: atque in terras Romanorum irrumpere statuens, barbarica quadam amentia ac stoliditate, eas iam suis partiri cœperat. Vbi ergo, Principe obuiam eunte, conficere nihil potuit, ad alia versus consilia, legationem huius Henrici & Bladisgratzi instituit: vt hac arte, sub amicitiæ & beneuolentiæ prætextu a conatibus auocato Imperatore, facilius ad bellum Romanis inferendum sese deinceps accingeret. Sed vbi id Imperatori compertum est, Henricum quidem multa comitate excepit, induciasque pro Hungaris expetenti indulsit: eorum vero quæ ad Fredericum spectabant nihil est executus. Henricus autem domum rediens, cum in Hungariam peruenisset, Stephano persuasit, vt remissa ac pulsa Tauroscythica puella, filiam suam in matrimonium duceret. Quo facto, Hungari non multo post occupare iterum Dalmatiam statuerunt, aliæque eo missæ copiæ, & ipse etiam qui Zupani dignitate inter illos fungebantur (quod nomen proximam a Rege in ea gente potestatem significat) sed cum bello isto nihil essent consecuti, solo capto Chaluphe, redierunt. Quomodo vero id Nicephoro acciderit, commemorabimus. Cum ille accepisset venisse in regionem istam Hungarorum exercitum, paucis militum suorum assumptis, Spalatho egreditur: dumque iter facit, plerisque ex iis, qui subsequebantur, sensim semper diffluentibus ac recedentibus, haud ægre ab hostibus captus est. Circumstantes igitur illum fortia manu edentem facinora, captiuum tandem abducunt.

V. Postquam ea resciuit Princeps, Byzantium venit, vere primo maiori cum apparatu ipsos statuens inuadere. Neque tamen opportuno militiæ tempore adesse ibi potuit, nescio quo interueniente tum casu: qualis vero ille fuerit, com-

memorabo. Circumacta iam hyeme, discussaque cæli caligine, honesto se dedit exercitio, quod ab antiquo Imperatoribus, eorumque liberis proprium ac solemne fuit. Est vero id eiusmodi. Adolescentes aliquot æquo diuisi inter se numero, factam ex corio pilam, magnitudine malo similem, in locum quemdam planum, ad id prius, prout visum fuerit, dimensum, emittunt. Tum vero ad illam, veluti præmium aliquod in medio positam, plenis inuicem habenis contendunt, singuli in dextris virgam habentes, quæ longitudine quidem mediocri, in orbiculatam quamdam latitudinem subito desinit, cuius medium chordis aliquot desiccatis, retisque in modum inter se connexis intercipitur. Dat vero operam vtraque pars, vt vltra alteram antea definitam metam, prior quisque pilam transmittat. Cum enim in alterutram metam reticulatis virgis pila transmittitur, id parti alteri pro victoria est. Huiusmodi quidem est ludus iste, lapsui obnoxius plane, ac periculosus. Necesse quippe est, vt qui in eo se exercet, supinus relabatur continuo, inque latus vtrumque flectatur: vt in orbem equum circumagat, & varios subinde instituat cursus, totidemque motus, quot pilam facere contigerit: atque hoc se modo habet exercitium istud. Dum igitur Princeps miro quodam modo in eo sese circumageret, accidit, vt quo vehebatur equus in terram totus corrueret. Cumque ille subter effusus magno labore, vt se erigeret a casu isto, anniteretur, nec equum, toto, vti diximus, incumbentem corpore, remouere posset, femur manumque (dum sub sella equestri intercipiuntur) grauiter læsit: tantaque id malum constantia pertulit, vt quantumuis lethales pateretur dolores, & confestim surrexerit, multis eum iam circumstantibus, & conscenderit rursus equum, cursusque aliquot citra laborem fecerit: donec augescere dolores percipiens, ad lectum tandem sese contulit. Deinceps vero ita creuit malum, vt ex animi deliquio nihil postridie eorum quæ dixerat, aut fecerat, recordaretur. Id quidem huiusmodi fuit. Biduo autem post, cum conualesceret, Apamiam proficiscitur: & ex itinere (nec mirum) orta neruorum distensione, tumor iterum rediit, crebrique eum dolores punxere. Quapropter in vrbe Selybria diebus Paschalibus transactis, vt melius se habere sensit, ad Philippopolim contendit: vbi cum Pannonum Legatis congressus, cum nihil eos sani adferre cognouisset, sed belli tantum

A δηλώσῃ. Ἐξῆκε δὲ ὁ χειμὼν, ἀνακεκαθαρμένου δὲ τοῦ ἀχλυώδους, ἐπί τι σωφρονικὸν καθίει γυμνάσιον ἑαυτὸν, εἰθισμένον ὂν βασιλεῦσι καὶ παισὶ βασιλέων ἀνέκαθεν. Ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον. Νεανίαι τινὲς εἰς ἴσα διαιρεθέντες ἀλλήλοις, σφαῖραν σκύτους μὲν πεποιημένην, μήλῳ δὲ ἐμφερῆ τὸ μέγεθος, εἰς χῶρόν τινα ὕπτιον ἀφιᾶσιν, ὃς ἂν δηλαδὴ συμμετρησαμένοις αὐτοῖς δόξῃ, ἐπ' αὐτὴν οἷόν τι ἆθλον ἐν μεταιχμίῳ κειμένην, ἀπὸ ῥυτῆρος ἀντιθέουσιν ἀλλήλοις ῥάβδον ἐνδέξια χειριζόμενος ἕκαστος, συμμέτρως μὲν ἐπιμήκη, εἰς δὲ καμπήν τινα πλατεῖαν ἄφνω τελευτῶσαν, ἧς τὸ μέσον χορδαῖς τισι χρόνῳ μὲν αὐανθείσαις, ἀλλήλαις δὲ δι-
B κτυωτόν τινα ξυμπεπλεγμέναις διαλαμβάνεται τρόπον. σπουδὴ μέντοι ἑκάτερον πεποίηται μέρος, ὅπως ἂν ἐπὶ θάτερον προτερήσαντες μεταγάγωσι σφᾶς, ὃ δηλονότι ἀρχῆθεν αὐτοῖς ἀποδέδεικται. Ἐπειδὰν γὰρ ταῖς ῥάβδοις εἰς ὁποτερονοῦν ἐπειγομένης ἡ σφαῖρα ἀφίκηται πέρας, τοῦτο ἡ νίκη ἐκείνῳ τῷ μέρει γίνεται. Ἡ μὲν παιδιὰ τοιάδε τις ἐστὶν, ὀλισθηρὰ πάντη καὶ κινδυνώδης. Ὑπτιάζειν τε γὰρ ἀεὶ, καὶ ἰλιγγιάζειν ἀνάγκη τὸν ταύτην μετιόντα, ἐν κύκλῳ τε τὸν ἵππον περιελίσσειν, καὶ παντοδαποὺς ποιεῖσθαι τοὺς δρόμους, τοσούτοις τε κινήσεων ὑπενεχθῆναι εἴδεσιν, ὅσοις δήπου καὶ τὴν σφαῖραν ξυμβαίνει. Ἡ μὲν δὴ παιδιὰ τοιάδε τις ἐστίν. Τοῦ δὲ βασιλέως δαιμονίως περὶ ταύτην στρε-
C φομένου, ὁλόσωμον εἰς γῆν ἐνεχθῆναι συνέβη τὸν ἵππον. ὁ δὲ νέρθεν ὑπενεχθεὶς, ἔκαμνε μὲν, καὶ πολλὰ ἐβιάζετο τοῦ πτώματος ἀναδῦσαι. Οὐκ ἔχων δ' ὅπως τὸν ἵππον διωθήσαιτο ὁλόσωμον, ὥσπερ ἔφην, αὐτοῦ κατενηνεγμένον, μηρόν τε καὶ χεῖρα τῇ ἐκ τῆς ἐφεστρίδος ἐπιλήψει διετέθη κακῶς. οὕτω μέντοι μεγαλοψύχως ἤνεγκεν, ὡς καίτοι χαλεπώτατα πεπονθὼς, ἀναστῆναί τε ταχέως, πολλῶν ἤδη περιεστάντων αὐτὸν, καὶ τὸν ἵππον αὖθις ἀναθορεῖν, διαύλους τέ τινας σχολῇ ποιεῖσθαι ἐφ' ἱκανόν. Ἕως ἤδη σφοδροτέρων αἰσθόμενος τῶν ὀδυνῶν, ἐπὶ τὴν κλίνην ἦλθε. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν οὕτω δὴ
D τοῦ πάθους ἡττᾶτο, ὡς ἐκ τῆς περιχυθείσης αὐτὸν τότε ἀθυμίας τῇ ὑστεραίᾳ μηδεμίαν τῶν τότε λελαλημένων ἢ πεπραγμένων μνήμην ἴσχειν τινά. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον ἐγένετο. Ὁ δὲ δυοῖν ὕστερον ἡμέραιν ῥᾷον γεγονὼς, ἐπὶ Ἀπάμειαν ἐφέρετο. Οἷα δὲ εἰκὸς, συντάσεως ἐκ τῆς ὁδοιπορείας γεγενημένης τινὸς, ὄγκος αὖθις ἀνέβη, καὶ ὀδύναι τοῦτον ἐκέντουν συχναί. καὶ δὴ ἀμφὶ πόλει Σηλυβείᾳ τὰς Πασχαλίους διαγαγὼν, ἐπειδήπερ ᾔσθετο ἐν καλλίονι γεγονὼς, ἐπὶ τῆς Φιλίππου ἐφέρετο. Ἔνθα δὴ πρέσβεσι χρηματίσας ἐκ Παιόνων ἀφικομένοις, ἐπεὶ μηδὲν ὑγιὲς αὐτοὺς ἀπαγγέλλειν ἔγνω, ἐκεχειρίαν δὲ μόνον καὶ ἀνοχήν τινα τοῦ πολέ-

μου ἐκ παντὸς τρόπου πειρῶντας λαβεῖν, αὐτοὺς μὲν A
ἀπράκτους ἀπεπέμψαντο, συνεκπέμψας αὐτοῖς καὶ
Ῥωμαίων τινὰ, ἐφ' ᾧ τόν τε Καλούφην αἰτήσαιντο,
καὶ εἰ μὴ τοῖς δεδογμένοις ἀγαπῷεν αὐτίκα, καὶ
πάλιν ἀπειλῆσαι Βασιλέα καὶ τὸν Ῥωμαίων στρατὸν
ὄψεσθαι. Ὁ δὲ ἐπὶ Σαρδικῆς γεγονὼς, ἐνταῦθα
τὰς δυνάμεις ἤθροισεν. Ἔνθα διατριβὴν ποιουμένου, συνέπεσέ τι τοιοῦτον.

ζ'. Ἀλέξιος, ὃς τὴν Πρωτοστράτορος τότε, ὡς
πολλάκις μοι ἐῤῥέθη, εἶχεν ἀρχὴν, ἐκ πολλοῦ μὲν
ἀποστασίαν ὤδινε· τότε δὲ καταφανὴς γεγονὼς, τὴν
τρίχα ἐκάρη, καὶ ἐς τοὺς μοναχοὺς μεταθέμενος, ἐπί
τι τῶν ὀρεστέρων ἀπήχθη σεμνείων, ἅπερ ἐπὶ Στρυ-
μόνος ἐν ὄρει Παπικίῳ ἵδρυνται πλεῖστα. Ἔνθα ἐφ' B
ἱκανὸν διαγαγὼν ἀπεβίω. Ἀλλ' ὅθεν τε, καὶ ἀπ' αἰ-
τίας τινὸς ἐς ταύτην τύχης ὁ ἄνθρωπος ἦλθεν, ἤδη
λέγομεν. Οὗτος ὁπηνίκα τὴν ἐπὶ Κιλικίας ἐστέλ-
λετο πρότερον, Αὐτοκράτωρ τοῦ πολέμου ἐκείνου
πρὸς Βασιλέως ἀναδειχθεὶς, ἐπιτηδὲς εἰς Ἰκόνιον
συγγεγονὼς τῷ Σουλτάνῳ, εἴς τε φιλίαν αὐτὸν
ἐπηγάγετο, καὶ τῶν εἰς τυραννίδα τεινόντων διελέ-
ξατο τούτῳ πολλά. Γράμματά τε τὰ μὲν λαβὼν
παρ' αὐτοῦ, τὰ δ' ἀντιδοὺς, ἐν οἷς τὰ δεδογμένα σφί-
σιν ἐγέγραπτο, τότε μὲν ἐπὶ Κιλικίαν ἦλθε. Χρόνῳ
δὲ ὕστερον ἐς Βυζάντιον ἐπιδημῶν, ἐπειδή ποτε γρα-
φαῖς ἐπαγλαΐσαι τῶν προαστείων αὐτοῦ δωματίων
ἠβουλήθη τινὰ, οὔτε τινὰς Ἑλληνίους παλαιοτέρας C
ἐνέθετο πράξεις αὐτοῖς, οὔτε μὴν τὰ Βασιλέως,
ὁποῖα καὶ μᾶλλον τοῖς ἐν ἀρχαῖς εἴθισται, διεξῆλ-
θεν ἔργα, ὅσα ἔν τε πολέμοις καὶ θηριοκτονίαις αὐτὸς
εἴργαστο. Τοσούτοις γὰρ αὐτὸν ξυμπλακῆναι συνέ-
βη, καὶ τοιοῖσδε φύσιν ἀντικαταστῆναι θηρίοις, ὅσοις
οὐδένα τῶν πώποτε γεγονότων ἠκούσαμεν. Καὶ εἴ τι
μὴ νόμων ἀποφέρεσθαι ἱστορικῶν, ὁποίου τι ἄρτι
ἐκ τούτου ἐξέλθω. Ἦν μὲν περὶ τροπὰς ἤδη χειμε-
ρινὰς, καὶ χιὼν κατὰ γῆς τοσαύτη ἐπεστοίβαστο, ὡς
φάραγγας μὲν, καὶ τὰς ἐν ὄρεσι σήραγγας πάσας
ὑποκεκρύφθαι μονονουχί. Ὑπερβολῇ δὲ τῇ ἐκ τοῦ
ψύχους μικροῦ καὶ πεπῆχθαι τὰ σώματα· ἀμέλει καὶ
θηρία μὲν πάντα οὐκ ἔχοντα ὅπη κρύψαιντο τὰς λόχ- D
μας, ἐξαναδῦντα ἀθρόα ὑπὲρ τῆς χιόνος ἐφέροντο.
πτηνῶν δὲ ἀγέλαι οὐκέτι τοῖς πτεροῖς κεχρῆσθαι δε-
δυνημέναι (συνεῖχε γὰρ ταῦτα ὁ κρύσταλλος, καὶ οἷον
τις δεσμὸς ἐπεκάθιζεν, ὡς ἐπὶ τῶν ἰξευτῶν ἐστιν ἰδεῖν)
πεζαὶ λοιπὸν ἀντὶ πτηνῶν ἦσαν, θηρσί καὶ ἀνθρώποις
ἑτοιμότατον θήραμα κείμεναι. Βασιλεὺς δὲ θηρευσό-
μενος ἐπί τι τῶν Ἑῴων ἐξῄει χώρων· Δάματρις ἡ
κλῆσις ἐστίν. Ἐπὶ τοῦ ἔργου τοίνυν γεγονότι, μέγα τι
χρῆμα θηρὸς ὑπαντᾷ, οὔπω μὲν λέοντος, οὐ γὰρ
ξυνεχώρει λέγειν, ἢ παρδαλῆ. Τοῦτο δὲ ἀφῄρει τὸ
μέγεθος αὖ, καὶ ἡ πρὸς λέοντα ὁμοιότης. Ἦν οὖν

inducias omni modo sollicitare, rebus infectis dimisit: iisque adiunxit Romanum quemdam, qui & Chaluphen repeteret, & nisi mox imperata facerent, Imperatorem rursum, Romanorumque exercitum præsto fore, minaretur. Ipse autem Sardicam progressus, copias contrahit: vbi dum moratur, hæc accidere.

VI. Alexius qui Protostratoris tunc dignitate fungebatur, vti sæpius a me narratum est, iamdudum quidem defectionem molitus, tum vero illius conuictus, resectis crinibus, Monachus factus est, & in Monticolarum quoddam Monasterium ex iis quæ ad Strymonem, in Monte Papicio, plurima sita sunt, amandatus. Quo in loco cum annos aliquot exegisset, vita tandem concessit. Sed vnde, & qua de causa ad eam fortunam redactus ille fuerit, commemorabimus. Is cum in Ciliciam primum, summo cum imperio bello isti ab Imperatore præpositus, missus esset, ad Sultanum, dedita opera, Iconium venit, & beneuolentia illius conciliata, de arripienda tyrannide cum eo consilia agitauit. Scriptisque vicissim datis & acceptis, quæ pacta ab iis facta continebant, in Ciliciam rediit. Interiecto deinde tempore reuersus Byzantium, cum suburbanam quamdam ex suis domum variis picturis exornare statuisset, non Græcanicas quidem veteres Historias in ea depingi curauit, aut præclara Imperatoris facinora, vti solent maxime qui in dignitatibus sunt constituti, vel quæ in bellis, vel in ferarum cædibus ille ediderat. Cum tot enim & omnis generis conflixit feris, quot neminem eorum, qui vnquam vixere, audiuimus: & si fas est leges transgredi Historicas, vnum ex his exemplum producam. Sub hyemis tempus, cum densa adeo in terram nix decidisset, vt ea omnes prope montium obducerentur conualles: & immenso frigore corpora propemodum constringerentur, cunctisque animalibus vbi sese occultarent, nulla superessent latibula: passim, magnoque numero, super niuem ferebantur. Ad hæc auium greges, alis inutilibus, quas tamquam vinculum astrinxerat glacies, vt videre est in aucupiis, alarum loco pedibus ibant, feris hominibusq; paratissima præda. Exiit autem venatum Princeps in regionem quamdam Orienti obuersam, cui Damatris nomen est. Cumq; in hac exercitatione occuparetur, obuiam venit ingentis magnitudinis fera, non leo quidem; neque enim id dici sinebat pantheræ maculosa cutis: quam ipsam rursus appellationem molis granditas, & similitudo leonis auferebat. Duplex erat

igitur, & vtrique conueniens natura, panthera in leone, & leo in panthera, portentosa quædam qualitatum commixtio. Generositati aderat ferocitas, iracundia crudelitati, omniaque adeo, quæ diuersa licet inter se, vtrique propria sunt animanti. Eiusmodi igitur erat fera ista: quam simul ac viderunt qui Imperatorem subsequebantur, diffugerunt plerique. Nemo quippe ferme erat, qui in eam oculos inferre, aut cum prope iam adfuit, cum illa congredi auderet. Sed Imperator iis fugientibus, stricto quo succinctus erat, gladio, ad percutiendam feram accurrit, ictumque capiti illatum ad pectus vsque adegit. Talem se quidem Princeps in ferarum cædibus ac venationibus gerebat. Cæterum Alexius (redeo enim vnde eram digressus) his omissis, res a Sultano præclare gestas, quasque adeo oportuisset silentio premi, stolide iis in ædibus exarata ac depicta omnium oculis exponebat. Id vbi resciuit Imperator, in secreta eum colloquia assumptum sæpius admonuit, vti ab incœpto desisteret. At ille non modo obstinatius prioribus institit consiliis, sed & virum gente Latinum, præstigiatorem, inque magicis artibus mire versatum, crebro ad se vocans, cum eo familiariter conuersatus est; & de secretis suis consiliis communicauit: quorum illud erat præcipuum, vt Imperator in perpetuum liberis careret: atque in eum finem multa ab scelerato homine accepit pharmaca, neque hisce rebus operam dare destitit miser: propter quæ increpauit illum denuo Imperator, & amentiam eius redarguit. Verum cum primo pœnitere visus esset, rursum tamen ad priorem mentem rediit. Paruo enim interlapso tempore, magum istum conuenit iterum, & de iisdem rebus consuluit. Aliquando vero cum Constantino Duca congressus, qui & ipse Imperatoris ex sorore neptim vxorem duxerat, *Vir optime*, inquit, *si tibi est animus eadem nobiscum sentire, neminem nos superaturum scito.* Sed istud quidem necdum propalam, alterum vero longe manifestius dictum illi est. Alexium, Casianus, cum præter decorum segniter remissęq; admodum, bello incumbentem Hungarico aduerteret, quo tempore cum Bela in Hungaria militabat, illum cōueniens, adhortationibus incitare ad id animum eius voluit. At is in secretum hominem abducens, *Quæris*, ait, *quam ob rem a prœliis vt plurimum abstineam? quia me generis nimirum humani cum maxime miseret.* Altero deinde nescio quid ad hunc sermonem reponente, hæc subiecit ille:

διπλῆ τις καὶ ἐπαμφοτερίζουσα φύσις, πάρδαλις ἐν λέοντι, καὶ λέων ἐν παρδάλει, τεράστιόν τι μίγμα ποιοτήτων· ἐν τῷ γενναίῳ τὸ γοργόν, τὸ θυμικὸν ἐν τῷ βλοσυρῷ, καὶ καθάπαξ πάντα δι' ἀλλήλων ἥκοντα τὰ ἀμφοῖν ἴδια. Ὁ μὲν δὴ θὴρ τοιοῦτος ἦν. Τῶν δὲ βασιλεῖ ἑπομένων, ἐπειδὴ τοῦτον εἶδον, ἀπερρύησαν οἱ πλείους. ἦν γὰρ οὐδὲ ἰδεῖν τοῖς πολλοῖς ἀνεκτός. Ὡς δὲ καὶ ἀγχοῦ ἤδη ἐγένετο, οὐδεὶς ἦν τὸ λοιπόν, ὃς τούτῳ ξυνίσταιτο. Ἀλλὰ βασιλεὺς φευγόντων, ὃ παρῄρτητο ξίφος ἑλκύσας, τὸν θῆρα πατάξων ἐφέρετο· πληγήν τε αὐτῷ τοῦ μετώπου κατενεγκών, ἄχρι καὶ ἐπὶ στέρνα διήλασεν. Ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς τοῖος δέ τις ἐπὶ θηρακτονίαις ἐγένετο. Ἀλέξιος δὲ (ἐπάνειμι γὰρ ὅθεν τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην) τούτων ἀφέμενος, τὰς τοῦ Σουλτὰν ἀνεστήλου στρατηγίας, νήπιος ἅπερ ἐν σκότῳ φυλάττειν ἐχρῆν, ταῦτα ἐπὶ δωμάτων αὐτὸς δημοσιεύων κατὰ τὴν γραφήν. Ὧν αἰσθόμενος βασιλεύς, ἐν ἰδιαζούσαις πολλάκις παραλαμβάνων αὐτὸν διατριβαῖς, παραινέσεις προσῆγεν, ὅπως ἂν ἀπάγῃ τῶν μελετωμένων αὐτὸν προθυμούμενος. Ὁ δὲ τοῦ σκοποῦ καὶ πάλιν ἀπρὶξ εἴχετο. Καὶ δὴ ἄνδρα Λατῖνον μὲν γένος, γόητα δὲ καὶ πολλὴν τὰ δαιμόνια πράγματα θαμὰ συγκαλῶν ὡς ἑαυτόν, διωμίλει τε αὐτῷ γνησιώτατα, καὶ ἀπορρήτων ἐκοινώνει σκεμμάτων. Τὸ δὲ ἦν, ὅπως ἂν βασιλεὺς ἐς ἀεὶ ἀπαιδίαν δυστυχοίη· φάρμακά τε πρὸς τοῦ κακοδαίμονος ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐλάμβανε πολλά, καὶ οὐκ ἔληγε τὰ τοιαῦτα ἐνεργολαβῶν ὁ ταλαίπωρος. Δι' ἃ καὶ πάλιν ὠνείδιζέ τε αὐτὸν βασιλεύς, καὶ τὴν παράνοιαν ἤλεγχεν. Ὁ δὲ μεταμελος γεγονέναι δόξας, ὁ αὐτὸς καὶ πάλιν ἦν. ὀλίγον γὰρ διαλιπὼν χρόνον, προσελάμβανεν αὖθις τὸν δαιμονιώδη ἐκεῖνον, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν ἐκοινώνει. Κωνσταντίνῳ δήποτε τῷ Δούκᾳ συγγεγονώς, ὃς καὶ αὐτὸς βασιλέως ἔγημεν ἀδελφιδῆν, Ὦ βέλτιστε, ἔφη, εἴ σοι βουλητὸν ἔσται, γνώμης κοινωνῆσαι μιᾶς, οὐκ ἄν τις ἔφη ἴσθι περιγενέσθαι ἡμῶν ϛοίη. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὔπω σφόδρα καταφανὲς εἴρηται. Ἕτερον δὲ πολλῷ τούτου ἐναργέστερον. Ἀλέξιόν ποτε ὁ Κασιανὸς, ἐπεὶ πέρα τοῦ προσήκοντος ἀναπίπλοντα τοῦτον ἐς τὸν κατὰ Οὔννων πόλεμον ἑώρα, ὁπηνίκα ξὺν τῷ Βελᾷ ἐπὶ Οὐννικῆς ἐστράτευε, προσελθὼν αὐτὸν ἐς τοῦτο παρορμᾶν ἐπεχείρει. Ὁ δὲ παραλαβὼν ἰδίᾳ τὸν ἄνθρωπον, Πυνθάνῃ, ἔφη, οὗ ἕνεκα πολέμων αὐτὸς ἀπέχομαι τὰ πολλά; ὅτι φειδὼ τοῦ ἀνθρωπίου πολλὴν ἴσχω γένους παρ' ἐμαυτοῦ. τοῦ δὲ καί τι πρὸς τὸν λόγον τοῦτον ἐπενεγκόντος, ἔφη ἐκεῖνος,

» Ὅτι βασιλεὺς ἐκτρῖψαι θέλων τὸ Ῥωμαϊκὸν, ἀπροοράτως, ὅπου ἂν τύχῃ, ἐπὶ μάχας αὐτὸ εἰσωθεῖν ἐκέλευέ μοι ἰσχυράς. σὺ δὲ, εἴ μοι τὸν λόγον τηρήσῃς τοῦτον, φίλος ἡμῖν ἔσῃ. Ὁ μὲν τοσαῦτα εἶπεν. Ὁ δὲ Κασιανὸς βασιλεῖ ταῦτα ἐμήνυσεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον. ὃ δὲ τελευταῖον εἴργαστο, τοιόνδε τι ἐγένετο. Σκυθῶν ὅμιλος ἐπὶ συμμαχίᾳ Ῥωμαίοις ἀφικόμενοι, περὶ τῶν συντάξεων πολλὰ πολυπραγμονήσαντες πρότερον, εἶτα δὴ κατέθεντο. Ἀλλ᾽ ὁ Πρωτοστράτωρ ἰδίᾳ τούτοις ἐντετυχηκὼς, χρήμασιν ἀναπείθει προσποιήσασθαι μὲν εἰς ἤθη τὰ πάτρια παλινοστεῖν· ἐπειδὰν δὲ ἀωρεὶ τῶν νυκτῶν ἤδη γένηται, ἀθρόους τῇ βασιλείᾳ ἐπιθέσθαι σκηνῇ, ἔργου τε ἔχεσθαι. Τέθειτο δὴ ταῦτα καὶ βεβούλευτο. Ἀλλὰ παιδάριόν τι τῶν ἐπὶ σκηνῆς αὐτῷ ὑπηρετουμένων, ἐπειδήπερ ἔγνω τὴν ἐπιβουλὴν, σπουδῇ ἐς τὸν ἐκτομίαν Θωμᾶν παρελθὸν, ὃς εὐνούστατος βασιλεῖ τηνικάδε ἐτύγχανεν ὢν, ἐμήνυσεν αὐτῷ τὸ σκέμμα. Ὁ δὲ εἰς βασιλέα τὸν πάντα λόγον διαγαγὼν, εἶτα παρέστησεν αὐτῷ καὶ τὸ παιδάριον. Οὐ μὲν ἔτι τοῖς λεγομένοις βασιλεὺς πιστεύειν ἤθελεν, ἕως ἕωθεν οἱ Σκύθαι ἀπ᾽ αἰτίας οὐδεμιᾶς ἀποχωρεῖν ἤρξαντο. αὖθις μὲν οὖν ὑποσχέσεσιν ὑπελθὼν, ἐπισχεῖν ἠδυνήθη. Ἐπὶ δὲ Ἀλέξιον τοὺς αὐτὸν ἤδη συλληψομένους ἔστελλε, καὶ ταχὺ δεσμώτης ἦν ὁ ταλαίπωρος. Μετ᾽ οὐ πολὺ μὲν βασιλέως κελεύσαντος, ἄνδρες τῶν ἐπὶ δόξης παρ᾽ αὐτὸν ἦλθον, Ἰωάννης τε ὁ Δούκας καὶ Μιχαὴλ, ὃς Λογοθέτης ἐκείνου τοῦ χρόνου ἦν· πρὸς δὲ καὶ Θωμᾶς ὁ ἐκτομίας, Νικηφόρος τε τῶν ἐκ τοῦ Βήλου Κριτῶν εἷς ὢν καὶ αὐτὸς, ἐπώνυμον Κάσπαξ. ἐκόμιζον δὲ αὐτῷ ἐγκλήματα τρία, ὧν ὁποτέρῳ ἀπαγωνίσασθαι δύναιτο ἐκέλευον αἱρεῖν. Ὁ δὲ ἐπεὶ τούτων ἤκουσεν, ἅπασιν ἑαυτὸν ὑπεδίκαζε. παρεκάλει τε ἀποθριξαμένῳ πρότερον, τῶν θείων τε μεταλαβόντι μυστηρίων, χρῆσθαι λοιπὸν αὐτῷ, ὅ τι ἂν τῇ δίκῃ δοκῇ. Ἐφ᾽ οἷς οἰκτισάμενος αὐτὸν βασιλεὺς, μοναχὸν ἔκειρε. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Ἀλέξιον ἐνταῦθα τύχης ἐτελεύτησε.

ζ΄. Βασιλεὺς δὲ, Οὐννικῶν στρατευμάτων ἐπὶ Σίρμιον διαβάντων, δυνάμεις ἐνταῦθα ἔπεμψεν, ὧν ἦρχον ἄλλοι τε τῶν Ῥωμαίων στρατηγῶν, καὶ δὴ καὶ Ἀνδρόνικος, ὁ βασιλέως ἀδελφιδοῦς, ᾧ Κοντοστέφανος ἐπώνυμον ἔκειτο, αὐτοκράτωρ τοῦ πολέμου τοῦδε πρὸς βασιλέως καταστάς. ἀπέσταλτο δὲ αὐτῷ, ὅπως παρατάξασθαι χρεὼν, καὶ ὅπῃ τὸν πόλεμον τόνδε διαθέσθαι, καθάπερ ἐν πίνακι ἀνεζωγράφηται. Ἀνδρόνικος οὖν ἐπὶ Σάον διαβὰς, ἐπεὶ ἄγχιστα τῶν Οὔννων ἐγένετο τοῦ στρατοπέδου, τοιάδε τινὰ ἐποίει. κατοπτῆρας μὲν καὶ σκοποὺς, ὁποῖα εἴθισται, εἰς τὸ τῶν πολεμίων καθιέναι στράτευμα,

Quoniam delere Romanos volens Princeps, imprudenter, quidquid inde accidat, eos in atrocissima educere prælia imperat. Tu vero, si hæc tacueris, amicus nobis eris. Ita quidem is locutus. Sed Casianus omnia hæc Imperatori retulit. Et id quidem primum; istud vero quod nouissime factum est, eiusmodi fuit. Plurimi e Scythis, qui auxilio Romanis venerant, cum primo de stipendiis ac præstatione multum prius contendissent, tandem acquieuere. At Protostrator hos occulte, pecuniis inducit, vt se in patriam redire fingerent: nocte autem concubia, tabernaculum Imperatoris frequentes adorirentur, impugnarentque. Hæc sic proposita sunt & deliberata. Cæterum famulus quidam ex iis, qui in tentorio illi ministrabant, statim atque eiusmodi consilia intellexit, confestim ad Thomam Eunuchum, Principi hacce ætate fidissimum, properat, indicatque quod agitabatur. Is vero omnem eum sermonem Principi refert, & mox ipsum quoque ei famulum sistit. Nec dum etiam fidem dictis præstare voluit Imperator, donec mane Scythæ nulla de causa diffluere ac recedere cœperunt; quos tamen pollicitationibus aggressus, in fide tandem retinuit. Ad Alexium vero misit, qui eum comprehenderent, statimque in vincula miser coniectus est. Non multo post venere ad eum viri dignitatibus illustres, Ioannes Ducas, & Michael qui hac ætate Logotheta erat, ad hæc Thomas Eunuchus, & Nicephorus & ipse vnus ex Veli Iudicibus, cognomine Caspax. Proposuere autem tria illi crimina, & an vtri horum posset respondere, ab illo petierunt. Sed vbi ista audiuit, omnium se reum confessus est: rogauitque vti sibi integrum esset, positis capillis, diuinisque perceptis mysteriis, id potissimum agere, quod iudicio decerneretur. Ex quibus misericordia commotus Princeps, Monachum tonderi iussit. Hunc fortunæ exitum res Alexij habuerunt.

VII. Imperator autem, Hungarico exercitu ad Sirmium transeunte, copias eo misit, quibus præfuere tum alij Romani Duces, tum Andronicus sororis suæ filius, cognomento Contostephanus, bello isti summo cum imperio præfectus. Huic potissimum quomodo acies instruenda foret præscripsit, & qua ratione bellum istud conficiendum, tamquam in tabella delineauit. Andronicus ergo cum traiecisset Samem, castrisque Hungarorum appropinquasset, talia facere instituit. Cum speculatores quidem, & exploratores, vti vulgo solet fieri in hostium mittere exercitum

haud consultum putaret, Romanorum aliquot præmisit, qui ante castra procederent, iisque imperauit, vt captiuum aliquem hostium incursione abducerent. Illi igitur, vti iussum fuerat, capto hoste, rediere. Tum vero ab eo sciscitatur, cum quantis copiis ad Sirmium accessissent Hungari, & quid demum ij facere constituissent. Omnia itaque nude vereque ille enarrans, *Præsunt*, inquit, *huic exercitui septem & triginta militiæ apud nos Duces: sed omnibus supremo iure imperat Dionysius. Totus vero exercitus quindecim ad summum bellatorum millibus constat, partim equitum cataphractorum, partim sagittariorum & peltastarum. Tanta vero iis inest audacia, vt ne primum quidem illorum impetum sustinere posse Romanos sibi persuadeant.* His auditis, dimittitur ab Andronico, nuntiaturus Dionysio, Imperatorem, cum ferre amplius non possit illius in Romanos delicta, præsto esse, quo pœnam ab ipso congruam reposceret. Inde milites arma capere iussos castris educit, aciemque hac ratione instruit. Scythas & maximam Persarum partem, cum paucis equitibus, qui hastis decertant, præcedere iubet. Inde a lateribus Romanorum sequebantur phalanges, quibus præerant Coccobasilius & Philocales, prætereaque Tatticius, & quem Aspietem vocabant. Horum a tergo ibant grauioris armaturæ milites, sagittariis intermixti, & Persarum turma grauis armaturæ. Post istos vtroque a latere Iosephus Bryennius & Georgius Branas incedebant. Item Demetrius eius frater, & Constantinus Aspietes, vir Sebasti dignitate auctus: inde Andronicus Principis Chartularius, cognomento Lampardas, cum delectis simul Romanis & Alemannis, necnon & Persis. In postrema denique acie erat Andronicus supremus Dux, cum aliis multis inclyti nominis viris (quales Imperatori in bellum eunti adesse semper moris est) & Italis stipendiariis, itemque Seruiis, qui pone sequebantur, hastis armati, & longioribus clypeis instructi. Hunc in modum ordinato exercitu Romani, iter instituunt. Vbi vero ad locum venere, in quo Dionysius occisorum militum tumulum erexerat, equis desilientes, grauiter ingemuere, fidemque sibi inuicem obstrinxere, pro contribulibus ac consanguineis se quemque moriturum. Dionysius vero vbi aduentare Romanos audiuit, fiducia quadam prætumidus, cum multa irrisione vinum ebibere Hungaros iussit, & vt pocula ad Romanorum sanitatem & incolumitatem propinarent. Illi surgentes confestim ea hausere, sum-

A ἥκιστα σύμφορον ἔγνω. Τινὰς δὲ Ῥωμαίων ἐκέλευε πρὸ τοῦ στρατοπέδου ἐλθόντας, πειρᾶσθαι ὅπως ζωγρείαν τινὰ πολεμίων ἑλόντες ἀγάγοιεν. Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐν χερσὶ πολέμιον ἔχοντες ἐπανῆλθον. Ὁ δὲ ἀνεπυνθάνετο τοῦτον, ὅπως τε δυνάμεως ἔχοντες ἐπὶ Σίρμιον ἀφίκοιντο Οὖννοι· καὶ τί ποτε βουλομένοις αὐτοῖς ἐστί. Πάντα τοίνυν ἐς τὸ ἀληθὲς ἐκεῖνος διεξῄει. « Ἄρχουσι μὲν, ἔφη, τῆς στρατιᾶς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα τῶν παρ' ἡμῖν στρατηγούντων ἀνδρῶν. Τὸ δὲ ἐφ' ἅπασι κράτος Διονύσιος ἔχει. Ἥ γε μὴν στρατιὰ ἐς πεντεκαίδεκα τὰς πάσας ἠθροισται χιλιάδας, ἀνδρῶν καταφράκτων ἱππέων, τοξο- B τῶν τε καὶ πελταστῶν. Οὕτω δὲ θάρσους περίεστιν αὐτοῖς, ὡς μηδὲ τὴν πρώτην Ῥωμαίους ὑποστήσεσθαι κατὰ νοῦν ἔχειν. » Τούτων Ἀνδρόνικος ἀκούσας, αὐτὸν μὲν ἀφῆκε πορεύεσθαι, Διονυσίῳ ἀγγελοῦντα, ὡς βασιλεὺς οὐκέτι φέρειν δεδυνημένος ὅσα εἰς Ῥωμαίους σφίσι διημάρτηται, ἰδοὺ πάρεστι, δίκην ἐπιθήσων τὴν δέουσαν. Τὸν δὲ Ῥωμαίων στρατὸν ὅπλα περιθέμενον, ἐξῆγε τοῦ χάρακος. Ἔταξε δὲ ὧδε. Σκύθας μὲν καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ Περσικοῦ ἡγεῖσθαι ἐκέλευεν, ἱππεῦσιν ἅμα ὀλίγοις, οἳ σὺν τοῖς δόρασι μάχονται. ἑξῆς δὲ ἑκατέρωθεν Ῥωμαίων εἵποντο φάλαγγες, ὧν Κοκκοβασίλειος ἦρχε καὶ Φιλοκάλης, πρὸς δὲ καὶ Τατίκιος, καὶ ὃν Ἀσπιέτην ἐκάλουν. C κατὰ νώτου δὲ αὐτοῖς ὁπλῖται ἐπορεύοντο ἀναμὶξ τοξόταις, καὶ Περσῶν φάλαγξ ὁπλοφοροῦσα· μετὰ δὲ τούτους ἀμφοτέρωθεν Ἰωσήφ τε ὁ Βρυέννιος ἐπορεύετο, καὶ Γεώργιος ὁ Βρανᾶς, Δημήτριός τε ὁ τούτου ἀδελφὸς, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Ἀσπιέτης, ἀνὴρ Σεβαστός. Ἑξῆς δὲ Ἀνδρόνικος ὃς Χαρτουλάριός τε Βασιλέως ἦν, ἐπίκλησιν Λαμπαρδᾶς, καὶ * ἐπιλέκτοις ἅμα Ῥωμαίοις καὶ Ἀλαμανοῖς, ἔτι δὲ καὶ Πέρσαις. κατόπιν δὲ Ἀνδρόνικος ὁ Στρατηγὸς ἐπορεύετο, σὺν ἄλλοις τε πολλοῖς ὀνόματος ἀξιουμένοις ἀνδράσιν (οἷς ἔθος ἀεὶ ὑπὸ Βασιλεῖ πολεμοῦντι τάττεσθαι ἦν) καὶ Ἰταλοῖς τοῖς ἐκ τοῦ μισθοφορικοῦ, καὶ δὴ καὶ Σερβίοις, οἳ κατὰ νώτου αὐ- D τῷ εἵποντο, δόρατά τε περιβεβλημένοι καὶ ἐπιμήκεις ἀσπίδας. Οὕτω ταξάμενοι Ῥωμαῖοι ὁδῷ ἐχώρουν. ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸν χῶρον ἦλθον, ἔνθα Διονύσιος τὸν τύμβον ἐγείρας ἔτυχε, τῶν ἵππων ἀποβάντες, ἀνῴμωξάν τε θερμῶς, καὶ πίστεις ἀλλήλοις ἔδοσαν ὑπὲρ τοῦ ὁμοφύλου τεθνάναι καὶ συγγενοῦς ἕκαστον. Διονύσιος δὲ ἐπειδὴ προσιέναι Ῥωμαίους ἐπύθετο, θάρσους ὑποπλησθεὶς, σὺν εἰρωνείᾳ πολλῇ ἀκρατίζεσθαι Οὔννους ἐκέλευεν, εἰς ὑγείαν τὴν Ῥωμαίων προσιεμένους τὸ ἔκπωμα. Οἱ δὲ ἀναστάντες, ἔπινόν τε σπουδῇ, καὶ

ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἐγίνοντο, τρόπῳ τε τῷ συνήθει ἐτάττοντο. Ἔθος γὰρ αὐτοῖς ἐστὶν ἀεί, τοὺς ἐν σφίσι λογάδας τὴν ἐμπροσθίαν πληροῦν φάλαγγα· ὃ πάλαι βασιλεὺς εἰδώς, ἀνάπαλιν Ἀνδρονίκῳ τὴν παράταξιν ποιεῖσθαι ἐκέλευσεν. Ἐπειδὴ γοῦν ἐγγὺς ἀλλήλων ἐγένοντο τὰ στρατεύματα, ἐκέλευεν Ἀνδρόνικος τοῖς ἐμπροσθίοις τῶν ταγμάτων ἐπιτοξεύεσθαι Οὔννοις. Ἐπειδὰν δὲ κατ' αὐτῶν ὁρμηθέντας ἴδοιεν, φεύγειν λοιπόν, οὐ μέντοι κατ' εὐθὺ τοῦ Ῥωμαίων στρατεύματος, ἀλλὰ κατὰ τὰ πλάγια μᾶλλον, ὡς ἂν οὕτως ἐπὶ θάτερα διαθέντες Οὖννοι, κενὴν τὴν μέσην τῆς φάλαγγος ἀπολείποιεν χώραν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι ἅμα τῇ προσβολῇ νῶτα δόντες, ἔφευγον ἀνακράτος, ἕως ἐπὶ Σάον ἦλθον. Ὑπηνέχθη δὲ Ῥωμαίοις τέλεον μὲν δύο τῶν ἐν ἀριστερᾷ ταγμάτων, ὧν Κοκκοβασίλειος καὶ Τατίκιος ἦρχον. τὰ λοιπὰ δὲ παρακεκίνηται ἤδη· καὶ Δημήτριος μὲν ὁ Βρανᾶς, τῶν σὺν αὐτῷ ἐσκεδασμένων, σὺν ὀγδοήκοντα ἀπολειφθείς, τοῖς πολεμίοις συνέμιξεν. Ἡρωϊκῶς τε ἀγωνισάμενος, αὐτοῦ ἔπεσε καιρίαν κατὰ τοῦ προσώπου πληγείς, αἰχμάλωτός τε γεγονὼς εἰς τὸ Οὔννων ἀπηνέχθη στρατόπεδον. Ὁ δέ γε ἀδελφὸς αὐτοῦ Γεώργιος πρὸς τὸ ὑπερβάλλον τοῦ πλήθους εὐλαβηθείς, οὐκ ἐθάρρησε τὴν συμπλοκήν. Τὰ μὲν δὴ εὐώνυμα τῶν κεράτων οὕτω Ῥωμαίοις πρὸς ὑπαγωγὴν ἔκλινε. Τὰ δὲ τῶν δεξιῶν τοῖς ἐν ἀριστερᾷ ἐπιθέμενα Οὔννοις, ἐτρέψαντο τούτους περιφανῶς. Διονύσιος οὖν ἐπεὶ ταῦτα εἶδε, τοῖς περὶ τὸν Στρατηγὸν Ἀνδρόνικον ἐπιθέσθαι διενοήθη. Ἀλλὰ τῶν σὺν αὐτῷ πολλοὶ ἀποδειλιᾶν ἤρξαντο, ὅθεν καὶ ἀνεσείραζον σφίσι τὴν ἵππον. Γνοὺς δὲ ὁ Διονύσιος, ὠνείδιζε μὲν τὴν ἀνανδρίαν αὐτοῖς, παρεκάλει δ' ὅμως αὐτοῦ ἵστασθαι, ὡς μὴ καταφανῆ τὴν δειλίαν Ῥωμαίοις ποιήσωσιν. Ἀνδρόνικος δὲ ὁ Λαμπαρδᾶς τὰ πραττόμενα καθιδών, δείσας τε μὴ σὺν τῷ Διονυσίῳ πλῆθος, αὐτοῦ ἐφ' ἕτερα χωρήσαντος, Ἀνδρονίκῳ λοιπὸν ἐμπεσεῖται τῷ Στρατηγῷ· δεῖν ἔγνω Διονυσίῳ πρότερον αὐτὸς συμπλακῆναι. ἐμπεσόντων δὲ ἀλλήλοις, θροῦς ἠγέρθη, καὶ πάταγος ἐπεῖχε πάντα, καὶ τὰ δόρατα πρὸς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκαυλιζόμενα, χαμαὶ ἔπιπτον. Ῥωμαῖοι δὲ καίτοι τῶν ὑπὸ θατέρῳ Βρανᾷ τῷ Γεωργίῳ ταττομένων συνελθόντων αὐτοῖς, ἔκαμνον ὅμως. Ἀνδρόνικος τοίνυν ὁ Στρατηγὸς ἐπεὶ τοῦτο συνεῖδεν, ὡς μὴ κατακράτος καὶ τῶν σὺν τῷ Λαμπαρδᾷ ἡττημένων, ἐπ' αὐτὸν ἡ ἀγώνισις στήσεται πᾶσα, συῤῥήγνυται τοῖς πολεμίοις, καὶ γίνεται καρτερὰ προσβολή, ὡς παρὰ τὴν πρώτην Ῥωμαίων μὲν ὀγδοήκοντα πεσεῖν, Βαρβάρων δὲ πολλῷ τούτων πλείους. Ἀλλὰ Ῥωμαῖοι σὺν ἀφάτῳ τινὶ καρτερίᾳ τὸν ἀγῶνα ὑφιστάμενοι, τέλος ἐτρέψαντο τούτους ἀρετῇ

A ptisque armis, consuetum ordinem resumpsere. Mos enim semper apud eos obtinet, vt præcipui, optimique in prima phalange locentur. Quod iam pridem edoctus Imperator, contrario aciem modo instituere Andronico præceperat. Postquam igitur sibi inuicem proximi fuere exercitus, iis qui in fronte stabant præcepit Andronicus, vt Hungaros telis impeterent: & simul ac in se illos irruere cernerent, terga darent, non recta quidem ad Romanorum exercitum, sed oblique magis in latera, vt sic vtramque in partem distracti Hungari, medium phalangis locum vacuum relinquerent. Sed illi, facta ab hostibus irruptione, statim effuse fugiunt, B vsque dum ad Sauum peruenere. Perstitere vero Romanorum integræ duæ in sinistra acie cohortes, quas Coccobasilius & Tatticius regebant: cæteræ omnes iam inclinatæ. At Demetrius Branas, suis dissipatis, cum octoginta relictus, hostibus sese intulit; & fortissime dimicans, accepto in capite lethali vulnere, concidit, captusque ab Hungaris, in eorum castra relatus est. Frater autem illius Georgius, hostium multitudine conterritus, prælium conserere non ausus est. Sic quidem sinistra Romanorum acies in fugam inclinauit: dextra vero sinistram Hungarorum inuadens, omnino hanc fudit. At Dio- C nysius vbi hæc aduertit, eos, qui Andronicum Ducem circumstabant, adoriri statuit. Sed ex suis complures conterriti, ad se equitatum continuo euocarunt. Quæ vt resciuit Dionysius, timiditatem ipsis exprobrat, simulque obtestatur, vt ibi consistant, ne pauorem suum Romanis proderent. Andronicus autem Lampardas quæ parabantur videns, veritus ne si alio abiret, Dionysij copiæ Andronicum Ducem opprimerent, necessarium duxit cum ipso primum Dionysio manus conserere. Cumque inuicem concurrerent, sublatus continuo est clamor, tumultusque passim factus: impactæque iam in clypeos D hastæ frustratim discissæ decidebant in terram. Romani autem, etsi qui sub altero Brana Georgio erant, iam accessissent, fatiscebant tamen. Vt id percepit Dux Andronicus, ne iis, qui cum Lamparda dimicabant, omnino fusis ac deuictis, tota in se belli moles incumberet, cum hostibus pugnare instituit: adeoque atrox concitatur prælium, vt primo conflictu Romanorum quidem octoginta, Barbarorum autem multo plures ceciderint. Sed enim Romani incredibili constantia sustinentes certamen, tandem eos propria virtute in fu-

gam verterunt. Tanta vero Barbarorum extitit cædes, vt contecta prope occisorum cadaueribus camporum planicies fuerit. Hastis namque suis in frusta concisis, fractisque gladiis, miserorum capita clauis contundebant. Tum etiam captum in eo prælio vexillum, quod propter sui magnitudinem curru a Barbaris vehebatur, vt & Dionysij equus cum omni armatura, cum ipse vix, ac nescio qua ratione, periculum effugisset. Quotquot etiam Barbarorum fugam inire potuerunt, vbi ad flumen peruenere, a classe Romana capti sunt. Viui ergo in manus venerunt, ex Ducibus quidem, quos ipsi Zupanos vocant, quinque: milites octingenti, atque in iis complures nobili loco nati, aliique illustres viri: aliquot autem millia in hoc prælio cecidere. Nemo fuit Romanorum, qui non fortia suapte manu ediderit facinora, præ cæteris tamen Ioannes Contostephanus & Andronicus Lampardas. His strenue confectis rebus, quoniam adulta nox erat, in castra concessit Romanus exercitus, adductis eo captiuis Hungaris, allatisque secum loricis ad duo millia. Galeas autem & clypeos & enses, haud facile quis numerasset. Eam quidem noctem post hæc ibi transegere. At vbi illuxit, arma iterum induti, in hostium castra ire pergunt. Verum cum ea hominibus vacua inuenissent, direptis iis, reuersi sunt. Ita quidem bellum aduersus Hungaros confectum est.

VIII. Cæterum Imperator murorum Constantinopoleos variis in locis vetustate collapsorum curam habuit: & aquarum inopia laborante ciuitate, aquæductus omnes diligentissime purgauit. Cumque videret vetustissimos fornices, per quos olim aqua Byzantium transmittebatur, diffractos instaurare difficile esse omnino, multumque ad eam rem tempus necessarium fore, locum haud procul Byzantio, quem Petram vocant, deligens, subterraneum quoddam receptaculum extruxit, quod in media quadam cauitate, collibus vtrimque cincta, oblongius iacet, & multis in sese aquam ostiis recipit, quæ velut e millenis canalibus, per quasdam rimas ac fissuras in illud defluit; & postmodum per consuetos canales in ciuitatem defertur. Idem hic Imperator absurdissimum morem, & qui iam prope in legem deflexerat, a Romanorum Republica sustulit. Eiusmodi autem ille fuit. Victus quærendi dura necessitas, tum alia, quæ ad vitam pertinent, immutauit, tum etiam pretio libertatem vendere multos adegit. Operas itaque

A τῇ σφετέρᾳ. Τοσοῦτος μέντοι Βαρβάρων φόνος ἐγένετο, ὡς τὰς ἐνταῦθα πεδιάδας μικροῦ περιεστρωθῆναι τοῖς θνησιμαίοις. Τῶν γὰρ δοράτων σφίσι κλασθέντων, καὶ θρυβέντων ἤδη τῶν ξιφῶν, τοῖς κορύναις ἤλλων τοῖς κακοδαίμοσι τὰς κεφαλάς. ὅτε δὴ τότε σημεῖον ἡρέθη, ὃ πάμμεγα τοῖς Βαρβάροις τούτοις ἐπὶ ἁμάξης ἐφέρετο, καὶ ὁ Διονυσίου ἵππος σὺν τῇ πανοπλίᾳ, μόλις ἐκείνου καὶ τρόπῳ, ᾧ περ αὐτὸς εἰπεῖν οὐκ ἔχω, τὸν κίνδυνον πεφευγότος. Ὅσοι μέντοι Βαρβάρων διαδρᾶναι τέως ἴσχυσαν, παρὰ τὸν ποταμὸν ἰόντες, ἡλίσκοντο πρὸς τοῦ Ῥωμαίων ναυτικοῦ. Ἑάλωσαν τοίνυν ζωγρίᾳ στρατηγῶν μὲν, οὓς αὐτοὶ Ζουπάνους καλοῦσι, πέντε, B στρατιωτῶν δὲ ἀμφὶ τοὺς ὀκτακοσίους. πολλοὶ δὲ ἦσαν καὶ ἐν αὐτοῖς τῶν εὖ τε γεγονότων, καὶ ἄλλως διαφανῶν. Ἔπεσον δὲ καὶ πλεῖσται χιλιάδες ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ. Οὐκ ἦν οὐδεὶς Ῥωμαίων, ὃς οὐ πολλῶν αὐτόχειρ ἐγένετο ἀριστέων. Πάντων γε μὴν μάλιστα Ἰωάννης τε ὁ Κοντοστέφανος, καὶ Ἀνδρόνικος ὁ Λαμπαρδᾶς. Ταῦτα κατωρθωκὼς ὁ Ῥωμαίων στρατὸς, ἐπειδήπερ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἦν, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν, ἄγοντες τούς τε τῶν Οὔννων αἰχμαλώτους, καὶ θώρακας ἐς δισχιλίους. Κράνη γε μὴν καὶ ἀσπίδας καὶ ξίφη, οὐδ' ἂν ἀριθμεῖν ἠδυνήθη τις. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην ἐπὶ τοιούτοις ηὐλίσαντο. Αὐγαζούσης δὲ ἤδη τῆς ἡμέρας, τοῖς ὅπλοις C ἐνδεδυκότες, εἰς τὸ τῶν Οὔννων ἀφίκοντο χαράκωμα. Ἐπεὶ δὲ ἀνδρῶν ἔρημον εὗρον αὐτὸ, σκυλαγωγήσαντες ἀνέστρεφον. Ὁ μὲν δὴ κατὰ Οὔννων πόλεμος ἐνταῦθα τέλος ἔσχεν.

η'. Ὁ δὲ Βασιλεὺς τῶν τε τειχέων τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπεμελεῖτο, μέρεσι πολλοῖς ὑπὸ χρόνου καμνόντων, καὶ ὑδάτων ἐνδείας κατειργούσης αὐτὴν, ἀνεκάθηρέ τε σὺν ἐπιμελείᾳ τοὺς ὀχετούς. καὶ ἐπεὶ τὰς παλαιτάτας στοὰς, αἳ τὸ ὕδωρ ἐπὶ Βυζάντιον ἦγον πάλαι, πεπτωκυίας ἀνεγείρειν δύσεργόν τε καὶ χρόνου πολλοῦ δεόμενον ἔγνω, σκεψάμενος περί τινα χῶρον, οὐ πολλῷ Βυζαντίου διέχοντα, ὃς Πέτρα κατωνόμασται, δεξαμενήν τινα ὑπόνομον D ἐδομήσατο, ἥπερ βουνῶν ἑκατέρωθεν ἐν κοιλότητι κατὰ μέσον ἱδρυμένη ἐπιμήκης, στόμασι πολλοῖς ἐφ' ἑαυτὴν τὸ ὕδωρ ἐπιχάσκουσα δέχεται, ὡς ἐκ μυρίων ὀχετῶν διὰ τῶν χασμῶν σπειραγῶν ἐπ' αὐτὴν καταβαῖνον. Ἡ δὲ διὰ τῶν ἐξ ἔθους αὖθις ὑπονόμων ἐπὶ τὴν πόλιν τοῦτο παρείησιν. Οὗτος ὁ Αὐτοκράτωρ καὶ ἔθος τι τῶν ἀτοπωτάτων μικροῦ καὶ εἰς νόμον τελέσαι δεῆσαν, ἐκ μέσου τῆς Ῥωμαίων ἐποιήσατο πολιτείας. Ὁποῖον δὲ τοῦτο ἦν, ἤδη λέγομεν. Ἡ τοῦ ζῆν ἀπαραίτητος τοῖς ἀνθρώποις ἀνάγκη, πολλά τε κατὰ τὸν βίον ἐκαινοτόμησεν ἄλλα, καὶ δὴ καὶ μισθοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἀποδόσθαι πολλοὺς ἀναγκάζει. Θητεύουσι τοίνυν τοῖς

τοῖς ἐν ὑπεροχαῖς τε καὶ ἀξιώμασι καὶ τῶν εὖ A γεγονότων, ἂν οὕτω τύχῃ, μὴ ὅ τι ἀγελαῖοι τινὲς καὶ ὀχλικοί. ὁποῖον τοίνυν ἡ ἀνθρωπίνη κακὸν πλεονεξία; παραλαμβάνοντες τοὺς ἀθλίους οἱ τὴν σφῶν ἐωνημένοι δουλείαν, ὅσα καὶ ἀργυρωνήτοις αὐτοῖς προσεφέροντο. καὶ ἦν τὸ τριώβολον ἴσως καταβαλλόμενον μίσθωμα ἐλευθέρων ἀνθρώπων ὠνή, καὶ συμβόλαιον οὕτω κακοτυχές. Ἀμέλει καὶ εἴ ποτε τῇ ἐκ τῆς θητείας ἀχθόμενοι ἐργασίᾳ, ἀπωθεῖσθαι βουληθεῖεν αὐτήν, οἱ δὲ καθάπερ δραπέτας συσχόντες αὐτούς, καὶ δίκας ἐπετίθουν τῆς τόλμης. καὶ ἦν τότε κατὰ τὸ Αἰσώπου μυθάριον, ἐν ᾧ λέων ἐπὶ τοῦ σπηλαίου νοσεῖ, καὶ ζῶα πρὸς αὐτὸν εἴσεισιν· B ἐλευθέρων μὲν εἰσιόντων ἀνθρώπων ἴχνη καὶ μάλα πολλά, ἐξιόντων γε μὴν ἐπὶ τῇ αὐτῇ ἥκιστα οὐδενός. Τὸ μὲν δὴ ἔθος οὕτω δεινὸν ἦν. Βασιλεὺς δὲ πρόρριζον ἀπὸ μέσης ἐξεληλακέναι τῆς πόλεως αὐτὸ βουληθείς, γράμμασι τὴν ἐλευθερίαν, οἷον φύσει τὸ ἐλεύθερον, ἐπεψηφίσατο. Ἐλευθέρων γὰρ ἄρχειν Ῥωμαίων, οὐ μὲν οὖν ἀνδραπόδων, αὐτὸς ἤθελεν. Ὁ αὐτὸς ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ * ἐψηφίσατο τοῖς ἀνὰ τὸ Βυζάντιον ἱεροῖς σεμνείοις πολυπραγμοσύνην ἐπάγεσθαι οὐδ' ἡντιναοῦν, ἐφ' αἷς ὁπουδήποτε κτήσεσιν ἔχον. Τὴν μέντοι δωρεὰν καὶ τόμῳ ἐστήλιξεν, ὃν ἅτε χρυσῷ ἐνσεσημασμένον, Χρυσόβουλλον ἔθος καλεῖν ἐστίν. C Ὅθεν οὐδένα μοναχῶν θυροκοποῦντα νῦν ἐπὶ δικαστηρίου ἰδεῖν, ἅτε μηδὲ παρόντος ἐφ' ᾧ τις δημοσίου σφίσι δικάσαιτο. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. Νόμου δὲ πασῶν τὰς πλείστας ἀκυροῦντος τῶν ἡμερῶν, καθ' ἃς δηλονότι ἢ τῶν Δεσποτικῶν τι Χριστιανοῖς τελοῖτο μυστήριον, ἢ γοῦν τῶν μεγάλων τινὸς ἄγοιτο μνήμη ἀνδρῶν, συνέβαινε τὰς ἐν τῇ πολιτείᾳ δίκας εἰς ἀπέραντον ἐξικνουμένας, τυγχάνειν οὐδέποτε τελευτῆς. Ἐντεῦθεν εἶδον ἀνθρώπους ἐγὼ δίκαις καταγηράσαντας, καὶ μέντοι καὶ ἐπαποθανόντας αὐταῖς. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ κακὸν θεσπίσματι νεαρῷ τῆς Ῥωμαίων ἀπελήλαται πολιτείας. Λέγει γὰρ τὸ Βασιλέως διάταγμα, D Μήτε τὰς ἑορτάδας παντάπασι κοινοῦσθαι τῶν ἡμερῶν, μήτ' αὐταῖς ἑκάστοτε ἀναβολαῖς δίκας ἐᾶν παρασύρεσθαι. ἀλλ' εἶναι μὲν ἐς τὸ παντελὲς ἀπειρολογίας ἀδέκτους δικανικῆς ἡμέρας ἐκείνας, καθ' ἃς τι Θεὸς εὔρηται τοῖς ἀνθρωπίνοις εὐεργετικῶς· τῶν δ' ἄλλων τὰς μὲν παντάπασι δικασίμους ἐγκεῖσθαι, τὰς δὲ πρωῒ μὲν ἀποκεκλεῖσθαι τοῖς δικολάβοις, δείλην δὲ ἅπασαν ἀνεῷχθαι, καὶ συγχωρεῖν εἰσιέναι τοὺς θέλοντας. Οὗτος καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ παλαιοῦ τοῦ χρόνου κείμενον λίθον ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς ἐς Βυζάντιον ἀναγών,

suas locant nobilibus viris, & qui in supremis constituti sunt honoribus, homines viles & proletarij. Quantum igitur malum humana auaritia est! Miseris etenim istis, qui seruitutem sibi comparauerant, emerantque, tamquam pretio emptis & mancipiis vtebantur: eratque triobolum forte, statutum liberorum hominum pretium, pactumque istud nefandum. Ad vltimum si qui onere seruitutis pressi, eo se eximere vellent, tamquam fugitiuos comprehendentes, eorum audaciam pœnis coercebant: idque secundum Æsopicam fabulam, in qua ad leonem in spelunca ægrotantem alia accedunt animalia. Nam & hic ingenuorum hominum ingredientium vestigia multa admodum, exeuntium vero nullum prorsus reperias: adeo praua grauisque erat ea consuetudo. Hanc igitur radicitus a media ciuitate extirpare volens Imperator, promulgatis edictis, libertatem, qualis illa a natura concessa est, omnibus donauit. Liberis enim Romanis, non mancipiis imperitare cupiebat. Idem præterea anno Imperij sui decimo-quinto decreuit, vt nemo deinceps Sacris apud Byzantium Monasteriis negotium facesseret de iis prædiis quæ quocumque in loco illa possiderent. Hancque donationem confirmauit libello, qui, quod aureo sigillo munitur, Aurea Bulla vocari vulgo solet. Vnde nullum hactenus Monachum Iudicum fores pulsantem videre est, vtpote cum nihil adsit, de quo lis intentari iis queat. Et hæc quidem sic se habet Constitutio. Cum vero omnium plerique dierum lege exciperentur, quibus nimirum vel Dominica a Christianis mysteria peragebantur, vel magni alicuius viri agebatur memoria: fiebat vt iudicia in Republica in immensum prolatata, numquam ad exitum perducerentur. Exinde vidi ego homines in litibus senescentes, imo & immorientes iisdem. Sed pessima lex ista nouo decreto in Republica abolita est. Quippe Imperatoris edictum, neque dies festos omnino vt profestos haberi statuit, neque tamen dilationibus eiusmodi trahi in infinitum iudicia: sed religiosos, & rerum forensium immunes illos esse decreuit, in quibus aliquando Deus singulare in homines beneficium contulisset: cæterum alios totos festos esse, alios intercisos, ita vt nimirum horis matutinis lege agere non liceret, postmeridianæ autem integræ partibus admittendis vacarent. Idem hic Imperator sacrum lapidem qui iampridem Ephesi fuerat, Byzantium magnifice translatum, cum cæteris sacris,

quæ ibi sunt, monumentis deposuit. Qualis autem hic fuerit lapis, & quomodo in Ephesiorum terram peruenerit, deinceps commemorabo. Peracto iam in Cruce a Saluatore mysterio, suscepit eum mater, vtque fieri assolet, in lapide isto supinum deposuit: & in eumdem ipsa etiam procumbens, vt vero simile est, non mediocriter plorauit. Flentis autem lacrymæ, quæ in lapidem deciderunt, in hanc vsque diem permansere indelebiles. Res admiratione prorsus digna: Mariam enim Magdalenam aiunt, accepto hoc lapide, Romam recta abiisse, vt coram Tiberio Cæsare Pilatum & Iudæos, velut iniustos Iesu interfectores accusaret: sed sorte quadam in portum Ephesinum delatam, istic eum loci reliquisse, indeque excedentem, Romam peruenisse. Ex illo tempore vsque in hodiernum diem lapis ibi perstitit. Cum vero in littus Damalis esset expositus, ingenti pompa inde Byzantium translatus est. Huic enim interfuere Romanus Senatus, quotquotque erant ex Sacerdotali ordine, & Monachico, Luca, qui tunc temporis Ecclesiam regebat, & Imperatore, vtrique choro præeuntibus. Ipse etiam lapidi humerum subdidit Imperator: in talibus namque, etiam vltra quam necesse erat, pietatem ac reuerentiam exhibebat singularem, & cum summa animi demissione eiusmodi munia obibat.

IX. Sub idem tempus Ægyptus, cum propemodum in Romanorum venisset potestatem, eo quem referam modo, nobis elapsa est. Hæc non ita pridem Romanorum parebat Imperio, & graue quotannis tributum dependebat. Sed cum Asia grauius afflictaretur, gentisque Ismaeliticæ in dies augerentur vires, capta & ipsa, in Persarum ius concessit. Verum Manuel Imperator, cum multa in Oriente Romanis rursum asseruisset, hanc quoque recuperare summo studio contendit. Itaque missis ad eas gentes Legatis, vt & veterem consuetudinem, & opulenta illa vectigalia, quæ nobis persoluere consueuerant, in memoriam reuocarent, iis præcepit: quod si ea abnuerent, tum demum nuntiarent proxime bello esse impetendos. Hæc erat mens legationis. Sedenim pertinacius renuentibus Ægyptiis, classem fabricat hippaginum & bellicarum nauium, magno numero, immissoque in eam exercitu, in Ægyptum mittit. Huic præfuit Andronicus Contostephanus, cuius non semel memini, Magni quippe Ducis dignitate, vt supra dictum est, iam

A τοῖς τῇδε λοιποῖς ἀπέδωκεν ἁγίοις. Ὅστις δὲ ὁ λίθος ἐστὶ, καὶ ὅθεν εἰς Ἐφεσίων ἦλθε τὴν γῆν, ὁ λόγος ἑξῆς διηγήσεται. Τέλος ἤδη τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν εἶχε τῷ Σωτῆρι μυστήριον, καὶ παραλαβοῦσα τοῦτον ἡ Μήτηρ, ἀνέκλινέ τε ὕπτιον, ὡς νόμος, ἐπὶ τοῦ λίθου τοῦδε, καὶ ἐπιπεσοῦσα βύθιον ἀνῴμωξεν, ὁποῖα εἰκός. μυρομένης δὲ τὰ δάκρυα τῷ λίθῳ πελάζοντα ἔτι καὶ νῦν ἀναπόνιπτα μένουσι. Πρᾶγμα τεράστιον, οἷον τοῦτον δὴ τὸν λίθον ἡ ἐκ Μαγδαλᾶ φασὶν ἀναλαβοῦσα Μαρία ἔπλει Ῥώμης, εὐθὺ, ἐφ' ᾧ Καίσαρι ἐς ὄψιν ἐλθοῦσα Τιβερίῳ, Πιλάτου καὶ Ἰουδαίων τῶν ἀδίκων Ἰησοῦ κατερεῖ φονευτῶν. ἀλλὰ τύχῃ
B τινὶ ἐς τὸν Ἐφεσίων λιμένα καταίρουσα, αὐτὸν μὲν ἐνταῦθα ἔλιπεν. Ἡ δὲ ἐκεῖθεν ἄρασα, ἐπὶ Ῥώμην ἀνήγετο. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ ἄχρι τοῦ νῦν ὁ λίθος ἐνταῦθα διετέλεσεν ὤν. Ἀχθέντα τοίνυν ἐς τὴν Δαμάλεως παραλίαν, πομπὴ τοῦτον ἐκ Βυζαντίου διαδέχεται λαμπρά. Ἐπλήρου δὲ ταύτην τό Ῥωμαίων τε γερούσιον ἅπαν, καὶ ὅσον ἐν ἱεροπόλις, καὶ ἐν μονασταῖς ἦν, Λουκᾶ τοῦ τηνικάδε τὴν Ἐκκλησίαν ἰθύνοντος, καὶ Βασιλέως τέλους ἑκατέρου προαρχόντων. Βασιλεὺς μέντοι καὶ τὸν ὦμον ὑπεῖχε τῷ λίθῳ· ἐπεί τά γε τοσαῦτα καὶ ὑπὲρ ὧν χρὴ ἐμεγαλοφρόνει, καὶ ἠγάπα δουλοπρεπέστερον αὖθις προσαγόμενος.

C θ'. Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους Αἴγυπτος ὑπὸ Ῥωμαίων ἁλῶναι κινδυνεύουσα, τρόπῳ τῷ ῥηθησομένῳ διαγεγονέναι ἴσχυσεν. Αὕτη ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων μὲν οὔπω πάνυ πάλαι ἐτέλει ἀρχήν· μέγα δέ τι χρῆμα δασμοῦ ταύτῃ παρεῖχεν ἐτήσιον· ἐπεὶ δὲ Ἀσία κακῶς ἤδη πεπόνθει, καὶ τὸ Ἰσμαηλιτικὸν ἑκάστοτε κατίσχυε φῦλον, ἥλω καὶ αὕτη, καὶ Πέρσαις ὑπέπεσεν. Ἀλλὰ Βασιλεὺς Μανουὴλ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν Ῥωμαίοις ἤδη ἀνασωσάμενος, ἀντιποιηθῆναι καὶ ταύτης σπουδῇ πολλῇ ἤθελε. Τοίνυν καὶ πρέσβεις ἐνταῦθα στείλας, ἐκέλευεν ἔθους τε τοῦ προτέρου καὶ φόρων ἀναμιμνήσκειν τὴν χώραν,
D οἳ πολυτάλαντοι ἐφ' ἡμᾶς ἀφικνοῦντο τὸ πρότερον. ἀναινομένης δὲ παρεγγυᾶν, ὅτι δὴ οὐκ ἐς μακρὰν πολεμητέα σφίσιν ἐσεῖται. τὰ μὲν δὴ τῆς πρεσβείας ἐν τούτοις ἦσαν. Τῶν Αἰγυπτίων δὲ ἰσχυρῶς πρὸς τοῦτο ἀπειπαμένων, στόλον νεῶν ὁ Βασιλεὺς τεκτηνάμενος, ἱππαγωγῶν τε καὶ πολεμιστηρίων ἐς ἄγαν πολλῶν, στρατόν τε ἐμβιβάσας αὐταῖς, ἐπ' Αἰγύπτου ἔπεμψεν. Ἡγεῖτο δὲ τούτου Ἀνδρόνικος, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, ὁ Κοντοστέφανος. Ἐτύγχανε γὰρ Μέγας, ὥσπερ εἴρηται, Δοὺξ

γεγονὼς πρότερον. Ὃς ἐπεὶ ταχυπλοήσας Αἰ- A
γύπτῳ προσέσχε, πέμψας ἐς Παλαιστίνην, τὸν
τῇδε μετεπέμπετο Ῥῆγα, ἐφ᾽ ᾧ κατὰ τὰ ξυγκείμε-
να τοῦ πόνου Ῥωμαίοις συλλήψοιτο καὶ αὐτός. Ἐν ᾧ
δὲ διαμέλλων ὁ Ῥὴξ ἦν, Ἀνδρόνικος ὡς μὴ ἐπὶ
κενῆς ὁ χρόνος ἐνταῦθα αὐτῷ τρίβοιτο, δεῖν ἔγνω
ἐπὶ τὴν χώραν διαβιβάσαι τὸ στράτευμα. Καὶ τοί-
νυν Τενέσιόν τε πόλιν αὐτοβοεὶ εἷλον, καὶ συχνὰ
τὴν χώραν κατέθεον ἐξιόντες. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Ῥὴξ
ἠγγέλλετο ἤδη παρεσιὼν, ἐπὶ Ταμιάθι μετῆγον
τὸν πόλεμον, πόλιν κατοίκων τε πληθοῦσαν καὶ
πλούτοις ὑπερφυῶς. ἔνθα πολλαὶ μὲν καὶ φρι-
κώδεις διεπολεμήθησαν μάχαι· ἤνυστο δὲ ὅμως
οὐδὲν, ἀπ᾽ αἰτίας, ἧς ἐρῶν ἔρχομαι. Συνέκειτο B
Βασιλεῖ καὶ Παλαιστινοῖς ἐς τὸν ἐπ᾽ Αἰγύπτου συμ-
πνεύσασι πόλεμον, μοῖραν μὲν τὴν ἡμίσειαν Ῥω-
μαίοις ἁλούσης ἤδη τῆς χώρας λαβεῖν, θατέραν
δὲ αὐτοὺς ἔχειν. Ὁ τοίνυν Ῥὴξ ἐπεὶ Ῥωμαῖοι προ-
τερήσαντες ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἦλθον, ἐπιβούλως
ἄγαν τὸ μὲν πρῶτον ὑστερεῖν τοῦ πολέμου διενοεῖτο,
ὅπως Ῥωμαίων διακινδυνευσάντων, τὴν χώραν
αὐτὸς ἀκονιτὶ διακληρώσαιτο. Ὡς δὲ παρῆν ὀψὲ
καὶ αὐτὸς, τήν τε μάχην ἀεὶ ὑπερετίθετο, καὶ
Ῥωμαίοις δὲ ταῦτα ξυμβουλεύων ἦν· κἂν ἐκεῖ-
νοι ὀλίγα τοῖς εἰρημένοις προσέχοντες, ἡρωϊκοὺς
εἰς ἑκάστην ἡμέραν ἀνεδέχοντο ἀγῶνας. Εἴτε οὖν,
ὅπερ ἔφην, Ῥωμαίους τοῖς κινδύνοις παραβαλεῖν C
ἐθέλοντες ταῦτα ἐποίουν, ὡς ἂν ἀπόνου τῆς νίκης
τυγχάνωσιν αὐτοὶ, εἴτε καὶ καθάπαξ τῆς κατ᾽ Αἴ-
γυπτον δεσποτείας τῷ Βασιλεῖ φθονήσαντες ἦσαν,
λέγειν οὔ μοι πάρεσται· ἠγγέλλετο δ᾽ ὡς χρήμασιν
οἱ ἔνδον τὸν Ῥῆγα ὑποφθείραντες εἰς τοῦτο ἤγαγον.
Ῥωμαῖοι τοίνυν ἐπειδήπερ οὐκ ἀξιοχρέους ἑαυτοὺς τῷ
πολέμῳ τῷδε ἔγνωσαν εἶναι, πρύμναν κρουσάμενοι,
ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἀνήγοντο. χειμῶνος δὲ κατασχόντος,
πλείστας τῶν νεῶν ἀπολωλέναι συνέβη. Ἡ μὲν δὴ
ἐπ᾽ Αἰγύπτου Ῥωμαίοις ἐκστρατεία τοιοῦτον ἔσχε τέ-
λος. Αἰγυπτίων δὲ ὁ δῆμος, ὡς μὴ καὶ δευτέρα Ῥω-
μαίων ἔφοδος ἐπ᾽ αὐτοὺς γένηται, πρέσβεις ἐς Βασιλέα
στείλαντες, ῥητόν τι χρυσίον ἀνὰ πᾶν ἐκεῖθεν κομί- D
ζεσθαι ἔτος Ῥωμαίοις ὡμολόγουν. Ὁ δὲ πρεσβείαν
ἀπωσάμενος, ἀπράκτους αὐτοὺς ἀπεπέμψατο, πᾶ-
σαν ἐν νῷ ἔχων εἰσαῦθις καταδραμεῖσθαι τὴν χώραν.

ι΄. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ Παλαιστίνης Ῥὴξ ἐπὶ Βυζάν-
τιον ἦλθε, περὶ ὧν ἔχρῃζε Βασιλέως δεησόμενος.
τυχὼν δὲ ὧν ἐδεῖτο, ἄλλα τε πολλὰ καὶ δουλείαν
ἐπὶ τούτοις Βασιλεῖ διωμολόγηκεν. Ὑπὸ τοῦτον τὸν
χρόνον καὶ Οὐεννέτους, ὅσοι ἔν τε Βυζαντίῳ, καὶ
ταῖς ὁπουδήποτε Ῥωμαίων ᾤκηνται χώραις, δη-
μοσίαις φρουραῖς παραπέμψας, τὰς οὐσίας ἀνα-
γράπτους εἰς τὸ δημόσιον ἐποιήσατο, ἀπ᾽ αἰτίας,

Ioann. Cinn. Hist. Byzant.

antea gaudebat: is vt in Ægyptum celeriter appulit, missis in Palæstinam Legatis, Regem inde accersiit, vt secundum ea quæ inuicem sanciuerant pacta, auxilio sibi esset. Interea dum Rex expectabatur Andronicus, ne frustra hic tempus tereret, educere in terram exercitum operæpretium censuit. Tum vero Tenesium oppidum primo impetu ceperunt Romani, crebrisque regionem istam incursionibus vastarunt. Sed vbi aduentare Regem nuntiatum est, ad Damiatam bellum transtulere, vrbem & incolarum frequentia celebrem, opibusque affluentem. Multa hic & horrenda peracta sunt prælia: nihil tamen iis confectum est, ob hanc, quam commemorabo, causam. Conuenerat inter Imperatorem & Palæstinos, in bellum Ægyptiacum conspirantes, vt deuicta ea prouincia partem dimidiam Romani, dimidiam ipsi alteram obtinerent. Itaque Rex, cum priores in Ægyptum venissent Romani, de industria primo expeditionem bellicam differre statuit, vt postquam ij discrimina exhausissent, regione ista citra laborem potiretur. Vbi vero & ipse tandem accessit, pugnam semper protrahebat, eademque vt facerent persuadebat Romanis: etiamsi ij, eiusmodi consiliis posthabitis, fortia in dies prælia susciperent. Verum haud plane possim asseuerare, an id egerint, vt, dum periculis obiicere Romanos volunt, victoriæ fructu sine labore fruerentur: an vero quod omnino Ægypto potiri Imperatorem præ inuidia non ferrent. Cæterum rumor erat Regem ab obsessis submissa pecunia ad id fuisse inductum. Itaque Romani, cum se bello isti haud pares esse viderent, retro Byzantium adnauigarunt. Orta vero tempestate plurimæ eorum naues periere: hunc finem illa habuit in Ægyptum expeditio. Ægyptij, ne altera Romanis irruptio rursum in eos fieret, missis ad Imperatorem Legatis, certum se quotannis auri pondus soluturos pacti sunt. Ille vero legationem aspernatus, rebus infectis, domum eos remisit: cum totam hanc iterum deuastare regionem in animo haberet.

X. Inter hæc Byzantium venit Palæstinæ Rex, cum Principe de negotiis suis acturus: impetratisque iis quæ popoſcerat, præter alia multa, Imperatori fidem & clientelam professus est. Sub idem etiam tempus, & Venetos, quotquot Byzantij, & in quibuscumque Romanorum prouinciis habitabant, in publicos carceres coniecit, illorumque bona publicauit, & fisco addixit, ob eam

quam dicturus sum causam. Venetorum regio in extremis partibus Ionij sinus sita est: mari vero circumflua longius a littore paludes protendit, in quas mare sæpius per diem influens, certo quodam tempore nauigabiles eas facit: at cum rursum recedit, inaccessas prorsus reddit nauibus perinde ac hominibus. Est autem Gens ista moribus deprauatis, impia & sacrilega, si quæ alia, & illiberalis, vtpote nauticis ineptiis plena. Hi Alexio Imperatori aliquando auxilio venientes, cum Robertus ille ex Italia Dyrrachium transmissus, totam inuasisset prouinciam, mercedis loco, cum alia multa accepere, tum præsertim Byzantij angiportum, quem Embolum vulgo appellant: solique omnium eapropter ex illo tempore decimas ex mercatura Romanis non soluerunt. Inde in immensum ditati, statim in superbiam proruperе: adeo vt ciues perinde ac mancipia tractarent, neque eos dumtaxat qui de infima plebe essent, verum & qui Sebastorum, aut alia quauis apud Romanos maiori dignitate fulgerent: quibus indignatus Ioannes Imperator, omnes a Romano Imperio expulerat. Atque inde a Romanis vindictam repetere summo cum studio enitebantur. Classe itaque comparata, factaque in eorum terras irruptione, Chium capiunt, & Rhodum atque Lesbum, celeberrimas Insulas, depopulantur. Inde ad Palæstinos delati, cum eis Tyrum expugnant: ad hæc in mari piraticam exercentes, nulli hominum scelerati isti pepercere. Quamobrem vt ab Imperatore in priorem statum sunt restituti, maior eos statim incessit superbia & insolentia. Arrogantia enim recte factorum opinione inflata, quandoque in vltimam improbitatem deflectere solet. Vnde factum est, vt multis nobilibus viris, & Principi affinitate iunctis, plagas intulerint, aliisque grauissimis affecerint iniuriis. Iisdem tamen nihilo secius vsi fortunis, Manuelis quoque Imp. temporibus: Romanasque mulieres coniugio sibi adsciscentes, in earum ædibus, cæterorum Romanorum instar, extra limites ab Imperatore iis præscriptos, domicilia habebant. Quæ cum ferre amplius non posset Princeps, pœnis compescere eorum delicta statuit. Venetos ergo, qui Byzantij habitabant, ab iis eiusdem nationis qui negotiandi causa accedebant, secernens, Burgenses illos Latinorum lingua appellauit, cum fide data polliciti essent, se quoad viuerent, Romanis fore obnoxios. Ea enim apud illos istius vis est vocabuli.

A ἧς αὐτὸς ἐρῶν ἔρχομαι. Οὐεννέτων ἡ χώρα κεῖται μὲν ἐς τοῦ Ἰονίου κόλπου τὰ ἔσχατα· θαλάσσῃ δὲ ἀμφίῤῥυτος οὖσα, τέναγός τι προσβάλλεται τῆς ἀκτῆς μακρὸν ὅσον. Ἔνθα τῆς ἡμέρας ἡ θάλασσα πολλάκις προσιοῦσα, σχεδὸν μέν τινα πλώϊμον αὐτὸ ποιεῖται· τὸν πορθμὸν αὖθις ἀναλύουσα, ἀπόρευτον παντάπασι ναυσί τε καὶ ἀνθρώποις ἐργάζεται. Ἔστι δὲ τὸ ἔθνος ἤθη μὲν διεφθορός, βωμολόχον εἴπερ τι καὶ ἀνελεύθερον, ἅτε καὶ ἀπειροκαλίας μεστὸν ναυτικῆς. Οὗτοι Ἀλεξίῳ ποτὲ Βασιλεῖ χεῖρα παρασχόμενοι σύμμαχον, ὁπηνίκα Ῥομπέρτος ἐκεῖνος ἐξ Ἰταλίας ἐπὶ Δυῤῥάχιον μεταβὰς ἐπολιόρκει τὴν χώραν, ἀμοιβῆς B τυγχάνουσι τῆς τε ἄλλης, καὶ δὴ καὶ στενωπὸς αὐτοῖς ἐν Βυζαντίῳ ἀποτέτακται, ὃν Ἔμβολον ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί· μόνοι τε τῶν ἁπάντων διὰ τοῦτο τὰς κατ' ἐμπορίαν δεκάτας οὐδενὶ Ῥωμαίων ἐξ ἐκείνου παρέχονται. Τοίνυν καὶ τὸ ἀσυμμέτρως ἐντεῦθεν πλουτεῖν, ταχὺ ἐς ἀλαζονείαν αὐτοὺς ἦρεν. Ἀνδρὶ μέντοι πολίτῃ ὅσα καὶ ἀνδραπόδῳ προσεῖχον, ἀλλ' οὐχ ὅπως τῶν πολλῶν τινι καὶ δημοτικῶν· ἀλλὰ κἄν τις ἐπὶ Σεβαστότητι ἐφρόνει, κἂν ἐπὶ μεῖζόν τι προῆκε τῶν παρὰ Ῥωμαίοις σεμνῶν. Ἐφ' οἷς χαλεπήνας ὁ Βασιλεὺς Ἰωάννης, ἐκ ποδῶν τῆς Ῥωμαίων αὐτοὺς ἐποιήσατο πολιτείας. Ἐντεῦθεν ἀμύνασθαι Ῥωμαίους διὰ σπουδῆς αὐτοῖς ἦν. C Στόλον οὖν τεκτηνάμενοι νεῶν, ταύτῃ ἐπῆλθον τῇ γῇ· ὅτε δὴ Χίον τε εἷλον, καὶ Ῥόδου καὶ Λέσβου, νήσων κατέδραμον ὀνομαστῶν. Ἐπὶ Παλαιστινῶν τε καταχθέντες τὴν γῆν, Τύρον ἅμα αὐτοῖς εἷλον. Τὴν ἐν θαλάσσῃ τε μετιόντες λῃστείαν, οὐδεμίαν οἱ κακοδαίμονες ἀνθρώπων ἐλάμβανον φειδώ. Δι' ἃ Βασιλεὺς ἐπὶ τοῖς προτέροις αὐτοὺς προσηκάμενος, ἐπὶ μᾶλλον ἐξῆρεν ἀλαζονείας καὶ τύφου. Αὐθάδεια γὰρ κατορθοῦν δόξασα, εἰς ἀπόνοιαν ἐκφέρεσθαι οἶδεν. Ὅθεν καὶ πολλοῖς τῶν εὖ γεγονότων, Βασιλεῖ τε καθ' αἷμα προσηκόντων, πληγάς τε ἐπέθεντο, καὶ ἄλλως πικρότατα ἐπ' αὐτοὺς ὕβριζον. Διῆγον μέντοι D ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς οὐχ ἥκιστα καὶ ἐπὶ τῶν Μανουὴλ Βασιλέως χρόνων, γυναιξί τε Ῥωμαίαις ἑαυτοὺς συνοικίζοντες, καὶ οἰκίαις ταῖς αὐτῶν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι Ῥωμαῖοι ἔξω τῆς ἐκ Βασιλέως δεδομένης αὐτοῖς ἀναστρεφόμενοι διατριβῆς. ἃ μηκέτι φέρειν ἔχων αὐτός, δίκας ἐπιτιθέναι τῶν ἁμαρτανομένων σφίσιν ἀπήρξατο. Τοὺς μέντοι ἐν Βυζαντίῳ ᾠκημένους αὐτῶν, τῶν κατ' ἐμπορίαν παραβαλλόντων Οὐεννέτων ἀποδιελών, Βουργεσίους τῇ Λατίνων ἐκάλεσε φωνῇ, πίστεις αὐτῷ δεδωκότας σὺν εὐγνωμοσύνῃ Ῥωμαίοις διὰ βίου τηρήσειν τὸ δούλιον. Τοῦτο γὰρ ἑρμηνευθὲν αὐτοῖς τὸ ὄνομα βούλεται.

A Οὐ πολὺ δ' ἐν μέσῳ, καὶ Οὐέννετοι Λαμπάρδοις μηνίσαντες, ἅτε γνώμης ἀποῤῥαγεῖσι τῆς αὐτῶν, ἐπανέστησάν τε αὖθις, καὶ τὰς οἰκίας εἰς ἔδαφος καθελόντες, ἐπὶ μεγίστοις αὖθις ἐζημίωσαν. ὅθεν καὶ ἐπὶ δίκην αὖθις καλέσας ὁ Βασιλεὺς, τὰς οἰκίας εἰσαῦθις Λαμπάρδοις ἐγεῖραι ἐδικαίου, ὅσα τε σφίσι διήρπαστο αὐτίκα ἀποδιδόναι. Ἀλλὰ Οὐέννετοι οὔτε πρακτέον οὐδὲν αὐτῶν ἤθελον, καὶ ἠπείλουν γε Ῥωμαίοις ἀνήκεστα δράσειν, ἀναμιμνήσκοντες ὧν Βασιλέως Ἰωάννου περιόντος ἐργάσαιντο. Ταῦτα συνιδὼν ὁ Βασιλεὺς, μηκέτι διαμέλλειν ἔγνω. Τοίνυν καὶ ὡς ἐν σαγήνῃ τούτους ἐπὶ τῆς αὐτῆς συλλαβεῖν διανοηθεὶς, γράμματα ἁπανταχῇ τῆς Ῥω- B μαίων ἐξέπεμπε γῆς, δι' ὧν τοῖς τὰς ἀρχὰς διέπουσι δῆλον τὸν χρόνον ἐποίει, καθ' ὃν αὖθις χεῖρας Οὐεννέτοις ἐπιβαλεῖν ἔδει. καὶ λοιπὸν κατὰ ταυτὸν οἱ ἐν Βυζαντίῳ τοῖς ἀνὰ τὰς ἐσχατιὰς τῆς Ῥωμαίων ἡλίσκοντο γῆς, φρουραί τε καὶ ἱερὰ τούτους ἐδέχοντο φροντιστήρια. Καιροῦ τοίνυν διαγινομένου, ἐπειδήπερ ἐν οὕτω μεγάλῳ τῷ πλήθει στενοχωρεῖσθαι συνέβαινε τὰς φρουρὰς, Οὐέννετοι (ἔοικε γὰρ ἀνθρώπων ἀπεγνωκότων δυσμαχώτερον εἶναι μηδὲν) τοιάδε τινὰ ἐτόλμησαν. αὐτὸς ἕκαστος ὑπὲρ ἑκάστου φερέγγυον ἑαυτὸν Βασιλεῖ παρασχόντες, ἀνεθῆναι τῶν φρουρῶν ἴσχυσαν. Ἦν δέ τις ἐν αὐτοῖς γένει τε διαφα- C νὴς καὶ πλούτῳ διαφέρων· οὗτος μέγα τι νεὼς χρῆμα, καὶ οἷον οὐδέπω ἐν Βυζαντίῳ κατῆρε, χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἀπεμπώληκε πολλῶν. ὅθεν καὶ τὴν αὐτοῦ ἐπιμέλειαν παρὰ Βασιλέως ἐπιτετραμμένος, συνεβούλευσεν Οὐεννέτοις, ἐμβάντας αὐτῇ πλωΐζεσθαι νυκτὸς ἐπὶ τὴν αὐτῶν. οἱ δὲ τὸν λόγον ἁρπάσαντες, ἐπιφόρου τοῦ πνεύματος γεγονότος, εἰσεπήδησαν ἐπ' αὐτὸ, καὶ λοιπὸν ᾤχοντο ἀπιόντες. Ῥωμαῖοι δὲ αἰσθόμενοι κατόπιν αὐτῶν ἐδίωξαν. ἐγγίσαντές τε αὐτοῖς, περί που τὸν Ἀβύδου γεγονότες πορθμὸν, Μηδικῷ πυρὶ φλέξειν διενοοῦντο. Ἀλλ' ἐκεῖνοι, ἅτε τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐθάδες ἐπιτηδευμάτων, πίλοις τισὶν ὄξει D περιδεύσαντες, τούτοις τε πᾶσαν περιειληφότες τὴν ναῦν, ἐστέλλοντο θαρσαλέοι. Ῥωμαῖοι τοίνυν ἐπειδὴ μηδὲν ἀνύσειν εἶχον, τὸ γὰρ πῦρ ποῤῥωτάτω ἢ ἐχρῆν ἐπὶ τὴν βάριν ἀκοντιζόμενον, ἢ οὐδὲ ἔψαυεν, ἢ καὶ πελάσαν τοῖς πίλοις, ἀποστρεφόμενον καθ' ὑδάτων ἐσβέννυτο πεσὸν, ἄπρακτοι ἀνεχώρησαν. Οὐέννετοι δ' οὐκ εἰς μακρὰν τῇ σφετέρᾳ προσσχόντες, στόλον τεκτηνάμενοι κατὰ Ῥωμαίων ἐπῆλθον. Τὸ μὲν οὖν πρότερον Εὐρίπῳ προσέβαλον. Ἐπεὶ δ' ἀπεκρούσθησαν, Βασιλέως στρατιωτῶν φρουρὰς ἀποχρώσας ταῖς τῇδε πόλε-

Interea Veneti ipsi simultatem cum Lombardis exercuere palam, quod a suis desciuissent partibus, ipsosque inuasere, ac funditus euersis eorum ædibus, grauissima iis damna intulere. Quapropter illis in ius vocatis, Imperator, Lombardorum ædes de nouo instaurari, & quæ iis abstulissent, restitui, prolato iudicio, iussit. At Veneti nihil eorum quæ imperata fuerant exequi voluere, minati insuper, Romanis deinceps sese grauissima illaturos damna, ea reducentes subinde in memoriam, quæ fecerant superstite adhuc Ioanne. Quæ cum videret Imperator, cunctari amplius noluit: itaque quasi indagine eos vno die circumuenire statuens, literas per Imperium Romanum quoquouersum misit, quibus locorum ac oppidorum præfectis tempus designabat, quo in Venetos manus iniicere deberent. Quo quidem tempore, & qui Byzantij erant, & qui in vltimis Imperij habitabant angulis, capti sunt, & in carceres, ac sacra Monasteria coniecti. Elapso deinde aliquanto tempore, cum tantæ multitudini vix sufficerent carceres (nihil quippe hominibus ad desperationem adactis inexpugnabilius esse solet) hæc aggrediuntur. Eorum vnusquisque pro socio illius sistendi vadem se erga Imperatorem constituit: quo facto carceribus se eximunt. Erat autem inter eos quidam natalibus illustris, opibusque præpollens, qui ingentis molis nauem, cuiusmodi numquam Byzantium appulerat, multa pecunia Reipublicæ vendidit. Cuius propterea cum demandata ei a Principe cura esset, Venetis consilium dedit, vt ingressi nauem, de nocte excederent, & in patriam nauigarent. Quo illi arrepto consilio, ventum nacti secundum, in illam insiliunt, indeque confestim aufugiunt. At Romani, vt id aduertere, a tergo eos consectati, & ad fretum Abydenum assecuti, Medico igne iniecto nauem comburere conati sunt. Sedenim illi Romanorum moribus assueti, naue coactilibus aceto madefactis contecta & præcincta, secure enauigarunt. Itaque Romani, cum nihil conficere potuissent (ignis quippe e longinquo nimium proiectus, aut non pertigit ad nauem, aut in coactilia incidens, retroagebatur, cadensque in aquam extinguebatur) rebus infectis redierunt. Non multo post in terram suam appulsi Veneti, fabricata classe, in Romanos expeditionem suscepere. Ac primo quidem Euripum inuadunt: cumque inde expulsi essent (idonea quippe ciuitatibus, quæ ibi extant, præsidia

imposuerat Imperator) traiiciunt ad Insulam Chium. Ibi nauibus subductis, ad depopulandam regionem exeunt. Sed in copias, quæ Imperatoris prouidentia in Insulam transmissæ fuerant, incidentes, conserto inuicem prælio, cæsisque pluribus ex suis, retro ad naues confugere. Imperator autem penitus eos comprehendere, & terrestrem naualemque exercitum in illos mittere constituerat: sed erat quidam ea tempestate, qui Acoluthi dignitate fungebatur, Aaron nomine, vir elato & arroganti admodum animo. Is Imperatoris rebus aduersabatur semper, praueque Legationes obiisse deprehensus fuerat, atque artium insuper magicarum insimulabatur. Sed de iis postea, cum digno scelestum hunc supplicio iustitia affecit. Tum autem Venetæ genti prodito Principis consilio, conatus illius impediit. Iam enim vela fecerat classis Romana, vt postquam ad Maleam peruenisset (promontorium id est multorum dierum itinere a Chio insula dissitum) insidias ibi Venetis faceret. Certus etiam peruaserat rumor, eos a pedite Romano repulsos esse, qui, vt modo diximus, structis in Insula insidiis, superiori Marte cum iis dimicauerat. Verum illi, tum quod a Romanis, qui in Insula erant, magna suorum parte multati essent, tum quod classem etiam eorum aduentare perciperent, rebus interdiu conuasatis, vespere ab Insula recessere. Postero autem mane classis Romana Lesbum appulit, ac vbi quæ gesta erant accepit, pone insecuta est. Cæterum stataria pugna rei summa dirimi non potuit, effusius semper fugientibus hostibus. Cum pluribus autem eorum triremibus congressi Romani, eas & ceperunt, & cum ipsis vectoribus submerserunt: reliquæ fuga in patriam dilapsæ sunt: sed viris adeo destitutæ periculum effugerunt, vt ipsarum etiam ex Epidamno nauium, quæ iis occurrerant, vi capere nullam possent. Hunc quidem arrogantiæ suæ fructum Veneti retulere. Sed cum iis audaciam exprobrare vellet Imperator, huiuscemodi ad ipsos literas misit: *Magnam in rebus gerendis inscitiam vecordiamque iampridem vestra gens adhibuit. Vos quippe errones olim & mendici, postquam in Romanorum irrepsistis Imperium, non solum summo fastu erga illos estis vsi: sed infensissimis etiam hostibus eos prodere, magna apud vos fuit laudis existimatio: quæ singula omnia referre nunc superuacaneum est. Ex quo autem horum conuicti criminum ex eorum terris iure exacti estis, eadem illa arrogantia prælio cum iis etiam confligere decreuistis: gens*

A σιν ἐπιστήσαντος, ἐπὶ τὴν νῆσον ἐφέροντο Χίον.
Ἐνταῦθα τε τὰς ναῦς ἀνελκύσαντες, ἐπὶ κατα-
δρομαῖς τῆς χώρας ἐξῄεσαν. ἀλλὰ δυνάμεσι
κἀνταῦθα περιτυχόντες, προμηθείᾳ Βασιλέως
ἐπὶ τὴν νῆσον διαβάσαις, ἐπειδήπερ εἰς χεῖρας
ἦλθον, πολλούς τε τῶν σφετέρων ἀπέβαλον πολε-
μοῦντες, καὶ ὀπισθόρμητοι ἐπὶ τὰς ναῦς ἐχώρη-
σαν. Βασιλεὺς δὲ καὶ κατακράτος ἁλῶναι τούτους
διανοούμενος, ἠπειρώτην τε καὶ ναυτικὸν στρατὸν
πέμπειν ἐπ᾽ αὐτοὺς διενοεῖτο. Ἀλλ᾽ ἦν γάρ τις ὁ τοῦ
Ἀκολούθου τηνικαῦτα λειτούργημα περικείμενος,
Ἀαρὼν ὄνομα, ἀνὴρ φρονηματίας καὶ δεινῶς ἀλα-
ζών. οὗτος δύσνους τοῖς Βασιλέως ἀεὶ πράγμασιν
B ὤν, παραπρεσβείας τε πλειστάκις ἑάλω, καὶ δαι-
μονίοις προστετηκὼς ἐξελήλεγκτο ἔργοις. ἀλλὰ
ταῦτα μὲν ὕστερον, ὁπότε καὶ ἡ δίκη εὖ ποιοῦσα με-
τῆλθε τὸν ἀλιτήριον. Τότε δ᾽ οὖν Οὐεννέτων τῷ
ἔθνει ἔκπυστον τὸ βούλευμα ποιησάμενος, ἔσφη-
λε Βασιλέως τὴν ἐγχείρησιν. Ἔπλει μὲν γὰρ τὸ Ῥω-
μαίων ναυτικὸν, ἐφ᾽ ᾧ εἰς τὸν Μαλέα γενόμενος
(ἀκρωτήριον δὲ ἐστὶν οὗτος ἡμερῶν ὡς πλεῖστον τῆς
νήσου Χίου ὁδὸν διέχων) ἐνταῦθα ἐλλοχήσειν Οὐεν-
νέτοις· ἤδη γὰρ ἐπίδοξοι ἦσαν πρὸς τοῦ Ῥωμαίων
ἀπεληλάσθαι πεζικοῦ, ὃ, καθάπερ εἴρηται, τῇ
νήσῳ ἐνεδρεῦον ἐξ ὑπερδεξίων αὐτοῖς συνεπλά-
κετο. Ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι τὸ μὲν πρὸς τὴν ἐν τῇ νήσῳ
πολεμηθέντες Ῥωμαίων, ὡς τῷ πλείονι τοῦ αὐ-
C τῶν ἐζημιῶσθαι στρατοῦ· τὸ δὲ καὶ τὸν στόλον ἰέναι
πυθόμενοι, λύσαντες τῆς ἡμέρας, ὀψὲ τὴν νῆ-
σον ἀπέλιπον. Ὄρθρου δὲ ὁ Ῥωμαίων στόλος ἐπὶ
Λέσβον ἦλθεν. Ἐπειδή τε τὸ γεγονὸς ἤκουσεν, ὀ-
πίσω ἐδίωκεν. ἀλλὰ σταδαία μὲν μάχη τὸ πᾶν
διακρῖναι οὔπω ἐδυνήθη, φευγόντων ἀεὶ προ-
τροπάδην τῶν πολεμίων· τριήρεσι δὲ πολλαῖς αὐ-
τῶν συμβαλόντες, καὶ εἷλόν γε καὶ αὐτάνδρους
κατέδυσαν· αἱ δ᾽ ἄλλαι φυγῇ ἐπὶ τὴν αὐτῶν ἦλ-
θον. Οὕτω μέντοι ὀλιγανδροῦσαι τὸν κίνδυνον ἔφυ-
γον, ὡς αὐτῶν οὐδεμίαν τῶν ἐξ Ἐπιδάμνου εἰς χεῖ-
ρας ἐλθουσῶν ἁλῶναι κατακράτος ὑπ᾽ αὐταῖς.
D Οὐεννέτοις μὲν οὖν τοιοῦτον τὸ τῆς ἀλαζονείας εὕρατο
κέρδος. Βασιλεὺς δὲ ἐπικερτομῆσαι τὴν τόλμαν αὐτοῖς
βουληθεὶς, ἀπέστειλε τοιάδε. Ἀμαθία πολλὴ περὶ τὰ «
πρακτέα τὸ ὑμέτερον ἄνωθεν κέχρηται ἔθνος. Πάλαι «
μὲν γὰρ ἀλῆται, καὶ πενίᾳ δεινῶς κάτοχοι, εἰς τὴν Ῥω- «
μαίων εἰσερρυηκότες πολιτείαν, ὑπεροψίᾳ τῇ πολλῇ «
ἐς αὐτούς γε χρῆσθαι, καὶ τοῖς πολεμιωτάτοις αὐτοὺς «
προδιδόναι, μεγίστη φιλοτιμία παρ᾽ ὑμῖν ἦν· ἅπερ «
ἐν εἰδόσιν ἀριθμεῖσθαι τὰ νῦν ἐστὶ περιττόν. Ἐξ «
οὗ δὲ καταφλυεῖς γεγονότες, ἐνδίκως τῆς αὐτῶν «
ἐξωστρακίσθε γῆς, ὑπὸ ἀλαζονείας καὶ εἰς ἀντί- «
παλιν αὐτοῖς καταστῆναι ἐγνώκατε μάχην. ἔθνος «

» πάλαι μὲν οὐδὲ ὀνόματος ἄξιον, διὰ Ῥωμαίους δὲ A
» νῦν τέως ἐμφανές, οὐχ ὅσον μέντοι καὶ τὰ πρὸς
» δύναμιν συμβλητόν, ὅπερ αὐτοὶ νομίσαντες, πο-
» λὺν ἁπανταχῇ διωφλήσατε γέλωτα. πῶς γάρ;
» οἷς οὐδὲ τὰ ἐξαιρετώτατα τῶν ὁπουδήποτε ἂν ἀ-
» θώως ἀντιπολεμήσαιντο ἐθνῶν. Βασιλεὺς μὲν τοσαῦτα ἔγραψεν. Οἱ δὲ στόλῳ μὲν μεγάλῳ Ῥωμαίοις πολεμεῖν οὐκέτι ἐδύναντο· ναυλοχοῦντες δὲ ἐπειράτευον ἐξ ἐκείνου, ἕως καὶ δευτέραν ἐδέξαντο πληγήν.

ια'. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐγένοντο. Τὰ Κιλίκων δὲ νοσεῖν ἤρξατο πράγματα. Τεράτζου γὰρ συμμετρησαμένου τὸ ζῆν, Μελίας, ὃς ἀδελφὸς ἦν αὐτοῦ, τὴν χώραν παραλαβών, οὐδέν τι ἧσσον B Ῥωμαίοις κακῶς προσφέρεσθαι ἤρξατο. Ἡρέθη τοίνυν Κιλίκων στρατηγὸς Μιχαὴλ μὲν τὸ πρῶτον ὁ Βρανᾶς· ἑξῆς δὲ Ἀνδρόνικος ἐπίκλησιν Φορβηνός, ὃς ἐξάδελφος, καθάπερ ἤδη εἴρηται, Βασιλεῖ ἐτύγχανεν ὤν. Ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ λόγου ἄξιον οὐδὲν ἐνταῦθα εἰργασμένου, ἐπὶ γόνυ τὰ Ἰσαύρων ἔκλινε. Πολλῶν τε ἑξῆς τὴν στρατηγίαν ἀμειψάντων, ἐν οἷς καὶ Κωνσταντῖνος ἐγνωρίζετο, ὃν Καλαμάνον ἐπεκάλουν, ἤνυσται οὔπω οὐδέν. Ὁ μέντοι Καλαμάνος ἐπὶ πολλοῖς τὸν Ἀρμένιον λελυπηκώς, ἐπὶ μείζοσιν ἐζημίωτο. Ὑπὸ τούτοις τοῖς χρόνοις καὶ Σαξώνων ὁ Δούξ, ἔθνους πολυανθρωποτάτου καὶ εὐδαίμονος, σὺν μεγίστῃ παρασκευῇ C ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθεν, ἐφ' ᾧ τὸν Ῥῆγα Ἀλαμανῶν διαλλάξειεν. Ὑποψία γὰρ πολλὴ ἐς ἀλλήλους ἐχρῶντο. Πάντα τε, ὧν ἕνεκα ἦλθε, διαπεπραγμένος, ἀπηλλάττετο. Ἐν τούτῳ δὲ Σέρβιοι, Οὐεννέτων αὖθις πρὸς τοῦτο παρορμησάντων, εἰς ἀποστασίαν εἶδον. Στεφάνου δέ, ὃς τῆς Οὐννικῆς ἦρχε, τὸν βίον ἀπολιπόντος, ταραχῆς πλέα τὰ τῇδε κατέστησαν. Ὑφ' ὧν κινηθεὶς Βασιλεύς, ἐπὶ τὴν Σαρδικὴν ἀφικνεῖται. Ἔνθα διατριβὴν ποιουμένου, πέμψαντες Οὖννοι Βελᾶν ᾐτοῦντο σφίσι Ῥῆγα πεμφθῆναι. Ἐπ' αὐτὸν γάρ, Στεφάνου τετελευτηκότος, ὁ τοῦ δικαίου θεσμὸς ἔβλεπεν. Ἐτύγχανε δὲ ὁ Βελᾶς εἰς γαμβρὸν τῷ Βασιλεῖ ἀφορισθεὶς πρό- D τερον, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι ἐρρέθη. Νόμου δὲ συγγενείας ἐμποδὼν αὐτῷ γεγονότος, τὴν Αὐγούστης ἔγημεν ἀδελφήν. Καῖσαρ δὲ διὰ τοῦτο ἀναρρηθείς, ἀξιώματι τῷ ἐν Βυζαντίῳ τηνικάδε ἐκρατίστευε μεγιστάνων. Ῥῆγα τοίνυν αὐτὸν ἀνειπών, ἐπὶ Οὐννικῆς σὺν τῇ γυναικὶ ἔπεμψεν, ὅρκοις τηρήσειν ἐπαγγειλάμενον, ὅσα Βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις συνοίσειν τοῦ παντὸς ἤμελλον αἰῶνος. Εἵποντο δὲ αὐτῷ ἐκ Βασιλέως οἱ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν κατάξοντες, Ἰωάννης τε ὁ Πρωτοσεβαστός, καὶ τῶν ἐπὶ δόξης ἄλλοι. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἐπεὶ Βελᾶν ἐπὶ τῆς ἀρ-

quidem nullius quondam nominis, vtcumque vero nunc cognita per Romanos, licet viribus cum iis minime conferenda. Nam cum ea vos tenet opinio, multum omnibus risum mouetis. Qui enim fieri id potest? Aduersum quos ne præstantissimi quidem vbicumque terrarum populi innoxie bellum susceperint. In hanc sententiam scripsit Imperator. Ij vero magna cum classe aggredi Romanos non sunt ausi: sed ex eo tempore in portibus & stationibus subsidentes, piraticam exercebant, donec secundam plagam acceperunt.

XI. His ita transactis, in Cilicia laborare res cœperunt. Toroso enim vita functo, frater eius Milo Principatum adeptus, Romanis nihilo minus infestus esse cœpit. Itaque belli aduersus Cilices primum Michael Branas Dux constitutus est: deinde Andronicus cognomento Euphorbenus, qui vti iam dictum est, patruelis erat Imperatoris. Sed cum iste etiam nihil memoria dignum ibi peregisset, inclinare res Isauricæ cœperunt: multisque postmodum copiarum præfecturam excipientibus, quos & inter Constantinus fuit, quem Calamanum vocabant, nihil confectum est. Siquidem Calamanus, etsi magnis Armeniam affecisset damnis, ipse tamen grauiora retulit. Per eadem tempora Saxonum Dux (gens ea est frequentissima & opulentissima) Byzantium, vt Regem Alemannorum cum Imperatore reconciliaret, magno cum apparatu venit (magna enim inter eos simultas erat & æmulatio) rebusque, quarum causa accesserat, peractis abiit. Interea Seruij, exstimulantibus ad id Venetiis, defectionem moliti sunt. Stephano autem, qui Hungariæ imperauerat, extincto, cuncta ibi perturbata ac confusa sunt. Quibus permotus Imperator, versus Sardicam proficiscitur. Illic morantem conuenere Hungarorum Legati, Belam sibi mitti in Regem postulantes. Stephano quippe defuncto, ad eum regni ius spectabat. Cæterum Bela iste in generum Imperatoris primo delectus, quemadmodum in superioribus a me narratum est, postea cognationis lege obstante, sororem Augustæ duxerat, ideoque Cæsar fuerat renuntiatus, istius dignitatis prærogatiua cæteris prælatus in vrbe Byzantina proceribus. Regem igitur illum renuntians, cum vxore in Hungariam misit, cum iureiurando prius eum obstrinxisset, quæ Imperatori & Romanis profutura essent, per omnem se vitam seruaturum. Illum vero comitabantur, a quibus in regnum deduceretur, Ioannes Protosebastus, aliique illustres viri. Imperator itaque, Bela in Princi-

patu constituto, in Seruiorum gentem iter instituit, quo eorum vlcisceretur audaciam. Sed, quod semper mirari soleo, nondum vniuersus conuenerat exercitus, cum Princeps paucis assumptis millibus, per loca quædam prærupta & confragosa in regionem eorum irrumpens, cum Archizupano prælium conserere properauit. Sed ille, infinitas licet sociorum copias comparasset, primo quidem fugit: deinde vt animum illius occupauit pauor, missis ad Imperatorem Legatis, delictorum veniam sibi dari poposcit. Vbi nihil obtinuit, vt sibi saluo ac incolumi ad Principem accedere liceret, petiit. Venit igitur, annuente ad id Imperatore, ad illius tribunal, capite aperto, nudatis vsque ad cubitum manibus, pedibusque nudis: dependebat porro a ceruice funis, manuque gladium ferebat, dedens se Principi, vt quod vellet, de illo statueret. Quibus ille commotus, errati veniam concessit.

XII. His prospere confectis, Imperator ex Seruia, subsequentem Archizupanum habens, excessit. Quo etiam tempore Aaron, cuius paulo ante meminimus, captus, ob ea quæ diximus, oculis multatus est. Ita compositis in Occidente rebus, Asia rursum noui aliquid molita est. Nuradinus quippe Berrhœæ Satrapa, Lycaoniæ Sultanus, Milo Armeniorum Dominus, & Ancyranorum aliorumque Galatiæ oppidorum Princeps, facta inuicem conspiratione, bellum in Romanos aggressi sunt. Eapropter igitur ex Occidente Imperator tum mouit, castrisque ad Philadelphiam positis, rebus istis animum adiunxit. Alemanni interea & Veneti, hi mari, illi terrestribus copiis ad oppugnandam Anconam venerunt: præeratque Alemanis quidam Episcopali apud illos fungens dignitate. Multo itaque in vrbis obsidione insumpto tempore, annonæ rerumque cæterarum penuria laborantibus Anconitanis, iam prope erat vt vrbs caperetur. Sedenim mulier quædam, natione quidem Itala, ingentis animi, si quæ alia, & virilis audaciæ, quæ marito quondam orbata, castam deinceps vitam seruauerat, vbi quæ Anconæ gerebantur, & vt in vltimum deuenisset discrimen, resciuit, ardore summo inflammata (erat enim partibus Romanorum addicta) priuatis sumptibus vrbi subuenire instituit. Sed cum ij omnino in belli vsus non sufficerent, liberos etiam suos oppignerauit, atque ita maiorem pecuniarum copiam adepta, missis in vrbem nuntiis, vt bono deinceps essent animo, neue se hosti-

A χῆς κατεστήσατο, ἐπὶ δὲ Σερβίων ἐτράπετο ἔθνος, ἀμύνασθαι τῆς τόλμης αὖθις προθυμούμενος. Ἀλλ' ὅπερ θαυμάζειν ἀεὶ ἔχω, οὔπω δὲ στράτευμα ἤθροιστο πᾶν, καὶ Βασιλεὺς χιλιάσιν ὀλίγαις διά τινων ἐρυμνῶν καὶ ἀποκρήμνων χωρίων εἰσελάσας ἐπὶ τὴν χώραν, τῷ Ἀρχιζουπάνῳ συμμίξειν ἠπείγετο. Ὁ δὲ καίτοι μυρίαν παντάπασιν ἑαυτῷ χεῖρα συστησάμενος σύμμαχον, ἔφυγε μὲν τὸ πρῶτον· ὡς δὲ τὸ δέος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἐπολιόρκει, πρέσβεις ἐς Βασιλέα πέμψας, κακῶν ἀμνηστείας ἐδεῖτο τυχεῖν. Πείθειν δ' οὐκ ἔχων, ἀλλὰ τῆς ἐς αὐτὸν ἠτεῖτο παρόδου τέως ἀκινδύνου τυχεῖν. Ἧκε τοίνυν, Βασιλέως ἐπι- B νεύσαντος, καὶ εἰσῄει παρὰ τὸ βῆμα, ἀκαλυφής τε κεφαλὴν, καὶ χεῖρας εἰς ἀγκῶνα γυμνούμενος, ἀνυπόδετος μὲν πόδας· σχοῖνος δὲ ἐκ τοῦ τραχήλου ἐξῆπτο, καὶ ξίφος κεχείριστο, ὅπη βούλοιτο χρῆσθαι Βασιλεῖ ἑαυτὸν παρεχόμενος. ἐφ' οἷς οἰκτείρας αὐτὸν, ἀφῆκε τὸ ἔγκλημα.

ιβ'. Ταῦτα κατωρθωκὼς Βασιλεὺς, ἐξῄει τῆς Σερβικῆς, ἑπόμενον αὐτῷ καὶ τὸν Ἀρχιζουπάνον ἔχων. Ὅτε δὴ καὶ Ἀαρὼν, οὗ μικροῦ πρόσθεν ἐμνήσθην, ἐφ' οἷς εἴρηται ἁλοὺς, ἐξεκόπη τὰς ὄψεις. Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Ἑσπέραν οὕτως ἐφέρετο. Ἀσία δὲ ὤδινεν αὖθις. Νουραδὶν γὰρ τοῦ C Βερῤῥοιαίου Σατράπου, καὶ τοῦ Λυκαονίας ἡγεμονεύοντος Σουλτὰν, Μελίου τε τοῦ Ἀρμενίων Δυνάστου, καὶ τοῦ Ἀγκυρανῶν Ἄρχοντος, τῆς τε ἄλλης Γαλατικῆς ἐς ταὐτὸ συνελθόντων, ἐφ' ᾧ κατὰ Ῥωμαίων στρατεύσαιεν. δι' ἃ Βασιλεὺς ἐνταῦθα ἐκ τῆς Ἑσπέρας διέβη· καὶ ὁ μὲν περί που τὴν Φιλαδέλφου αὐλισάμενος, τούτοις ἠσχόλητο. Ἀλαμανοὶ δὲ καὶ Οὐέννετοι ἐπὶ Ἀγκῶνα, οἱ μὲν ἀπὸ θαλάσσης, οἱ δὲ ἠπειρώτῃ στρατῷ, πολιορκήσοντες ἦλθον. Ἐστρατήγει δὲ Ἀλαμανῶν τῶν τις παρ' αὐτοῖς ἱερατικὸν θρόνον κοσμούντων ἀνδρῶν. Χρόνου τοίνυν τῇ προσεδρίᾳ τριβέντος, τά τε ἀναγκαῖα Ἀγκωνίταις ἐπιλελοίπει, καὶ ἡ πόλις ὅσον οὐκ ἤδη D ἁλῶναι προσδοκήσιμος ἦν. Ἦν δέ τις γυνὴ, Ἰταλὴ μὲν τὸ γένος, μεγαλόφρων δὲ εἴπερ τις καὶ ἀῤῥενωπὸς μάλιστα. Ἐπειδή τε ἀνδρὸς πάλαι χηρωθείη, σωφρονικὸν ἐξ ἐκείνου τὸν βίον ἐτήρει. Αὕτη ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὸν Ἀγκῶνα ἐπύθετο, καὶ ὡς ἐν ἐσχάτοις εἴη τοῖς κακοῖς, ζήλῳ διαθερμανθεῖσα (ἐτύγχανε γὰρ Ῥωμαίοις τηροῦσα τὸ φίλιον) ἠπείγετο ταῖς οἴκοθεν δαπάναις τῇ πόλει ἐπαρκέσαι· μὴ παντάπασι δὲ ταῖς τοῦ πολέμου χρείαις ἱκανοῦσα, ἡ μὲν γὰρ τοὺς παῖδας ἐνεχυράζει, χρυσίον τε οὕτω κεκομισμένη ἀθρόον, πέμψασα παρὰ τὴν πόλιν, ἐδήλου θαρσεῖν τοῦ λοιποῦ, μὴ δὲ τοῖς πολεμίοις

A μίοις ἑαυτοὺς καταπροδιδόναι. Ἀγκωνῖται τοίνυν ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, ἀνεθάρσησάν τε, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπεξιέναι διενοοῦντο. Ἀλλ' ἐκεῖνοι γνόντες, μετεστρατοπεδεύσαντο αὐτίκα. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἡ Στρατηγὸς ἐκείνη ἐπιστᾶσα τῇ πόλει, Ἀγκωνίταις τοῦ ἑαυτῆς ἀνεμίγνυ στρατοῦ. Προσβολῆς τε γενομένης, Ἀλαμανοὶ τὴν ὁρμὴν οὐχ ὑπενεγκόντες, ἔφευγον ἀπὸ γυναικείου στρατεύματος· πολλούς τε αὐτῶν ἀπεβάλοντο. Ἥλω δ' ἂν μικροῦ καὶ ὁ Στρατηγὸς Ἱερεύς, εἰ μὴ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐξέκλεψεν. Ἡ δὲ ἐπὶ Οὐεννέτοις ἐτράπετο, ἀπὸ θαλάσσης, καθάπερ εἴρηται, τῇ πόλει ἐγκαθημένοις· μάχῃ τε καὶ αὐτῶν περιγενομένη, ἐπανῄει ἐπὶ τὴν πόλιν, εὐφήμοις φωναῖς Βα- B σιλέα μέγαν ἀναβοῶσα. Ὁ δὲ Βασιλεὺς πρὸς τῇ Φιλαδέλφου, καθάπερ ἔφην, ἐνστρατοπεδευσάμενος, ἐσκέπτετο πῶς ἂν εὐμηχάνως ἀφιστᾶν ἀλλήλων τοὺς εἰρημένους τῶν βαρβάρων αὐτοῦ γένοιτο. Καὶ δὴ παρὰ τὸν Λυκαονίας πέμψας Σουλτάν, ὠνείδιζε τῆς εἰς αὐτὸν ἀπιστίας, καὶ τὴν αἰτίαν ἀνεπυνθάνετο, δι' ἣν οὕτω Ῥωμαίοις ἀθρόον ἐκπολεμωθείη. Ὁ δὲ ἄλλα τε προΐσχετο πολλά, καὶ χολᾶν αὐτῷ τὸν ἐν σφίσιν ἔλεγε Χαλιφάν, εἴτουν μέγαν παρ' αὐτοῖς Ἀρχιερέα, ἐπὶ τοσοῦτον ἤδη Ῥωμαίοις συγκειμένῳ κατὰ τὸ φίλιον. Ταῦτα λέγων, τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἀπέπεμψεν. Ὁ δὲ Βασιλεὺς τούτων ἀκούσας, καὶ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ τοῦτον ἀμεί- C βεται, ἐπιστείλας αὐτῷ οὑτωσίν. » Εἴ σοι δέδοκται τοῖς » ἄλλοις τῶν ὁμοφύλων ἐπισυστάντι, ἄνωθέν ποθεν κατὰ » Ῥωμαίων ἐκδραμεῖν, θαρσῶν γε ἄπιθι. Φύλακα γὰρ » τῆς σεαυτοῦ τὸν Ῥωμαίων ἐπιστήσεις στρατόν, ἡμερῶν » οὐ πεντεκαίδεκα ἐπ' αὐτὴν ἀφιξόμενον. Ταύτην ὁ Σουλτὰν δεξάμενος τὴν ἐπιστολήν, ἐξεδειματώθη τε τὴν ψυχήν, καὶ τῶν μελετωμένων ἀποσχόμενος, εἰρηναῖα τοῦ λοιποῦ διελέξατο. καὶ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς οὔπω τέλεον κρατυνθέντα διελύετο αὖθις, ἅτε μεγίστου μέρους ἐν σφίσι τοῦ Σουλτὰν ἐπὶ Βασιλέα μεταθεμένου. Τοίνυν καὶ Βασιλεὺς μὲν ἀναιμάκτῳ τροπαίῳ σεμνυνάμενος, ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου ἀναζευγνύει. Ὁ δὲ Παλαιστίνης Ῥὴξ ἅμα τῷ Ἀντιοχείας Πρίγκιπι ταῦτα πυ- D θόμενοι, θάρσους τε ὑποπλησθέντες, κατὰ τῶν Βερροιαίων κινηθέντες βαρβάρων, πολλὰ αὐτοὺς ἐζημιώσαντο.

ιγ'. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ τὸ Σιλέντιον ὁ Βασιλεὺς αὐτὸς ξυνετάξατο λόγον, οὐχ ὥσπερ εἴθιστο, τοῦ Ἀσικρῆτις αὐτὸν ἐκ Βασιλέως δῆθεν ὑπαγορεύσαντος. Ἦν δὲ ἡ μὲν ἔννοια τοῦ λόγου βαθεῖά τις καὶ ἐκ πάνυ γενναίας προϊοῦσα ψυχῆς. νοημάτων τε γὰρ διαφορὰν εἶχε, καὶ ἐπιχειρήμασιν ἐστοιβάζετο συχνοῖς. Ἡ γε μὴν λέξις καθαρὰ μᾶλλον, καὶ ἀφελὴς ὁ χαρακτήρ. καὶ τὸ ὅλον εἰ-

bus dederent, hortata est. Quibus acceptis, resumpsere animos Anconitæ, & in hostes irrumpere statuere. Sed hoc eo cognito, retro castra confestim illi mouerunt. Inter hæc Imperatrix ista ante vrbem consistens, Anconitas suis immiscuit copiis: initoque certamine, Alemani, cum impetū sustinere non possent, a fœminino exercitu fugantur, cæsis eorum quamplurimis: atque ipse prope in hostium manus venisset Dux Episcopus, ni fuga sibi salutē conciliasset. Tum vero in Venetos, qui e mari, vt supra diximus, vrbi imminebant, sese conuertit, iisque prælio debellatis, in ciuitatem reuersa est, lætis Magnum Imperatorem acclamationibus prosecuta. Princeps autem locatis, vti narratum est, ad Philadelphiam castris, id mente potissimum agitabat, qua demum arte Barbaros ab inuicem diuelleret. Ac primo missis ad Lycaoniæ Sultanum Legatis, perfidiā illi obiecit, & cur sic repente Romanis in hostem versus esset, percunctatus est. Ille autem tum alia multa protendit, tum iratum suum sibi esse Chaliphan, siue summum apud eos Pontificem, quod tandiu amicitiarum fœdere Romanis iungeretur. His dictis, Legatos rebus infectis remisit. Tum vero Imperator, vt hæc accepit, alteram Legationem ad illum instituit, cum huiusmodi literis. *Quandoquidem tibi est in animo, cum cæteris contribulibus tuis conspiranti, Romanorum procul terras deuastare, securus abi: scias enim necdum quinto-decimo exacto die, inuadentem Romanum exercitum, ipso te auctore, præsidiarij quasi iure ditionis tuæ summam arrepturum.* Hac perlecta epistola, commotus animo Sultanus, a priori instituto destitit, & amicitiam in posterum pacto cum Romanis fœdere sanciuit. Ita consilia ista, priusquam effectum consequerentur, rursum euanuere, vtpote Sultano, qui in eis maxima pars ac momentum erat, ad Romanos transeunte. Itaque triumphum nactus incruentum Imperator, Byzantium reuertitur. Palæstinæ autem Rex & Princeps Antiochenus, cum hæc accepissent, sumpta inde fiducia, contra Berrhœenses suscepere expeditionem, magnisque eos cladibus affecere.

XIII. Hac ferme tempestate Silentium, seu dissertationem, ipse cōposuit Imperator, non vt vulgo moris est, quam videlicet Imperatoris nomine pronuntiauit illius Secretarius. Inerat orationi profunda quædam, & ex generoso prorsus animo profecta sensuum vis: crebrisque sententiis, & variis argumentis cumulata erat. Dictio ipsa pura, facilis ac simplex character; vtque verbo di-

cam, nullis implicata figuris, naturali tamen efflorescebat elegantia, & quæ nobilem spiritum manifeste proderet. Nam, vt sæpius a me dictum est, nulli mortalium naturæ dotibus comparandus erat. Equidem sæpenumero controuersias illi ex Aristotele proponens, pleraque eorum quæ in disceptationem venerant, promptissime soluentem audiui; rem a nemine omnium hactenus, vt opinor, prioribus retro seculis factam. Idem multa in Scripturis, etiam quæ ad id temporis inexplicata remanserant, aut minus recte exposita, mira quadam perspicuitate explanauit: quæ hic inserere, alienum ab Historiæ scribendæ legibus existimo. Ea fere sunt quæ hactenus vtraque in continente Manuel Imperator gessit: deinceps ea expediam, quæ in Asia bellum gerenti euenere. Clitziesthlen, de quo multa in superioribus memorauimus, magnis, vt dixi, ab Imperatore acceptis pecuniis ditior potentiorque factus, vicinos Dynastas principatibus suis exuit, eorumque terras occupauit: sed & Gangra Ancyraque, Galatiæ oppido vtroque, Sanisane fratre consanguineo, qui iis imperitabat, per vim expulso, potitus est: eique cum necem inferre non potuisset, peregrini & aduenæ instar, terras omnes exteras circumeundi necessitatem imposuit. Ad hæc nullam earum, quas ceperat, ciuitatum Imperatori reddidit: neque quicquam præstitit rerum, quas ipse iureiurando erat pollicitus. Arrogantia præterea ac ferocitate quadam in quosque hominum vtebatur, nec vllo modo poterat animi impetus continere. Quæ vbi Principi comperta sunt, tum & priora illius facinora, tum etiam insolentiam ægre tulit: sed Occidentalibus negotiis impeditus, commouere insuper Asiam verebatur. At postquam nullum in Occidente amplius sibi superesse bellum vidit, rebus vtpote ibi feliciter confectis, conscripto idoneo exercitu, transire in Asiam constituit. Quibus intellectis, Clitziesthlan per Legatos quæcumque imperaret, omnia facturum se Principi respondit. Ad hæc copias Romanas, vt quas vellet ciuitates occuparet, in Asiam mitti postulauit: se laboris istius participem sociumque fore pollicitus. His acceptis conditionibus, Alexium Petralœpham cum sex millium exercitu Imperator eo mittit, datis pecuniis, quas ad bellum istud conficiendum sufficere existimabat. Hoc quidem apparatu in Asiam venit Alexius. Clitziasthlan autem, vt aduentare Romanorum exercitum percepit, missis ad ciuitates,

A πεῖν, ἀχρημάτιστος, εὐφυὴς δὲ ὅμως, καὶ τὸν
ξυνετὴν ἐναργῶς ἐμφανίζων. Καθάπερ γάρ μοι
πολλάκις ἐῤῥήθη, φυσικοῖς πλεονεκτήμασιν οὐ-
δενὶ ἀνθρώπων ξυμβλητὸς ἦν. Ἐγὼ γέτοι πολλά-
κις αὐτῷ τῶν Ἀριστοτέλους διαλεξάμενος, πολλὰ
τῶν πολυζητήτων εὐφυῶς ἐπιλυόμενα ἔγνων,
πρᾶγμα οὐδενὶ τῶν ἁπάντων οἶμαι γεγονὸς τοῦ
παντὸς αἰῶνος. Ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ πολλὰ τῶν ἐν γρα-
φαῖς ἀδιεξηγήτων εἰς δεῦρο μεινάντων, ἤγουν οὐκ
εὔστοχα διερμηνευθέντων, σὺν θαυμασίᾳ τινὶ διε-
σάφησεν ἁπλότητι· ἅπερ ἐμοὶ ἐνθάδε γεγράφθαι
ἔξω νόμων ἔδοξεν εἶναι ἱστορικῶν. Ἃ μὲν οὖν ἄχρι
καὶ δεῦρο εἰς ἤπειρον ἑκατέραν βασιλεὺς Μανουὴλ
B εἴργαστο, τοιάδε τινὰ ἐγένετο. Ἑξῆς δέ μοι γεγρά-
ψεται ὅσα ἐπὶ Ἀσίας στρατευσαμένῳ τούτῳ ξυνέ-
πεσε. Κλιτζιεσθλὰν γὰρ, οὗ πολλὴν ἐν τοῖς ἔμπρο-
σθεν ἐποιησάμεθα λόγον, χρήματα ὥσπερ ἔφην
μεγάλα πρὸς βασιλέως κεκομισμένος, δυνά-
μεως τε ἐπὶ πλεῖστον ἧκε, καὶ τῶν τῇδε δυναστῶν
ἄλλους τε τὰς ἀρχὰς ἀφελόμενος αὐτὸς εἶχε, καὶ δὴ
καὶ Σανισᾶν, ὃς ἀδελφὸς μὲν αὐτῷ ἦν, καὶ ἐκ τῶν
αὐτῶν ἔφυ σπερμάτων, Γάγγρας δὲ καὶ Ἀγκύρας
πόλεων ἀμφοῖν ἦρχε Γαλατικῶν, βιασάμενος, τὰς
μὲν ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἐποιήσατο· τοῦτον δὲ, ἐπειδὴ μὴ κατα-
κτεῖναι ἐδυνήθη, ἀνάγκην ἐπῆγε, ξένῳ καὶ ἐπη-
λύτῃ ἔθνη ἀνθρώπων περιιέναι πάντα. Ταύτῃ τε
C βασιλεῖ μὲν οὐδὲ τινα πόλεων ἀπεδίδου, ὧν ἂν
περιγεγονὼς τύχοι· οὐδέ τι τῶν ἄλλων, ἅπερ αὐτῷ
διομολογησάμενος ἔφθη, ἐπιτελὲς ποιεῖν ἤθελε.
μεγαλοφροσύνῃ δὲ ἐς πάντας ἐχρῆτο ἀνθρώποις,
καὶ τὴν ὁρμὴν οὐδαμῇ καθεκτὸς ἦν. Ἃ βασιλεὺς ἐν-
νοῶν, ἐχαλέπαινε μὲν καὶ τὰ πρότερα, καὶ ἐν δει-
νῷ τὸ πρᾶγμα ἐποιεῖτο. πρὸς δὲ τῶν ἑσπερίων ἀν-
θελκόμενος πραγμάτων, πρὸς τούτοις καὶ τὰ ἐξ
Ἀσίας ἀνακινεῖν ἥκιστα ἤθελε. Ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς οὐδα-
μόθεν ἐξ ἑσπέρας αὐτῷ πόλεμος ἀνεφαίνετο τοῦ
λοιποῦ, ἅτε πάντας ἤδη κατωρθωκότι, στράτευμα
ἀγείρας ἱκανὸν, τῇ δε διαβαίνειν διενοεῖτο. Κλιτ-
ζιεσθλὰν δὲ ἐπεὶ τούτων ἤκουσε, πρέσβεις ἐς βα-
D σιλέα πέμψας, ἄλλα τε οἱ κατὰ γνώμην ἐπιτε-
λῆ ποιεῖν ὡμολόγει, καὶ Ῥωμαίων δυνάμεις ἐπὶ κα-
τασχέσει πόλεων, ὧν ἂν βασιλεὺς αἱροῖτο, αὐτί-
κα ἐπὶ Ἀσίαν σταλῆναι ἠξίου. πόνου γὰρ τοῦ ἐπὶ
τούτῳ συλλήψεσθαι σφίσι καὶ αὐτόν. Ταῦτα βα-
σιλεὺς ἀποδεξάμενος, Ἀλέξιον τὸν Πετραλεί-
φαν στρατεύματι ἅμα ἐς ἑξακισχιλίους ἀριθμου-
μένῳ ἔπεμψε, χρήματα οἱ προσεπιδοὺς, ἅπερ
αὐτῷ εἰς πόλεμον τόνδε ἀποχρήσειν ᾤετο. Ἀλέ-
ξιος μὲν οὖν ἐπὶ τοιούτοις εἰς τὴν Ἀσίαν ἐστέλ-
λετο. Κλιτζιεσθλὰν δὲ ἐπειδὴ τὸν Ῥωμαίων στρα-
τὸν προσιέναι ἤκουσεν, εἰς πόλεις ἐκπέμπων,

ἃς ἔτι ἀχειρώτους αὐτῷ ξυνέβαινεν εἶναι, δέος τὸ ἐκ A
τοῦ Βασιλέως ὑπέτεινε σφίσι στρατιᾶς. Αἱ δὲ πρὸς
ἀμφοτέρας οὐχ' οἷαί τε οὖσαι δυνάμεις ἀντισχεῖν,
οὔ τι ἑκούσιαι αὐτῷ προσεχώρησαν. Ὁ δὲ ἐπεὶ καὶ αὐ-
τῶν ἐγκρατὴς γένοιτο, οὐδεμιᾶς λοιπὸν Ῥωμαίοις
ἐπιχωρεῖν ἤθελεν. Ἐφ' οἷς ἠγανάκτει μὲν Βασιλεύς,
καὶ αὐτίκα ἐπὶ μάχην καθίστασθαι διενοεῖτο. Τῶν
πραγμάτων δὲ αὐτῷ μηδαμῆ συγχωρούντων (ὅ,
τε γὰρ τοῦ ἦρος ἐξήκει ἤδη καιρὸς, πολεμίοις μάλιστα
προσήκων ὢν πράγμασι) καθ' ὃν ἄλλα τε τῶν ξυμ-
φόρων Ῥωμαίοις διοικήσασθαι αὐτὸς ᾤετο, καὶ δὴ καὶ
πόλεις ὁπηδήποτε αὐτῷ βουλομένῳ ἦν ἀνεγεῖραι.
Πρὸς δὲ καὶ Ἀμάσεια, πόλις Ἑώα, τότε δὴ αὐτῷ προ-
σεχώρει, ἣν οὔπω μάχης ἐς τὸ ἐμφανὲς ἐκραγείσης, B
σὺν εὐπετείᾳ μάλιστα Ῥωμαίους λήψεσθαι εἰκὸς ἦν.
Τούτων δὴ ἕνεκα καὶ τάδε ἐποίει. Μιχαὴλ μὲν, ᾧ
ἐπίκλησις Γαβρᾶς ἦν, ἄνδρα, ὥς μοι πολλάκις ἐρ-
ρήθη, ἔς τε τὸ τῶν Σεβαστῶν ἀξίωμα ἥκοντα καὶ πολε-
μίων ἔμπειρον ἔργων, ἐπὶ τῶν Παφλαγόνων ἐξαπέ-
στελε· στράτευμα, ὃ μὲν αὐτίκα ἐπαγόμενον, ὃ δὲ καὶ
ἐκ τῶν τῇδε χωρίων ἀθροίσοντα, ὅσοι τε ἀμφὶ Τρα-
πεζοῦντι καὶ Οἰναίῳ, πόλεσιν ᾤκηνται Ποντικαῖς, καὶ
τούτους δὲ μεταπεμψάμενον, ἐκέλευεν οὕτω ἐς Ἀμά-
σειαν ἀπελθεῖν. Ἐν δὲ τούτῳ τοιάδε τινὰ ξυνέπεσεν.
Ἰωάννῃ τῷ Καντακουζηνῷ, οὗ πολλάκις ἐν τοῖς ἔμ-
προσθεν ἐπεμνήσθημεν λόγοις, παῖς ἦν Μανουήλ,
ἰδεῖν τε ἀγαθὸς καὶ ῥώμῃ σώματος οὐδενὸς τῶν ἡλι- C
κιωτῶν ἥσσων γενόμενος. Τούτῳ δὴ Βασιλεὺς ἔρ-
γοις, ὡς ἐλέγετο, ἀπειρημένοις ὡς ἐπίπαν ἐγχει-
ροῦντι, τὰ μὲν πρῶτα παραινέσεις προσῆγε, τῶν
τηλίκων ἤδη ἀποστῆναι πειρώμενος. Ἐπεὶ δὲ ἀπρὶξ
ἐκεῖνος τοῦ τολμήματος εἴχετο, οὐκ ἀνασχόμενος Βα-
σιλεὺς, τότε δὴ καὶ εἰς φρουρὰν αὐτὸν ἔδωκεν. Ὁποῖα δὲ
τοῖς ἐν ἀρχαῖς εἴθισται (πράττουσι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ,
δι' ὧν εὔνοιαν αὐτοῖς ἐπισπᾶσθαι τὴν Βασιλέως γένοι-
το) εἰς τὴν εἱρκτὴν ἀπελθόντα, Βασιλέως οὔτι ἑκου-
σίου, τὰς ὄψεις ἀφαιροῦνται τὸν μείρακα. Ὧν ἐπειδὴ
Βασιλεὺς ἤκουσεν, ἐδυσχέραινε μὲν, καὶ ὤμνυτό γε μὴ
ἂν αὐτοῦ ξυνειδότος τὸ τοιόνδε πρὸς ἐκεῖνον εἰργάσθαι.
ἤνεγκε δὲ ὅμως τὸ ἄλγημα, οὐ γὰρ εἶχεν ὅπως σὺν τῷ
δικαίῳ τοὺς δράσαντας ἀμύνεσθαι. D

ιδ'. Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, Μιχαὴλ μὲν ἐπὶ Ἀμά-
σειαν ἔπεμψεν. Ὁ δὲ τὸν Δαμάλεως πορθμὸν δια-
βὰς, εὐθὺ Μελαγγείων ἐχώρει. Ἔνθα ἔκ τε Βιθυνίας
καὶ τῶν Ῥυνδακοῦ χωρίων στράτευμα ἀγείρας ἱκανὸν,
ἐξῄει ἐπὶ τὰ Δορυλαίου πεδία, τὰ ἐκεῖσε Ῥωμαίων
φρούρια, εἰρήνης κατεχούσης ἔτι, τῶν ἐπιτηδείων ἐμ-
πλησόμενος, καὶ τοῖς τῷ Σουλτὰν δυσμεναίνουσι θάρ-
σος ἔτι μᾶλλον ἐμποιήσων· πρὸς δὲ καὶ Δορύλαιον
ἀνοικοδομήσων. Τὸ δὲ Δορύλαιον τοῦτο ἦν μὲν ὅτε
πόλις ἦν μεγάλη τε, εἴπερ τις τῶν ἐν Ἀσίᾳ, καὶ λόγου

quas nondum ipse occupauerat, nuntiis, pauorem iis ex Imperatoris exercitu incutere intendit. Sed, cum eæ ad vtramque vim sustinendam minus essent idoneæ, illius Imperio vltro se subdidere. Oppidis igitur istis potitus, nullum horum amplius tradere Romanis voluit. Vnde ira succensus Imperator, extemplo apparare bellum statuit. Sed cum variis distentus negotiis id peragere non posset (quippe iam ver præterierat, bellis gerendis idoneum maxime tempus) alia Romanis commoda procurare, & quo optimum loco videretur instaurare ciuitates decreuit. Ad hæc etiam Amasia, Orientis vrbs, ad eum accessit, quæ bello necdum palam flagrante vltro se dedere Romanis parata videbatur. Quamobrem talia instituit. Michaelem Gabram, virum, vt sæpius a me dictum est, Sebasti dignitate auctum, reique militaris peritissimum in Paphlagoniam mittit. Et cum præsentibus quidem, aliisque istis in regionibus contrahendis copiis, tum etiam cum iis, quæ ex Trapezunte & Oeneo, ciuitatibus Ponticis, accersendæ erant, ad Amasiam iter intendere iubet. Interea & hæc accidere. Ioanni Cantacuzeno, cuius crebra a me facta in superioribus libris mentio, filius erat Manuel, forma conspicuus, & robore corporis nulli æqualium secundus. Hunc rebus, vt aiunt, nefandis vt plurimum intentum monuit primo Imperator, ab iisque illius auertere animum studuit. Sed cum obstinatius cœptis insisteret, vltra hæc non passus Princeps, in carcerem eum coniecit. At dum in custodiam abducitur, quod ab iis qui magistratu funguntur haud raro fieri videmus (facere enim ea plurimum solent per quæ gratiam Principis se consecuturos putant) inuito Imperatore, oculis adolescentem priuant. Quod vbi ille audiuit, indignatus quidem, obtestatusque est inscio se id factum esse. Dolorem tamen ex eo conceptum casu tulit, cum suppeteret nihil, vnde facinoris auctores plecteret.

XIV. Michael igitur, vti dictum est, Amasiam missus, traiecto Damalis freto, ad Melangia statim peruenit. Inde ex Bithynia & Rhyndaco vicinis regionibus idoneo contracto exercitu, ad campos Dorylæi ire pergit, ibi constituta Romanorum præsidia & castella, per pacis adhuc inducias, necessario commeatu muniret, & Sultani inimicis adderet animos, ac postremo Dorylæum instauraret. Porro Dorylæum istud cum ciuitatis iure gauderet, vna quondam ex maximis & celeberrimis Asiæ vrbi-

bus fuit. Mollis enim tractum istum aura perflat, campique circumiacent plani admodum, & naturalem quamdam pulchritudinem præferentes: tam pingues autem & fœcundi, vt herbas pastui optimas, vberemque segetem producant. Ad hæc fluuius regionem perfluit, & aspectu iucundus, & suauis gustu. Tanta vero innatat in eo piscium multitudo, vt quantumuis magna copia ab incolis capiantur, largissime tamen suppetant. Hic olim a Melisseno isto, qui Cæsaris dignitate insignis fuit, extructæ fuere domus splendidæ, vicique erant hominum frequentia celebres: vt & thermæ natiuæ, & porticus & lauacra: quæque alia hominibus voluptati esse solent, regio hæc affatim suppeditat. Sedenim Persæ quo tempore Romanorum fines maxime incursabant, vrbem solo æquatam incolis nudarunt prorsus, & circumiecta omnia ita vastarunt, vt nullum ferme pristini splendoris vestigium reliquerint. In eo igitur statu erat tunc hæcce ciuitas. Persæ autem hac ipsa tempestate ad duo millia cum pascuis, vti solent, tabernacula habebant: quibus hinc expulsis Imperator, vallumque non procul ab vrbe circumducens, se ad murorum ædificationem comparat. Condi igitur summa celeritate ciuitas cœpit, forma ab ea quæ prius fuerat haud multum absimili: colle vero, quem olim pro arce habuerat, paululum inde remotiore, & ab illo prorsus interuallo circumductis ciuitatis mœnibus. Princeps autem cum paucis, exibat singulis diebus, & partim clandestinis insidiis, partim aperto Marte, multos Persarum illustriores cecidit. Neque enim desinebant a superioribus continuo locis irrumpere, quo structuram vrbis impedirent. Tum quoque Sanisanem, cuius supra memini, qui aliquot ante annis ad Imperatorem profugerat, in eas regiones, quæ supra Iconium adiacent, datis pecuniis, misit. Comes erat exercitus in Paphlagoniã iturus, cui ille ductor foret. Sed haud multum confecerat itineris, cum Persarum copiæ ex insidiis coortæ multos Romanorum interficiunt, & præda multiplici potiuntur. Ipse Sanisan, vix vitato periculo, ad Imperatorem trepidus venit: adeo aduersantem sibi fortunam habuit, quoties rem aggrederetur. Dum hæc ad Dorylæum peraguntur, Michael Gabras cum exercitu Amasiam venit, inuitatusque ab oppidanis, statim quidem ciuitatem ingredi ausus non est, quod & copiæ a Clitziasthlane eam ipsam in rem missæ haud procul ab vrbe castra locassent: maxime enim verebatur ne de hostibus se pro-

A ἀξία πολλοῦ. Αὔρα τε γὰρ τὸν χῶρον ἁπαλὴ καταπνεῖ, καὶ πεδία παρ' αὐτὴν τελεῖται, λειότητός τε ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντα, καὶ ἀμήχανόν τι προφαίνοντα κάλλος. οὕτω μέντοι λιπαρά, καὶ οὕτως εὔγεω, ὡς τήν τε πόαν δαψιλῆ μάλιστα ἐκδιδόναι, καὶ ἀδρὸν περιέχεσθαι ἄσταχυν. Ποταμὸς δὲ διὰ τοῦ τῆδε τὸ νᾶμα πέμπει, καὶ ἰδέσθαι καλός, καὶ γεύσασθαι ἡδύς. πλῆθος ἰχθύων τοσοῦτον δὲ ἐννήχεται τούτῳ, ὅσον εἰς δαψίλειαν τοῖς τῆδε ἁλιευόμενον, ἐλλιπὲς οὐδαμῆ γίνεσθαι. Ἐνταῦθα Μελισσηνῷ ποτε Καίσαρι οἰκίαι τε ἐξῳκοδόμηνται λαμπραί, καὶ κῶμαι πολυάνθρωποι ἦσαν, θερμά τε αὐτόματα, καὶ στοαὶ καὶ πλυνοί, καὶ ὅσα ἀνθρώποις ἡδονὴν φέρει, ταῦτα δὲ ὁ
B χῶρος ἄφθονα παρεῖχεν. Ἀλλὰ Πέρσαι, ὁπηνίκα ἡ κατὰ Ῥωμαίων ἤκμαζεν ἐκδρομή, τήν τε πόλιν εἰς ἔδαφος βεβλημένην, ἀνθρώπων ἔρημον παντάπασιν ἐπεποιήκεσαν, καὶ τὰ τῆδε πάντα μέχρι καὶ ἐπὶ λεπτὸν τῆς πάλαι σεμνότητος ἠφάνισαν ἴχνος. Ἡ μὲν δὴ πόλις τοιά δέ τις ἦν. Τότε δὲ Πέρσαι ἀμφὶ δισχιλίους περὶ ταύτην νομάδες ἐσκήνουν, ὡς ἔθος· οὓς δὴ ἐκεῖθεν ἀπελάσας Βασιλεύς, χάρακά τε τῆς πόλεως οὐ μακρὰν ἄποθεν περιβαλών, τὰ πρὸς τειχοδομίαν ἐξηρτύετο. Καὶ ἡ μὲν κατὰ τάχος ἠγείρετο, σχήματος μὲν πολλῷ οὐ πρότερον ἔνδον ἀποκεχωρηκυῖα· τοῦ δὲ εἰς ἄκραν αὐτῇ ἀνεστηκότος τὰ πρότερον γηλόφου, ὀλίγῳ δὴ ἀποτέρω, καὶ ἀπὸ ταυτοῦ πάντοθεν τοῦ διαστήμα-
C τος τὸν περίβολον στρέφουσα. Βασιλεὺς δὲ σὺν ὀλίγοις ἑκάστης ἡμέρας ἐξιών, λόχοις τε ἐξ ἀφανοῦς, καὶ κατὰ πρόσωπον συμβολαῖς, πολλοὺς Περσῶν ἔκτεινε, καὶ τῶν παρὰ σφίσιν ἐπιφανῶν. οὐ γὰρ ἀνέλιπον συχνοὶ ἐκ τῶν ἀνωτάτω συρρέοντες, ἐφ' ᾧ τὴν οἰκοδομίαν αὐτοῦ κωλύειν. Τότε δὴ καὶ Σανισάν, οὗπερ ἤδη ἐμνήσθην, χρόνοις τισὶ πρότερον Βασιλεῖ αὐτοῦ προσαποφεύγοντα, ἐπὶ τὰς ἀνωτάτω Ἰκονίου χρήμασιν ἐφοδιάσας ἔπεμψε χώρας. εἵπετο δὲ οἱ καὶ στράτευμα, ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Παφλαγονίαν ἡγησομένῳ. Ἀλλ' οὔπω ἐπὶ πλεῖστον προῆλθε, καὶ Περσῶν δυνάμεις ἐλλοχήσασαι Ῥωμαίων τε
D τῶν σὺν αὐτοῦ ἔκτειναν πολλούς, καὶ λαφύρων ἐπλήσθησαν ἱκανῶν. Σανισὰν δὲ μόγις ἐκεῖθεν διαδρὰς, πεφοβημένος ἐπὶ Βασιλέα ἦλθεν. οὕτως ἐς τὸ κακοτυχὲς ἀεὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὰ πράγματα ἀπεκρίνετο. Τὰ μὲν δὴ ἐπὶ Δορυλαίου τῆδε ἐφέρετο. Μιχαὴλ δὲ ὁ Γαβρᾶς σὺν τῷ στρατεύματι εἰς Ἀμάσειαν ἦλθε. παρακαλούμενός τε πρὸς τῶν τὴν πόλιν ἐχόντων, αὐτίκα δὴ ἐπὶ ταύτην παριέναι, ἐπεὶ καὶ δυνάμεις παρὰ Κλιτζιεσθλὰν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀφιγμέναι, οὐ μακρὰν ἄποθεν τῆς πόλεως ἐσκήνουν, οὐδαμῆ ἐθάρρουν τὴν εἴσοδον. ὑποψία γὰρ πολλὴ εἰς τοὺς ἔνδον ἐχρῶντο, μὴ προδοσίαν δήπου κατ' αὐτοῦ

μεμελετηκότες εἴησαν. Οἱ δὲ καὶ ὁμήρους τούτου δὴ A ἕνεκα παρ' αὐτὸν ἔπεμψαν, τήν τε ἀκρόπολιν Ῥωμαίοις κατ' ἐξουσίαν ἔδοσαν. Ἀλλὰ ὀρρωδία τις καθάπαξ παραλαβοῦσα τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ σκήψεις ἄλλοτε ἄλλας ἀναχωρεῖν ἐποίει, ἕως οἱ ἐπὶ τῆς πόλεως ἐννοησάμενοι μὴ ταῖς μακραῖς Ῥωμαίων ἀναβολαῖς παρὰ Κλιτζιεσθλὰν τῆς πόλεως ἁλούσης, εἰς ἀπέχθειαν αἰῶνα τὸν πάντα δεσπότῃ ἐσομένῳ καθίσαιντο, τοῦ παρὰ σφίσιν ἄρχοντος οὐδὲν ξυνειδότος, τοῖς εἰρημένοις ταύτην παρέδοσαν. Ἤδη δὲ καὶ Μιχαὴλ ἄρας ἐκεῖθεν ἐπὶ γῆν τὴν Ῥωμαίων ἦλθεν, οὔτε τῶν ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως, ὥς μοι ἐρρήθη, οὔτε τῶν ἄλλων λόγον πεποιημένος οὐδένα. Καὶ τὰ μὲν Ἀμασείας πόλεως ἐν τῷδε ἐτελεύτα. Βασιλεὺς δὲ ἀμ- B φὶ Δορυλαίῳ ἔτι πονούμενος, ἐπεὶ ταῦτα ἐπύθετο, Θωμᾶν τὸν ἐκτομίαν παρὰ Κλιτζιεσθλὰν πέμψας, Ἀμάσειαν ἐνέκειτο ἀπαιτῶν, ὅρκων τε οἱ παράβασιν ἐπεκάλει, καὶ εἴγε μὴ τοῦ ἐς Ῥωμαίους τοιάδε ὑβρίζειν ἀπόσχοιτο, οὐκ ἐς μακρὰν τάχα τῆς δίκης ἐκδίκου πειράσεσθαι ἠπείλει. Ὃς τίς μέν ποτε Θωμᾶς οὗτος ἦν, αὐτίκα δηλώσω. Λέσβου μὲν ὡρμῆτο νήσου, οἰκίας δὲ ἀφανοῦς γεγονώς, ἐπεὶ μηδὲν ὅ, τι τῶν λόγου ἀξίων ἐπιτήδευμα αὐτῷ ἦν, ἐς Βυζάντιον ἰόντι ἔργον ἐπιμελὲς ἐγεγόνει φλέβας ἀνθρώπων τέμνοντι, ἐντεῦθεν ἑαυτῷ τὸ ζῆν περιποιεῖσθαι. Ἀλλ' ἔοικε τῶν ἁπάντων εἶναι μηδέν, ὃ βουλομένῃ τῇ τύχῃ ὑπηρετεῖν ἥκιστα δύναιτο. Θωμᾶς γὰρ καίτοι ἐς τοὔσχατον βαναυσίας ἥκων, ἐκ τούτου δὴ τοῦ τεχνίου μέγας ἐν C βασιλείοις, εἴπερ τις ἀνθρώπων, ἐγένετο. Χρήματά τε μεγάλα ἐν βραχεῖ περιβεβλημένος, χρόνοις τισὶν ὕστερον ἐς Παλαιστίνην ξὺν αὐτοῖς ἀπιὼν ᾤχετο. Μὴ κατὰ γνώμην δὲ αὐτῷ τῶν τῇδε ξυμπιπτόντων, αὖθις ἐπὶ Βασιλέα παραγίνεται. Ἵλεώ τε αὐτοῦ τετυχηκότος, δύσνους ἐσαῦθις ἠλέγχετο· ἐς τὴν ἐν Παλατίῳ τε φρουρὰν ἀχθείς, ἣν Ἐλεφαντίνην ἔθος καλεῖν ἐστίν, ἐνταῦθα τὸν βίον ξυνεμετρήσατο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον. Τότε δὲ ἐπὶ τὸν Σουλτάν, ὥσπερ ἐλέγομεν, παραγεγονώς, ἐπεὶ μηδὲν ὧν ἕνεκα ἦλθεν ἐπιτελὲς ἐκεῖνος ποιεῖν ἤθελεν, ἄπρακτος ἐς Βασιλέα παλινοστεῖ. ὅτε δὴ μικροῦ ἀπεκτονέναι τοῦτον ἐδέησαν Πέρσαι, οἱ ἀνὰ τὴν ὁδὸν ἐνεδρεύοντες ἦσαν. D

ιε'. Βασιλεὺς δὲ ἡμερῶν οὔπω τετταράκοντα τὴν πόλιν ἀνεγείρας, ἐπεὶ τάφρον τε αὐτῇ περιήλασε, καὶ Ῥωμαίων ὡς πλείστους ἐνταῦθα ᾠκίσατο, φρουρὰν ἀποχρῶσαν τῇδε καταλιπών, ὀπίσω ἐχώρει, τοῖς ἀμφὶ Ῥυνδακῷ αὐλισάμενος χωρίοις· ἐπ' ὀλίγον τε διαναπαύσας τὸ στράτευμα, ἐκεῖθεν ἀπῆρε. Κομιδῇ δὲ ὀλίγους αὐτῷ συνεπομένους ὁρῶν (τὰ γὰρ πλείω τῶν ταγμάτων ἀπῄεσαν οἴκοι, μηδὲν εἰς γνῶσιν ἥκον αὐτῷ, καίτοι ὥσπερ ἐλέγετο πολλὰ περὶ τοῦ μηδένα τέως τοῦ στρατοπέδου ἀποχωρεῖν παρεγγυησαμένῳ πρότερον)

dendo consilia agitassent. Sed illi & obsides eapropter ad ipsum misere, arcem insuper Romanorum potestati tradituros se polliciti. At is nescio quo pauore semel gelido sanguine variis subinde prætextibus trahebat; donec oppidani veriti ne dum in dies differunt, vrbe a Clitziasthlane capta, futuri domini offensam in æternum incurrerent; inscio Præfecto suo, eam dictis copiis tradiderunt. Iam enim Michael motis inde castris in fines Romanos redierat, nulla arcis, vt diximus, tradendæ, aliarumve rerum ratione habita. Interea dum ista ad Amasiam gererentur, Imperator adhuc circa Dorylæum occupatus, vt hæc resciuit, Thoma Eunucho ad Clitziasthlanem misso, vt Amasia sibi restitueretur institit, & perfidiam ipsi exprobrauit, additis minis, ni eiusmodi Romanos iniuriis afficere absisteret, breui iustitiam vindicem experturum. Quis autem fuerit Thomas iste, commemorabo. Lesbo quidem insula oriundus erat, familia prorsus obscura: cumque nullo laudabili vitæ instituto instructus esset, Byzantium profectus, secandæ venæ artem exercuit, atque inde facere quæstum cœpit. Sed nihil est in rerum natura, quod obsecundanti fortunæ non possit inseruire. Thomas enim quamuis ad vltimum & sordidissimum illiberalis artificij genus descendisset, ex ea tamen arte, magnus, si quis alius, in Palatio fuit: ingentibusque breui comparatis pecuniis, aliquot post annis cum iis in Palæstinam se recepit. Sed cum nihil ipsi ex voto ibi succederet, iterum ad Imperatorem rediit: veniamque primo consecutus, illius offensam rursum incurrit, eoque ipso in carcerem Palatij, qui Elephantinus vocari solet, coniectus, vitam in eo exegit. Sed de his postea. Tum igitur ad Sultanum, vti diximus, missus, cum nihil rerum quarum causa venerat conficere iste voluisset, rebus infectis ad Imperatorem reuersus, parum abfuit quin a Persis itinera insidentibus interficeretur.

XV. Cæterum Imperator intra quadragesimum diem vrbe instaurata, cum eam fossa incinxisset multisque ibi ad habitandum Romanis sedes dedisset, valido insuper relicto præsidio, retro profectus, castra ad Rhyndacum locat, atque paulisper ibi moratus, discessit. Cumque paucos admodum sequi signa videret (plerique enim ordines, inscio ipso, domum redierant, etsi non semel, vt aiunt, vetuisset, ne quis castris excederet)

Michaelem quemdam natione Barbarum, antea Isach vocatum, inter domesticos ministros primas tenentem, ad sumendum de iis qui ordines deseruerant supplicium, misit: ipse cum paucis per Lampes campos iter faciens, oppidum quoddam ad prima Mæandri ostia extructum, cui Sublas nomen est, vetustate collapsum instaurat. Ibi Imperator alio prorsus, quam quo solebat modo, cum hostibus prælium inire cœpit. Ignis enim aut aquæ effusæ instar, nullo sibi resistente, accendebatur & ferebatur. Dum hæc a Principe agebantur, Michael, cuius modo memini, vt qui Romanis iampridem infensus erat, capta irati Imperatoris occasione, obuios quosque, nulla habita prius quæstione, supinos ad terram prosternit, ferroque oculis immerso excæcatos miseros, sicut erant, relinquit, quorsum hæc paterentur ignaros prorsus: licet etiam rei militari non dedissent operam, sed rustici essent, aut mercatores, aliudque id genus hominum. Atq; ita in alios etiam grassabatur, quos pariter membris fœde mutilabat. Sed Imperator, qui iam oppido communito reuersus erat Byzantium, cognitis istis, eum reuocauit, parumque abfuit, quin iisdem propemodum, quibus alios affecisse diximus, eum multauerit pœnis. Verum ea lege, vt talia deinceps in Romanos non auderet, crimen quidem illi remisit: sed iustitia diuina haud multo post vlta tot scelera, eum vita exemit, liberosque illius variis subiecit calamitatibus. Eodem quoque tempore Gabram etiam in iudicium vocauit Princeps: lataque sententia (decretum enim fuerat, vt pœnas quas ille vellet pateretur) vinctum compedibus in quodam ex Palatij carceribus aliquamdiu tenuit: postea eum exemit inde, & dignitati pristinæ restituit. Clitziasthlanes interea, vbi aduentum Imperatoris resciuit (quæ enim apud Dorylæum acciderant grauiter eius pungebant animum) vnum ex suis maxime illustribus, Gabram cognomine, misit Byzantium: precatusque est Principem, vti receptis, quæcumque vellet, oppidis, conceptam aduersus se indignationem deponeret. Sed Imperator repudiata legatione, ipsum dimisit: accitisque e Seruia & Hungaria ingentibus copiis, bellum maiori cura apparauit: & ne quid aut equis, aut hominibus ad victum deesset, boum ex Thracia innumerabilem multitudinem, & plaustra plusquam ter mille adduci iussit. Hoc apparatu vere primo traiecit in Asiam, &, vt solebat, copias ad Rhyndacum collegit. Sed au-

A Μιχαὴλ μέν τινα Βάρβαρον γένος, ἀμέλει καὶ Ἰσαὰκ ὄνομα αὐτῷ πρότερον ὄν, τῶν ἐπὶ ἑστίας δὲ αὐτῷ διηπηρετουμένων τὰ πρῶτα, ἐφ᾽ ᾧ τινὰς στρατιωτῶν, τῶν ἐκ τῆς λειποταξίας, ἐς τὸ σῶμα ζημιῶσαι ἔπεμψεν. Ὁ δὲ ξὺν ὀλίγοις τὰς ἐπὶ Λάμπης διελθὼν πεδιάδας, φρούριόν τι περὶ πρώτας που τοῦ Μαιάνδρου ἱδρυμένον ἐκβολάς, Σούβλας ὄνομα αὐτῷ, χρόνῳ πεπτωκὸς ἀνεγείρει. Ἐντεῦθεν οὐκέτι δὴ τρόπου, ὃν γὰρ εἰώθει, πολεμίοις ξυμπλέκεσθαι βασιλεὺς ἤρξατο, ἀλλὰ πῦρ οἷον ἢ ὕδωρ ἀνυποστάτως ὥργα καὶ ἐφέρετο. Βασιλεὺς μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦν. Μιχαὴλ δέ, οὗ γὰρ ἤδη ἐμνήσθην, ὡς εἰ ἐκ πλείονος ἤδη κατὰ Ῥωμαίων ἐτύγχανε μεμηνώς, ἕρμαιον
B τὴν βασιλέως τότε δὴ πεποιημένος ὀργήν, τῶν παρατυγχανόντων αὐτῷ ἕκαστον, οὐδὲν πολυπραγμονήσας πρότερον, ὕπτιόν τε κατὰ γῆν ἔτεινε, καὶ κατ᾽ ὀφθαλμοῖν τὸν σίδηρον βάπτων, αὐτὸν μὲν αὐτοῦ δείλαιον εἴα, οὐδὲ ὅτου ἕνεκα πάσχει συνιέντα, οὐδὲ στρατείας ἔστιν οὗ μεταλαχόντα, ἀλλὰ ἀγροῖκον, ἢ ἐμπορείαις ξυμβαλόντα, ἤ τινα ἄλλων ἀνθρώπων. Ὁ δὲ ἐπ᾽ ἄλλους ἐχώρει, καὶ σώμασιν ἀνθρώπων ἐλωβᾶτο πολλοῖς. ἕως τῶν πραττομένων αἰσθόμενος βασιλεύς, ἤδη γὰρ τὰ ἀμφὶ τῷ φρουρίῳ διαθέμενος ἐς τὸ ἐπὶ Βυζάντιον ἀνεκομίζετο, τῆς ὁρμῆς αὐτὸν ἔπαυσε, παρ᾽ ὀλίγον μέντοι ἐγένετο τῶν τοιῶνδε καὶ αὐτὸς ἐκδεδόσθαι ποιναῖς, ὥσπερ ἔλεγεν. Ἀλλὰ βασιλεὺς ἐφ᾽ ᾧ μὴ ταῦ-
C τα καὶ πάλιν Ῥωμαίοις τολμηθῇ διανοηθείς, ἀφῆκε τούτῳ τὸ ἔγκλημα. Ἡ δίκη δὲ οὐκ ἐς μακρὰν τοῦτον μετεῖν ἐξ ἀνθρώπων πεποιημένη, δυστυχήματί τε τοὺς ἐξ ἐκείνου περιέβαλε. Τότε δὲ καὶ Γαβρᾶν βασιλεὺς ἐπὶ δίκην καλέσας, ἐπειδήπερ ἐκράτει (ἐψήφιστο γὰρ οἷα δὴ ποιναῖς τισὶ κατὰ γνώμην αὐτῷ χρήσαιτο) σιδήροις τὼ πόδε περισφίγξας, ἐπί τινα τῶν ἐν παλατίῳ φρουρῶν ἄχρι τινὸς ἔθετο· μετεκαλέσατό τε, καὶ τῆς προτέρας αὖθις ἐτίμα. Κλιτζιασθλὰν δέ, ἐπεὶ τὴν βασιλέως ὁρμὴν ἔγνω (τὰ γὰρ ἀμφὶ Δορυλαίῳ ξυμπεπτωκότα μεγάλα τῆς αὐτοῦ καθίκετο ψυχῆς) τῶν τινα σφόδρα παρ᾽ αὐτοῦ δεδυνημένων, Γαβρᾶν ἐπίκλησιν, ἐς Βυ-
D ζάντιον ἐκπέμψας, ἐδεῖτο βασιλέως, φρούρια τὴν αὐτοῦ ἀντιλαβόντα, ἅπερ ἂν αὐτῷ δόξῃ, παύσασθαι δὴ τοῦ πρὸς αὐτὸν χόλου. Ἀλλὰ βασιλεὺς τοὺς λόγους οὐκ ἀποδεξάμενος, αὐτὸν ἀπεπέμψατο. Δυνάμεις δὲ ἔκ τε Σερβίων καὶ Οὔννων μετεπέμπετο πολλάς, καὶ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιμελέστερον ἐξηρτύετο. Ὥστε μὴν ἵπποις τε καὶ ἀνθρώποις οὐδαμῆ τὰ ἐς τὸ ζῆν ἐπιλείψοι, καὶ βοῶν ἀμύθητόν τι πλῆθος ἐκ τῶν κατὰ Θρᾴκην ἤλαυνε χωρίων, ἁμάξας τε ὑπὲρ τὰς τρισχιλίους. Ὁ μὲν οὖν ἦρι φανέντι ἐπὶ Ἀσίαν διέβη, καὶ τὰς δυνάμεις ἐπὶ Ῥυνδακοῦ, κατὰ τὸ ἔθος ἤθροιζεν. Οὔννοι δὲ

σύμμαχοι καὶ Σέρβιοι, οἱ Ῥωμαίοις κατήκοοι τυγχάνουσιν ὄντες, οὐκ ἐν δέοντι ἀφικόμενοι, θέρους ὥρᾳ στρατεύειν ἐποίησαν. ὑφ᾽ οὗ δὴ μάλιστα τὰ πράγματα ἔφθαρτο. Σκόπιμον γὰρ εἴπερ τι ἔργοις πολέμων ὁ χρόνος ἐστίν. Οὕτω δὴ Βασιλεὺς διὰ Λαοδικείας τε καὶ τῶν Μαιάνδρῳ προσοίκων τὴν πορείαν ἔθετο, γνώμην ἔχων ἐς τὴν Ἰκονίου πανστρατὶ καταστήσεσθαι πολιορκίαν. Ἐπεὶ καὶ νέα αὐτῷ προσεχώρει Καισάρεια, Ἀνδρόνικον ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ τὸν Βατάτζην ἅμα στρατεύματι διὰ τῶν Παφλαγονίας χωρίων ἐπ᾽ αὐτὴν ἰέναι ἔπεμψεν. Οὔπω μέντοι Βυζαντίου ἐξιών, καὶ στόλον νεῶν πεντήκοντα ἐπὶ Αἴγυπτον ἔστελλεν, ἅτε δὴ πανστρατὶ ἐπὶ τὸν Κλιτζιασθλὰν πόλεμον ἰών. Ἐντεῦθεν τε στρατευμάτων ὑποσπανίζων τῇ κατ᾽ Αἴγυπτον ἀποχρησόντων, ...

A Auxiliares Hungari, Seruiique Romanis obnoxij, haud tempestiue aduenientes, extraxere in æstatem bellum: ex quo res maxime labefactari contigit. Si quid enim aliud, tempus certe in bellis attendendum est. Itaque Imperator per Laodiceæ & Mæandri accolas iter fecit, eo animo, vt totis viribus Iconij obsidionem aggrederetur. Cum vero ad eum defecisset Neocæsarea, Andronicum Batatzem ex sorore nepotem cum exercitu per Paphlagoniam proficisci eo iussit. At priusquam Byzantio excederet, nauium quinquaginta classem misit in Ægyptum, vtpote qui cum vniuersis copiis Clitziasthlan aggredi statuisset. Hinc, cum non tantæ copiæ essent, quæ ad Ægypti expeditionem sufficerent .....

Reliqua deerant in Codice Vaticano.

CAROLI

CAROLI DV FRESNE
AMBIANI,
DOM. DV CANGE,
REGI A CONSILIIS, ET FRANCIÆ QVÆSTORIS,

IN

NICEPHORI BRYENNII
CÆSARIS,
ANNÆ COMNENÆ
CÆSARISSÆ,
ET
IOANNIS CINNAMI
REGII GRAMMATICI

HISTORIAM COMNENICAM,
NOTÆ HISTORICÆ
ET PHILOLOGICÆ.

PRÆMITTVNTVR AD PLENIOREM EIVSDEM Historiæ notitiam Descriptio Constantinopoleos, ex Christophoro de Bondelmontibus; & Indices Genealogici Ducarum, Bryenniorum, Comnenorum, Ducum Apuliæ, & Sultanorum Turcicorum & Iconiensium.



CONSTANTINOPOLEOS

ICHNOGRAPHIA ET DESCRIPTIO,

Ex CHRISTOPHORI DE BONDELMONTIBVS *Florentini Opere MS. quod* DE INSVLIS ARCHIPELAGI *inscripsit, & ad Cardinalem Iordanum de ciuitate Rhodi Romam misit, anno Christi* MCCCCXXII. *proinde ante expugnatam a Turcis Vrbem. Extat illud in Bibliotheca Regis Christianissimi, Cod.* MCCXIV.

DESCRIPTIO
VRBIS CONSTANTINOPOLEOS.

DEVENIO ad læſam CONSTANTINOPOLIM vrbem, & quamuis Inſula non ſit, poſtquam huc peruenimus, de ea pauca pertractabimus, [1] vt ad indicium lugentium perueniatur. Eſt igitur a Conſtantino dicta, [2] quæ iuncta cum Byzantio eam maxime ampliauit. Poſt autem ſæculis labentibus Imperatores [3] Eccleſiis eam ornauere, & præſertim Iuſtinianus, qui Leges condidit, & *Sanctam Sophiam* ædificauit, cum *Palatio*, & [4] *Prodromo*. Remanet ergo [5] Triangulata, & XVIII. eſt in circuitu milliarium. Primo igitur de [6] *Angulo S. Demetrij* vſque ad Angulum [7] *Vlachernæ* VI. milliaria, quo in ſpatio centum & decem eriguntur turres. Abhinc igitur vſque ad [8] *Criſeam Portam* quinque M. cum muro & [9] antemurali munitiſſimo, & vallo aquarum [10] ſurgentium, & turres in muro altiori XCVI. Dehinc vſque iterum *Sanctum Demetrium* milliaria VII. & turres CLXXXVIII. in quibus mœnibus eſt campus ab extra, & olim portus [11] *Vlanga*, [12] vbi Græci L^M. vt dicitur, Francorum, pane calcine frumentato doloſe ex inuidia vel timore occiderunt, quorum oſſa innumerabilia vſque in hodiernum diem perhibent teſtimonium. Et propinqua huic [13] *Condoſcali*, vel [14] *Arſena* reſtat. Et vltra fuit ſupra mœnia ampliſſimum [15] *Iuſtiniani Palatium*, cum Eccleſia [16] *Enea* dicta, nobiliſſima Moſaïcorumque ædificiorum, atque cum pauimento miri ingenij contexto. Ibique in alto & ſupra mare erat [17] *Speculum* immenſurabilis magnitudinis, circumſpectum a longe nimis, & omnia eius ædificia marmorea in mare videntur proſternata, prope [18] *Portulam Imperatoris* dicti. Etiam *de* [19] *immenſo Palatio* vſque ad *Sanctam Sophiam*, erat per milliare [20] via Columnarum binarum, per quam Dominus accedebat, vbi [21] octingentorum Clericorum per circuitum domus erant; & de totius Inſulæ Trinacriæ, vt dicitur, fructum capiebant. [22] Nunc autem ſola teſtudo Eccleſiæ remanet in ea, quia omnia diſrupta ſunt, & ad nihilum deuenerunt, a qua [23] vſque ad pauimentum CXLIV. brachiorum, & a pauimento vſque planum fundamenti, quia toto vna *Ciſterna* optimæ aquæ ampliatur brachiorum XVII. Inſuper per Eccleſiam ſunt de angulo ad angulum CXX. brachia, quia deſuper rotunda, & in plano quadrangulata recedit. Quiſne poterit enumerare ornamenta marmorum atque porphyrorum, cum Moſaïcis liniamentis, quia & a quo latere incipere vellem euaneſco. Extra igitur Eccleſiam ad Meridiem in platea [24] *Columna* ſeptingentorum cubitorum alta videtur, cuius in capite Iuſtinianus æreus equeſter habetur, & pomum cum læua aureum tenens, ad Occidentem cum dextera minatur. Et

iuxta hanc ſex *Columnæ marmoreæ* erectæ magnæ videntur ſeriatim. Vltra vero has ad Meridiem [25] *Hyppodromus* deſcenditur, quod Latine equi curſus appellatur. In hoc autem ſpatio Nobiles coram [26] iuſtrabant populo, & duella atque torniamenta parabantur, VICLXXXXX. etiam magnitudine brach. Et CXXXXIV. ampliatur. Et ſupra Columnas ædificatum eſt, in quibus [27] *Ciſterna* ampliſſima optimæ aquæ totum ſupradictum continet ſpatium. In capite vero *Hyppodromi* XXIV. [28] erant altiſſimæ Columnæ, [29] vbi Imperator cum Principibus reſidebat. Ab vna autem parte & altera *Hyppodromi* ſedilia gradatim in longitudine ipſius erant marmorea, vbi populus ſedendo omnem ludum comprehendebat. Per medium denique dicti curſus in longitudine humilis eſt murus. Et primo verſus *Sophiam* eſt [30] Eccleſia cum muro magnifico & innumerabilium feneſtrarum ornatu, vbi dominæ & iuuenculæ cum matronis ſuos proſpiciebant dilectos, vbi in principio dicti muri [31] ſummus *Balneus* erigebatur, in quo vulnerati ponebantur. Deinde [32] *Agulia* ex vno lapide in quatuor æneis taxillis in altum erecta cernitur cubitorum XXIV. & in pede eius verſus ſic ſonat.

Difficilis quondam Dominis parere ſerenis,
Iuſſus & extinctis palmam portare tyrannis,
Omnia Theodoſio cedunt, ſobolique perenni,
Terdenis ſic victus ego domituſque diebus
Iudice ſub Proclo ſuperas elatus ad auras.

Vltra hunc lapidem [33] *tres æneos ſerpentes* in vnum videmus oribus apertis, a quibus, vt dicitur, aqua, vinum, & lac ab eis exibat [34] diebus iuſtantium. Vltra in altero ex multis lapidibus [35] *Agulia* confecta LVIII. cubitorum erigitur. Vltra denique in fine humilis muri huius [36] quatuor humiles Columnæ marmoreæ videntur erectæ, in quibus Imperatrix præeminebat ad feſtum. Fecit [37] Theodoſius omnia iſta, & alia multa per vrbem laudanda. Reperiuntur inſuper hodie infinitæ Columnæ, quarum quidem quinque videntur marmoreæ, & LX. cubitorum pro qualibet eleuatur in altum, & primo [38] *Columna Iuſtiniani* dicta, [39] ſecunda *Crucis*, quo in loco quatuor erectæ porphyriæ videntur. In quibus quidem [40] equi quatuor ænei aurati poſiti erant, & Veneti illos Venetiis apud Sanctum detulere Marcum, Columnis remanentibus. [41] Tertiaque quarta Columnarum quaſi in medio [42] *Polis* ſunt poſitæ, in quibus circum circa acta Imperatorum ſculpta cognoſcuntur. In [43] *Eccleſia* vero *Sanctorum Apoſtolorum* [44] quinta cum *Angelo* æneo & *Conſtantino* genu flexo Columna eſt, & Eccleſia iam derupta, & ampliſſima omnia [45] ſepulchra Imperatorum porphyrea videntur magnifica, vna cum [46] *Conſtantini* immenſo, & ibi [47] Columna vbi Chriſtus ligatus & flagellatus eſt. In Monaſterio [48] *Pandocratoris* eſt [49] lapis vbi Ioſeph reuoluit Chriſtum in ſyndone. In Monaſterio [50] *S. Ioannis de Petra* ſunt [51] veſtimenta Chriſti, & [52] arundo cum [53] ſpongia & [54] lancea in vnum conſeruata. Sunt denique per Vrbem innumerabiles Ec-

clesiæ, atque Cisternæ miræ magnitudinis & industriæ fabricatæ, & in ruina positæ. Vinea pro qualibet in ea trium vel quatuor [55] vegetum vini crescit. [56] *Cisterna S. Ioannis de Petra*, [57] *Cisterna Pandepopti*, *Cisterna Pandocratora*, [58] *Cisterna Apostolorum*, [59] *Cisterna Mahumeti*, in qua ita subtili artificio sunt ordinatæ Columnæ, quod est incredibile ad narrandum, & aliæ multæ sicut [60] *Sancta Sophia*, quæ est principalior aliis, & * Iustinus [61] in XV. annis illud explicauit opus. [62] *Sanctus Georgius de Mangana*, [63] *Sancta Herini*, [64] *Sanctus Lazarus*, [65] *Chiramas*, [66] *Enea*, [67] *Petrus & Paulus*, [68] *Sancti* XL. *Martyrum*, & sua Cisterna amplissima optimæ aquæ, in qua vt dicitur nullum inuenire finem, [69] *Anastasis*, [70] *Periuleptos*, [71] *Sanctus Ioannes de Studio*, [72] *Sanctus Andreas*, *Vlacherna*, &c. in qua tanta copia vbique ædificata remanent ipsarum Ecclesiarum, & vna pulchrior altera, quod longum esset enarrare. Sunt enim per ciuitatem pauci habitatores, & inimici Latinorum, qui numquam secretam pacem cum iis obtinebunt, & si promittant, non obseruabunt. Fuit enim hæc vrbs pulcherrima valde, & aula sapientiæ & honestatis, nunc vero ad ignorantiam, & duritiam vetustæ opinionis peruenti peccato gulæ adhæserunt, & in tantum * delati [73] propter copiam piscium & carnium, quod pars quarta ipsius ad morbum inciderunt lepræ, & doctrinam Ioannis Chrysostomi, Damasceni, & aliorum Sanctorum Patrum dimisere. Ad * Trionem, per vnum milliare, [74] *Pera*, Ianuensium pulcherrima ciuitas est, & per sinum ab vrbe separatur. Sunt etenim ab isto loco vsque ad mare Pontum, seu Euxinum, XVIII. milliaria, ad Trionem ore tenuissimus, cum periculo iutrantium hodie nauium, cum quibus postquam de vrbe narrauimus, ad Egeum mare ad Insulam *Stalimini* reuertemur.

* Iustinianus.

* *f.* delicati.

* Septemtrionem.



NOTÆ
IN DESCRIPTIONEM CONSTANTINOPOLEOS.

Titvlvs Libri sic concipitur: *Incipit* A *Liber Insularum Archipelagi editus per Presbyterum Christophorum de Bondelmontibus de Florentia, quem misit de ciuitate Rhodi Romam Domino Iordano Cardinali, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo-secundo.* Ex hoc libro pleraque hausit quæ habet de Insulis Archipelagi Thomas Porcacchus Aretinus, etsi Autoris nomen ignotum sibi fuisse scribat, vt testatur in operis, quod de Insulis Orbis inscripsit, proemio.

1 Indicivm lvgentivm] Sic in MS. forte, *Iudicium legentium.*

2 A Constantino dicta] Senator: *Pacatiano & Hilariano Coss. ciuitas quæ prius Byzantium dicta est, nunc mutato nomine a Constantino* B *Constantinopolis dicta.* Paulus Drosius l.7. c.28 *De Constantino; Vrbem nomine suo Romanorum Regum, vel primus, vel solus instituit.* Eutropius l. 10. *Primusque vrbem nominis sui ad tantum fastigium euehere molitus est, vt Roma æmulam faceret.* Vide Alypium Antioch. in Geogr. c. 32. & Scriptores Byzantinos.

3 Ecclesiis] Vide Fulcher. Carnot. l. 1. Hist. Hier. c. 4. Guillel. Tyr. l. 20. c. 26. Beniaminum, Albericum, & alios a nobis laudatos in Not. ad Villhard. N. 66.

4 Prodromo] An *Hippodromo*, vel Templo C aliquo, quod in D. Ioanni τῶ Προδρόμου nomen erexerit Iustinianus, aut de nouo instaurauerit, cuiusmodi fuit illud quod in Hebdomo extitit, de quo Procopius l. 1. de Ædif. c. 8.

5 Triangvlata] Willel. Tyr. l. 2. c. 7. de Cpoli: *Formam habens trianguli, trium inæqualium laterum,* &c. Vide Geogr. Nubiens. pag. 235. Monstrelletum 3. vol. p. 59. Itinerar. D. *de Breues*, Theuetum, &c.

6 Angvlo S. Demetrii] Vide Notas ad Alexiadis pag. 361.

7 Angvlvs Vlachernæ] De Blachernarum, Ædisque Deiparæ eiusdem appellationis situ, passim Scriptores Byzantini, præsertim Gillius l. 1. c. 16. & l. 4. c. 5. Nos etiam quædam ad Villhard. N. 85.

Criseam Portam] Quæ Χρυσὴ πόρτη Scriptoribus Byzantinis, de qua multa diximus ad eumdem Villhard N. 129. 8

Antemvrali.] Vide notata ad Villhard. N. 89. & ad Alexiadem p. 54. 9

Aqvarvm svrgentivm] Scaturientium. Porcacchus, *e questa parte ha vn muro doppio, cioè muro, & antemurale, & co'l fosso pien d'aqua, che risorge, & rende il luogo fortissimo.* 10

Vlanga] Locus vbi olim extitit domus Andronici Tyranni. Nicetas in Man. l. 4. N. 2. καὶ παρὰ δόξαν Ἀνδρόνικος εἰς τὸ οἰκεῖον οἶκον παρελθὼν, ὃς τοῦ Βλάγγα ἐπικέκληται. Meminit vero Portus ad Blancam Pachymeres l. 5. c. 10. Τὸ περὶ τὸ Βλάγκα κοντόσκαλον ἀνοικοδομεῖν ἤθελεν. Adde Ducam cap. 39. p. 159. 11

Vbi Græci] Eadem habet Porcacchus. Rem vero narrat Nicetas in Man. l. 1. N. 5. Adde Petr. Cluniac. l. 6. epist. 16. 12

Condoscali] Contoscalium, nihil aliud est quam parua scala; κοντὴν enim Græcis *paruum* sonat. Contoscalium igitur νεώριον fuit supra mare Propontidis, cuius situm discimus ex porta, quæ etiamnum hodie a Neorio, cui adhæret, nomen sumpsit, & Porta Contoscalij dicitur. Etenim ipsa porta, vt ait Leunclauius in Pand. N. 200. velut intra sinum quemdam abscedit versus vrbem, & ab altera parte proximum sibi portum habet pro triremibus in mare se porrigentem, & muro circumdatum. Contoscalij meminit Pachymeres l. 5. c. 10. Cantacuzenus l. 4. c. 11. Phranzes l. 3. c. 11. & Codinus in Orig. p. 54. editionis Regiæ. 13

Arsena] Sanutas l. 2. part. 4. c. 12. ait *Arsenam vulgariter vocari locum vbi conseruatur nauigium.* Sansouinus in Venetia l. 8 dictam vult quasi *arcem Senatus.* Sed an vere, alij iudicent. *Arsenalem* Cpolitanum extruxit Theophilus Imp. Michaelis filius, vti docet inscriptio, quam habet Theuetus l. 19. Cosmogr. c 5. & ex eo Gruterus p. 169. 3. 14

15 IVSTINIANI PALATIVM] De quo nos fuse ad Villhard. N. 85.

16 ECCLESIA ENEA] Ædes τῶν ἐννέα ταγμάτων, *nouem ordinum Angelorum*, de qua Scylitzes pag. 808. Zonaras p. 214. Cantacuzen. l. 3. c. 88. Ab hac Æde porta vrbis vicina, Ἀσωμάτων, dicta eidem Cantacuzeno lib. 1. c. 53.

17 SPECVLVM] Turris forte *ad speculandum hostes de longe*, confecta, seu Porticus, Πεντάπυργιον Palatium, antea *Magnaura* appellatum, vt autor est Scylitzes p. 513. de quo passim Scriptores Byzantini. Extitit porro *Pentapyrgium* haud procul a Iustiniani Palatio, ad caput freti Syceni. Vix enim putem Bondelmontium hocce vocabulo indicasse publicum balneum, cui Κάπηλρον nomen fuit, a Constantino ædificatum, de quo Codinus in Orig.

18 PORTVLA IMPERATORIS] Eadem forte, quæ vicina fuit Ædi Deiparæ Ὁδηγητείας, & inde Μικρὰ πύλη τῆς Ὁδηγητείας dicitur Ducæ cap. 11. & 39. qui eam diserte statuit inter Acropolim & Magnum Palatium. Aut potius ea Porta, quæ Βασιλική nuncupatur ab eodem Duca c. 38. p. 155. & 166. & Pachymere l. 12. c. 15. l. 13. c. 8. Maritima nempe, per quam Imperator ex Palatio ad mare nauem ingressurus, descendebat. Describitur illa a Tyrio l. 20. c. 25. Adde Annam p. 443.

19 IMMENSO PALATIO] *Magnum Palatium* intelligit, quod *Constantinianum* appellat Tyrius. Vide Notas ad Villhard. 123. & ad Annam p. 66.

20 VIA MILLE COLVMNARVM] Forum intelligitur quod *Augustæum* vocabant, & Columnis cingebatur. Procopius l. 1. de Ædif. Iust. ἔστι δὲ ἡ ἀγορὰ πρὸ τῶν βασιλείων περίστυλος, Αὐγουσταῖον καλοῦσι τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι. Alibi e regione Senatus Augustæum statuit. In 4. regione, Vetus Orbis descriptio. Denique vicinum fuisse Magnæ Ecclesiæ colligitur ex incendio, quo conflagrauit in seditione Victoriatorum, apud Chronicum Alexandr. p. 778. & Cedrenum p. 369. Sed & Nicetas in Alex. Man. F. n. 6. & Codinus de Offic. Aulæ CP. c. 17. n. 10. Tradunt vestibula Magnæ Ecclesiæ in Augustæo extitisse: vnde προαύλιον τοῦ μεγάλου ναοῦ dicitur Zonaræ p. 52. dum Iustinianæam Statuam describit, quam in vestibulo Magnæ Ecclesiæ extitisse constat, atque adeo in ipso Augustæo, vnde Cedrenus p. 374. Augustæonis nomen ipsi Statuæ tribuit. Porro Augustæum a Constantino M. extructum scribunt Hesychius Milesius, & Chronicon Alexandrinum. Portis vero forum ipsum clausum fuisse, Nicetas loco citato, & Codinus in Orig. CP. commemorant. Scripsit Georgius Pachymeres Ἔκφρασιν τοῦ Αὐγουσταιῶνος, quæ extat in Biblioth. Regia. V. Gyll. in CP. l. 2. c. 17.

21 800. CLERICORVM] Vide Leg. 3. c. de Sacros. Eccl. Nouell. 3. c. 1. §. 1. & Nou. 16. vbi de numero Clericorum Maioris Ecclesiæ sub Iustiniano.

22 NVNC AVTEM SOLA TESTVDO] Augerius Busbequius in Itin. CP. de Æde Sophiana: *Est ea sane moles magnifica & digna quæ spectetur, maximo cum fornice siue hemisphærio in medio, quod a solo impluuio lumen habet. Sunt qui fuisse multo maius, multisque appendicibus late se extendisse, easque iampridem recisas omnes, & adyta sola, quodque fuit in Templo medium remansisse asserant.* Similia habet ex Græculorum relatione D. *de Breues* in Itin. sed hæc mera esse eorum figmenta norunt, qui Byzantinam Historiam vel leuiter attigere.

23 VSQVE AD PAVIMENTVM] Vide Euagrium l. 4. c. 29. & Gyllium in CP. l. 2. c. 3. & 4.

24 COLVMNA] Describitur Iustinianæa ista Columna & Statua a Procopio lib. 1. de Ædif. Iustin. Nicephoro Gregora lib. 7. p. 193. 194. Zonara p. 52. Cedreno p. 734. Suida in Iustiniano, Codino in Orig. CP. Manuele Chrysolora p. 121. Gulielmo de Baldenzeel in Hodæpor. ad Terram Sanctam p. 103. &c. Illius etiam meminit Nicephorus Callist. in Proœmio p. 16. Tzetzes, &c. Vt vero a Turcis, non modo Statua, sed & Columna euersa fuerit, narrat Gyllius in CP. lib. 2. c. 17.

25 HIPPODROMVS] Hippodromum Cpolitanum a Seuero inchoatum absoluit Constantinus M. vti scribunt Zozimus l. 2. Hesychius Milesius, Cedrenus p. 252. Glycas, Codinus in Orig. & alij passim. Describitur a Gyllio lib. 2. c. 11. & a Theueto lib. 19. Cosmogr. c. 3.

26 IVSTRABANT] Ex Italico *giostrare*, Gallis *jouster*.

27 CISTERNA OPTIMÆ AQVÆ] Nam cum area Hippodromi inæqualis esset, & versus Sphendonem decliuis, Constantinus M. vt locum planum redderet, in loco decliui Cisternam ædificauit, Columnis variis sustentatam. Ita Codinus in Orig. CP.

28 XXIV. ERANT ALTISSIMÆ COLVMNÆ] Quæ desribuntur a Gyllio l. 2. c. 13.

29 VBI IMPERATOR] Quoties ludos Circenses spectabat Imperator, in Tribunali sedebat, quod Chronico Alexand. p. 60. 762. & 787. κάθισμα τοῦ ἱππικοῦ, & κάθισμα βασιλικὸν & δεσποτικὸν appellatur. Procopius lib. 1. de bello Pers. κάθηται δὲ εἰς τὸν βασίλειον θρόνον, ὅθεν ὁ βασιλεὺς εἰώθει τόν τε ἱππικὸν καὶ γυμνικὸν θεᾶσθαι ἀγῶνα. Mox Tribunal istud Porticui Venetorum proximum fuisse innuit: ἐπειδὴ περὶ τὴν Βενέτειον ἐγγὺς στοὰν, ἣ τοῦ βασιλέως θρόνου ἐν δεξιᾷ ἐστίν. Illud de nouo instaurauit Iustinianus A. 1. Marcellinus Comes: *Anno Regiæ vrbis conditæ 198. regium vestibulum, priscumque in eo solium, ob aspicienda probandaque in Circo certamina structum, Victor Iustinianus Princeps eminentius, clariusque quam antea fuerat, & vtramque Senatorum ex more spectantium Porticum solita magnanimitate redintegrauit.* Sic autem istud Iustiniani Solium describitur a Corippo l. 2. de Laudib. Iustini:

Vtque salutato tetigit subsellia vulgo,
Auratum scandens Solium, sedemque paternam,
Constructam plumis, pulchrisque tapetibus altam,
Aspexit lætus populos, &c.

Ad illud aditus patebat per portam, quam Chronicon Alexandr. p. 784. Μονόπορτον vocat. Vide Lambecium ad Codinum p. 147.

30 ECCLESIA] Quæ ista fuerit, haud constat. Tres porro S. Sophiæ adiunctas Ædes sacras memorant Scriptores, Deiparæ a Verina Augusta extructæ, Theodori a Sphoratio, & Irenes, de qua nos infra V. Iustinianum Nou. 3. c. 3. Porro Sophiani Templi muris proximum fuisse ait Hippodromum Benjaminus Tudelensis, vt & cæteri Scriptores Byzantini.

31 SVMMVS BALNEVS] Zeuxippus, Balneum publicum, quod adiunctum Hippodromo fuisse scribit Suidas in Seuero: Palatio, Sozomenus l. 3. c. 8. De Zeuxippo passim Scriptores.

32 AGVLIA] Ex Italico *Aguglia*, Obeliscus CP. de quo fuse egimus ad pag. 493. Alexiad.

33 TRES ÆNEOS SERPENTES] Vide Theuetum loco citato, & Busbequium in Itin. CP. p. 41. edit. Plantin.

34 DIEBVS IVSTANTIVM] i. in quibus fiebant Equestres ludi.

35 EX MVLTIS LAPIDIBVS AGVLIA] Colossus structilis obelisco excelsior, in medio Hippodromo, ex lapidibus quadratis factus, qui describitur a Gillio l. 2. c. 12.

36 QVATVOR HVMILES COLVMNÆ] Locus A inde, vbi illæ erant, Τετρακίων dictus Theophani A.5. Phocæ, Chr. 607. *Quatuor Columnæ*, Anastasio in Hist.Eccl. p.87. & Diacono lib.17. Hist.Misc. p.527.

37 THEODOSIVS] Atqui neuter Theodosius in Hippodromo quidquam extruxisse aut confecisse legitur, si bene memini.

38 COLVMNA IVSTINIANI] Quæ extitit in Augustæo.

39 SECVNDA CRVCIS] An ea quæ extitit iuxta Ædem XL. Martyrum, a Phoca A. 7. erecta, cui Heraclius Imp. Crucem imposuit? *Columnæ Crucis* meminit Ducas cap. 39. p. 162. 163. Hodie *Columna cremata* appellatur, quod incendiis tota deformata sit, inquit Bulialdus. Codinus in Orig. CP. p. 25. 27. 36. aliquot Columnas enumerat, quibus Cruces superimpositæ erant. V. Not. ad pag. 52. Alexiad.

40 EQVI QVATVOR ÆNEI AVRATI] Gillius lib. 2. c. 13. *Antequam Galli & Veneti cepissent Cpolim, extabant in Hippodromo cum alij permulti Equi lapidei & ærei, tum quatuor inaurati mira arte elaborati, quales hodie extant supra vestibulum Ædis Marcianæ Veneticæ, quos deportatos aiunt ex Cpoli.* B

41 TERTIAQVE] Vide iter CP. Augerij Busbequij p. 41. edit. Plantini, & Notas ad Villhard. 163.

42 IN MEDIO POLIS] Πόλεως, *Vrbis*. Ita enim CP. vocabant Græci istius æui: vnde hodierna Vrbis appellatio, *Stambol*, pro εἰς τὴν πόλιν, seu εἰς τὴν πόλιν, quod qui in Vrbem proficiscebantur, cum rogarentur quo irent, responderent εἰς τὴν πόλιν, *in Vrbem.*

43 ECCLESIA SS. APOSTOLORVM] De hac Æde egimus ad Villhard. N. 138. De ea etiam multis Gillius l. 4. c. 2.

44 QVINTA CVM ANGELO ÆNEO] Vide Codinum in Orig. p. 16.

45 SEPVLCHRA IMPERATORVM] Vide Notas ad Villhard. 138.

46 CONSTANTINI IMMENSO] Autor est Eusebius l. 4. de Vita Constantini ipsum Constantinum in Æde Apostolorum sepulchrum sibi extruxisse medium inter duodecim Apostolorum monumenta, ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀξιῷτο τῶν ἐνταυθοῖ μελλουσῶν ἐπὶ τιμῇ τῶν Ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν. Idipsum tradunt Socrates l. 1. c. vlt. Sozomenus lib. 2. c. vlt. Procop. Chronic. Alexandr. Theophanes, Alexand. Monach. de Inuentione S. Crucis, Zonaras & alij qui in Templo sepultum a Constantio filio narrant. Addunt Euseb. Socrates, Alexander Monach. & Autor vitæ Constantini M. & Helenæ matris apud Gretzer. Tom. 3. de Cruce p. 1721. depositum Constantini corpus ἐν λάρνακι χρυσέᾳ, seu locello aureo, Nicomedia, vbi extinctus est, CP. detulisse milites, posteaque a Constantino in Ædem D SS. Apostolorum illatum, & in monumento Porphyretico depositum vna cum matris Helenæ corpore. Cedrenus, καὶ ἀπετέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ, ἤτοι Ῥωμαίῳ, αὐτός τε καὶ ἡ μήτηρ Ἑλένη. Ita etiam Nicephorus Callist. l. 8. c. 55. & Autor Hist. Miscellæ lib. 11. Scribit Gyllius in CPoli l. 4. c. 2. sua ætate, secundum viam latam, quæ tendit per dorsum promontorij ab Æde Sophiæ ad Portam Adrianopolitanam, prope locum vbi fuit Templum Apostolorum, extitisse solium ex porphyretico marmore factum, sed vacuum, & carens operculo, longum 10. pedes, altum 5. pedes & semissem, quod Græci & Turci dicebant esse Magni Constantini. At Zonaras non in ipso Apostolorum Templo extitisse illud sepulchrum narrat, sed ἐν ἰδιαζούσῃ μέν τοι στοᾷ, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ (Constantius) ᾠκοδόμησεν. Inde in Ædem Acacij Constantini corpus transtulerat Macedonius Patriarcha, qui eo facto Constantij indignationem incurrens, dignitate priuatus est. Sed non multo post in pristinum locum relatum est, vti narrat idem Zonaras. Verum cuiusuis materiæ fuerit istud Constantini sepulchrum, id constat fuisse variis ornamentis aureis circumpositis insigne, quæ a furibus ablata esse Alexio Angelo imperante narrat Nicetas in Vita Alexij l. 1. n. 8. Ad illud procedere solitum Imperatorem die D. Constantino festo, qui est 21. Maij, scribit Codinus de Offic. Aulæ CP. cap. 15. Meminit etiam Constantinianæi monumenti Manuel Chrysoloras in Epist. ad Ioann. Imp. p. 121.

47 COLVMNA VBI CHRISTVS] Tradit Martinus Crusius in Notis ad Malaxum extitisse sua ætate in Ecclesia Patriarchali, quam τῆς Παμμακαρίστου fuisse ait, Columnam ad quam Christus flagellatus dicitur: Ædis vero τῆς Παμμακαρίστου, mentio est apud Cantacuzenum l. 3. c. 80. Pachymer. l. 10. c. 9. Ducam. c. 22. Malaxam, Histor. Politicam, &c. De hacce Columna agunt pluribus Gretzerus Tom. 1. de Cruce lib. 1. c. 96. & Ferrandus l. 1. Disquisit. Reliq. c. 2. p. 76. & seq.

48 PANDOCRATORIS] De hac Æde vide Notas ad Cinnami lib. 1.

49 LAPIS VBI IOSEPH] Vt in Ædem Pantocratoris Epheso translatus sit, narrant Nicetas in Man. l. 7. N. 7. & Cinnamus lib. 6.

50 S. IOANNIS DE PETRA] V. Notas ad Alexiadis pag. 54.

51 VESTIMENTA CHRISTI] V. Ferrandum l. 1. Disquisit. Reliq. l. 1. c. 2.

52 ARVNDO] V. Tyrium l. 20. c. 25. & Ducam c. 41. p. 172.

53 SPONGIA] Illata in vrbem anno 4. Heraclij, 14. Sept. Ind. 3. Chron. Alexandr. pag. 880. Vide C Will. Tyrium lib. 20. c. 25. Ducam cap. 41. p. 172. 40. 3. Histor. Franc. p. 343.

54 LANCEA] Qua latus Domini aperuit Longinus, Hierosolymis allata in vrbem, & in Magna Ecclesia reposita 28. Octob. A. 4. Heraclij. Chron. Alexandr. p. 882. V. Not. ad Alexiadis pag. 242. & 326.

55 VEGETVM] Italis *veggia*, est modius vini.

56 CISTERNA S. IOANNIS DE PETRA] A Manuele Imperatore extructa, vt autor est Cinnamus lib. 6.

57 CISTERNA PANDEPOPTI] De hac Cisterna silent Scriptores, Ædis vero τοῦ Πανεπόπτου mentio non semel occurrit. Ab Anna Ducæna Alexij Imperatoris matre extructum hocce Monasterium scribunt Zonaras & Glycas, & cum a rerum administratione sese abdicasset, in illud secessisse, ibique reliquum vitæ exegisse. Neque tantum virorum fuit, sed & fœminarum: in illud relegatos Theodosium Patriarcham CP. Alexio Manuelis filio imperante, & Lapardam quemdam, qui sub Andronico Tyrannidem inuaserat, scribit Nicetas in Alexio N. 8. & in Andron. lib. 1. N. 1. qui illud procul a Sophiana Æde dissitum fuisse ait. Idem in Murtzuphlo N. 2. in colle ædificatum tradit. Meminit Monasterij τοῦ Σωτῆρος Πανεπόπτου CPoli Pachymeres lib. 4. c. 28. & Bessarion in Opuscul. de Processi. Spirit. S. ad Alexium Lascarim Philanthrop.

58 CISTERNA APOSTOLORVM] Scribit Gyllius l. 4. c. 2. Ædis Apostolorum nulla restare hodie vestigia, ac ne fundamentorum quidem, *nisi fundamenta quædam Cisternæ, quæ aquam suppeditabat Ædi Apostolicæ, in cuius quidem Cisternæ solo sunt officinæ & tabernæ Ephippiorum circiter ducentæ.* Eadem forte cum *Arcadiana*, quam in 11. regione

gione ſtatuit vetus Vrbis deſcriptio, vbi etiam extitit Ædes Apoſtolorum.

59 CISTERNA MAHVMETI] Quis iſte Mahumetes fuerit, haud facile eſt diuinare, vt & qua in Vrbis regione Ciſterna iſta extiterit: etſi probabile eſt alia fortaſſe appellatione donatam. Nam quamplurimas in Vrbe Ciſternas recenſent Scriptores Byzantini, Arcadianam, Aſparis, Baſilicam, Boni, Frigidam, Baſilicæ Illi, Magnauræ, Maximam, Moceſiam, Modeſtiacam, Philoxenon, Phocæ, Pulcheriæ ſeu Aëtij, Theodoſiacam, Palatij, & aliquot alias.

60 SANCTA SOPHIA] Præſtat hoc loco perſtringere quæ Græci aliquot & Latini Scriptores de Sophianæ Ædis elegantia paſſim habent. Procopius lib. 1. de Ædif. Iuſtin. cap. 1. Θέαμα τοίνυν Ἐκκλησία κεκαλλιστευμένον γεγένηται, τοῖς μὲν ὁρῶσιν ὑπερφυές, τοῖς δὲ ἀκούουσι παντελῶς ἄπιστον. ἐπῆρται μὲν γὰρ εἰς ὕψος οὐράνιον ὅσον, καὶ ὥσπερ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσαλεύουσα ἐπινένευκεν, ἐπικειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτήν, ὅτι αὐτῆς ἐστιν, ὡραϊζομένη δέ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται. Alibi, ὁπηνίκα δέ τις εὐξόμενος ἐς αὐτὸ ἴοι, ξυνίησι μὲν εὐθὺς, ὡς οὐκ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει ἢ τέχνῃ, ἀλλὰ Θεοῦ ῥοπῇ τὸ ἔργον τοῦτο ἀποτετόρνευται. ὁ νοῦς δὲ οἱ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπαιρόμενος ἀεροβατεῖ, οὐ μακράν που ἡγούμενος αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐμφιλοχωρεῖν μάλιστα οἷς αὐτὸς εἵλετο. καὶ τοῦτο οὐ τὴν πρώτην μόνον ἰδόντι ξυμβαίνει, ἀλλὰ διηνεκὲς ἑκάστῳ τ' αὐτὸ τοῦτο δοκεῖ, ὥσπερ ἐνταῦθα τῆς ὄψεως ἀεὶ ἀρχομένης. τούτου κόρον οὐδεὶς τοῦ θεάματος ἔλαβε πώποτε, ἀλλὰ παρόντες μὲν τῷ ἱερῷ ἄνθρωποι τοῖς ὁρωμένοις γεγήθασιν, ἀπιόντες δὲ, τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλόγοις ἀποσεμνύνονται. Michael Pſellus in Monodia: Τὸν περικαλλῆ ναὸν, τὸν ἀσύγκριτον οἶκον, ὃν ᾠκοδόμησεν ἡ Σοφία ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς ὀνόματι, καὶ οὗ ὑπήρεισε τοῖς ἑπτὰ στύλοις ἐκείνοις. Nicephorus Call. in Procœmio, Τὸ ἀπερινόητον καὶ ἀμήχανον ἔργον, τὸ ἄρρητον κάλλος, τὴν εἰκόνα τῆς ἀϊδίου αὐλῆς, τὸ κοινὸν ἀνθρώπων, εἴπω δ' ὅτι καὶ ἀγγέλων, ἐντρύφημα καὶ ὡραΐσμα, τὸ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας θεῖον ὄντως λέγω ἀνάκτορον. Cantacuzenus l. 4. c. 4. Ὁ γάρ τοι τῆς Σοφίας, κάλλει τε καὶ μεγέθει τοὺς ἁπανταχοῦ νικῶν, καὶ ὥσπερ τι κοινὸν ἄγαλμα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὤν, καὶ δεῖγμα τῆς μεγαλουργίας, καὶ τῆς περὶ τὰ καλὰ φιλοτιμίας, &c. Ducas cap. 20. Ὁ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας ἀνοικοδομηθεὶς ναὸς, καὶ τέμενος τῆς ἁγίας Τε...δος ὀνομαζόμενος, καὶ μεγάλη Ἐκκλησία, καὶ νέα Σιών, σήμερον βωμὸς βαρβάρων, καὶ οἶκος τοῦ Μωαμὲθ ἐπικλήθη καὶ γέγονεν. Manuel Chryſoloras p. 122. ἀλλὰ Ναὸς ἐκεῖνος, ᾧ καλῶς ποιῶν ἐκεῖνος τοὔνομα τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἐπεφήμισε, (ἔστι γὰρ ὄντως οὐκ ἀνθρωπίνης σοφίας ἔργον) τίνα ἰδόντα ἐάσει ἔτι περὶ τῶν λοιπῶν λέγειν, ἢ θαυμάζειν, ἢ ἑτέρων τῶν λοιπῶν μεμνῆσθαι, &c. Hiſtoria Politica p. 12. Πῶς κατεδέξατο ἡ ἐπ' ὀνόματι τοῦ Θεοῦ Λόγου κτισθεῖσα Ἁγία Σοφία, ὁ ἐπίγειος οὐρανὸς, ἡ νέα Σιών, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος, τὸ καύχημα πάσης τῆς οἰκουμένης, τὸ ἄγαλμα τῶν ἐκκλησιῶν, ἡ ὑπερέχουσα πάντων τῶν τῆς γῆς κτισμάτων. Hæc Græci Scriptores: at ex Latinis, Corippus l. 2. de Laudibus Iuſtini:

Ilicet Angelici pergens in limina Templi
Impoſuit pia thura focis.

Idem lib. 4. de Templo Sophiano a Sophia Iuſtini coniuge inſtaurato:

Jam Salomoniaci ſileat deſcriptio Templi,
Cedant cunctorum miracula nota locorum,
Inclyta præclarum duo ſunt imitantia cælum
Conſilio fundata Dei, Venerabile Templum,
Et Sophianarum ſplendentia tecta nouarum.
Principis eſt hæc aula Dei, &c.

Regino A. 459. de Iuſtiniano: *Extruxit quoque CP. Templum, quod Græco vocabulo* Ἁγίαν Σοφίαν *nominauit: cuius opus adeo cuncta ædificia excellit, vt in totis terrarum ſpatiis huic ſimile non poſſit inueniri.* Similia habet Vſpergenſis. Gulielmus de Baldenzel in Hodœpor. *Credo quod ſub cælo poſtquam mundus creatus eſt, non fuit tale ædificium completum, quod huic poterit in nobilitate & magnitudine ceteris paribus comparari.*

IN XV. ANNIS] In eodem errore verſantur Codinus in Orig. C P. & Michael Glycas, & ex iis D. *de Breues* in Itin. Orient. qui ſcribunt Templum Sophianum annis 17. confectum fuiſſe. Sed hæc mera ſunt figmenta Græculorum ſequioris æui; quippe intra annos 5. & menſes 11. abſolutum a Iuſtiniano conſtat. Cum enim conflagraſſet Magna Eccleſia, ſeu Ædes S. Sophiæ a Conſtantino M. ſeu vt aliis placet, Conſtantio filio, ædificata, & a Theodoſio Iuniore inſtaurata, in ſeditione Victoriatorum, quæ accidit An. Iuſtiniani 5. Chr. 532. Ind. 10. poſt Conſ. Lampadij & Oreſtis, 15. menſis Ianuarij, hanc idem Imperator compoſita ciuitate, & punitis ſeditionis autoribus cœpit eodem anno de nouo inſtaurare. Ita Chronicon Alexandr. pag. 726. & Marcellinus Comes. Cedrenus p. 371. diem cœpti operis 23. Februarij annotat. Sed error eſt in Anno mundi, quem 6008. fuiſſe ait, ſeu potius Librarij, qui ἐν τῇ ϛη', pro ϛμ', facili lapſu ſcripſit. Proinde Annus mundi iuxta Græcos fuit 6040. vt recte Zonaras tradit. Sed in Indictione, quam 15. cucurriſſe hoc anno vterque volunt, perinde mendum eſt manifeſtum, cum certum ſit decimam reponi debuiſſe. Id euidenter patet ex verbis eiuſdem Cedreni, tradentis a die quo conflagrauerat M. Eccleſia, ad Encæniorum diem Eccleſiæ Iuſtinianææ, elapſos annos 5. menſes 11. dies 10. Atqui conflagrauit M. Eccleſia 15. Ianuarij A. Ch. 532. hoc eſt, primo ſeditionis die, quæ in quintum vſque protracta eſt, a quo ad Dedicationem quæ facta eſt 26. Decembris A. Ch. 537. poſt Conſulatum Beliſſarij ſecundum, Indict. 15. A. Iuſtiniani 11. interſunt tot anni & menſes, quot a Cedreno computantur. Encænia enim S. Sophiæ hoc die celebrata fuiſſe tradit Marcellinus Comes: *Eccleſia maior CP. ab Imperatore Iuſtiniano ſingulariter in mundo conſtructa dedicatur die 6. Kal. Ianuarias.* At cum A. Iuſtiniani 32. trullæ, ſeu hemiſphærij, pars Occidentalis terræ motu decidiſſet, vnaque & ſacram Menſam & Ciborium & Ambonem contriuiſſet; Iuſtinianus, iis reædificatis, Eccleſiam rurſum dedicari iuſſit hoc anno, vti pluribus tradunt Chronicon Alexandrin. Theophanes, Cedrenus, Hermannus Contractus, & alij; a quo ad annum cœptæ totius Eccleſiæ exædificationis interſunt anni 22. ex quibus colligitur Græcorum, ſi ad ſecnnda Encænia reſpexerint, ne ſic quidem conſtare calculum. 61

S. GEORGIVS DE MANGANA] De hac Æde diximus ad Villhard. N. 178. & in Tract. Hiſt. de Capite S. Ioan. Bapt. c. 8. N. 11. Adde Alexiadis pag. 80. 62

SANCTA HERINI] Tria potiſſimum CP. Irenes nomine fuiſſe Templa comperio. Primum quod Conſtantinus M. iuxta Ædem Sophianam extruxit, de quo Socrates l. 1. c. 16. l. 2. c. 6. Cedrenus p. 282. Paulus Diac. l. 11. Niceph. Call. l. 9. c. 4. &c. Hanc Ædem Codinus *Irenem antiquam* appellatam fuiſſe ait, vt & vetus Vrbis deſcriptio. Nominis rationem tradit Autor Vitæ Pauli Patriar. CP. apud Photium: Χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν τῇ τῆς ἁγίας Εἰρήνης Ἐκκλησίᾳ, ἣν ὁ χρόνος αὐτῇ διαστέλλων τῆς Νέας δέδωκε καλεῖσθαι Παλαιάν. Cum conflagraſſet in ſeditione Victoriatorum, vt eſt in Chronico Alex. & apud Zonaram, Cedrenum, &c. multo ampliorem extruxit Iuſtinianus, ita vt ſecundum a Sophiana Æde locum tenuerit. Meminit iſtius Ædis ipſe Iuſtinianus Nou 3. c. 3. Hodie intra ſeptum regium includi, & Paruam Sophiam appellari, autor eſt Gyllius in C P. l. 3. c. 2. Altera Ædes D. Irenæ in 7. Re- 63

gione extitit, vt eſt in veteri Vrbis deſcript. Hanc Martianus Imp. condiderat, vti diſcere eſt ex Niceta in Manuele l. 3. n. 7. ſeu vt volunt Synaxaria ad 8. Ianuarij, S. Xenophon, qui eodem Marciano imperante vixit. Tertia denique Ædes D. Irenæ ſacra ea eſt, quam Iuſtinianus ad oſtium ſinus Ceratiui ædificaſſe autor eſt Procopius l. 1. de Ædif. Iuſt. quam Theophanes dedicatam fuiſſe ait A. 25. Iuſtiniani. Extitit præterea in Sycis Ædes D. Irenæ, de qua Niceph. Call. l. 8. c. 6. Porro priorem Ædem hic innui exiſtimo.

64 S. LAZARVS] Monaſterium S. Lazari condidit Leo Philoſophus, Monachis Eunuchis in eo inſtitutis; vbi corpora etiam S. Lazari & S. Mariæ Magdalenæ ex Cypro & Bithynia allata depoſuit, vt autor eſt Leo Grammaticus p. 480. & 481. & ex eo Codinus in Origin. p. 63. Haud procul a Palatio Conſtantinianæo illud ſtatuit idem Codinus p. 40. & 41. Pachymeres vero MS. l. 9. c. 16. iuxta Vrbis muros: μιᾶς δὲ τῆς κατὰ τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Λαζάρου πυλίδος ἀνοιχθείσης.

65 CHIRAMAS] Nihil ſuccurrit de hacce Æde.

66 ENEA] De qua diximus ſupra.

67 PETRVS ET PAVLVS] Vide Notata ad pag. 482. Alexiadis.

68 XL. MARTYRVM] De hac Æde fuſe egimus ad pag. 52. Alexiad.

69 ANASTASIS] Habuere Nouatiani hæretici 7. Eccleſias CP. quarum præcipua fuit in ea vrbis parte, quæ *Pelargi* dicebatur, quam Epiſcopi Conſtantinopolitani iuſſu Arriani funditus diruerunt. Nouatiani vero eius rudera Sycas transferentes, aliam ibi extruxerunt, & mortuo poſtmodum Conſtantio, a Iuliano facultatem impetrarunt reædificandi Eccleſiam in eodem loco, vbi ſteterat, eique Anaſtaſiæ nomen impoſuerunt. Ita Socrates l. 2. c. 30. Sozomenus l. 4. c. 19. & Nicephorus l. 9. c. 42. l. 10. c. 5. Vnde idem Socrates l. 7. c. 39. & Paulus Diac. l. 14. Hiſt. Miſc. Eccleſiam iſtam ad Pelargum, *Nouatianorum* vocant. Alia vero hic innuitur Anaſtaſis, ſeu Anaſtaſiæ nomine donata Ædes, illa nempe quæ ex paruulo Oratorio in magnum poſtea Templum ab Imperatoribus Byzantinis erecta eſt. Eius condendæ occaſionem narrant Socrates l. 5. c. 7. Sozomenus lib. 7. cap. 5. & Nicephorus l. 12. c. 7. Quippe aiunt occupatis CP. Eccleſiis ab Arrianis, quibus tunc præerat Demophilus Patriarcha, Arrianæ itidem factionis, Gregorium Nazianzenum CP. Catholicorum conuentum in domo quadam priuata egiſſe, quam ea tempeſtate Catholici in Oratorium mutarunt, cui Anaſtaſiæ, ſeu Sanctæ Anaſtaſiæ nomen inditum. Marcellinus Comes: *Gregorius Nazianzenus facundiſſimus Chriſti Sacerdos, & Hieronymi noſtri Præceptor, Eccleſia noſtra apud Byzantium capta ab Arrianis, plebem Catholicam in Beatæ Anaſtaſiæ Oratorio Catholica allocutione quotidie continuit.* Eadem habent Theophanes pag. 56. & Cedrenus pag. 315. ipſeque Gregorius Orat. de Somnio Anaſtaſiæ, & alia habita in Concilio CP. ſub finem. Nominis rationem varie ab Autoribus tradi comperio. Sozomenus & Nicephorus locis citatis Anaſtaſiam dictam ſcribunt, quod in ea quodammodo Gregorij concionibus Catholica fides, Arrianorum perfidia intermortua & collapſa, reuixerit, ἐνθάδε ἀνέστη καὶ ἀνεβίω διὰ Γρηγορείου λόγων. Aliam præterea attexunt appellationis iſtius cauſam iidem Scriptores, congregata nimirum ad concionem plebe, grauidam mulierem e ſublimi porticu delapſam eo in loco expiraſſe, moxque fuſis ab aſtantibus ad Deum precibus reuixiſſe: ὡς ἐπὶ παραδόξῳ τε θεόθεν συμβάντι, ταύτην ἔλαχε τὴν προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου ὁ τόπος. καὶ περὶ μὲν τούτου τοιοῦτος εἰσέτι νῦν φέρεται λόγος; verba ſunt Sozomeni. Vtramque nominis rationem attigit etiam Cedrenus: διὸ πῶς λέγεται ἡ ἐπωνυμία τοῦ τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας ναοῦ, Ἀνάστασις μὲν διὰ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας λόγον ἐν ταύτῃ ἀναστῆναι, Ἀναστασίαν δὲ, διὰ τὸ συμβὰν εἰς αὐτὴν θαυματούργημα, &c. Ex quibus patet non Anaſtaſiam dumtaxat dictam hanc Ædem, ſed & *Anaſtaſim*, vt appellatur a Bondelmontio. Permanſit eo ſtatu Oratorium Anaſtaſiæ, Ædes nempe paruula, ad tempora Leonis Magni, quo imperante S. Marcianus Preſbyter & Oeconomus eam in auguſtiorem formam propriis ſumptibus extruxit. Cedrenus, Μικροῦ δὲ ὄντος τοῦ εὐκτηρίου, ὕστερον ἐπὶ τοῦ ὁσίου Μαρκιανοῦ ἀνοικοδομηθῆναι καθὼς ὁρᾶται. Synaxaria ad 8. Ianuarij, de S. Marciano: ἐδείματο δὲ καὶ τὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τὸν ἐν τοῖς Δομνίνου Ἐμβόλοις, ὃν καὶ ἀπὸ τοῦ μεγάλου διέσωσεν ἐμπρησμοῦ, &c. Iis conſentit Codinus in Origin. pag. 45. Edit. Reg. Vt vero Ædem Anaſtaſiæ ab incendio ſeruauerit S. Marcianus, narrant Theodorus Lector Ecl. 1. pag. 182. & Theophanes p. 97. At Socrates l. 5. c. 7. non a Marciano, ſed ab Imperatoribus ipſis extructam refert: ᾧ ἐνὶ ὕστερον οἱ Βασιλεῖς μέγιστον οἶκον εὐκτήριον προσανάψαντες Ἀναστασίαν ὠνόμασαν. Sed & Sozomenus l. 7. c. 5. amplitudine & elegantia, necnon & crebris miraculis perinſignem fuiſſe teſtatur: Μετὰ δὲ ταῦτα περιφανὴς τῶν ἐν τῇ πόλει νεὼς γέγονεν, καὶ ἔστιν οὐ μόνον οἰκοδομημάτων κάλλει τε καὶ μεγέθει, ἀλλὰ καὶ ἐνεργειῶν θεοφανειῶν ὠφελείαις. Quinetiam tradit Photius Codice 59. in Pſeudoſynodo in ſuburbio Chalcedonis contra S. Ioannem Chryſoſt. coacta, obiectum fuiſſe eidem Ioanni, ὅτι τὰ μάρμαρα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, ἃ ὁ Νεκτάριος εἰς μαρμάρωσιν τῆς Ἐκκλησίας ἀπέθετο, οὗτος διέπρασε. Ex quibus colligitur iam ante Leonis tempora ſtructuræ elegantia conſpicuam extitiſſe. Vtcumque ſit, tum demum eo imperante Sirmio Cpolim tranſlatas Diuæ Anaſtaſiæ reliquias, & in Ædem eidem ſacram, quæ extabat in Domnini Porticibus illatas tradunt Theodorus Lector Ecl. 2. p. 191. Theoph. p. 95. Cedrenus p. 347. & Nicephor. l. 14. c. 10. Ἐπὶ Γενναδίου Πατριάρχου, μετηνέχθη ἀπὸ τοῦ Σιρμίου τὸ λείψανον τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας, καὶ κατετέθη ἐν τῷ Μαρτυρείῳ αὐτῆς, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Δομνίνου Ἐμβόλοις. Verum an Diuæ Anaſtaſiæ Martyri primum ſacra fuerit, antequam illius eo inferrentur reliquiæ, addubitari poteſt, etſi Sanctæ Anaſtaſiæ Ædem ante ea tempora appellent Marcellinus Comes, Theophanes, & Cedrenus in Valentiniano: nam *Sanctæ* appellatio indita videtur, quod in ſacrum templum immutata fuerit, aut quod ὀρθοδοξίαν a S. Gregorio inductam & reſuſcitatam ita indigitare voluerint Byzantini. Cum igitur primum Ἀνάστασις & Ἀναστασία ſimpliciter diceretur, addito etiam interdum ἁγίας epitheto, factum poſtea vt in Reſurrectionis Chriſti honorem dicatam primitus crederent, qua appellatione indigitabatur Hieroſolymitanum Templum. Id colligo ex Conſtantino Porphyrogenneta in Baſilio cap. 54. ſcribente Imperatorem hunc, ἐν τοῖς Δομνίνου λεγομένοις Ἐμβόλοις τὸν εἰς ὄνομα τῆς θείας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως, καὶ Ἀναστασίας τῆς Μάρτυρος περικαλλῆ ναὸν exornaſſe, illiuſque teſtudinem ex lignea lapideam feciſſe. Eadem verba habet Scylitzes. Ex prædictis conficitur Anaſtaſianam Ædem in ea vrbis Regione extitiſſe, vbi erant Porticus Domnini, e regione publici Balnei Dagiſtæi nuncupati, vt ait Cedrenus pag. 392. in Regione ſeptima, vt eſt in veteri Vrbis Deſcriptione. Porro Ædes illa Diuæ Anaſtaſiæ Martyri, quam Φαρμακολύτριαν vocant, quæque Martyrium paſſa eſt Valeriano imperante, ſacra fuit. Illius corpus etiamnum Conſtantinopoli aſſeruari in Eccleſia Patriarchali Græcorum Autor eſt R. P. Pacificus in Itinerario CP. pag. 38. Huius feſtum agunt Græci 29. Latini 28. Octob.

Vide Menolog. Sirleti 12. Octob. & Baron. ad 25. Decemb.

70 PERIVLEPTOS] Vide Notas ad Alexiadis pag. 70.

71 S. IOANNES DE STVDIO] Vide Tractat. de Capite S. Ioannis Bapt. cap. 7. N. 9. & Gill. lib. 4. cap. 9.

72 S. ANDREAS] Hanc Ædem extruxit Arcadia Theodosij Iunioris soror, a qua Arcadiæ dicta, vt est in Chronico Alexandr. p. 711. Extitit illa iuxta Templum Sancti Mocij, cumque fere collapsa esset, hanc refecit Basilius Macedo, vti tradunt Constantinus in Basilio cap. 54. & Scylitzes p. 587. Renouauit iterum Theodora Michaelis Palæologi Imp. e sorore Eulogia neptis, vt est apud Gregoram l. 5 & 6. p. 119. & 128. qui Monasterium fœminarum fuisse ait.

73 PROPTER COPIAM PISCIVM] Busbequius: *E media C P. iucundissimus est in mare, albentemque perpetuis niuibus Olympum Asiæ prospectus. Mare piscibus omni ex parte refertissimum, modo demittentibus se ex Mæotide Pontoque per Bosphorum & Propontidem in mare Ægeum Mediterraneumque, modo ex illo subeuntibus in ipsum Pontum, sicuti natura fert piscium, tantis agminibus, tamque densis, vt interdum etiam manibus capiantur. Itaque frequentissima est Scombrorum, Pelamydum, Capitonum, Synodontum, Xiphiorum iis locis piscatio, in qua se præcipue exercent Græci, magis quam Turcæ: tametsi nec isti positos in mensa pisces aspernantur, &c.*

74 PERA] De Pera, copiose egimus in Historia Gallo-Byzantina l. 5. N. 32. & in Not. ad Villhard. N. 83.

INDICES ALIQVOT GENEALOGICI

AD HISTORIÆ COMNENICÆ PLENIOREM NOTITIAM.

Stemmata ipſa fuſiora damus in Familiis Orientalibus.

STEMMA DVCARVM.

N. DVCAS, Pantherius forte, cuius meminit Zonaras.

- Andronicus Ducas floruit ſub Michaele Theophili F. C. A. 841.
  - Andronicus Ducas miſſus a Leone Philoſopho Imp. contra Arabes.
    - Conſtantinus Ducas Tyrannidem affectans cæſus eſt in Hippodromo, Conſtantino Porph. imperante. Vxor N. Gregoræ Iberitzæ Magiſtri F.
      - Gregoras Ducas cæſus cum patre.
      - Stephanus Ducas poſt patris cædem Eunuchus factus.
      - Nicolaus Ducas periit in conflictu contra Bulgaros, Porphyrogenito imperante.
  - N. Ducas.
    - Michael Ducas cæſus cum Conſtantino patruele.

Andronicus Ducas Patricius, cognomento Lydius, Bardæ rebellionem amplexus C. A. 976. paulo poſt moritur. *De Andronici parente non omnino conſtat.*

- Conſtantinus Ducas Imperium adeptus A. 1059. 25. Nou. Obiit menſe Maio A. 1067. Vxor, Eudocia Conſtantini Dalaſſeni F.
  - Michael Ducas cogn. Parapinacius Imperator. Vxor, Maria Iberorum Regis F.
    - Conſtantinus Ducas Porphyrogenneta, cui pacta primum in vxorem Helena Roberti Guiſcardi F. deinde Anna Comnena Alexij Imp. F.
  - Andronicus Ducas.
  - Conſtantinus Ducas. Porphyrogenitus.
  - Anna Ducæna. Theodora Ducæna.
  - Zoe Ducæna Adriani Comneni vxor.
- Chriſtophorus Ducas.
- Bardas Ducas cogn. Mongus, Magnus bello Dux ſub Baſilio Imp.
- Ioannes Ducas, Conſtantini Imp. frater, a quo Cæſar dictus eſt. Vxor, Maria, nobilis Bulgara.
  - Andronicus Ducas Proedrus Diogenem Romanum Imp. dolo cepit & excæcauit. Vx. Samuelis Bulgariæ Regis ex Troianno F. neptis.
    - Michael Ducas Protoſtrator.
    - Ioannes Ducas Magnus Dux.
    - Irene Ducæna Alexij Imp. vxor.
    - Anna Ducæna Georgij Palæologi vxor.
    - Theodora Ducæna Monacha.
  - Conſtantinus Ducas Proedrus & Protoſtrator.

STEMMATIS COMNENICI
INDEX PRIMVS.

N. COMNENVS e Paphlagonia oriundus.

- Manuel Comnenus cogn. Eroticus, M. Domesticus Orientis sub Basilio.
- Nicephorus Comnenus Protospatharius, Aspracaniæ Præfectus a Basilio.

Children of Manuel:

- Isaacius Comnenus Imperator factus 1. Sept. A. 1057. Vxor Ecatherina Samuelis Bulgariæ Regis F.
  - Manuel Comnenus. Maria Comnena.
- Ioannes Comnenus Curopalata, deinde M. Domesticus ab Isaacio fratre dictus. Vxor, Anna Alexij Charonis Italiæ Præfecti filia, ex Dalassenis.
- N. Comnena Michealis Doceani Protospatharij vxor.
  - Theodorus Doceanus.

Children of Ioannes:

- Manuel Comnenus Protostrator & Curopalata.
  - N. Comnena nupta Botaniatæ affini.
- Isaacus Comnenus Sebastocrator. Vx. Irene Alaniæ Principis F.
- Alexius Comnenus Imperator. Vx. Irene Ducæna.
- Adrianus Comnenus Protosebastus & M. Domesticus. Vx. Zoe Ducæna.
- Nicephorus Comnenus Sebastus & M. Drungarius.
  - N. Comnena vxor Gregorij Pacuriani.
- Maria Comnena vx. Michaelis Taronitæ. Eudocia vxor Nicephori Melisseni Cæsaris. Theodora nupta Leoni Diogeni.

Children of Isaacus:

- Ioannes Comnenus Dux Dirrhachij.
- Alexius Comnenus Dux itidem Dyrrhachij.
- Constantinus Dux Berrhœæ.
- N. Comnena pacta Gregorio Gabræ.

Children of Alexius:

- Ioannnes Comnenus Imperator. Ob. Anno 1143. Vx. Irene, Ladislai Hungariæ Reg. F.
- Andronicus Comnenus Sebastocrator.
- Isaacius Comnenus V. Indic. 11.
- Anna Comnena nupta Niceph. Bryennio Cæsari. Maria nupta Nicephoro Catacaloni. Eudocia vxor Constantini Iasitæ. Theodora nupta Constantino Angelo.

Children of Ioannes:

- Alexius Comnenus Imp. a patre dictus eo superstite ob.
  - N. Comnena Alexio Axucho nupta.
- Andronicus Comnenus Sebastocrator. Vx. Irene.
- Isaacius Comnenus Sebastorator.
  - Theodora vxor Balduini III. Reg. Hieros. Maria vxor Stephani Hungari. N. vxor Constantini Macroducæ. N. mater Isaacij Comneni Cypri Imp. Eudocia nupta Vvillelmo Montispessulani Domino.
- Manuel Comnenus Imperator. I. vxor, Irene Alemanna. II. vxor, Maria Antiochena.
- Maria Comnena nupsit Ioanni Rogerio Cæsari. N. Comnena vxor Stephani Contostephani. N. Comnena nupta Theodoro Vatatzæ.

Children of Andronicus:

- Ioannes Comnenus Protosebastus.
  - Alexius Comnenus. Vx. Irene, M. Domestici filia.
  - Maria Comnena nupta Almarico R. Hierosol.
  - N. N. Aliæ filiæ.
- Alexius Comnenus Protosebastus & Protouestiarius.
  - Stephanus Comnenus M. Drungarius. Vx. Eudocia, M. Domestici filia.
- Maria nupsit 1. Theodoro Dasiotæ. 2. Ioanni Cantacuzeno. Theodora. Eudocia bis nupta.

Children of Manuel:

- 1 Maria Comnena vxor Rainerij Monferratensis.
- N. filia infans extincta.
- 2 Alexius Comnenus Imperator. Vxor, Agnes de Francia.
- *Alexius Comnenus Sebastocrator, nothus.*

STEMMATIS COMNENICI INDEX ALTER.

ALEXIVS COMNENVS Imperator.

Ioannes Comnenus Imperator. Isaacius Comnenus Cæsar & Sebastocrator.

Ioannes Comnenus vxorem duxit Cameronem Masuthi Iconiensis Sultani F. | Andronicus Comnenus Imperator. 1. vx. N.... 2. vx. Philippa Antiochena. 3. vx. Agnes de Francia. | N. Comnenus.

Isaacius Comnenus qui Isaaco Angelo imperante Tyrannidem affectauit.

Ertrucules, Ioannis filius, vt quibusdam placet. | 1 Manuel Comnenus Sebastocrator. | 1 Ioannes Comnenus natus C. An. 1156. ob. A. 1186. | 1 Maria Comnena. | *Alexius Comnenus nothus.* | *Irene Comnena notha, Alexio Comneno Manuelis Imp. notho nupta.*

Othman, a quo cæteri Turcorum Sultani. | Alexius Comnenus cogn. Magnus Colchidis & Trapezuntis Princeps. | Dauid Comnenus Paphlagoniæ Princeps.

N. Comnenus Trapezuntinus Princeps.

N. Comnenus Trapezuntinus Princeps.

Ioannes Comnenus primus Imperatorium titulum vsurpauit, Michaele Comneno imperante. Ob. circa A. 1295. Vx. Eudocia eiusdem Michaelis F.

Alexius Comnenus Imperator Trapezuntinus, natus A. 1282. bellum gessit cum Genuensibus A. 1303. Vxorem duxit nobilem Iberam. | N. Comnenus post patris excessum cum matre Constantinopolim profectus.

Basilius Comnenus Imperator Trapezuntinus 1320. & 1329. Vx. Eudocia Andronici Palæologi Iunioris Imp. F. notha.

Basilius Comnenus, cognomento Iunior, Imperator Trapezunt. ob. A. 1339. Vxor, Irene eiusdem Andronici ex Anna Sabauda F.

N. Comnenus Imperator Trapezuntinus. | N. Comnenus. | N. N. *Basilij ex Irene concubina filij nothi.*

Georgius Comnenus Protouestiarius.

Alexius Comnenus Imperator Trapezuntinus a Ioanne filio neci datus. | Eudocia Comnena nupsit 1. Zetini Turco Satrapæ, 2. Ioanni Palæologo Imp. Constantinopolitano.

Ioannes Comnenus Imperator Trapezuntinus. | Alexander Comnenus Imp. Trapez. | Dauid Comnenus Imp. Trapezuntinus. Vxor, Helena Cantacuzena. | Maria Comnena nupta Ioanni Palæologo Imp. | N. Comnena Carailuco Persoturcarum Principi nupta. N. Georgij Seruiæ Despotæ vxor.

N. Comnenus.

Alexius Comnenus. | Ecatherina nupta Vsumchasani. | Septem filij occisi a Mahumeto. | Georgius Comnenus. | Anna Zagano nupta.

FAMILIÆ BRYENNIANÆ
INDEX GENEALOGICVS.

NICEPHORVS BRYENNIVS Nobilis Adrianopolitanus, Ethnarcha, Cappadociæ Præfectus, An. 1057. Imperator acclamatus a militibus.

N. Bryennius Curopalata. Scythas pluries debellauit. Vxorem duxit Annam, Curopalatissam vulgo nuncupatam.

Nicephorus Bryennius Bulgariæ & Dyrrachij Dux, Magister & Proedrus, dum Imperium ambit, capitur & oculis priuatur A. 1078.

Ioannes Bryennius Magister, Curopalata, & Magnus Domesticus a fratre dictus, a Varangis occisus.

Nicephorus Bryennius Patricius, captus in eodem quo parens prælio, oculis perinde priuatur.

N. Bryennius, cui vxor datur a Patre N. Tarchaniotæ soror.

Nicephorus Bryennius Cæsar & Panhypersebastus ab Alexio renuntiatus, eiusdem Alexij filiam Annam vxorem duxit.

N. Bryennia nupsit Mariano Maurocatacaloni.

Alexius, Comnenus propter maternam originem dictus, Magnus Dux, seu Classis Præfectus A. 1154. Vxor, N. Abasgiæ Principis F.

Andronicus Comnenus Thessalonicæ Præfectus, dum Imperium ambit, excæcatur ab Isaacio Angelo Imp. C. A. 1189.

N. Comnenus perinde ac pater luminibus orbatur.

De cæteris Bryenniis fusius agimus in Stemmate Comnenico, in Annæ Cæsarissæ, Alexij Imp. F. Elogio.

STEMMA DVCVM APVLIÆ ET REGVM SICILIÆ EX FAMILIA NORMANNICA.

TANCREDVS de Altauilla Nobilis Normannus vixit ſub Ricardo II. Normanniæ Duce.
1. Vxor. N. 2. Ermeſendis.

1 Vvillelmus, cogn. Ferrea brachia, Comes Apuliæ, obiit A. 1045.
1 Drogo Comes Apuliæ poſt fratrem, ob. A. 1050.
1 Humfridus Comes Lauelli, deinde Apuliæ poſt fratrem.
1 Gaufredus Comes Capitanatæ.
1 Serlo in Normannia manſit.
2 Robertus Guiſcardus Dux Apul. ob. A. 1085. 1. Vx. Alberada. 2. Sigelgaita. *V. Notas ad Annam.*
2 Vvillelmus Comes Principatus A. 1066. *V. Notas ad Annæ pag.* 388.
2 Maugerus Comes Capitanatæ. Alberedus. Hermannus. Humbertus. Rogerius Comes Siciliæ. *V. Ind.* II.
N. vxor Comitis Conuerſani.
N. vxor Ricardi Principis Capuæ. N. mater Roberti Criſpini.
N vxor Comitis Boni-Marchiſi.

Serlo cæſus in Sicilia A. 1070.

Ricardus Seneſcallus Apuliæ. Vx. Albenda. al. Altruda.
Gertrudis vxor Arduini Nobilis Mediolanenſis, cuius meminit Scylitzes.
Rocca.
Robertus. *Vide Notas ad Alexiad. pag.* 399.
Alexander.

Abagelardus. Humfredus. Valdela vx. Ioan. Grifei. Humfredus Abagelardi frater vterinus.

Robertus Comes Loritelli. *Vide Notas ad Cinnamum.*
Gaufridus de Altauilla.
Vvillelmus de Altauilla 1098.
Robertus Comes Auerſæ.
Gaufridus de Altauilla 1129.
Radulfus de Altauilla Magnus Conneſtabulus ſub Rogerio Rege.
Henricus.

Robertus Comes Principatus.
Richardus de Principatu A. 1096.
Ranulfus. Tancredus.
Villelmus C. Principatus. *Vide Notas pag.* 394.

Gaufridus Comes Conuerſani 1067. 1100.
Vvillelmus Comes Conuerſani.
Sybilla vxor Vvillelmi Ducis Normanniæ.

Tancredus Princeps Antioch.
Vvillelmus. N. vxor Ricardi de Principatu, mater Rogerij Princip. Antioch.
Rogerius Princeps Antiochenus. Vxor N. ſoror Balduini II. Regis Hieroſ.
Stephania Abbatiſſa S. Mariæ Majoris Hieroſ.

1 Boemundus Princeps Antiochiæ. obiit A. 1111. Vx. Conſtantia Philippi Reg. Franc. F.
2 Rogerus Dux Apuliæ ob. 27. April. A. 1111. Vxor, Adela Roberti Friſij Comitis Flandriæ F.
2 Robertus.
2 Guido ob. A. 1107.
2 Helena deſponſata Conſtantino Ducæ Porphyrogenito.
2 Mathildis nupſit 1. Raymundo-Berengarij Comiti Barcinonenſi. 2. Aimerico Vicecomiti Narbonenſi.
2 Sibylla vxor Ebali Comitis Ruciaci.
2 N. nupta Hugoni Comiti Cenomanenſi.
2 Mabilia nupta Vvillelmo de Grentemeſnil.

Ioannes obiit infans.
Boemundus Princeps Antiochenus obiit A. 1148. Vx. Aleidis Bald. II. Reg. Hier. F.

Vvillelmus Dux Apuliæ obiit A. 1126.
Ludouicus obiit A. 1125.
Vvillelmus nothus, Autor Familiæ Geſualdæ, vt quibuſdam placet.

Vvillelmus de Grentemeſnil.
Robertus de Grentemeſnil.

Conſtantia Principiſſa Antiochena nupſit 1. Raymundo F. Vvillelmi IX. Ducis Aquitaniæ. 2. Raynaldo de Caſtellione.

1 Boemundus Princeps Antiochenus.
1 Balduinus ob. A. 1174.
1 Philippa nupſit 1. Andronico Comneno Imp. 2 Humfredo de Toron.
1 Maria vxor Manuelis Comneni Imp.
2 Agnes nupſit Belæ Hungariæ Regi.
2 Alix nupta Marchioni Eſtenſi.

STEMMATIS SICVLI
PARS ALTERA.

TANCREDVS de Altauilla. 1. vx. N. 2. vx. Fredesendis.

1 Vvillelmus cogn. Ferrea brachia.
1 Drogo, &c.
2 Robertus Guiscardus.
2 Rogerius vltimus filiorum Tancredi ex secunda vxore, Comes Siciliæ, obiit A. 1101. 1. vx. Iudith, quæ & Delicia. 2. Eremburgis. 3. Adelais de Monteferrato.

1 Gaufridus obiit ex lepra.
1 Mathildis nupsit Raimundo Comiti S. Ægidij.
1 Emma nupta Roberto III. Com. Aruerniæ.
1 Busilla vxor Calamani Regis Hungariæ.
1 Constantia, aliis Iola, vxor Conradi Regis Italiæ.
1 N. vxor Hugonis de Gersay.
2 Simon obiit infans.
2 Rogerius Rex Siciliæ ob. A. 1154 1 vxor, N. filia Petri Leonis. 2. Airolda filia Comitis Marsorum. 3. Alberia filia Alfonsi Regis Castiliæ 4. Sibylla filia Hugonis Duc Burgundiæ 5. Beatrix filia Guiteri Comitis Regitestensis.
2 N. vxor Roberti Burgundi.
2 Mathildis nupsit Rannulfo Comiti Auelini.
- Robertus Comes Auelini.
  - Rainaldus Com. Auelini. Vx. Fredesendis.
  - Robertus.
  - Drogo.
- Adelais vxor Gaufridi de Aquila Comitis Fundani.
2 N. vxor Roberti de Bassauilla.
- Robertus de Bassauilla Comes Loritelli.
  - Rogerius Comes Auelini, pater alterius Rogerij Comitis, cuius meminit Falcandus.
2 Iordanus nothus ob. 1092. Vx. N. soror Adelaidis Comitissæ.

Children of Rogerius Rex Siciliæ:

3 Rogerius Dux Apuliæ ob. A. 1149. Vxor, seu vt alij volunt, concubina, Comitissa Licij.
- Tancredus Rex Siciliæ ob. A. 1195. Vxor, Sibylla soror Comitis Cirnensis.
  - Rogerius Rex Siciliæ a patre coronatus ob. illo superstite. Vx. Irene filia Isaaci Imperatoris CP.
  - Vvillelmus Rex Siciliæ a matre coronatus, captus ab Henrico Imp. & in carcerem coniectus moritur absque liberis.
  - Alberia nupsit 1. Galtero Comiti Briennensi. 2. Iacobo Comiti Tricarici. 3. Tigrino Comiti Palatino.
    - 1 Galterus Comes Briennensis & Ioppensis.
    - 2 Simon Comes Tricarici.
    - 2 Adeletta.
  - Constantia nupta Petro Zano Duci Venetiæ.
  - Madonia.
- Vvillelmus obiit Anno ætat. 20.

3 Alfonsus Princeps Capuæ obit patre superstite ἄπαις.
3 Tancredus Princeps Barensis ob. absque liberis.
3 Henricus.
3 Vvillelmus Rex Siciliæ obit M. Maio, A. 1166. Vxor, Margareta filia Garciæ Regis Nauarræ.
- Rogerius Dux Apuliæ. Vxor, Elizabeth filia Theobaldi Comitis Campaniæ.
- Vvillelmus II. Rex Siciliæ ob. A. 1189. Vx. Ioanna F. Henrici II. Regis Angliæ.
- Henricus Princeps Capuæ ἄπαις.
- Robertus ἄπαις.

3 N. vxor Adami Comitis Grauinæ.
3 Constantia nupta Henrico Imperatori.
- Fredericus II. Imperator Rex Siciliæ.

Simon Princeps Tarenti nothus.
Clementia notha nupsit 1. Hugoni Mellino Comiti Molesini. 2. Mathæo Bonello.
N. notha nupta Henrico, seu Roderico Comiti Montiscaueosi Margaretæ Reginæ Siciliæ fratri.

STEMMA
TVRCICORVM SVLTANORVM.

DEGACVS Nobilis Turcus, vir animo præcellens.

Salgeucus, Aithono, Sadoc, Tyrio Seluc, a Turcorum Rege deficit. Moritur annos natus 107.

Michael cum Muchamudo Sultano militare abnuisset, ab illo in carcerem coniectus est. Inde cæteri Turci rebellandi captata occasione complura in Chorosana oppida expugnant.

N. frater Michaelis.

Cutlumus, a quo Sultani Iconienses orti. *V. Ind. seq.*

Abutalib Mahomet, cogn. Tegralbec, Græcis Scriptoribus Tangrolipex, Aithono Dogrissa dictus, deleto Masgudo Sultano, M. Sultanus acclamatur An. Chr. 1057. Moritur 1063.

Dauid.

Siruses, idem forte qui Aspam Scylitzæ pag. 473. vbi Tangrolipecis frater dicitur.

Ibrahim cum in fratrem rebellasset, ab eo superatus, neci datus est An. 1058. *V. Not. ad Bryenn.*

Chediga Caimbemrillæ Bagdatensis Caliphæ vxor.

Guedadoldulus Alba Arselanus, Tyrio Belfet & Belsetof, Aithono Aspasalem, Græcis Asan & Axan, Turcorum Sultanus, Romanum Diogenem Imp. delet capitque. Interficitur An. 1071.

Marubilus dum Sultaniciam dignitatem post fratris necem occupare nititur, a Malcosa nepote deletur & capitur Anno 1073.

Asan ἀδελφόπαις Tangrolipecis Scylitzæ p. 770. 771. 774. periit in prælio.

Darsianus, aliis Cassianus, & Asan, Antiochiæ Sultanus, Tyrio nepos Belsetof dictus.

Sansedonias. Buldagis. N. filia.

Gelaloldulus Mascosas, seu Melecsihai, Aithono Meleēta, seu Molecsa, M. Turcorum Sultanus moritur An. 1097. ætat. 37. Tapares Annæ dicitur. *V. Notas.*

Nisus in fratrem arma mouet An. 1084.

Tageoldulus Nisus Damascum exacto Isaco inuadit, dumque Sultaniciam ambit dignitatem post fratris excessum, a Belciaroco nepote interficitur An. 1097. Tutuses dicitur Annæ. *V. Notas.*

Muhamed seu Mechemud annos natus 5. Sultanus inauguratur, rerum potiente Berchana matre. A fratre Belciaroco pellitur.

Belciarocus, Annæ Purgiaruch, pulso Mechemud fratre, Sultanatum inuadit. Moritur Anno 1104. ætat. 34.

Mahometus Guiatoldinus Belciarocum delet, & Sultanus proclamatur. Moritur A. 1117.

Sanger, seu Sangiar, Muhamedi frater.

Redouan, cogn. Phacherolmelic, Aleppi Sultanus moritur A. 1113. Ginaholdes diciiur Fulcherio l. 2. c. 1. patris nomine.

Sansolmalucus Decacus Damascum fratri eripit A. 1095. Emesam capit An. 1102. Moritur An. 1103. *V. Not. ad Ann. p. 329.*

N. filia nupta nobili Arabi. *Anna p. 178. V. Not.*

Gelaloldulus Ann. 14. natus, patre extincto, Sultanus acclamatur: nec multo post a Mahumeto in ordinem redigitur.

Ismael. *Anna p. 324.*

Mechamud patri in Sultanatu sufficitur.

Tageoldulus Aleppi Sultanus, cogn. Acharsis, seu Aharasis interficitur An. 1114.


Sultan-Sa Aleppi post fratrem Sultanus, A. 1114.

N. filia nupta Balado Aleppi Sultano. *V. Orderic. Vital. p. 825. 826. 827.*

STEMMA
SVLTANORVM ICONIENSIVM.

SALGEVCVS, de quo in Stemmate Sultanorum Turcicorum.

- Michael.
  - Tegralbecus Turcorum Sultanus.
- N. Michaelis frater.
  - Cutlumus, El-Macino Ptolomæus. *V. Not. ad Bryenn. l. 3. N. 6.*
    - Solyman Nicææ Sultanus, Antiochiam intercipit. A Tageoldulo Damasci Sultano interficitur An. 1085.
      - Cliziasthlan Solymanni filius primogenitus, Nicææ primum, deinde Lycaoniæ, Cappadociæ seu Iconij Sultanus.
        - Cliziasthlan II. Sultanus Iconiensis, cogn. Saïsan, a fratre Masuto interficitur. *V. Annam.*
        - Masutus cæso fratre Sultanus factus Ioanni & Manueli Impp. bellum infert.
          - Cliziasthlan III. Sultanus Iconiensis, fratrum toparchiis, cæsis illis, potitur. Manuelem Imp. delet A. 1176. Moritur 70. maior. Huic vxor Christiana.
            - Caichosroes, Acropolitæ Iathatines, Lycaoniæ & Pamphyliæ Sultanus Fredericum I. Imp. delet A. 1190. Iconio pulsus a Rucratino fratre CP. venit, posthæc restitutus a Theodoro Lascari Imp. in prælio occiditur C. A. 1210.
              - Melec. Cutepez. Incertum vter horum, nisi vnus idemque sit, quod reor, patri successerit. Mortuum Sultanum Iconiensem A. 1219. Tradunt Iacobus de Vitriaco & Vincentius Beluac. Saladini filiam in vxorem habuisse testantur alij.
                - N. N. filij duo ex Caliphæ sorore nati.
                - Gaiazadinus, Pachymeri Laphatinus, Acropolitæ Lathatinus, a patre moriente Iconiensi donatur Principatu. Tartari illo imperante Asiam inuadunt, Sultanum ipsum delent, fugantque A. 1142. 1143. Moritur Attaliæ A. 1245.
                  - Raconadius patri succedit, cum Tartaris fœdus init.
                  - Azadinus, Gregoræ Azatines, cum ad Græcos profugisset, ab iis detentus, Turcorum ope elabitur, moxque moritur.
                    - Melecus vna cum parente e Thracia elapsus, eoque extincto, Iconium adeptus a rebellantibus Turcis occiditur. Post illius cædem enatæ complures in Asia tyrannides, quarum altera Othomannicæ initium & originem dedit.
                  - Aladinus ex Regina Georgiæ natus.
            - Masut Sultanus Amasεæ, Dorylæi & regionum Ponti.
            - Coppatinus Sultanus Melitenes, quo extincto, Rucratinus frater Melitenem occupat.
            - Rucratinus Sultanus Aminsi, Caichosroe fratre in ordinem redacto, Iconiensem Principatum inuadit. C. A. 1200. Moritur C. A. 1204.
          - Sanisan Gangræ & Ancyræ Dominus.
          - N. filia nupta Iacupazani Amasiæ, Ancyræ, & Cappadociæ toparchæ.
          - N. filia nupta Daduni Domino Cæsareæ & Sebasteæ.
          - Camero nupta Ioanni Comneno Andronici Imp. filio. *V. Stemma Comnen.*
      - Solymannus Iunior Nicææ Sultanus, quo regnante Nicæam Galli expugnant. Vx. N. filia Tzachæ.
        - Marciban duello a Boemundo superatur. *Orderic.*
        - N. alter filius.
      - Dalimannus Solymanni frater Orderico p. 797.
        - Melas vxor Rogerij Principis Antiocheni.
      - N. filia nupta Tzachæ Smyrnæ, &c. Toparchæ. *Anna p. 251.*
        - Tzacha Smyrnæ Dom. *Anna pag. 321.*
    - Masour.
    - N. N. N. filij tres.



CAROLI DV FRESNE
AMBIANI,
DOMINI DV CANGE,
QVÆSTORIS FRANCIÆ;
IN
NICEPHORI BRYENNII
CÆSARIS
COMMENTARIOS
NOTÆ HISTORICÆ
ET PHILOLOGICÆ.

N. 5. OΤῆς Βασιλείας δίκαιος] Etſi nobilitas generis, rerumque præclare geſtarum gloria, & animi corporiſve dotes, vt plurimum, apud Byzantinos, ad ſupremam adipiſcendam dignitatem gradum videantur feciſſe: ſæpe tamen legere eſt mediocris, vel etiam infimæ ſortis homines, & fortunæ, vt ita dicam, fœtus, poſthabitis non paucis, quibus ex iure debebatur, ad id faſtigij non ſemel euectos. Et ſane non admodum procliue eſt decernere, cui Reipublicæ adminiſtrandæ, ſeu Monarchiæ potius ſpeciei, tribuendus ſit Orientalis Principatus. Neque enim electione vel ſucceſſione, ex Legibus, aut recepto more fere vnquam delatus fuit, imo ex vtraque imperandi ratione conſtitit, legitima nimirum, & quæ hæreditaria ſucceſſione cernitur Monarchia, & quæ populi, vel optimatum conſenſu ex ſuffragiis defertur. Erunt fortaſſe qui feliciori coniectura harum neutri cenſeant adſcribendum: quod certe magis probem: cum fere ſemper, aut militari plauſu, aut incondito plebis tumultu, nulla habita generis, vel legitimæ electionis ratione, potentioribus delatus, aut ab iis vſurpatus tradatur. Verum cum ad conſequendum Imperatorium Diadema non modicum præſtiterit præſidium natalium ſplendor, id etiam in confeſſo eſſe debet, ad familiæ & poſteris illud

asserendum, plurimum momenti ipsam Imperij contulisse possessionem. quamuis enim ex præscripto, liberis, posterisque, nullum esset ad paternam, auitam, aut familiarem dignitatem consequendam ius definitum, haud temere tamen discedebatur a stirpe Augusta: quam præterea, cum cæteroquin, fato functis Imperatoribus, vniuersa penes illam remaneret supremæ dominationis autoritas, a possidentium manibus auellere nec promptum, nec tutum erat. Sic imperasse diu Constantinopoli & Trapezunte, per longam satis generis seriem, Comnenos legimus, quorum gens præclara adeo & illustris habita est, vt qui deinceps Constantinopoli Imperij clauum tenuerunt Augusti, Comnenicum identidem cognomen sibi arrogarint, familiæque suæ admiscuerint cognominibus, quo iura ad Imperium ex vsurpatione, aliundeve sibi quæsita, veluti ex Comnenicæ familiæ, cuius ex diutina possessione esse videbatur, legitima successione firmarent. Cum igitur Constantinopolitanum Imperium neque ex consanguinitate, neque electione, sed ex quodam ex vtraque mixto iure deferretur, magni tamen fuisse constat momenti ad illud consequendum, aut sane ad vsurpationem legitimæ successionis velo obtegendam, paternam & familiarem hæreditatem. Huius certe specie & iure Alexium socerum a violenta Sceptri occupatione purgare conatur hocce loco Bryennius, dum contendit, illud capessere renuentibus Ducis, aut abrogata iis a Proceribus potestate, ad Comnenos hæreditatem veluti legitimam delabi debuisse. Verum si ad Comnenos deuolutum fuit Imperium, quod ortus ex ea gente Isaacius id tenuerit, secundogenitus Alexius primogenito Isaacio Sebastocratori fratri præferri non debuit: si ex Ducarum affinitate, supererant quibus iustiori longe titulo debebatur, iique Porphyrogeniti seu Porphyrogennetæ, id est, post adeptam a parentibus dignitatem nati, quibus ex iure deberi videbatur. Id vt diluat Bryennius, opponit primogeniti Isaacij fratris consensum, & a Constantino Michaelis Ducæ Imperatoris fratre recusatum, Constantino denique, Michaelis filio, ex ætatis defectu abrogatum Imperium. Sed hæc mera esse figmenta quis non videt, cum Alexium constet Imperium arte, & in suas allectis partes Proceribus & militibus consecutum, & ad illud firmandum, tum demum eiusmodi in medium post adeptam dignitatem adductas rationes. Contrariis & oppositis prorsus vsus videtur Alexius Angelus, qui cum Isaacio fratri per summum nefas eripuisset Imperium, quo scelestam quoquomodo tegeret vsurpationem, hac se vnica defendit ratione: illud nempe per electionem a Proceribus solitam deferri, non per successionem, nisi superesset, qui post adeptam dignitatem esset in lucem editus. Ita pro libitu quas sibi magis rebantur profuturas, tamquam arreptæ tyrannidis velamenta, in medium afferebant rationes, quas præterea rerum præteritarum exemplis firmare haud ægre poterant, cum nullum vnquam ad consequendam Imperatoriam dignitatem certum fuerit ius definitum. De Alexio Angelo audiendus Innocentius III. PP. lib. v. Epist. ad eumdem Alexium. *Ex parte insuper tuæ celsitudinis adiecerunt, quod Alexio filio Isachij Angeli quondam Imperatoris, qui ad Philippum Ducem Sueuiæ accessit, vt Imperium contra te ipsius possit auxilio obtinere, fauorem nullatenus præstaremus, quia Imperium non debet ad eum aliqua ratione deuolui, cum illud non per successionem, sed per electionem nobilium conferatur: nisi forte genitus esset post adeptum fastigium Imperatoriæ dignitatis, quod nunquam idem Alexius poterat allegare, cum priusquam pater eius esset in Imperatorem promotus, natus fuerit: & quia pater eius tunc priuata erat persona, in Imperio non poterat sibi ius aliquod vindicare.* Cum igitur per nefandas artes, per cædes & parricidia, & cuiuslibet

generis maleficia, ad istud proueherentur culmen Orientales Augusti, quid mirum si Deus non supremam modo Imperatoriæ dignitatis authoritatem & titulum transtulit ad Occidentales, sed & vniuersum, quod sceleribus quærebatur & administrabatur Imperium, mutuis inuicem dissidiis, & barbararum gentium irruptionibus labefactari, ac tandem dissolui permisit. Glaber Radulfus lib. 1. Hist. Franc. cap. 4. *Constat igitur ab anterioribus illud principale totius orbis Imperium fuisse diuisum, scilicet vt quemadmodum vniuersæ Latinitatis Roma gerere deberet principatum, ita Constantinopolis tam Græcorum speciale caput in transmarinis Orientis partibus, quam cæterorum. Sed dum semel in se nouit dispertiri, postmodum paulatim pars vtraque vsitatius didicit minui: videlicet donec contingeret illud coartari præliis, vt foret breuius, & istud appeteret moderari extraneus. Et quoniam magis contingebat tyrannide imperare, quam vel liberali pietate, vel originali propagine, idcirco par erat talium contumaciam cum sibi subditis, crebris infestationum plagis atterere.*

N. 9. Ἐξάδελφος ὢν] Fuit igitur Ducæ istius parens, quem a Constantino M. Vrbis Ducem dictum vult Bryennius, Constantij Chlori frater. Verum id neque fidem meretur, cum de fictitio illo Duca, vt & de istiusmodi dignitate sileant prorsus Scriptores. Vix enim crediderim quemquam sub Constantino, vel etiam Constantini successoribus, hac functum dignitate, nisi forte Thraciæ Duces intelligantur, qui ea in Prouincia, cuius Metropolis erat Byzantium, militibus præerant. Autor est quippe Zozimus lib. 2. Constantini æuo in vniuerso Imperio præfuisse Duces, quorum potestatem in Magistros militum traduxit idem Augustus, hac in parte Præfectorum Prætorio detrahens authoritati, penes quos antea bellicæ rei summa erat. Ἐφεστώτων γὰρ τοῖς ἁπανταχοῦ στρατιώταις, οὐ μόνον ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων Δουκῶν, οἱ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχον· στρατηλάτας καταστήσας, τὸν μὲν, τοῦ ἵππου, τὸν δὲ τῶν πεζῶν, εἰς τούτους τε τὴν ἐξουσίαν τοῦ τάττειν στρατιώτας καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας μεταθεὶς, παρείλετο καὶ ταύτης τοὺς ὑπάρχους τῆς αὐθεντίας. Porro Thraciæ Prouinciam sub Constantino M. rexisse Taurum Procos. autor est Constantinus Porph. lib. 2. de Them. cap. 1. Denique Constantinopolim Præfectis, non Ducibus paruisse ex Scriptoribus colligitur. Certe Scylitzes in Michaele Stratiotico Ducarum familiam ἐκ τοῦ γένους τῶν ἐώων τοῦ Δουκός videtur ortam innuere, atque inde natum Ducarum cognomen. Sed an Ducæ qui Bryennij supererant tempestate, ab antiquis illis Ducis genus duxerint, in dubium vocat Zonaras, quod fusius discutiendum reseruamus in Stemmate Ducarum.

N. 10. Ἀπὸ τοῦ Δουκικοῦ ῥιζώματος] Inscriptio Crucis Grandimontanæ, quam in Dissert. 26. ad Ioinuillam pluribus exponimus, de Irene Alexij Imperatoris vxore,

> Ἐκ Δουκικῆς φυέντι καλλιδενδρίας,
> Ἧς ῥιζοπρέμνων ἡ Βασιλὶς Εἰρήνη.

Michael Attaliates de Michaele Duca Imperatore.

> Ὁ κοσμοτερπὴς τοῦ Δουκῶν γένους κλάδος,
> Ὁ παμμέγιστος Μιχαὴλ Αὐτοκράτωρ.

Lib. 1. N. 1. Μονὴ τοῦ Στουδίου] Extitit enim Monasterium Studianum ad Portam Auream, vt discere est ex Chronico Alex. A. Heraclij 17. & Cedreno in Mich. Rhang. vnde ex vrbe in Philopatium suburbanum, quo venationis & exercitationis ergo Imperatores ipsi concedebant, prodire facile erat. V. Not. ad Villhard. N. 93. & Syntagma de Inuent. Cap. S. Ioann. Bapt. cap. 8. N. 8.

N. 7. Τινὲς δὲ οἱ Τοῦρκοι] De Turcorum origine, ac primis sedibus, multa ha-

ctenus Scriptores varij congesserunt. Illud in confesso est, ad Caucasi montis partes Septentrionales, versus Tanaim & Bosporum, habitasse, ex Bryennio, Scylitze, & Zonara, quibus consentit Porphyrogenneta: tradit quippe lib. de Adm. Imp. cap. 3. Turcos Patzinacis vicinos fuisse: cap. 12. Prouinciam ab iis inhabitatam ab Occidente Franciam, a Septentrione Patzinacitas, a Meridie Magnam Morauiam habuisse autor est. Denique cap. 38. & 40. Chazaris conterminos fuisse ait. Atque vt inde facilius deprehendatur, quem incoluerunt, tractus, obseruandum ex eodem Scriptore cap. 1. 8. & 37. Patzinacitas gentem fuisse vicinam Russis, & ad Danaprim & Danastrim celeberrimos fluuios, versus Chersonesum Tauricam habitasse. Franciæ appellatione intelliguntur regiones ad Septentrionem, quæ Francis, aut Imperatoribus Germanicis, Porphyrogennetæ æuo, parebant, Poloni videlicet, & vicinæ iis nationes. Magna Morauia, quæ Sphendopluci Regio dicitur, eidem Porphyrogennetæ cap. 12. 38. & 41. Videtur eadem quæ hodie Moldauia appellatur. Chazari denique, quorum crebra est apud Scriptores Byzantinos mentio, finitimi erant Vzis, Alanis, Chersonitis, Bulgaris, & ipsis Turcis. Turcia igitur vetus, ex prædictis, extitisse coniicitur in Lithuaniæ Prouinciis, quæ ad Pontum Euxinum vergunt. Sed & ad Istrum ipsum habitasse Turcos docent Scylitzes & Zonaras in Leone Philos. & in Constantino Monomacho. Cauendum porro ne quis existimet tunc primum Turcorum in Asia nomen auditum, aut ex Septentrione in Orientem traiecisse Turcos, cum Monomachus imperauit, quod primo intuitu velle videntur Bryennius, Scylitzes & Zonaras. Certe eo in errore versatur Theodorus Gaza Thessalonicensis in Tractatu, quem Περὶ ἀρχαιογονίας Τούρκων inscripsit, Scylitzæ, seu vt vocat, Scylacis, verbis delusus, a quo pleraque, quæ habet in hoc syntagmate, desumpsit, de quo Scriptore istud appingit iudicium, Σκύλαξ μὲν οὗν ὁ τὰς πράξεις συγγεγραφὼς ἀπὸ Νικηφόρου τοῦ Γενικοῦ, μέχρι Ισαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐπ᾽ οὗ δὴ καὶ αὐτὸς ἦν, ἀνὴρ μὲν οὐκ εὐκαταφρόνητος, τὴν λέξιν δὲ ἰδιώτης, &c. Turcos, inquam, non ex Hunnicis, seu Arctois regionibus, in auxilium euocauit Muchemetes, sed ex ea quam hac ætate incolebant, vltra Araxidem fluuium, Prouincia, Chorosanæ, seu Persidi contermina, quo longe antea ex Septentrione concesserant, vt ex Porphyrogenneta cap. 38. discere est. Cum enim a Patzinacitis debellati essent, propriisque eiecti sedibus, horum pars vna versus Occidentem secessit, altera transiit in Persidem, ibique incoluit regionem, quam de eorum nomine Turquestanam etiamnum appellant. Sane Aithonus cap. 15. Turcos Persidem incoluisse autor est longe ante euersum a Saracenis Persarum Imperium. Sed & ipso Mauricio imperante, cum Persis ipsis conterminis bella gessisse, iisque imperasse tributa scribit Theophylactus Simocatta lib. 1. cap. 8. vbi hæc de Turcis Orientalibus habet, Οὖννοι δὲ οὗτοι, προσοικοῦντες τῇ ἕω Περσῶν πλησιόχωροι, οὓς καὶ Τούρκους ἀποκαλεῖν τοῖς πολλοῖς γνωριμώτερον. Agit præterea de iis lib. 3. c. 6. lib. 4. c. 7. & 10. El-Macinus in Hist. Arabum sub An. Ch. DCCI. DCCXX. DCCXXIV. DCCXXXI. &c. Turcorum Persicorum, qui tum Regibus suis parebant, meminit. Vnde quo loco idem Scriptor primam Turcicorum Sultanorum originem recenset, Decacum Tangrolipecis abauum tradit gratissimum fuisse Turcorum Regi, adeo vt eius vteretur ille consiliis. Ex quibus ea etiam tempestate Turcos Regibus suis paruisse constat. Præterea Theophanes A. DCCXXXII. describens Arabum expeditionem in Turcos, ait Masalmanem, Hasciami Caliphæ fratrem, exercitum adduxisse in Turciam, & cum iam Portas Caspias attigisset, correptum metu, retro cessisse. Constat vero Portas Caspias a Plinio

& Geographis in Asia, Mediam inter & Parthiam poni, proinde haud procul ab Oxo flumine, ad quem inhabitasse Turcos mox ostendemus, in extremis Persarum confinibus, ἐν τοῖς ἄκροις τῶν Περσῶν, vbi Turcomanos statuit Acropolita cap. 65. V. Albericum A. MLIX.

Γαλακτοφάγων] Willelmus Tyrius lib. 1. cap. 7. de Turcomanis: *Gens igitur Turcorum, seu Turcomanorum, (nam ab eodem habuerunt originem) ab initio Septentrionalis fuit, inculta penitus, & certam non habens sedem. Vagabantur etenim, & passim circumferebantur, pascuorum sectantes commoditatem, non habentes vrbes, vel oppida, vel alicubi manentem ciuitatem.* Et infra. *Migrantes autem vniuersam secum substantiam transferebant, equitia, greges, & armenta, seruos & ancillas, nam & in his eorum omne consistebat peculium, nusquam agriculturæ dantes operam*, &c. His consentanea habent Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 11. Autor Hist. Hierosf. p. 1161. Autor expedit. Asiat. Frider. 1. p. 78. & Aithonus cap. 2.

Καὶ τῆς μὲν Σαρακηνῶν ἐπικρατείας] Persarum Imperium deleuit omnino Arabum Calipha Othman, qui Tyrio lib. 19. cap. 20. *Vhemen* dicitur, post Isdegerdæ Regis interitum A. Chr. DCXLIX. Theophan. El-Macin. Aithon. Bizarr. &c.

Μουχούμετ] Imperabat Muchemetus, si Bryennium, Scylitzem, & Zonaram audimus, Persidi, Chorosanæ, & Mediæ. At El-Macinus lib. 3. cap. 7. Indiæ Regem fuisse refert, eumdemque Sebuctakini, non Imbraelis filium facit. Sed præstat audire ipsum El-Macinum, cum paulo secus rem narret, de Sultanorum Iconiensium origine fusius differentem, ex versione Thomæ Erpenij: *Anno* (Hegiræ) CDXX. (Christi MXXXVIII.) *cœperunt Principes Salghucidæ. Et primus quidem ex iis inauguratus fuit Muhammed Abutalib Togrulbecus*, (Vaterio *Tegralbecus*, Aithono *Dogrissa*, Tyrio *Belphet*, Græcis denique *Tangrolipex* dictus) *cuius fratres erant Dauid Ghacarbecus, Firus, & Arselanus. Atque hi filij erant Michaelis* (Bryennio *Macaelis*) *filij Salghuci, filij Dacaci*, (aut *Dagaci.*) *Qui Dacacus vir fuit Turca, animosus, boni consilij & regiminis. Hic primus ex iis Islanismum est amplexus* (Vide Aithonum cap. 15.) *& Rex Turcarum consilio eius vtebatur, eumque sibi assumebat in bello suo inter Turcas. Moriens autem filium reliquit Salghucum* (qui Aithono *Sadok*) *iam adultum, cui & Rex Turcorum commisit regimen exercituum suorum. Sed cum deinde metueret sibi ab astutia eius, statuit eum interficere. Quod cum Salghuco suboleuisset, fugit ad Regem Ghabiæ Haronem Sahabuddawam, absque eo auxilium petiit, ad oppugnandam regionem infidelium Turcorum, vnde is eum iuuit numeroso exercitu. Sed occisus fuit Salghucus ab infideli quodam in prælio, iam natus annos centum & septem. Filium reliquit Michaelem, cui liberi sunt nati illi, quorum nomina supra commemorauimus. Commorabantur autem in Mauranahara*, (i. regione vltra fluuium) *& obediuerunt isti Michaeli quamplurimi Turcæ, nullum Imperatorem præter eum agnoscentes. Cumque contingeret vt Princeps Mahmudus, filius Sebuctakini, Rex Indiæ traiiceret fluuium Ghaihonem, opem laturus Wararchano Regi Mauranaharæ, salutauit Michael Regem Mahmudum, qui miratus est animum eius & strenuitatem, quodque familia eius morem ei gereret: & ab eo petiit vt apud se maneret, fore vt cum reuerteretur, committeret ei Chorosanam defendendam contra hostes. At is id recusauit. Vnde iratus Mahmudus in vincula eum coniecit, & rediens in iis detinuit. Vnde secuti eum sunt milites Michaelis, & familia eius, substiteruntque in planitie Chorosanæ. Postea vita excessit Rex Mahmudus, pœnitentia ductus, quod Turcas, milites scilicet filij Salghuci, in regione sua reliquisset, metuens ne locum suum occuparent. Mortuo autem Rege Mahmudo, filio Sebuctakini, regnum accepit filius eius Masudus Abusaidus filius Mahmudi, qui*

ex

ex suis exercitum misit contra milites filij Salghuci. Hic exercitus eos oppugnauit & fudit, quibusdam etiam captis. Hinc & Michael filius Salghuci obiit, iunxeruntque se Turcæ Salghucidæ filio eius Muhammedi Abutalibi, cognomento Togrulbeco, qui oppugnans exercitum Masudi F. Mahmudis, eumdem fudit, quibusdam captis, & quibusdam cæsis: persecutusque eos Tusum vsque, quod oppidum adortus, cepit. Atque id primum fuit oppidum quod in potestatem Salghucidarum venit: & in eo congregati Togrulbecus, ac milites eius, id munierunt. Deinde exierunt inde Naisaburium, & eo quoque sunt potiti. Rex autem Masudus fugit in Indiam, & in regionem eius penetrauit, inque ea diu permansit, deserta Chorosana: quam Salghucidæ, grauiter se in ea gerentes, subiugarunt, & opibus spoliarunt. Quod cum intellexisset Princeps Masuchus, reuersus est, sed bello eum petierunt Salghucidæ, & in fugam verterunt. Vnde Caiimus Biamrilla (Chalipha Baldacensis) *monuit atque hortatus est eos, vt regionem Moslimorum custodirent. Hinc adortus iterum eos est Masudus, sed illi & secundo eum in fugam turpem verterunt, & stabilitum fuit eis Imperium.* Hæc, etsi prolixiora, ad illustranda quæ de Turcicorum Sultanorum origine habent Græci Scriptores, hocce loco inserenda operæpretium duximus. Adde Petrum Texeram l. 2. Rer. Persic cap. 43.

Ἀράξιδος] Eadem appellatione donatur fluuius iste a Scylitze, qui alius & diuersus est prorsus ab Araxe Armeniæ maioris fluuio, qui in Caspium mare illabitur. Nam Araxis, etsi in idem mare pariter influat, Araxæ omnino oppositus fuit, vt qui Persidem a Turcorum Asiaticorum regione diuiserit, quo per pontem desuper stratum transito in eam Prouinciam penetrarunt Turci, qui eo æuo regionem incolebant, quam etiamnum a primaria eorum sede, Turquestanam vocant. Vnde videtur Araxis fluuius ille esse, quem Oxum veteres appellabant, qui in mare Caspium illabitur, & Persidi propior est, quam alter magnus perinde fluuius, qui Septentrionem versus in idem mare euoluitur, Iaxartes Ptolemæo, Straboni, Ammiano lib. 23 Gregoræ lib. 2. & aliis dictus, vterque ab Occidente profectus. Neque ab hac sententia discedit El-Macinus, qui ea tempestate Turcos Asiaticos tractum incoluisse narrat, quem Geographi Arabes *Maurahanaram*, seu vt effert Ioannes Grauius, *Mawaradnaharam*, Tabulæ Geographicæ *Maurenaher*, vocant, quod vocabulum *regionem vltra fluuium sitam* sonat, vt autor est Petrus Vaterius in Præfat. ad eumdem Scriptorem: quam quidem Prouinciam peculiari commentario illustrauit, descripsitque Abulfeda Ismael Arabs. Fluuij autem nomenclatura intelligi debere *Ghaionem*, seu *Gichonem*, vel, vt alij denique vocem hanc efferunt, *Iihun*, qui ad Meridiem Mauranaharam, a Chorosana, seu Perside Interiore secernit, censet idem Vaterius. Quod perspicue etiam tradit Achamed Guerapsi F. in Temiris Historia lib. 1. N. 5. dum ait Mauranaharæ populos, præ Temiris, seu Tambersani, qui Prouinciam inuaserat, metu, transmisso Gichone, in Chorosanam peruenisse. Proinde recte Paulus Rhamnusius in Geogr. dixit Oxum eumdem fluuium esse, quem Arabes Gichonem vocant, qui, vt autor est Abulfeda, vt plurimum ab ortu in occasum fluit. Mauranaharæ Metropolis fuit *Samerkanda*, Sultanorum, ac Temiris ipsius regia, protendebaturque ea Prouincia ad alium fluuium, quem ad Septentrionem in mare Caspium illabi diximus, Arabibus *Sichon*, in Tabulis Geograph. *Chezel* nuncupatum. Qua porro fluuius Ghaion, seu Gichon, in mare Caspium effluit, ea protenditur Prouincia, quam *Chowaresmiam* vocat Abulfeda, *Chowarzam* Achamed N. 8. & alibi, *Chowarasmam* El-Macinus lib. 1. cap. 13. Chorosanæ contigua, quod etiam testatur Alderisius 8. part. Clim. 4. ex cuius nomine mare Caspium, quod eidem Achamedo lib. 3. N. 11. *Mare Calzam* dicitur, ab Abulfeda & a prædi-

ctis Scriptoribus *Lacus Chowarazmiæ* nuncupatur. Sed & ipſe fluuius Gichon, *Cobar*, ſeu *Cowar* appellatur a Tyrio lib. 1. cap. 7. Proinde erit *Gichon*, *Gihon*, & *Ghaion* Arabibus, qui Græcis Αραξις, & Οξος, de cuius decurſu & magnitudine nonnulla habent Beniaminus Tudel. & Alderiſius p. 138. 196. & 212. Vide Salmaſium ad Solinum p. 1201.

N.8. Δυσδιαχερετῶν] Contigit hoc prælium, cum Maſudo, ſeu Maſgudo, quem parentis nomine donant vulgo Græci Scriptores, A. Heg. CDXXXII. Chriſti MXL. vt autor eſt El-Macinus.

N.9. Ἀλλ' οἱ μὲν] De morte & clade Maſudi, ſic idem El-Macinus A. proxime ſequenti: *Eodem anno occiſus fuit Princeps Maſudus filius Mahmudi, filij Sabuctakini Regis Choroſanæ, Indiæ, & Mauranaharæ, qui fuit Rex fortis & ſtrenuus, peritus bellandi, ac bene regens ſubditos ſuos atque regiones, & ſucceſſit ei frater eius Imperator Muhammed filius Mahmudi.* Porro qui Cabiri Bryennio hic, & Scylitzæ dicuntur, videntur iidem cum Cabaris, populis videlicet, Turcis Septentrionalibus conterminis, cum quibus in Perſidem forte tranſierant. Horum meminit Conſtantinus Porph. de Adm. Imp. cap. 39.

Σουλτάνον] Vide Diſſertationem noſtram XVI. ad Ioinuillam, vbi locum hunc Bryennij pluribus expendimus.

Πισασούελον] Fuit ille origine & gente Turcus, vocaturque ab El-Macino, *Ruſtanus Abulharitus Mutaffirus*, cognomento *Baſaſareus*, & in Chronico Orientali ab Abrahamo Echellenſi edito, *Baſaſirus*, ex quo *Piſſaſſyrium* confecerunt Bryennius & Scylitzes. Is in Geraca, ſeu Chaldæa potens factus, proſperiſque elatus rerum ſucceſſibus, regionem non ſuo duntaxat aſſeruit Imperio, ſed & Arabibus & Saracenis terrore incuſſo, ſupremam in Boiitarum, quorum mox memini, Prouinciis poteſtatem ſibi vindicauit: ita vt cum Melec-Rachimo præter merum titulum nihil reſtaret, de ipſa cogitaret inuadenda Bagdadenſi vrbe, & ex ea depellendo Chalipha. Quod cum reſciſſet Caimbiamrilla Chalipha, Togrulbecum euocauit, quo ſe aduerſus Baſaſareum tueretur, qui Togrulbeci percepto aduentu, Muſtanſerobellæ Ægypti Domini ſubſidium implorauit. Togrulbecus interim capto Melec-Rachimo, & in ordinem redacto, vrbem & ſupremum Principatum, quem tenuerant Boiitæ, ſibi aſſeruit, data in vxorem Chaliphæ propria ſorore, A. Heg. CCCCXLVII. Chr. MLV. Verum Baſaſareus qui deſertus fuerat a ſuis, Muſtanſerobellæ opera & auxilio, quem Chalipham renuntiauerat, Bagdadum adortus, vi cepit A. Heg. CCCCL. eaque eſt potitus per annum, a Togrulbeco, qui recens Ibrahimum fratrem rebellantem bello proſtrauerat, (quod etiam attigit Scylitzes p. 788.) vrbe primum exturbatus, tandem prælio fuſus, & neci datus eſt anno proxime ſequenti.

Καρμεσήν] Eadem habent Scylitzes & Zonaras. De Cutlumo dicemus infra ad lib. 3. N. 16.

Ἀσάν] Aſanis cladem refert pariter Scylitzes.

N.11. Χρυσόσκουλον] Manuelis cladem narrant etiam Scylitzes & Zonaras. Sed de ea, vt & de Chryſoſculo, ſilet El-Macinus. Incidit illa in A. M. iuxta Græcos VIMDCCLXXVIII. Indict. VIII. Chriſti MLXX. Meminit Chryſoſculi rurſum Bryennius lib. 3. N. 15.

N.12. Ἦρος ἀρχομένου] An. Chr. MLXXI.

N.14. Περὶ τὸ Μαζίκερτον] Scylitzæ Ματζικιέρτ, & Μαντζικιέρτε, Zonaræ Μανζικίερτ, vrbs Baaſpracaniæ, ſeu Mediæ, olim Theodoſiopolis dicta, vt autor eſt Iſaac Catholicus Inuectiua II. in Armenios p. 411. quæ cum diu Saracenis Ameris, quorum ſeriem & gentem recenſet Conſtantinus de Adm. Imp. cap. 44. paruiſſet, tandem in Græcorum poteſtatem venit. Hanc Sultanus Monoma-

cho imperante obsedit, vt est apud Scylitzem p. 780. vbi etiam describitur, nec tamen cepit, etsi statim postea in Saracenorum ius cessisse par sit credere, cum Diogenem Romanum eamdem postmodum expugnasse, & Saracenis abstulisse legamus. V. Scylitzem p. 837. & 842. & Zonaram p. 223.

Βεστάρχου] Hac dignitate functos complures recensent Scriptores, atque in primis Scylitzes p. 762. 763. 771. 793. 820. Zonaras p. 218. 219. Allatius de libris Eccles. Græc. Differt. II. p. 169. &c.

Ἀλυάτης] Theodorus Alyattes, ἀνὴρ γενναῖος καὶ ἐπιφανὴς, καὶ τὰ θαυμασιώτατος, N. 16. ait Scylitzes, qui in prælio capto effossos a Constantino Duca oculos refert, cum Diogenis partes tueretur.

Οἱ δὲ Τοῦρκοι] Diogenianæ cladis Historiam, præter Bryennium, Scylitzem N. 17. & Zonaram pluribus exequitur El-Macinus Arabs. At cum in omnibus cum Græcis Scriptoribus minime consentiat, haud erit fortassis ingratum, si quod in hanc rem habet, ad illustrandum Bryennium, hocce loco in medium proferam. Sic igitur ille: *Anno* CDLXIII. (Hegiræ, quæ cœpit XX. Octobr. A. Chr. MLXIX.) *contendit Princeps Olbarsalanus Achlatum* (Græcis χλιάτ) *in occursum Romanis cum 40000. equitibus, contra quos prodiit Patricius quidam* (Basilacius is est Bryennio) *cum magnis copiis, sed quas vicit Princeps, capto & Duce eorum, quem & naso mutilauit. Deinde ipse prodiit Romanorum Imperator, cui Princeps occurrit in loco dicto Zahra, idque die 26. Dulkiadæ, & oppugnauit Romanos die Veneris, eosque in fugam vertit, & occiderunt Muslimi eo die atque nocte Romanos innumeros. Quin & ipse Romanorum Imperator captus fuit: sed dimisit eum Princeps, ea lege vt afferret 1500. aureorum millia, & in singulos annos tributum solueret 360. millium aureorum, ac dimitteret omnes Muslimos, qui capti in Romano Imperio essent. Cum autem Romanorum Imperator in regionem suam reuersus esset, comperit Romanos alium Imperatorem constituisse, vnde is vitam se simulans capessere monasticam, vestes induit laneas, misitque ad Principem 200. aureorum millia, & lapidem, cuius pretium nonaginta millium aureorum erat* (πολυθρύλλητον nempe illum μάργαρον, ὃν Ὀρφανὸν κατωνόμαζον, vt est apud Bryennium) *ac iurauit se plus præstare non potuisse. Deinde contendit ad Imperatorem Romanum, cum eo commoraturus: sed cepit eum Rex Armenorum,* (Andronicus Ducas, qui Armeniæ, seu Ciliciæ præfectus erat) *oculisque orbauit, quod misso ad Principem nuntio ei significauit.* Præstat etiam audire e nostris de hac funestissima clade differentem Tyrium lib. 1. cap. 9. *Regnante apud Græcos Romano, qui cognominatus est Diogenes, & cum omni prosperitate Constantinopolitanum administrante Imperium, egressus est de intimis finibus Orientis Persarum & Assyriorum Satrapa potentissimus, Belphet nomine,* (Tagrolbecus) *infinitam incredularum nationum secum trahens multitudinem, quæ numerum diceretur excedere, & vniuersam terræ superficiem operiret. Ascendens ergo in curribus & equis, in gregibus & armentis, & magnifico nimis apparatu, fines ingressus est Imperij, cuncta sibi subiiciens a suburbanis campestribus, vsque ad vrbes muratas, & oppida munitissima. Non erat qui resisteret, non erat qui pro salute, pro liberis & coniugibus, & (quod grauius est) pro libertate contendens se opponeret. Interea nunciatur Imperatori gladius incumbens, vis maior & hostilis exercitus Christianum deuastans Imperium: qui pro re publica sollicitus expeditiones conuocat equitum, & peditum colligit copias, quantas imminens compellebat necessitas, & quantas vniuersum Imperium ministrare poterat. Quid plura? congregatis legionibus, & equitatu copioso, hostibus procedit obuiam: & Imperij penetralia iam tenenti, & ad interiora iam progresso, in manu forti, sed fauore diuino destitutus occurrit. Certatur vtrimque acerrime, & copiis pene paribus, sed odiis maioribus, qualia sacrilegij dolor & zelus fidei solet suggerere. Quid multa? perit Christianus exercitus, fidelium prosternitur acies, sanguis Christi redemptus sanguine ab*

impiis effunditur; quodque miſerabilius eſt, capitur Imperator. Redit qui euaſerat particulatim exercitus, confuſionem quæ acciderat nuncians. Conſternati ſunt qui hoc audierunt, in grauia ſe dantes lamenta, & de vita & ſalute deſperantes. Interea vir infidelis, ſed magnificus, de tanto elatus ſucceſſu, & de collata victoria factus ſublimior, Imperatorem ſibi præcepit præſentari, & in contumeliam nominis & fidei Chriſtianæ, ſedens in throno regio, eum mandat pedibus ſubiici, & ſcabelli vice, coram poſitis Principibus aſcendens & deſcendens, corpore vtitur Imperiali. Tandemque pro tanto obſequio eum libertati reſtituens, cum paucis ex ſuis Magnatibus, qui cum eo capti fuerant, abire permiſit. Hoc vero audientes Principes Imperij, alium ſibi præficiunt: indignum arbitrantes, vt qui tam indigna in proprio pertulerat corpore, in ſceptris ageret, & dignitate fungeretur Auguſtali. Inſuper priuatum oculis, & ignominioſe tractatum, vitam vix indulſerunt agere priuatam. Quod ait hoc loco Tyrius, Diogeniano corpore, ſcabelli vice, vſum Sultanum, tradit etiam Scylitzes, qui id ex more fieri ſolitum, a barbaris iſtis nempe Principibus, ſcribit: Εὐθὺς ἐμμανὴς ἀνέθορε τοῦ θρόνου, καὶ ὀρθὸς ἔστη. πεσόντα γὰρ ὅμως ὑπὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ πατήσας, ὥσπερ ἔθος, &c. Nota ſunt quæ de Temire habent Scriptores. Attigerunt præterea hanc cladis Diogenianæ Hiſtoriam, e Latinis, Ordericus Vitalis lib. 5. & 7. Albericus A. MLIX. Aithonus cap. 15. & Sanutus lib. 3. part. 3. cap. 8. præ cæteris vero Guillelmus Apulienſis lib. 2. Rerum Normannicarum totam hanc Romani Diogenis fortunam, varios ſucceſſus, cladeſque a Turcis eo imperante Græcis illatas, ac denique funeſtum viri præclari exitum non inſulſo omnino carmine deſcripſit, ex quo quæ ad Bryennianos illuſtrandos Commentarios videntur conferre, eo lubentius, etſi prolixiora, proferimus, quo Scriptor ille Alexio Imperatori ferme coæuus, ac proinde Romani Diogenis temporibus proximus, alias non omnibus paſſim videtur obuius.

Interea Michael Romani iura regebat
Imperij cum fratre ſuo, qui nomine dictus
Conſtantinus erat, quorum dominatio Græcis,
Pernitioſa fuit, quia bellis otia ſemper
Poſtpoſitis ſtuduere ſequi, luxuſque doloſi
Illecebris captos fœdarat inertia turpis.
Horum temporibus Turcos Orientis ab oris
Ingreſſos fugit gens territa Chriſticolarum,
Qui Romaniæ loca dilicioſa colebant.
Maxima pars horum ruit interfecta nefandis
Turcorum gladiis, & captis vrbibus, omnis
Subditus his populus dans vectigalia fugit.
Hos contra nullos equites ignauia miſit
Rectorum, quare decreto nupta Senatus
Eſt equiti egregio Romano mater eorum,
Pectus amans, pluſquam genus, Eudochia mariti.
Diogenes cognomen erat, quia barba bifurcis.
Is regimen ſubiens ſibi quæque negotia belli,
Otia priuignis elegit inire paratus
Cum Perſis bellum miſeros populantibus Argos.
Eſt belli variis euentibus vſus in illos:
Sæpe quidem victor Perſas bellando fugauit,
Sæpe pari populus fortuna pugnat vterque.
Poſtremo Comites dum dirigit ipſe tuendis
Vrbibus innumeros, quorum famulatus ad ipſum

Transierat, fama probitatis vbique probatæ.
Castris cum paucis melioribus ipse remansit.
Multus Persarum populus cum Rege repente
Illum conclusit, disrumpere castra laborans;
Prælia committunt immania, dum capiendis
Imperij castris inhiant, primo atque secundo
Depulsi cedunt bello. Prudentia tandem
Anxia Romani desperans castra tueri,
Quam sibi plus hominum vitæ studiosa suorum,
Quos grauiter fessos belloque fameque videbat,
Præcipit vt quidquid castris inerat solidorum,
Omnis vestitus pretiosus, & omnia vasa
Auri aut argenti castris spargenda ferantur:
Vt si contigerit Turcis irrumpere castra,
Horum prospectu desistant lædere Græcos.
** Inuita profugis collecta pecunia serui*
Insomnem Danai coguntur ducere noctem.
Adueniente die, venit innumerabilis ille
Persarum populus, circumdans vndique castra:
Vndique tela volant, circumdedit aera totum
Grando sagittarum, non ferre valentibus Argis,
Irrumpunt Turci, munitio rumpitur omnis,
Sed plures prædæ, quam militibus feriendis,
Intenti Persæ faciunt euadere multos.
Indiciis Aquilæ (quod plus dabat omnibus armis
Aurea conspicuum loricæ innixa nitorem)
Græcorum Dominus cognoscitur, ense recidens
Hostiles hastas, neque se defendere cessans.
Forte sagitta volans incauti sauciat artus:
Sic tandem capitur quadam cum parte suorum.

Σύμβολα κήδους] Scylitzes, Μετὰ τοῦτο γοῦν σπονδὰς ποιησάμενοι, καὶ συνθήκας εἰρηνικὰς διηνεκεῖς, καὶ κῆδος ἐπὶ τοῖς παισὶ συστησάμενοι, &c. Hinc coniicere est pactas nuptias inter vtriusque Principis liberos, quod etiam testatur Guillelmus Apul.

Direptis castris Romanum Persica ducit
Ad sua castra Phalanx, & eum statuere sedili
Egregio, iuxta Persarum Rege sedente.
Rex percunctatur, si forte fuisset ab illo
Captus, quid faceret: Romanus rettulit illi,
Si mihi, siue meis, subiicerere, iuberem
Vel truncare caput, vel te suspendere furcis.
Ille refert facinus nunquam sibi tale patrandum,
Sed secum posthac fruiturum pace perenni,
Quam per Legatos iam sæpe promiserat ipse,
*Et baptizatam natam pro coniuge * natam* *f. nato.
Se concessurum, quo sic pax firmior esset.
Fœderibus tali firmatis conditione,
Ad sua Romanum, dans maxima dona, remisit
Persarum Rector, captos & reddidit omnes:
Longo terrarum spatio comitatus euntes
Duxit honorifice, ductum permisit abire.

N. 20. Τοδὲ τὸ γένος] Varangos innuit, ex plagis Oceano proximis, Anglia forte, quam Thulem nominare videtur Anna, oriundos. V. Not. ad Alexiad. & Villhard.

Εὐδοκίαν] Eudociam in Monasterium ab ipsa exædificatum, cui Πιπερούδ nomen fuit, remissam, in eoque reclusam narrant Anna lib. 9. & Scylitzes.

N. 21. Χουζατπέριος] Scylitzæ Χατατούριος, Zonaræ Χατζατούριος, qui Antiochenum Ducatum obtinuerat post Michaelem Vranum.

Τέμπη τῆς Κιλικίας] Ciliciam montibus & rupibus altissimis, proindeque vallibus & *clusis* variis impeditam, ac pene imperuiam, habent passim Scriptores. Quæ vero hic τέμπη vocat Bryennius, στενὰ τοῦ Ταύρου dicuntur Theophani in Anastasio Dicoro A. 3. a Tauro monte, qui in iis regionibus longius protenditur, circa quem varia inædificata erant præsidia, propter locorum difficiles aditus inexpugnabilia, vt autor est Tyrius lib. 10. cap. 1. Tageno Patauiensis de Ciliciæ montibus: *Progressi inde ad montana ascendimus, vix solis ibicibus peruia, & maximo labore transiuimus.* Eadem habent Chronicon Reichherspergense, & Autor de Expedit. Asiat. Fred. I. Ciliciæ porro montes accurate descripsit Willelmus ab Oldenborg in itiner. T. S. *Hæc est terra firmissima, ex vna parte enim cingitur mari, ex alia vero munitur altis montanis & asperrimis, quæ paucos habent introitus, & multum custoditos, ita vt hospes, si terram intrauerit, absque regia bulla exire non possit,* &c. Atque inde satis colligitur cur primi Armeniæ, seu Ciliciæ Toparchæ, qui præsidiis circa Taurum montem imperitabant, *de Montanis*, cognomine donentur passim a Scriptoribus.

N. 24. Ὁ Φραγγὸς Κρισπῖνος] Fuit Crispinus ex illustri admodum familia Normannica, etiamnum superstite, oriundus, ex qua, continuata longæ propaginis serie, prodiere hodierni Barones Becci, & Marchiones Vardij. Vocabatur vero ille, cuius hoc loco meminit Bryennius, *Robertus Crispinus*, cuius elogium, resque in bellis præclare gestas ex eodem Bryennio, Scylitze, Zonara, & aliis, ad gloriam nobilissimæ & vetustissimæ gentis, summatim hic attexam: cum præterea id nostri sit instituti apud Græcos Scriptores ea potissimum prosequi, quæ ad nostratem illustrandam Historiam, & Francicarum familiarum origines retegendas quidpiam videntur conferre, vt inde, qui aut ad illam scribendam manus admouent, aut ad legendam animum addicunt, neutiquam Byzantinos posthabendos esse tandem percipiant. Sed priusquam rem aggrediar, operæpretium videtur ex veteri Scriptore adscribere, quæ habet de gentis antiquitate, ac primis illius Autoribus, cum in iis Robertum recenseat. Sic igitur ille: *Antequam Normanni Duce Willelmo Angliam debellarent, fuit in Neustria, quæ nunc Normannia vocatur, vir egregius, nomine Gislebertus, genere ac nobilitate præclarus, qui ab habitudine capillorum, primus Crispini cognomine dicitur insignitus. Nam in sua primæua ætate habebat capillos crispos, & rigidos, atque sursum erectos, & vt ita dicam rebursos, ad modum Pini ramorum, qui semper tendunt sursum, quare cognominatus est Crispinus, quasi Crispus Pinus. Quam capillorum reburſionem videmus in iis, qui de ipsius Gisleberti genere descendunt; vnde & ipsi eodem cognomine a cæteris Normannorum familiis dirimuntur.* [a] *Iste Gislebertus, qui, vt diximus, Crispini cognomen primus est indeptus, accepit vxorem senioris* [b] *Fulconis de Alnou germanam, nomine Gonnorem, de qua tres filios genuit, Gislebertum Crispinum, Willelmum, & Robertum, duasque filias, Emmam Petri de Condeto genitricem, atque Elisiam matrem Willelmi Malet, qui Miles strenuus in senectute factus est Monachus Becci, & transactis aliquot annis, honorifice in cœnobiali obseruatione, vt talem virum decebat, bono fine quieuit.* ROBERTVS CRISPINVS *minor frater Normanniam*

[a] Vxorem Gisleberti sororem Roberti Guiscardi fuisse nescio quo Autore tradit Philippus Mouskes in Historia Franc. MS. vbi etiam Roberti nostri res in Apulia & Græcia gestas enarrat.
[b] Fulconis istius meminit Ordericus Vital. lib. 3. p. 479.

egressus, plurimas peragrauit regiones, donec Constantinopolim veniret, & ab Imperatore cum honore susceptus, magnique nominis apud omnes effectus, ibi, vt fertur, inuidia Græcorum veneno periit. [a] *Gislebertus Crispinus maior horum trium fratrum a Duce Normannorum castrum Tegularias* (Gall. Tillieres) *in hæreditate custodiendum accepit, quod hæredes eius tenent vsque ad præsens tempus* [b]. *Prædictus Willelmus Crispinus, medius frater, generis nobilitate, & morum probitate, atque militia famosissimus, inter Normannorum primos habebatur, qui, vt diximus, de primo Crispinorum patre Gisleberto optimus filius, ad totius generis sui gloriam felicibus auspiciis prodiit, & sicut inter Romanos olim Fabij, vel Anicij, siue Manlij insignes habebantur, ita Crispini inter Normannos & Francos honoratiores reputabantur. Sed iste Willelmus inter omnes nominatissimus fuisse fertur, qui suo tempore Militiæ titulis insignis, pene super omnes eiusdem tempestatis viros enituit. Vnde præclara eius probitas plures sibi effecerat inuidos, atque hostes reddiderat atrocissimos. Ea tempestate Franci Autore Walterio Vetulo Comite de Ponte Isaræ, qui totam terram intra Ittam & Andelam, atque Sequanam, suam debere esse dicebat, crebras irruptiones vltra Ittam faciebant, & prædas de Vilcassino agebant. Et ideo Dux Normannorum Willelmus, qui postea Rex Anglorum fuit, prædictum Willelmum Crispinum, quia erat probatissimus in re militari, collocauit in Castro * Melsia contra Francorum incursus, ad coercendas eorum præsumptiones, donans ipsi castrum ipsum, & Vilcassini Vicecomitatum iure hæreditario custodiendum, & filiis eius post eum, sicut vsque hodie videmus. At ille ibi mansionem constituit, familiam & milites in loco posuit contra irruptiones Francorum. Qua de re Franci vehementer irati, in tantum odium contra illum exarserunt, vt mortem eius tota auiditate appeterent.*

[a] De Gisleberto agunt Orderic. lib. 5. p. 575. Willelm. Gemet. l. 7. c. 5.
[b] V. Willel. Pictau. pag. 187. Henric. Huntindon. lib. 7. p. 380. 381. Simeon Dunelm. Rad. de Diceto Brompton. Ann. 1106. 1112. 1119. Malmesburg. l. 3. Orderic. lib. 12. &c.
** leg. Nelsia.*

Hæc etsi fusiora præmittenda visa sunt in gratiam illustrissimæ gentis, cui non modicum præstitere splendorem Roberti res bello in Græcia gestæ, quas ad illustrandum Bryennium, cum bona Lectoris venia, breui hic elogio perstringendas institui. Normanni nostri tunc primum in Apuliam, bellicæ laudis quærendæ ergo profecti sunt Richardo II. & Roberto II. Neustriæ imperantibus: primique ex iis Turstinus, cognomento Scitellus, Arnolinus, & Ranulfus, sedibus suis pulsi, vel, vt alij volunt, ad consequendam in præliis gloriam, eo profecti, dum pro Græcis quibus præerat hac ætate Basilius, contra Saracenos Siculos, tum etiam contra Græcos pro rebellantibus Italis acriter pugnant, tantam in re militari famam sunt consecuti, vt easdem peragrare Prouincias, ibique sectari prælia Normannos gentiles cupido incesserit. Atque hi dum frequentes adsunt, numerosique confluunt, Apuliam ipsam, Calabriam, & vicinas regiones suo tandem iuri subdidere, Prouincias & oppida inter se dispertiti. Horum alij pacatis rebus, seu quod est simillimum vero, quod in partem bello quæsitorum non venissent, indignati, Constantinopolim concesserunt, Græcis, quibus tum bellum erat cum Turcis, operam suam locaturi, vbi ab Imperatoribus benigne excepti sunt, cum summa esset apud illos ea tempestate Normannorum virtutis & peritiæ militaris existimatio. Hos inter sub hæc tempora tres aut quatuor potissimum recensent Scriptores Byzantini, (nam de cæteris qui Alexio militarunt, erit alius dicendi locus) Radulfum nempe Patricij dignitate donatum a Michaele Stratiotico, cui meruit aduersus Isaacium Comnenum, cum iis in bellis præclaram nauasset operam: Goscelinum de Orencho, qui sub Romano Diogene primum in Palatio locum obtinuit; Crispinum nostrum Bryennianum, ac denique Vrsellum de Balliolo, qui sub Michaele Duca res magnas gessit. Robertus & Vrsellus sub eosdem ferme annos ex Italia ad Diogenem Constantinopolim venere. Ac Robertus quidem versus Orientis partes, cum copiis, quibus præerat, Normannicis, vt

Chron. Cass. l. 1. c. 68.

Gaufr. Malat. l. 2. c. 43.

ibi hyemaret, missus, seu a natura esset cupido lucri, quod Græci Scriptores volunt, seu, quod probabilius, quia stipendia non soluta prætexeret, incolas bonis suis, & exactores vectigalibus & pecuniis publicis spoliat, obuia quæque diripit, obsistentes, cædibus licet parceret, fugat funditque. Quod cum perlatum esset ad Imperatorem, illico Samuelem Alusianum, nobilem Bulgarum, sibique nescio qua affinitate coniunctum, cum quinque legionibus mittit, quo Robertum cogeret in ordinem. Hunc adortus ille ipso Paschatis festo die, a Roberto profligatur, cæsis non paucis ex suis, pluribus tamen captis, quos humanissime tractatos, ac vulneribus curatis abire permisit Robertus, missis interea ad Diogenem Legatis, qui obiectum de illata a se clade amolirentur crimen, & eorum quæ perpetrasset inuitus impetrata venia, fidelem in posterum operam suo nomine pollicerentur. Lubens annuit Imperator propter viri nobilitatem, inquit Scylitzes, & partam in bellis gloriam, animique fortitudinem, cuius haud modica ediderat specimina bello contra Turcos. Crispinus igitur ex suis aliquot assumptis conuenit Diogenem, cæteris in Armenia ad Maurocastrum, quod prius occuparat oppidum, relictis. Sed mox a quibusdam ex iis qui Roberti detrectabant imperium, parereque abnuebant, apud Imperatorem delatus, quasi in eos nescio quid molitus esset durius, etsi non plane conuictus, copiarum, quibus præerat, Præfectura abdicatus est, & Abydum relegatus. Id ægre passi socij prorumpunt palam in rebellionem, relictoque Maurocastro, vbi se haud rebantur tutos, in Mesopotamiam sese infundunt, multaque incolis inferunt damna, cum alij interea Normanni, sub Vrsello, Diogeni militarent contra Turcos. Verum pauci effluxere menses, cum acceptæ iniuriæ vlciscendæ Roberto idonea sese præbuit occasio. Cum enim Diogenes a Turcis in prælio deletus, captusque fuisset, moxque ab iis in libertatem assertus, a Græcis in Imperatorem renueretur, Crispinus Abydo excedens, Constantino Ducæ, qui aduersus Diogenem missus fuerat cum exercitu, cum suis sese adiunxit, & iis in præliis in quibus tandem ille captus est, acriter pugnauit. Denique cum præclaris editis facinoribus apud Græcos summam militaris gloriæ famam consecutus esset, tantam ex tot prospere gestis rebus sibi conflauit inuidiam, vt ab iis propinato enecaretur veneno, quo etiam magnum illum Vrsellum Roberti socium interiisse narrant. Atque hæc fuit viri bello inclyti fortuna, quam siluisse duxissem nefas, cum minus nostris hactenus innotuerit, ipseque Carolus Venascus in Crispinorum Stemmate, quod Arbori Gentilitiæ Grimaldæ gentis adtexuit, Roberti ne quidem meminerit.

Αἰσθόμενος δὲ] Extremam Romani Diogenis fortunam, & vt in Michaelis, seu potius Constantini Ducæ casses inciderit, pluribus etiam exequitur Guillelmus Apuliensis, quem præstat audire:

Sed non priuignis firmatæ commoda pacis
Conditio placuit, minus ad tutanda peritis
Agmina Græcorum, nec enim decernitur vltra
Arcis ad Augustæ Romanus iura redire.
Hos vbi Diogenes factos sibi comperit hostes,
Auxilio fisus Persarum, tentat in illos
Ciuilis belli varios agitare paratus.
Priuigni se non obsistere posse videntes,
Illum conantur seducere pace dolosa.
Ignari fraudis portantes nuntia pacis
Bis sex Pontifices mittuntur, cum * Gocelino,

* *De quo Malat. l. 2. c. 43. & ipse Guillelm. p. 17. 19. 20.*

Cuius

Cuius Romanus toties expertus amorem,
Non dubitabat ei se credere, sicut amico,
Securus factus iurando iure, fideque
Ut petit ipse, data: misero placet Imperialis
Incassum reditus, quia mox vbi peruenit ille
Heracleam, capitur, priuatur lumine captus,
Cuius & Imperij fuerat tam nobile nomen,
Monachus efficitur. Securi iam duo fratres
Regni tranquillis agitant moderamen habenis.
Non tamen omnino sua restat inulta tyrannis.
Namque sibi socios Romani filius addens
Armenios, Persas, terras Orientis eorum
Subtrahit Imperio, ferro populatus & igni.
Tempore Persarum gens perfida cœpit ab illo
In Romaniam consurgere cæde, rapinis,
Imperij nec adhuc redigi sub iura valeret,
Gens nisi Gallorum, quæ gente potentior omni
Viribus armorum, nutu stimulata superno
Hanc libertati superato redderet hoste,
Quæ, spirante Deo, Sanctas aperire sepulchri
Est animata vias longo iam tempore clausas.
Consiliis quorum fuit excæcatio tanti
Perpetrata viri, miseri capiuntur, & aula
Depulsi, meritas coguntur soluere pœnas.
Hi quibus insontem puniri consuluerunt,
Puniri sontes vario cruciamine mandant.

Μαρίαν] Iberos, Abasgos, & Alanos, vnam eamdemque gentem, seu nationem fuisse testatur Ioann. Tzetzes Chil. 5. cap. 17. Lib. 2. N. 1.

Ἴβηρες δὲ καὶ Ἀβασγοὶ, καὶ Ἀλανοὶ ἓν γένος.

Non quod Iberi iidem fuerint cum Alanis & Abasgis, sed quod Iberorum Princeps Abasgorum & Alanorum Regulis supremo iure imperaret. Quod innuit satis superque Bryennius, dum scribit Iberorum Regem παρακράτειαν τῶν Ἰβήρων obtinuisse, Alaniæ vero Dominum Ἐξουσιάζοντος nomine tantum donat. Nec abnuit Tzetzes, qui mox eosdem populos diuersos, & a se inuicem diuisos fuisse ait:

Οἱ Ἴβηρες πρωτεύοντες, οἱ Ἀβασγοὶ δεύτεροι,
Οἱ Ἀλανοὶ δὲ εὑρήκασι τάξιν τελῶν ὑστέραν.

Verum cur Mariam ex Abasgis oriundam potius, quam ex Iberis dicat, eoque nomine Scylitzem, Zonaram, & alios, qui Alanam indigitant, carpat idem Scriptor, haud plane video, cum Bryennius diserte Iberorum Regis filiam fuisse tradat, nisi forte, quod Iberorum Rex Abasgis etiam illa tempestate imperaret:

Τοῦ Τζέτζου μητέρος ἡ Ἀβασγὶς ἡ μήτηρ
Σὺν τῇ δεσποίνῃ Μαρίαμ, τῇ Ἀβασγίσσῃ λέγω,
Ἣν οἱ πολλοὶ Ἀλάνισσαν φασὶν συγχεομένως,
Ἦλθεν εἰς Μεγαλόπολιν, ὡς συγγενὴς καθ' αἷμα.

Iberiæ, quam suo etiam æuo *Auogniam* nuncupatam autor est Tyrius lib. 11. cap. 16. Regum incunabula refert Constantinus de Adm. Imp. cap. 45. & 46. quosdam etiam recenset Iberiæ Reges Scylitzes in Romano Argyro. Illius vero, qui hocce ineunte viuebat seculo, nomen & titulos prodit Allatius lib. 3. de Eccl. Occid. & Orient. perp. consens. cap. 8. De Abasgis &

Alanis multa habet Procopius lib. 2. de Bello Perſ. cap. 29. V. Not. ad Alexiad. p. 393.

N. 4. Ο Φράγγος Οὐρσέλιος] Inter præclaros illos Normannicos Duces, qui ex Italia, vbi non modicam ex rebus bello geſtis laudem ſibi compararunt, profecti in Thraciam, Byzantinorum Principum copiis ſeſe adiunxerunt, præcipuam cum Roberto Criſpino, cuius elogium mox perſtrinximus, commendationem meretur *Vrſellus*. At cum nemo, quod ſciam, ex noſtratibus Hiſtoricis tam præcellentis viri præconium attigerit, ſed & ne illius meminerit quidem, rem forte haud iniucundam Lectoribus facturum me arbitror, ſi quod in Criſpino præſtiti, extra Commentationis metas paululum digrediar, & quem laude ſua non fruſtrari intereſt Vrſellum, ſplendidiſſimæ familiæ ſuæ, etiamnum ſuperſtiti, gentis autorem hactenus vix notum aſſeram. Vrſellus, ſeu, vt Bryennius & Anna efferunt, Vrſelius, quem perperam Scylitzes & Zonaras Ruſſelium nuncupant, illuſtri Balliolorum familia oriundus, cum Roberto Guiſcardo, cæteriſque Tancredi filiis, in Apuliam profectus, Rogerium præſertim Roberti fratrem, in ſuſcepta ab illo contra Saracenos Siculos expeditione, ſecutus eſt. In qua tantam ex rei militaris peritia, & animi magnitudine adeptus eſt exiſtimationem, vt victoriarum, quas iis in bellis conſecuti ſunt Normanni, gloriam illi adſcribat præcipuam Gaufredus Malaterra, Scriptor coætaneus, qui illuſtre hoc
Lib. 1. c. 33. præterea animi & generoſitatis ſpecimen in Vrſello prodit. Tradit quippe Rogerio, fuſos & deletos a Serlone ex fratre nepote hoſtes inceſſere cunctanti, ne quid perſequenti deterius accideret, partis contento trophæis, *interminatum fuiſſe Vrſellum de Baillol, ſe nunquam vel ibi vel alias ſibi auxilium laturum, niſi certamen cum hoſtibus iniret.* Qua valida incenſus adhortatione Rogerius, animum reuocans, cum Serlone nepote, Vrſelloque, & Ariſgoto de Puteolis in hoſtes fortiter inuehitur. At Vrſellus cum ſuos præ nimia illorum multitudine cunctabundos, & ſolito remiſſiores cerneret, acri & viuida inflammat oratione, accenditque, & commiſſo prælio, Saracenos penitus delet & profligat. Geſta hæc fuiſſe ſub A. MLXIX. autor eſt Gaufredus, cui non debemus modo præſtantiſſimi viri nominis, ſed etiam cæterarum præclare ab illo in Græcia actarum rerum ſeruatam memoriam. Vix enim Vrſelli Græcanici geſta curioſius inueſtigandi cupiditate teneremur, niſi familiam & nomen digito veluti indicaſſet Gaufredus. Vrſellus igitur iiſdem, vt par eſt credere, de cauſis, quibus Criſpinus, dimiſsa Apulia, relictiſque Tancredi liberis, qui ſociis potentiores effecti, ditiones omnes, armis communibus quæſitas, ſibi ſolis arrogabant, in Thraciam ad Romanum Diogenem Imperatorem tranſiit, Criſpinoque ſeſe adiunxit illic militanti, & Græcis merenti ſub A. Chr. MLXIX. aut MLXX. proinde ſtatim poſt expeditionem illam Siculam, cuius mox memini. Diogene non multo poſt exauctorato, ipſoque Criſpino venefica potione ab inuidentibus Græcis ſublato, vniuerſis, quæ ea tempeſtate Byzantinis merebant, Francicis copiis præficitur, Michaele Duca imperante. Sed captata poſthæc leuis offenſæ occaſione, cum CD. popularibus defectionem molitus, Lycaoniam, & Galatiam infeſtat, oppida & caſtra expugnat, agros depopulatur, Ioannem Ducam Cæſarem a Michaele Imperatore ex fratre nepote cum idoneo in ſe miſſum exercitu fundit, capitque vna cum Andronico filio. Tranſeuntibus interea in ſuas partes Francis aliis qui Cæſari militabant, potentior factus, partaque recens elatus victoria, circumit vicinas Sangario ciuitates, ſibique ſubigit vniuerſas. At Imperator, cui nulla in Græcanicis copiis fiducia erat, Turcos ad ſociale fœdus inuitatos, ad bellum contra Vrſellum ſuſcipiendum

ſollicitat, perſuadetque. Vrſellus cum ſe imparem Turcorum viribus cerneret, Cæſarem, quem vinctum tenebat, eductum de carcere appellat Imperatorem, Byzantinorum Procerum beneuolentiam hoc facto conciliaturum ſe partibus ſuis ſperans. Commiſſo interim cum Turcis prælio, Vrſellus & Cæſar, deleto exercitu, non incruenta tamen hoſtibus victoria, capiuntur. Sed Vrſellus, depenſo ſtatim ab vxore redemptionis pretio, libertati redditus, proficiſcitur in Armeniam, & verſus Pontum: nouiſque coactis copiis, bellum rurſus inſtaurat, arces quaſdam occupat, vnde incurſat Amaſiæ & Neocæſareæ agros. Superato deinde & fuſo Nicephoro Palæologo, cum Alexium Comnenum Magnum Domeſticum cum idoneis copiis aduentare percepiſſet, in Turcorum, qui proximi aderant, miſſa prius Legatione, caſtra conceſſit, eos in ſuas partes allicere, & ſibi conciliare annixus. Verum Turci donis ingentibus, & maioribus illecti pollicitationibus, Vrſellum Alexio vinctum tradunt, a quo perductus eſt Conſtantinopolim, carcerique mancipatus. Nunciata poſthæc Nicephori Bryennij defectione, Michael, ſuis vndique dilabentibus, Vrſellum, qui ad Botaniatam perinde rebellantem proficiſci iam antea in animo habuerat, eductum de carcere, variiſque affectum honoribus, mittit contra Bryennium. Qua in expeditione Vrſellus egregiam Imperatori nauauit operam. Michaele denique in ordinem redacto, Nicephorus Logotheta, qui in Palatio rerum hactenus potitus fuerat, Selybriam, ſeu, vt Scylitzes ſcribit, Heracleam, ad Vrſellum venit, quo eius ope in Bryennij caſtra tranſiret; quem ille ſtatim comprehenſum ad Botaniatam, qui tum Imperator fuerat renuntiatus, vinctum adducit. Ita Bryennius: ſed rem paulo ſecus narrat Scylitzes. Ait quippe Logothetam confugiſſe ad Vrſellum, occultatumque aliquamdiu detonſa coma ab ipſo ſeruatum, Vrſellum ipſum veneno extinxiſſe, & ab Vrſelli vxore liberiſque ad Botaniatam perductum. Scylitzæ & Bryennio non aſſentitur omnino Zonaras. Tradit enim Logothetam, qui ſeſe ad Vrſellum contulerat, ab eo in vinculis aſſeruatum, & Vrſello ſubitanea morte extincto, in ſuſpicionem veniſſe dati illi veneni, eaque de cauſa ab Vrſelli cognatis Botaniatæ traditum eſſe. Vrſelli proinde obitus incidit in A. Chr. MLXXVIII. Iam vero cum Balliolorum nomenclatione familiæ plures in Neuſtria, ſeu Normannia, viciniſque Neuſtriæ Prouinciis occurrant, harum vti adſcribendus ſit Vrſellus haud plane promptum eſt definire. Duas in Caletibus, quæ eſt Normanniæ pars, aliam in Vinemacenſi pago, Caletibus contermino, obſeruant Scriptores. [a] Nam San-Paulanam & Flandrenſem, tametſi ætate iſta pernobiles habitæ ſint, vix eſt vt credam ad Vrſellum ſpectare. Bina vero Ballioli appellatione prædia, aut caſtra recenſet Chronicon vetus Fontanellenſe, quorum alterum cap. 12. in pago Tellao, ſeu Talogienſi, Vinemacenſi finitimo, alterum cap. 9. in ipſo Vinemacenſi pago ſtatuit. Prius vno a Nouocaſtello, alterum ab Abbatiſuilla vno & ſeſquimilliari diſtat: vtrumque binæ familiæ admodum nobili cognomen dedit. Talogienſem Balliolorum gentem perantiquam fuiſſe teſtatur [b] Diploma Roberti Augenſis Comitis A. MXXXVI. in quo memoratur *Gaufridus de Bailoil.* Extat præterea aliud Balliolum in ipſis Caletibus ad Sequanæ oſtia, quod nobiliſſimæ pariter familiæ nomen indidit, adhuc ſuperſtiti. Plures denique eiuſdem cognominis perilluſtres viros habent Scriptores, quos poſtremæ Balliolorum genti accenſent plerique. Hos inter occurrit apud Ordericum Vitalem lib. 5. A. MLXXXII. *Raynaldus de Baillol*, cui vxor fuit Aimeria, Rogerij de Montegomerico Scrobeſburienſis in Anglia, & Beliſmenſis in Gallia Comitis neptis, qui in Hiſpania contra Saracenos congreſſus eſt.

Bryenn. l. 3. N. 26.

[a] Malbrancus lib. 10. de Morin. c. 10. l. 11. c. 61. 90. Locrius in Epiſt. præfixa Chronico Belg. Froiſſart. 1. vol. pag. 67. Lambert. Ard. p. 79.
[b] In Not. ad Guibertum.

Illius porro castrum, quod fidem debitam abiurasset, obsedit Henricus Angliæ Rex sub A. MCXIX. Castro nomen fuit Mansio Renwardi, quod in Balliolorum familia Caletensi ad Sequanam diu stetit. Recensentur præterea alij non pauci, *Guillelmus* scilicet & *Henricus de Baillol* in Caletibus sub Philippo Augusto Rege: alter *Henricus* sub An. MCCLXXI. *Ingerrannus* denique *de Baillol*, Franciæ Thalassiarchus Philippo III. regnante, quem perperam Codiciacensibus adscribit Belforestus. Sed hos indicasse satis sit ad gentis Balliolæ commendationem, cuius cæteroquin Stemma accurate satis, licet non a primæua sui origine, contexuit Franciscus Blanchardus, in gratiam Balliolorum Parisiensium, qui abdicato pronuper sago, ad togam, decursis illustrioribus Fori & Palatij Regij dignitatibus transierunt.

Catal. Ferent. Banerias.

Reg. Pater Menard. in Not. ad Ioinuill. p. 350. Gesta Phil. III. p. 548.

Ann. Lucan. in Paneg. ad Pison.

——— *Tametsi bella quierunt,*
Non periit virtus, licet exercere togatæ
Munera militiæ, & sine sanguinis haustu
Mitia legitimo sub Iudice bella tueri.

Primus autem ex clarissima Normannicorum Balliolorum familia Foro nomen dedit NICOLAVS DE BAILLEVL, qui deposito sub Henrico M. veluti tyrocinio, relictisque militaribus studiis, in supremo Parisiensi Dicasterio Senator factus, deinde Libellorum Supplicum Magister, & post diuersas Legationes Præturam adeptus, Vrbi denique, Reique Vrbicæ tertium Præpositus, tantus vbique vir fuit, vt omnibus admirationem sui relinqueret. Præses demum in Senatu Infulatus à Rege dictus, & in sacrum Palatinorum ordinem Regiis auspiciis res administrantium allectus, Ærario summa cum potestate præficitur. Quo in munere *affectans famæ commoda, pecuniæ neglexit augmenta; & quod rarum virtutis exemplum est, his egit se temporibus continentem, quibus crimen auaritia non habebat.* Postremo cum diuiso in factiones Regno, cuncta bello atroci deflagrare, Senatumque ipsum, cui præerat, in partes distractum cerneret, mœrore, curis, laboribusque confectus, Regi & Patriæ, quam dudum deuouerat, vitam impendit. XIII. Kal. Sept. A. Chr. MDCLII. ætat. VI. & LX. Tanti parentis præstantissimus filius V. C. LVDOVICVS DE BAILLEVL, Præses æque Infulatus, non modo partam a maioribus laudem hodie adæquat, sed incredibili etiam virtutum omnium, quibus præcellit, comitiua, gentis suæ nobilitatem & gloriam ita cumulate adornat, vt posteris suis futurus sit in exemplum.

Senator l. 3. var. Ep. 12.

Normannicis Balliolorum familiis antiquitate & rerum gestarum fama haud inferior extitit gens Balliola Vinemacensis, cum non pauci dignitatibus, & bellica laude illustres viros in Anglia ediderit, dederitque Scotiæ Reges aliquot. Huius origo cum hactenus non Scotis duntaxat & Anglis, sed & nostris vix sit nota, præstat quod hanc in rem a me pridem adnotatum, non ingrato forsan parergo, Græcanicis hisce interserere Commentariis, tum etiam vt qui apud plerosque inualuit error, a Normannica Balliolorum familia genus duxisse Scoticos ex Balliolis Reges, ex eorum animis penitus tandem euellatur. Primus ex ea familia quæ sedem fixit in Anglia, recensetur ab Historicis *Bernardus de Bailleul, in exercitiis militaribus vir experientissimus*, inquit Ioannes Hagulstadensis, qui Stephano Regi contra Scotos militauit in eo prælio, quod *Standardi* vocant Scriptores, A. MCXXXVIII. & in altero contra Ranulfum Cestrensem Comitem captus fuit A. MCXLII. A Bernardo isto ædificatum Castellum in Brigantibus tradit [a] Camdenus, in Diœcesi Dunelmensi, ad Tesim amnem, quod a conditore Bernardi Castrum, vernacule autem, *Bernard-Castle* nuncupatum est. [b] Bernardo vxor fuit Mathildis, ex qua liberos sustulit Ingerrannum, Widonem, Eustachium,

Florent. Wigorn. A. 1138.

[a] *In Brit.*

[b] *Biblioth. Clun.*

& Bernardum, præterea Hatwildim filiam, vti constat ex Diplomate Warini Episcopi Ambianensis A. MCXXXVIII. quo Antistes ille donationem approbat a Bernardo de Balliolo, *Milite strenuo*, quorumdam Altarium Cluniacensi factam Monasterio: assensum præbentibus Bernardi fratribus, ipsa Mathilde coniuge, liberisque prædictis. [a] Extat præterea eiusdem Bernardi aliud Diploma Parisiis exaratum coram Eugenio Summo Pontifice & Rege Franciæ in Domo Templi A. MCXLVI. quo reditus quosdam in Anglia Fratribus Militiæ Templi assignat, Ingerranno filio concedente, & consentiente. *Ingerranni* nullam amplius mentionem fieri comperio. [b] *Wido* vero, Bernardi filius alter, subscribit Diploma Henrici I. Regis Angliæ pro S. Vulmari Monasterio in Bononiensi Comitatu. [c] *Eustachij*, Bernardi perinde filij, meminit charta Ioannis Regis Angliæ in Monastico Anglicano. *Bernardus* denique, vltimus Bernardi I. filius, pro Henrico II. Angliæ Rege contra eosdem Scotos dimicauit sub A. MCLXXIV. vti produnt Rogerus Houedenus & Ioannes Bromptonus, qui Bernardo *viri nobilis & magnanimi* elogium tribuit. Bernardum hunc a priore diuersum esse suadet temporum ratio, quod etiam arguit Bernardi II. Diploma, quo Ecclesias de Castello-Bernardi & de *Mideltun*, Sanctæ Mariæ Eboracensi Monasterio concedit, *quas tempore patris sui fuisse tantum capellas* ait. Ex his enim liquet non ab illo conditum Castrum Bernardi, sed a parente, quem abauum Ioannis Scotorum Regis vocat Camdenus. Floruerunt præterea in Anglia, ista ferme, qua Bernardus II. tempestate, illustres aliquot ex Balliolana gente viri, quos ab eodem stipite, hoc est, a Bernardo I. vel potius a Bernardi parente, prognatos coniicere est: [d] *Osbertus* nempe, qui sub Rogerio Waruicensi Comite floruit. *Guillelmus*, sub Turstino Eboracensi Antistite: *Joscelinus* denique & *Odo de Bailleul*. [e] Ioscelinum cum cæteris Angliæ Proceribus, qui auitas Anglorum, vt appellabant, obseruationes tuebantur acrius, Sacris interdixit D. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus. Memoratur ille in Tabulis aliquot Regis Henrici II. in Monastico Anglicano. [f] Odo vero recensetur inter Bellalandensis Monasterij, vt vocant, benefactores sub ea tempora. Bernardi II. filij fuerunt Hugo & Bernardus. *Hugonis de Bailleul* non semel meminit Mathæus Paris sub A. MCCXVI. qui *Castellum-Bernardi de eius feudo* fuisse diserte ait. Huic Rex Angliæ Ioannes Regni limites tuendos tradidit contra Alexandrum Scotorum Regem, qui in Ludouici Franciæ Regis filij partes vltro concesserat. Ab Hugone prodiere *Alexander de Bailleul* Chilami Dominus, *Henricus*, & *Guido*. Henrico, cuius excessum sub A. MCCXLVI. annotant Parisius & Mathæus Westmonasteriensis, [g] vxor fuit Agnes Wilhelmi de Valentia Comitis Pembrochij filia, ex quo coniugio nulla superfuit proles. [h] Guido vero, cum Simone de Monteforti Licestrensi Comite, contra Henricum III. Angliæ Regem fortiter dimicans occubuit A. MCCLXV. Extitit etiam Hugoni filia *Lora*, Gilberto *de Gand*, ex Flandriæ Comitibus genus ducenti, nupta. Loræ etiam fortassis soror fuit *Ada de Bailleul*, vxor Rogeri Filij-Ioannis, seu *Fitz-Iean*, quem extinctum A. MCCXLIX. autor est Parisius. [i] *Alexander de Bailleul*, primogenitus Hugonis filius, ex Isabella *de Douer*, quæ Comitissa de Assolin in veteri Diplomate indigitatur, binos procreauit masculos, *Joannem* scilicet Regem Scotiæ, & *Thomam de Bailleul*, patrem *Christinæ de Bailleul*, quæ Ingerranno Guinensi, Codiciaci in Gallia Toparchæ, nupsit. *Joannes* Dominus *de Bailleul* ducta in vxorem Dornagilla, Alani Scotiæ Constabularij ex Margareta Dauidis de Scotia Huntindonensis Comitis primogenita filia, Galeweiæ, illius iure, Dominus fuit: crebroque hoc titulo, & appellatione ista occurrit apud Scriptores Angli-

[a] *To. 2. Monast. Anglic.*
[b] *To. 1. & 2. Monast.*
[c] *To. 2. p. 510.*
[d] *To. 2. Mon.*
[e] *Ioan. Sarisb. Ep. 159. Rad. de Diceto Houed. Baron. A. 1167.*
[f] *To. 1. & 2. Mon. Math. westm. A. 1211.*
[g] *Rad. Brooke.*
[h] *Knighton.*
[i] *will. Torn.*

cos ab A. MCCXXXVI.[a] Extincto demum absque prole Alexandro Scotorum Rege, cum grauis de Regni successione exorta esset contentio inter eius hæredes, maxime inter Ioannem Balliolum, & Robertum Brusium, expenso discussoque vtriusque iure, ab Edwardo I. Anglorum Rege, delecto controuersiæ arbitro, Scoticum Regnum Ioanni addictum est A. MCCXCIII.[b] Sed subortis mox Anglum inter & Scotum dissidiis, Ioannes in Edwardi potestatem venit, Regnoque priuatus, ab eodem in prædium Balliolense in Gallia amandatus est, & quorumdam Prælatorum curæ custodiæque contraditus, quo in loco reliquum vitæ exegit, obiitque tandem post Annum MCCCXXVII. proinde in extrema senectute, vt ait [c] Buchananus, & centenario maior, cum ab A. MCCXXXVI. arma induisset, resque varias gessisset, vt autor est Parisius. [d] Vniuersa interim quæ in Anglia possidebat prædia fisco addicta sunt, exceptis aliquot, quæ ad Antonium Dunelmensem Episcopum, tamquam Comitem Palatinum, caduci iure sunt deuoluta, in quibus extitit Castrum-Bernardi, quod noua ædificiorum & structurarum accessione auxit. [e] Orta deinde Regem inter & Episcopum controuersia, concessum illud est Waruicensi Comiti. [f] Ioanni Scotorum Regi vnicus superfuit filius *Edwardus*, cui dum adhuc Regno potiretur, Ioannam Caroli Valesiæ Comitis filiam primogenitam desponsarat parens sub Ann. MCCXCV. [g] pactis in dotem, seu dotalitium, vt vocant MD. sterlingorum libris in Balliolo, Dampetra, Helicurte, & Hornayo, in Regno Franciæ, & aliis in Scotia prædiis, percipiendis. Quæ quidem prædicta in Gallia prædia in Vinemacensi pago & Pontiuensi Comitatu, paucis a se inuicem diuisa interuallis, sita sunt. Verum parente in ordinem redacto, infecta remansere nuptiarum pacta. [h] Extincto posthæc VI. Id. Nouemb. A. MCCCXXVII. Brusio Rege, qui Dauidem filium Diadematis hæredem reliquerat, Edwardus aliquot Scoticorum Procerum ope, atque adeo ipsius Angliæ Regis fultus auxilio, Scoticum inuasit Regnum sub Augustum mensem A. MCCCXXX. ac V. Kal. Octob. proxime insequentis anni coronatus [i], eo nomine fidem deinceps præstitit Edwardo III. Angliæ Regi XIV. Kal. Iul. A. MCCCXXXIV. in publicis apud Eboracum Comitiis. Nec diu parta potitus dignitate, regno exactus, & iure omni in illud suo in eumdem Edwardum Angliæ Regem, seu, vt alij volunt, Leonellum Edwardi filium transcripto, VIII. Kal. Febr. vel, vt quibusdam placet, Epiphaniæ die festo A. MCCCLVI. extremum tandem diem obiit ad Duncastriam An. MCCCLXIII. [k] Ex eadem præterea Balliolana familia Anglica memoratur *Radulfus*, qui sub Ioanne Varennensi Comite vixit circa A. MCCC. *Simon* Vicecomes Clamorganensis eadem tempestate [l], & *Edwardus*, quem Angliæ Rex Edwardus Warwicensi præfecit oppido sub An. MCCCXXXIII. Extincto porro improle Edwardo Scotorum Rege, exorta est de illius in Francia bonis controuersia, ac de Balliolo præsertim, inter Radulphum de Codiciaco Montis mirabilis Toparcham, Catharinam Atrebatensem Albæ Marlæ Comitissam, & Hugonem de Meleduno Antoïni Dominum vxoris iure; cessitque tandem Balliolensis Castellania Radulpho, vt Christinæ *de Bailleul*, Edwardi patruelis ex filio nepoti, qua ille potiebatur An. MCCCLXX. Ex prædictis iam superque satis constare arbitror Balliolenses Anglos, Scotosque, non a Normannica eiusdem nomenclaturæ familia prodiisse, sed ex ea quæ in Vinemacensi agro floruit, & Picardia, vbi prædia de *Bailleul*, *de Dampierre*, *de Hellicourt*, & *de Hornoy* possedit. Balliolum, quod genti appellationem dedit, tenet hodie Domus Melunia, seu *de Melun*, Dampetram & Hornaium Ramburea, Hellicurtim denique Rouhalda, seu Gamachia, ex Caroli VII.

[a] *Walsingh. Chr. Flandr. c. 38.*

[b] *Will. Westmon. An. 1199. Walsingh. Knighton.*

[c] *Buchan. lib. 8.*

[d] *Godwinus in Præsul. Angl.*

[e] *To. 2. Monast. p. 846.*

[f] *Walsingh. Knighton. Buchan. Tilletius.*

[g] *Chartophylac. Reg. Laieta Escosse tit. 1.*

[h] *Froissart 1. vol. c. 21. Chron. Flandrens. c. 71.*

[i] *Walsingh. Knighton.*

[k] *To. 2. Monast.*

[l] *Froissart. 1. vol. c. 27. 90. 138. Chr. de Flandr.*

Duchesnius in Hist. Codic.

Franciæ Regis dono Ioachimo Rouhaldo Franciæ Marescallo sub annuo censu facto. Quod quidem Castrum a Balliolorum hæredibus emerat antea Edwardus Angliæ Rex, & Comitatui Pontiuensi adiunxerat. Sed & hoc notandum ab eodem Hellicurtensi prædio fluxisse Balliolanæ familiæ symbolum, seu clamorem, vt vocant, militarem, qui vulgo Scoticis Regibus in vniuersum adscribitur a Fecialibus nostris, qui Ioanni & Edwardo Balliolis proprius fuit, nempe *Hellicourt en Pontieu.* Ex quo perperam & infeliciter satis Vignerius sub A. MCCLXXXVI. Crucimanius in Bibl. Script. Gallic. pag. 528. & Sauuagius ad Chronicon Flandriæ vernaculum cap. 38. Haricuriæ Dominos fuisse Balliolos hariolati sunt. Gentis Balliolæ Vinemacensis arma & insignia varie efferunt libri, quos vocant Prouinciales. Manuscriptus Scoticus, qui penes me est, Scutulum argenteum in miniata area assignat. Alter Gallicus Scutulum argenteum, tertius Armeniaco distinctum vellere facit. Duchesnius denique Scutulum rubeum in Armeniaca area attribuit.

Ζόμπου] Eadem habet Scylitzes, qui a Bryennio pleraque hausit quæ in Michaele Duca refert, quem nec hoc loco exscribere est animus, nec in aliis, vbi cum Bryennio consentit, ne nimius sim. Id satis erit semel monuisse. N. 14.

Αρτούχ] Infra N. 18. Αρζατούχ, idem forte qui N. 21. & Annæ p. 4. Τουτάχ. Fuit Artach ortu Turcomannus, a quo Artacidarum prodiit familia. Is Anno Heg. CDLXXXVIII. Chr. MLXXV. vna cum Tageoldulo Aleppi, seu BerrhϾ, Toparcha, Solymannum Nicænsem Sultanum de medio sustulit, vt narrat El-Macinus. N. 17.

Χρημάτων ἠπόρει] Comparanda coniux cum coniuge, seu cum Bryennio Anna, quæ ex fusioribus mariti commentariis pleraque per synopsim attigit quæ habet lib. 1. Alexiadis. N. 22.

Μαύρηξ] De quo ad Alexiad. p. 107. N. 26.

Κωνσταντῖνος] Constantinum hoc loco & lib. 1. N. 6. appellat, qui cæteris Scriptoribus Leo nuncupatur. V. Not. ad Annæ p. 112. & Stemma Comnen. N. 29.

Χωρεβάτοι καὶ Διοκλεῖς] Bellum hoc Seruicum prosequitur Scylitzes p. 851. & seq. vt & Anna lib. 1. V. Not. ad pag. 40. Lib. 3. N. 1.

Μιχαὴλ Κηρουλλάριος] Qui Patriarcham egit post Alexium, imperantibus Monomacho, Theodora, Stratiotico, & Isaacio Comneno, de quo multa Cardinalis Baronius in Annal. Eccles. & Leo Allatius Differt. 2. de libr. Eccl. Græcor. & lib. 2. de Eccl. Occid. & Orient. consens. cap. 9. N. 2.

Δοῦκα τῆς Βουλγάρων χώρας] Debellata a Basilio Imperatore, & in Prouinciæ formam redacta Bulgaria a Præfectis Ducum titulo & dignitate instructis cœpit administrari. Hos inter Nicephorum Carentenum, & Damianum Dalassenum, Michaele Duca imperante, memorat Scylitzes. Nicetam eodem perfunctum magistratu, cum Nostri Hierosolymitanam Expeditionem primum sunt aggressi, testantur Albertus Aq. Willelmus Tyrius, & Thworzius. Nicetæ successorem Ghus nescio quem nominat idem Albertus lib. 8. cap. 34. N. 3.

Αὐτοῦ ὁμευνέτιδος] Andronici istius vxoris meminit Gregoras lib. 9. & ab ea instauratum de nouo Choræ Monasterium Constantinopoli scribit. V. præterea Annam p. 166. N. 6.

Τριῶν γὰρ θυγατέρων] Duas ex tribus Andronici Ducæ filias hic recenset Bryennius: tertia fuit Anna Ducæna Georgij Palæologi coniux. Anna lib. 2.

Αργυροῦ] Quis ille Argyrus, pluribus disceptamus in familiis Byzantinis, vbi de Argyrorum familia.

N. 9. Κατζαμουνώτης] An idem cum Castamonita, de quo Anna pag. 195.

N. 11. Φερύειον] V. Not. ad Villhard. N. 86.

Διαβαίνων τὴν γέφυραν] Pontis istius meminit Cinnamus lib. 2. Plura etiam de illo congessimus ad Villhard. N. 85.

N. 16. Σολυμὰν ὁ τοῦ Κουτουλμοὺς υἱός] Iconiensium Sultanorum originem hactenus incertam, vixque notam nobis tandem aperit Bryennius. Solymannum enim veterem, vti a Tyrio appellatur, a quo cæteros, qui in Lycaonia, Cappadocia, aliisque Asiæ Prouinciis imperitarunt, Toparchas Turcicos deriuari constat, non ex eadem modo qua supremi Turcorum Sultani gente ortum duxisse docet, verum etiam quo illos consanguinitatis gradu attigerint. A Cutlum quippe, quem etiam cum Scylitze & Zonara Κουτλουμοὺς, & Κουτουλμοὺς vocat, Solymannum Nicænsem Sultanum prognatum refert. Cutlumus vero Tangrolbeci Sultani patruelis fuit, seu, vti scribit lib. 1. N. 10. & ex eo Scylitzes, Tangrolbeci patrui filius, proinde Salgeuci ex filio nepos. Id præterea firmat Scylitzes, cum ait Ibrahimum Tagrolbeci fratrem Cutlumi fuisse ἀνέψιον, seu patruelem. Cutlumus porro El-Macino A. Heg. CDLXXVII. Chr. MLXXXIV. & insequenti *Ptolomeus* nuncupatur, vocabulo haud multum abludente, si primus immutetur apex, vbi Solymanni parentem exerte vocat. Atque ex his non mediocriter falli deprehenduntur Zonaras, Tyrius, & Aithonus. Ac Zonaras quidem, qui Cutlumum Tagrolbeci ἀδελφόπαιδα, seu ex fratre nepotem facit: Tyrius vero lib. 3. cap. 1. & Aithonus cap. 15. qui Solymannum nepotem fuisse scribunt Guedadolduli Albæ Arsenali Sultani, cui Tyrius Belsetosi, Aithonus Aspasalemi nomen tribuunt. Enimuero vt Cutlumus eiusque filij quinque (tot enim assignat liberos Cutlumo Scylitzes, quos inter Solymannum & Masourium recenset Bryennius) Lycaoniam, Cappadociam & Bithyniam occuparint, fuse satis enarrat Zonaras in Romano Diogene, & idem Scylitzes in Botaniata. Incertum tamen prorsus relinquitur, quando, & quo imperante Nicæa Bithyniæ Metropolis, in qua Regni sedem, seu, vt Anna loquitur lib. 3. p. 95. τὸ Σουλτανίκιον constituisse Solymannum testantur passim Scriptores, in Turcorum concesserit potestatem, cum id nemo hactenus prodiderit. Certe licet quod a Bryennio lib. 3. N. 16. 17. 18. Scylitze, Zonara, & aliis traditur, a Nicænsibus exceptum Botaniatam, & Imperatorem acclamatum, perspicue euincat hac tempestate, hoc est, sub A. Chr. MLXXVIII. Nicæam Græcis paruisse, illo tamen imperante Turcos agnouisse Dominos videtur indicare idem Bryennius lib. 4. N. 2. dum scribit Botaniatam Imperatorem factum Legatos misisse ad Solymannum & Masurum, τοὺς τῶν Τούρκων ἐξάρχοντας, ἐν Νικαίᾳ διατρίβοντας, qui tum Nicææ degebant, sane cum Solymanni Veteris Regia extiterit, Nicæam oportet ante illius excessum, qui anno demum MLXXXV. contigit, in Turcorum ius venisse.

N. 22. Εν τοῖς τῶν Ρουφιδιανῶν Παλατίοις] De hoc Palatio ad Chalcedonem agunt Sozomenus, Socrates, Nicephorus Call. Cedrenus, Glycas, & alij, locis a me indicatis in Obser. ad Villhard. N. 68.

N. 23. Ενθα καὶ δαμάλις λιθίνη] V. Petrum Gyll. lib. 3. de Bosp. Thrac. cap. 9.

Αστρὸν τῆς Σιδηρᾶς] V. Notata ad pag. Alexiad. 54.

Περὶ τῶν πυλῶν τοῦ τεμένους] Apud Græcos quippe, vt & hodie apud Latinos, celebrantur sponsalia ante portam Ecclesiæ. Euchologium Græcorum μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν, τοῦ ἱερέως ἑστῶτος ἐν τῷ θείῳ ἱερατείῳ, παρίστανται οἱ μέλλοντες ζεύγνυσθαι πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, &c. Quo tum tempore fiebant eiusmodi donationes, quas *Dotis* nomine nuncupant Practici. Regiam Maiestatem lib. 2. cap. 16. Glanuilla lib. 6. cap. 1. & Bracton lib. 2. cap. 39. *Dicitur Dos vulgariter, id*

quod

quod liber homo dat sponsæ suæ ad ostium Ecclesiæ tempore desponsationis. Dons faits à portes de Monstier, in Stabilimentis S. Ludouici lib. 1. cap. 11. 18. 19. & 113.

Εἰς τριγαμίαν] Tertiæ quippe nuptiæ Legibus & Conciliorum Canonibus vetitæ. V. Can. 3. & 7. Neocæsar. Syn. Leo. Nou. 90. Constant. Porph. Nou. 13. latam An. DCCCCXX. Balsam. in Epist. Basil. ad Amphil. cap. 4. & in Nomac. Photij, Ius Græco-Rom. To. 1. p. 497 Scitum illud Nazianzeni, vel Clementis, τὸ πρῶτον συνοικέσιον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία, τὸ τέταρτον χοιρώδης βίος. Quinetiam Athenagoras ipsas secundas nuptias εὐπρεπῆ μοιχείαν appellauit. V. Epistolam Nicolai Patr. CP. apud Baron. A. DCCCCXII. in Appendice To. 10. & Guidon. Carmelit. de Hæresib. Græcor. cap. 8.

Δαμοκρανίας] Meminit eiusce oppidi, seu potius προαστείου, Cantacuzenus lib. 3. cap. 84. quod Vrbi Constantinopolitanæ, Rhegio, Athyræ & Selybriæ proximum, proinde in Thracia fuisse indicat. Illud vero quod τοῦ Ἀρχαγγέλου, seu D. Michaelis Templum eo in loco extructum ait Bryennius, videtur Ædes illa esse, quam Procopius & Theophanes ad littus Anapli, quod ex Ponto ad dextram nauigantibus occurrebat, statuunt, a Constantino M. condita, & a Iustiniano de nouo instaurata. V. Petr. Gyllium lib. 2. de Bosp. Thrac. cap. 10. Lib. 4. N. 3.

Χωματηνοῖς] De Chomatenis & Athanatis abunde diximus ad Alexiadis pag. 92. N. 4.

Τὸ τοῦλδον] De huius vocis significatu, multa Rigaltius & Meursius in Gloss. & Fabrotus ad Cedrenum, quæ non exscribo. Tantum moneo videri nostrum *Toudis*, aut *Taudis*, inde appellatum, quod pro quarumpiam rerum incomposito aggere, qualia fere sunt exercituum impedimenta, quæ nullo ordine in castris iacent, vsurpant Monstrelletus 1. vol. cap. 238. 2. vol. pag. 38. 58. Gruellus in Hist. Arturi Ducis Britan. p. 92. 94. Philippus Rauestanus in Tacticis, & alij passim. N. 6.

Φιλοπάτιον] Fuit Philopatium, non solum amœnus & arboribus vndique consitus locus, & aquis e fonte proximo manantibus irriguus, ad Vrbis muros Χερσαίοις, & ad Portam Auream, sed & Palatium, quod inædificatum erat, Philopatij perinde nomine nuncupatum, vti multis sat probauimus ad Villharduinum N. XCIII. Loci situm & amœnitatem complexus est Cinnamus lib. 2. scribens fuisse ἀμφιλαφῆ χῶρον, καὶ ἐπίχλοον ἀπανταχῆ φέροντα τὸ πρόσωπον. Neque alio respexit Theophanes in Leone Armenio, dum ait Crumum Bulgarorum Regem Constantinopolim obsidentem, celebratis more gentis suæ ad Portam Auream Sacris, ἐν τῷ πρὸς θάλασσαν λιβαδίῳ, suum in eamdem contorsisse spiculum. Sed præ cæteris Philopatij descriptionem ex Arnoldo Lubecensi a nobis allatam illustrat Odo de Diogilo Abbas San-Dionysianus lib. 3. de Profect. Lud. VII. Regis Franc in Orient. *Erat*, inquit, *ante vrbem murorum ambitus spatiosus, & speciosus, multimodam venationem includens, conductus etiam aquarum & stagna continens. Inerant etiam quædam fossæ & concaua, quæ loco nemorum animalibus præbebant latibula. In amœnitate illa quædam Palatia nimia ambitione fulgebant, quæ Imperatores ad iocunditatem vernorum temporum sibi fundauerant.* Iam vero quod de Palatio Philopatiano subdit, firmatur iis Cinnami verbis: Ἐν δὲ τῷ κατάντικρυ τειχέων βασιλικῷ γεγονὼς ἐνδιαιτήματι, ὃ Φιλοπάτιον ὀνομάζομεν. Eiusmodi loca venationi commoda, & septis circumclusa, quibusque adiuncta erant Palatia, παραδείσους appellabant Persæ, vti scribunt Xenophon lib. 1. & 9. de Instit. Cyri, Dio-Chrysost. Orat. 3. de Regno, & Zozimus; describuntur vero ab Ammiano lib. 24. N. 7.

N.22. Ποῦ ὁ τραῦλος] V. Not. ad Alexiad. pag. 19. Cæterum Alexij Comneni Magni Domeſtici, ante Imperium capeſſitum, Nicephori Botaniatæ auſpiciis, res præclare bello geſtas, multis proſequitur Guillelmus Apulienſis lib. 4. atque inprimis Bryennij & Baſilacij clades, & ſtratagema, quo Alexius deceptum Baſilacium in ſuos coniecit caſſes, hiſce verſibus commemorat:

— Senex quidam Regni Nicephorus habenas
Sumpſerat, ignauus bello, tamen ingenioſa
Mente ſagax, contra furtiua pericula cautus,
Imbellis metuens pluſquam metuendus habetur.
Militiæ Princeps ſuſtentat Alexius illum,
Aſtuta ratione vigens, & ſtrenuus armis,
Pectore clarus erat, clariſque parentibus ortus.
Annos iſte ſuæ plures ætatis ab ipſo
Flore iuuentutis primæuo duxit in armis.
Si quid oportebat fieri graue, non dubitabat
Imperio ſancto ſibi præcipiente ſubire.
Hoſtes Imperij Baſilachius atque Brienus,
Inſignes Græci, bellis opibuſque potentes,
Hoc duce ſunt victi, victori ceſſit vterque.
Nam ſibi dum longe non congrederetur ab Vrbe,
Bellando victus cedit, capiturque Brienus:
Victus Alexina ceſſit Baſilachius arte,
Alter in alterius congreſſum dum properaret.
Proxima caſtra die cadente locantur vtrimque,
Nocte fugam prudens ſimulauit Alexius illa.
Caſtris dimiſſis, neque tota remota ſupellex
Eius erat, quædam tentoria fixa manebant.
Hæc dimiſſa fugæ, iumentaque luce ſequenti
Effecere fidem, caſtriſque relicta ſupellex.
Contra ſe nullos vbi vidit adeſſe paratus
Hoſtilis belli, caſtris ſine gente relictis
Circumquaque ſuis Baſilachius imperat ire,
Si quos excipiunt ab equis, vel gente tumultus,
Ut ſibi notificent. Muſſantis nulla cohortis
Vox, nullus potuit ſonus, aut hinnitus equorum
Audiri: ſperat Baſilachius omnia tuta,
Atque ſuis hoſtem pro viribus expauefactum
Credit iniſſe fugam. Cœnantem crapula ſomno
Aggrauat, & caſtris non tota quieta iacebat.
Callibus occultis aduectus Alexius, hoſtes
Irrumpens ſubito perterruit. His quia noctis
Obſtabant tenebræ, nuſquam loca tuta patebant,
Spes eſt nulla fugæ, capiuntur & interimuntur.
His ſopor & vini dederat violentia multa
Segnitiem, nec abire valent, nec ad arma reuerti.
Lumine priuatus Baſilachius, & tibi captus
Legatur, nihil ipſe videns, Nicephore, videndus,
Imperio cuius præſumpſerat eſſe rebellis.
Impiger & cautus ſic victor Alexius hoſtes
Imperij multos armis ſuperauit & arte.

N.28. Μαύρου ὄρους] Sic appellabant citerioris æui Græci Taurum montem in Ci-

licia & Armenia, vt autor eſt Phocas in Deſcript. Terræ Sanctæ cap. 11. & Scylitzes in Nicephoro Phoca. Mauri montis meminit etiam Anna lib. 13. p. 412. Pachymeres lib. 4. cap. 12. l. 5. c. 24. & Phranzes lib. 3. cap. 27. *Montenegro* vocari hodie aiunt.

Κλοδ κλοδ] Cum eiuſmodi exploſione Eunuchis ſolum, vt ſatis indicat N. 32. Bryennius, illuderent Byzantini, propriam & peculiarem iſti potiſſimum hominum generi fuiſſe oportet, qua ſcilicet ſemiuirorum vitia & defectus, quibus diſtinguntur a cæteris hominibus, ſugillabant, viri nempe exſectionem, vel imberbe mentum, vel denique vocem exilem & gracilem. Sed vix eſt vt ex hiſce caſtratorum vitiis quodpiam denotaſſe Byzantinos cenſeam. Nec enim placet eorum ſententia, qui putant, non tam venæ ipſius, vt verbo Martialis vtar (lib. 4. Ep. 66. & lib. 6. Ep. 49.) exſectionem, quam mittendæ vrinæ caſtratis & exſectis omnino, ſenio præſertim confectis familiarem modum ludibrio iſto exſibilaſſe, in quibus aiunt diducto laxatoque præ ætate ſpinctere, emiſſam guttatim vrinam eum reddere ſonum, quem inuerſæ lagenæ ſolent efficere, quod in cæteris, vti volunt, viris ſecus ſe habet, in quibus οὖρος ipſo venæ meatu & canali longius emittitur. Vetus Epigramma de Ruſtico Ebrio, qui amphoram vinariam fregerat, lib. 4. Epigr. vet.

Percutit & frangit vas, vinum defluit, anſa
Stricta fuit, glut glut murmurat vnda ſonans.

Verum ita ne ſe res habeat, medicorum filij diſquirant. Quid ſi per κλοδ κλοδ, Græci poſterioris æui, vocabulo forte apud vulgus recepto, pro κλώθειν, ſpadones & eunuchos ſugillarunt, cum præcipuum illorum fuerit munus cum fœminis verſari, puellarum & nuptarum inuigilare cuſtodiæ, & vt ait Corippus,

Conſeruare domum, ſanctumque intrare cubile,

Ita vt Byzantini imbellem & effœminatum iſtum Ducem ad lanarum penſa, vt eunuchum decebat, ablegarint, quemadmodum olim Sophia Auguſta Narſetem Spadonem Italiæ Præfectum, & Claudianus Rufinum eunuchum, his verſibus,


——— *Quid te turpiſſime bellis*
Inſeris, aut ſæui pertentas pallada campi?
Tu potes alterius ſtudiis hærere Mineruæ,
Tu telas, non tela pati, tu ſtamina noſſe,
Tu ſegnes operum ſolers vrgere puellas,
Et niueam Dominæ penſis inuoluere lanam, &c.
Arma relinque viris.

Sed non eſt cur ad coniecturas recurramus, cum ipſe ſe offerat caporum, id eſt, gallorum caſtratorum, ſeu *ſemimarium*, vti vocantur a Varrone, glocitus, quo illi vtuntur maxime, cum iis ſubduntur pulli gallinacei incubandi & conducendi. Guillelmus Brito Ord. Fratr. Minorum in Vocabulario MS. *Gallus gallinaceus dicitur, qui quaſi gallina nutrit pullos, quia mulieres ſolent ei deplumare ventrem, & fricare cum vrtica, quia taliter vrticatus, libentiſſime cubat ſuper pullos, & nutrit eos, ſicut mater, & gracillat ſicut gallina.* Capos vero, vel Capones, Eunuchos per ludibrium appellari vulgo ſolitos nemo neſcit: Luithprandus in Legat. *Ipſi vendunt, ipſi emunt, oſtia ipſi claudunt, ipſi aperiunt, ipſi dapiferi, ipſi agazones, ipſi capones: ſed hic caupones volui ſcribere; verum res ipſa quæ vera eſt, veritatem etiam volentem compulit ſcribere: dicimus enim quia capones ſunt, id eſt, eunuchi, quod canonicum non eſt.* Ita *Cappos* nuncupari Iudæos opinatur Sirmondus in Capitul. Caroli C. Tit. 43. §. 33. *De*

Cappis & aliis negotiatoribus, videlicet vt Iudæi dent decimam, & negotiatores Christiani vndecimam. Scilicet ob περιτομὴν, ſeu circumciſionem. Nam, vt ait S. Ambroſius in Leuitic. cap. 12. *viros circumciſione ſignatos etiam opprobrio & illuſione dignos arbitrabantur* Gentiles. Secus tamen de Cappis iſtis cenſent Boſquetus ad lib. 13. Regeſti Innoc. III. PP. Epiſt. 50. & Marca lib. 1. Hiſtor. Beharn. cap. 16. N. 9.

N. 36. Τὴν λίμνην] Aſcania dicitur Straboni lib. 12. Deſcribitur vero paſſim a Tudebodo, Alberto Aq. & aliis Rerum Hieroſ. Scriptoribus, vbi de Nicæa a Turcis obſeſſa agunt. Vide Ius Græco-Rom. To. 1. p. 92.

CAROLI DV FRESNE
AMBIANI,
DOM. DV CANGE,
QVÆSTORIS FRANCIÆ,
IN
ANNÆ COMNENÆ
CÆSARISSÆ
ALEXIADEM
NOTÆ HISTORICÆ
ET PHILOLOGICÆ.



CAROLI DV FRESNE AMBIANI, DOMINI DV CANGE, QVÆSTORIS FRANCIÆ;

IN ANNÆ COMNENÆ CÆSARISSÆ ALEXIADEM NOTÆ HISTORICÆ ET PHILOLOGICÆ.

IN PRÆFATIONEM.

ΠΟΡΦΥΡΑΣ τιθήνημα] Porphyrogenita, Nata patre Imperatore. Eadem Anna infra, καὶ τὴν πορφύραν ἀφ' ἧς ἐβλάστησα. & lib. 15. ἔγωγε γυνὴ καὶ τῆς πορφύρας τὸ τιμιώτατον, καὶ τοῦ Ἀλεξίου πρώτιστον βλάστημα. Nicolaus Callicles in Epigr. Ἐξ Εὐδοκίας ταῦτα πορφύρας κλάδου. Constant. Manasses, Κομνηνιάδην Μανουὴλ πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον. Apud eumdem non semel, Πορφυρόφυτος κλάδος, πορφυρόρπηξ, πορφυροβλάστητος. Niceph. Xanthopulus in Catal. Impp. Ὁ πορφυρανθὴς εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος. Incertus Poeta apud Leonem Allat. Differt. 1. de Libris Eccl. Græc.

> Ἄναξ ὅλης γῆς ἥλιος τῆς πορφύρας
> Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος.

Narratio MS. de Bertrando Romano Græco-barbara, Πορφυρόβλαστε θύννημα τῶν χειρῶν. Vita S. Mariæ Iunioris, Εἶχε μὲν τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας Βασίλειος, οὐχ ὁ τῆς Πορφύρας βλαστὸς, ἀλλ' ὁ Μακεδών. V. Notata ad pag. 166.

Ἔρυμα καρτερώτατον] Max. Tyrius Serm. 12. de Historia. τὸ γὰρ δὴ ἄκουσμα ἐφήμερον δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ φθειρόμενον ταχὺ, καὶ ἀπολλύμενον, καὶ ἀπορρέον τῇ μνήμῃ σώζει, &c.

Γραμμάτων οὐκ ἄμοιρος] Nicetas Chroniates in Ioanne Comneno N. 3. de Annæ nostræ eruditione ; ἥ τις δὴ τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας ἐδείκνυτο μέλημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐρρύθμιστο μάθησιν. Zonaras in Alexio, de Nicephoro Bryennio, & Anna coniuge: Ἦν γὰρ καὶ λόγοις προσκείμενος ὁ ἀνὴρ, καὶ ἡ σύνοικος δὲ οὐδὲν ἧττον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐκείνου, τῶν ἐν λόγοις παιδείας ἀντείχετο, καὶ τὴν γλῶτταν εἶχεν ἀκριβῶς Ἀττικίζουσαν, καὶ τὸν νοῦν πρὸς ὕψος θεωρημάτων ὀξύτατον. Ταῦτα δὲ προσειλήφει φύσεως ὀξύτητι καὶ σπουδῇ. Προσετεθήκει γὰρ τοῖς βιβλίοις, καὶ λογίοις ἀνδράσι, καὶ οὐ παρέργως ὁμίλει αὐτοῖς.

Τετρακτύος τῶν μαθημάτων] Sic Synesius Epist. 140. & Constantinus Porphyrog. in Basilio cap. 51. τετρακτὺν τῶν ἀρετῶν dixerunt, *quadrifariam virtutem.* Senator lib. 6. Epist. 3. Hic vero μαθηματικῆς τετρακτὺν, de qua Ignatius Diac. in vita S. Nicephori Patr. CP. cap. 15. seu quatuor Mathematicæ partes intelligit Anna, quas se attigisse haud leuiter non vno loco profitetur, Astrologiam, Geometriam, Arithmeticam, & Musicam, quas Μαθήματα Græci veteres appellant, vt autor est A. Gellius lib. 1. cap. 9. Elogium S. Panteleemonis.

Τοῦτον διαπρέποντα τοῖς θείοις λόγοις,
Ὅλην διαρκῶς τῶν μαθημάτων τρίβον
Τὴν τηνικαῦτα τῆς ἐπιστήμης πρόμῳ
Εὐφροσύνῳ δίδωσι, &c.

Carmen de Carolo Magno apud Canisium,

Et priscos superat dialectica in arte Magistros,
Quatuor ast alias artes, quæ iure sequuntur,
Discernit simili rerum ratione magistra.

Atque inde *Litteræ quadriuiales* dicuntur Mathematicæ Scientiæ Thomæ Cantipratano, *Quadriuialia* in Charta R. Cardinalis An. MCCXV. pro reformatione Academiæ Parisiensis: *Non legant in festiuis diebus nisi Philosophos, & Rhetoricas, & Quadriuialia, & Barbarismum, & Ethicam, & quartum Topicorum. Quadriuium* cæteris Scriptoribus æui medij passim: Hugo Flauiniac. Abb. An. DCCLIII. *Intrat ex hoc quadriuium, vbi cubos Arithmeticæ, sonos Musicæ, modos Geometriæ, radios Astronomiæ perspicaci percipiens mente, ad perfectionem duplicis thesis, id est, Theoriæ peruenit & Practicæ.* Wibertus in Leone IX. PP. *Quippe quadriuium naturali ingenio vestigantes degustarunt.* Math. Paris. A. MCCLII. *Vir quidem in triuio & quadriuio excellentissimus.* Et mox, *Omnem triuij & quadriuij nouerat difficultatem.* Vbi per *triuium*, Grammaticam intelligit, Rhetoricam & Dialecticam. Wibertus loco citato, *nempe vt primum competit rudibus, decurso artium triuio, non solum claruerunt prosa & metro,* &c. Epitaph. Gisleberti Crispini Abbat. Westmonast. An. MCXIV.

Mitis eras, iustus, prudens, fortis, moderatus,
Doctus quadriuio, nec minus in triuio.

Vide I. Tzetzem Chil. 11. cap. 377. & Senatorem lib. 1. Epist. 45.

Πυκάζουσα] De hac voce consule Gauminum ad Psell. de Operat. Dæmon. pag. 114.

Ὁ Καῖσαρ Νικηφόρος] De quo nonnulla attigimus in Stemmate Comnenico.

Ἄλλοις προσομιλήκειν ξένοις] Annæ calamitates ex parte narrat Nicetas in Ioan.

Ἀέρων ἀνωμαλίαι] Anna lib. 1. παρέχοντες ἀνωμαλίας. Theophrast. lib. 6. de causis Plantarum, Ἀνωμαλία τοῦ ἀέρος, καὶ τῆς τροφῆς. *Inæqualitas aeris,* in Decretis Liberij PP. & in Capit. Caroli Magni cap. 118. *Inæqualitas vitæ,* apud Iul. Firmicum l. 5. Mathes. cap. 5. *Inæqualitas corporis,* apud Attonem Vercellensem Episc. in Capitul. c. 54.

Τιμόθεος] Timothei Citharœdi præclarum extat elogium apud Himerium Sophistam.

IN

IN LIBRVM I. ALEXIADIS NOTÆ.

MEΓA ὄφελος] Respexit illud Homeri Iliad. ρ'. Pag. 1. A
Ὃς τοι πολλ' ὄφελος γένετο πόλει τε καὶ αὐτῷ
Σῶος ἐών.

Μανουήλ] V. Stemma Comnenicum. B

Οὐρσέλιον] V. Notas ad Bryennium. C

Οἰκειοῦσθαι τὸν βάρβαρον] Nouerat quippe Alexius Turcorum mores, qui Pag. 5. A
alias infidi, donis & pecunia facile capiuntur. Leo Aug. in Tact. cap. 18. §. 48. Περίεργα δὲ εἰσὶ τὰ τῶν Τούρκων φῦλα, καὶ κρύπτοντα τὴν βουλὴν αὐτῶν, ἄφιλα δὲ καὶ ἄπιστα ὄντα, καὶ διὰ τὴν ἀπληστίας τῶν χρημάτων κατούμενα, ὅρκου καταφρονοῦσιν. Hinc Prouerbium apud hodiernos Græcos, vt autor est Hermodorus Rhegius, Τοῦρκον εἶδες, ἄσπρα θέλει, καὶ ἄλλον εἶδες, καὶ ἄλλα θέλει.

Αμάσειαν] Amasia, vrbs est Ponti Galatici in Cappadocia, de qua præ- D
ter Ptolemeum & Strabonem, qui patriam sibi illam fuisse scribit, consulendi Eustathius Presb. in vita S. Euthymij Patr. CP. cap. 37. 39. Auger. Busbequius in itinere Amasiano, & Ioan. Leunclauius in Pand. Turc. cap. 6.

Αρμενιακοῦ] Scilicet Θέματος. Cappadocia circa tempora Iustiniani in 3. Pag. 6. A
partes diuisa fuit, Mediterraneam, Superiorem, & Inferiorem. Mediterranea Charsianum, a quodam Charsia Præside: Superior finitima Lycaoniæ & Tauro, Cappadocia Minor: Inferior denique, quæ Pontum Euxinum spectat, Armeniaca, quia Armeniis vicina, appellatæ sunt. De postrema Cappadociæ parte, non de ipsa Armenia proprie sumpta hic potissimum agit Anna: neque enim Amasia fuit Armeniæ vrbs, sed prima e septem Armeniaci Thematis, vt autor est Constantinus Porphyr. lib. de Administr. Imp. cap. 7. & lib. 1. de Thematib. cap. 2. Occurrit præterea Armeniaci Thematis mentio apud Niceph. CPol. A. IↃCCXLI. Nicetam in Ioan. Comn. cap. 9. Landulf. Sag. lib. 18. Hist. Misc. eumdem Constant. in Basilio cap. 30. Scylitz. Zonar. & al. V. pag. 331 342.

Ὀστράκου μεταπεσόντος] Prouerbialis formula, ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων, ait Pag. 7. B
Suidas V. Parœmiographos Diogenianum Centur. 7. Apostol. Byzant. Cent. 15. & al. Occurrit iterum apud Annam lib. 6. Platon. in Phædro, Eunapium in Proæresio, Marinum in Proclo, Const. Manassem, Pachymer. lib. 5. cap. 2. Metaphrastem in Actis S. Babylæ Mart. cap. 1. &c.

Παλαμήδειον] Anna lib. 2. pag. 47. τὸ δὲ σκέμμα σοφὸν καὶ Παλαμήδειον. C

Τὸν σιδηρόν] μυδρόν. Vide infra pag. 49. & Notata ad pag. 480. C

Ἐν τῇ Πατρῴα πόλει] Non Constantinopoli, quod vult disertus Interpres, Pag. 8. B
sed Castamone in Cappadocia. V. Bryennium lib. 2. N. 26.

Δοκειανός] Theodorus Doceanus Scylitzæ dictus, de quo & eius familia pluribus agimus in Stemmate Comnenico.

Νικηφόρος Βρυέννιος] Nicephori Bryennij rebellionem & Historiam narrant Pag. 9. A
præterea Nicephorus Bryennius ex filio nepos, Zonaras, Scylitzes, Glycas, &c

Τὸν πρόεδρον] Michael Ducas Parapinacius, abrogato Imperio, in Studiense A
Monasterium concessit, eo translatus a Botaniata, prid. Paschatis, hoc est, 7. April. An. MLXXVIII. Dein Ephesi Antistes dictus, cum semel eo venisset, Constantinopolim reuersus, in Monasterio Manuelis vitæ reliquum exegit. V. Bryenn. Zonar. Scyl. Glyc. Manass. Ioel. &c.

Τῶν Δουκικῶν] Inter Δυτικὰ Θέματα recensetur a Const. Porphyrogenneta B

lib. 2. de Themat. cap. 9. Επαρχία τῆς Νέας Ηπείρου, τουτέστι τοῦ Δυρραχίου. Huic ſuberant Prouinciæ aliquot, vrbeſque complures, quarum aliæ a Conſularibus, quædam a Ducibus regebantur. Harum præcipua & caput Dyrrachium fuit, a qua totius Thematis appellatio. Vide Notit. Græc. in Geographia Sacra pag. 24. Dyrracheni igitur tractus Ducatum obtinuit Bryennius, Michaele imperante: cui tum eum tenenti Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus epiſtolam ſcripſit cum hoc titulo, Τῷ Δουκὶ Δυρραχίου τῷ Βρυεννίῳ. Eumdem Ducatum obtinuerunt poſtea Nicephorus Baſilacius, Georgius Monomachatus, & Ioannes Comnenus Iſaacij Sebaſtocratoris filius. Sed & inde Ducis honorariam appellationem Dyrrachij Dominis ex gente Francica attributam iam olim a nobis obſeruatum in Hiſt. noſtra Gallo-Byzantina lib. 8. N. 2.

C Αναδρομὴ σώματος] Infra de Bryennio pag. 11. καθ᾽ ὅπερ ἧς γίγας ὑπερωμίας εἰς πῆχυν ἕνα τῶν ἀπάντων ὑπερανέθηκε. V. Not. ad pag. 24.

D Δομεστικὸν] Afflictis Romanorum Imperatorum rebus, ac Conſtantini M. partitione, variarumque gentium irruptionibus mutilato Imperio, quod reliquum fuit Conſtantinopolitani Principatus, in duas partes diſtributum fuit, Orientem videlicet & Occidentem, ita dictas reſpectu Byzantij. Hæ rurſum diuiſæ in Prouincias, ſeu Θέματα, quæ Conſtantinus Porphyrogenneta duobus libris eleganter complexus eſt. Themata vero partim a Ducibus, partim a Conſularibus, quemadmodum ſtante Romana Rep. Prouinciarum aliæ a Prætoribus, aliæ a Conſularibus, regebantur. Ducibus denique ac Conſularibus præerant Domeſtici duo: prior qui Orientalibus Prouinciis imperabat, Δομεστικὸς τῶν Ανατολικῶν Θεμάτων, poſterior qui Occidentalibus, τῶν Δυτικῶν dicebatur. Hac poſtrema functum dignitate Alexium tradit, præter Græcos Scriptores, Willelmus Antiſtes Tyrius lib. 2. cap. 5.

Pag. 10. A Αθανάτοι] Quemadmodum olim apud Perſas erat legio militaris, quam τῶν Αθανάτων appellabant, vt docemur ex Procopio lib. 1. de Bello Perſico, Theophane in Theodoſ. Iun. An. XVIII. Freculpho To. 2. lib. 5. cap. 10. & aliis Scriptoribus, quos laudat Briſſonius lib. de Regno Perſar. Ita habebant Byzantini Imperatores, Perſicorum Principum ſimiæ, ſuos immortales, quos a Nicephoro Logotheta, qui ſub Michaele Duca rerum potitus eſt, tum demum inſtitutos refert Bryennius lib. 4. N. 4. quibus id nominis videtur inditum, quod pacis æque ac belli tempore militarent, eſſetque eorum cohors *ſchola vacationis ſemper ignara*, quod de peculiari quadam Caroli M. Imp. caterua militari dixit Monachus Sangallenſis lib. 2. cap. 26. Vnde Anna de Athanatis agens lib. 2. pag. 62. dixit, στράτευμα δὲ τοῦτο τῆς Ρωμαϊκῆς δυνάμεως ἰδιαίτατον, quia videlicet, pacis perinde ac belli tempore Imperatoribus merebant. *Athenaſi* corrupte dicuntur Tudebodo lib. 2. Conſule præterea Gloſſaria Rigaltij & Fabroti.

B Εκ τοῦ χώματος] Vide Notata ad pag. 92.

C Κηδόκτου] Τὸν Κηδόκτου χῶρον habent Scylitzes & Zonaras in Michaele Rhangabe & Mich. Balbo.

C Κλωπιτεύειν τὴν νίκην] *Boni enim Duces*, ait Vegetius lib. 3. cap. 10. *non aperto Marte prælium, in quo eſt commune periculum, ſed ex occulto ſemper attentant, vt integris ſuis, quantos poſſint hoſtes interimant, certe vel terreant.* V. Leon. Tact. cap. 12. §. 12.

Pag. 11. A Καλαύρην] Καλαβρία, Zonaræ & Scylitzæ, regio ſic dicta, διὰ τὸ κατάρρυτον εἶναι τὸν τόπον βρύσεσιν ὑδάτων, πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν.

A Μανιάκου] Is eſt Georgius Maniaces, qui in Italiam, ſeu Calabriam, ab Imp. Baſilio miſſus, Siculos, Normannis iuuantibus adortus, & ab iis poſtea

derelictus, defectionem molitus est, Monomacho imperante; sumptisque Imperij Insignibus, tandem cum ad Seruios se contulisset, commisso ad Strobum prælio, debellatus est. Historiam narrant Zonaras, Scylitzes, Glycas, Gaufredus Malaterra lib. 1. cap. 7. & 8. Leo Ost. lib. 2. cap. 18. & Ordericus Vitalis lib. 4. qui *Manicheti* nomen, & ob affectatam fortassis Tyrannidem, Imperatorium titulum ei tribuit.

Ἀπὸ τῆς Ἑταιρείας] Ex cohortibus scilicet conflatis ex Romanorum sociis, quas peculiari appellatione Ἑταιρείας appellabant. Scylitzes in Michaele Balbo, ἐν τῷ Παλατίῳ σχολὰς εἰληφώς, καὶ τὰς Ἑταιρείας, ἔξεισι κατὰ τοῦ τυράννου. Atque, vt ex hoc loco videtur posse colligi, militabant illæ in Palatio, ad Imperatoris custodiam, quibus qui præerant Ἑταιρειάρχαι & Μεγάλοι Ἑταιρειάρχαι dicti Constantino Porph. de Adm. Imp. cap. 51. Willelmo Tyrio lib. 21. cap. 16. Pachymeri lib. 2. cap. 24. Cantacuzeno lib. 1. cap. 55. lib. 2. cap. 6. Scylitzæ, Zonaræ, Manassæ, & al. a Meursio & Fabroto laudatis: quod præterea firmat Cinnamus lib. 5. N. 8. Γεώργιον ὃς ἑταιρείας τῆς τότε ἡγεῖτο τῆς βασιλικῆς. Idem Pachymeres lib. 4. cap. 29. ait eorum munus fuisse in Palatio ἐπὶ τῆς εἰσαγωγῆς, vnde *Admißionales* vertit eruditus Interpres. Huiusmodi sunt apud nos, *les Introducteurs des Ambassadeurs.* B

Ταρχανειώτης] Cuius meminit Zonaras in Romano Diogene. B

Ἀρχοντικοῦ] Ἄρχοντες Græcis Scriptoribus æui sequioris, iidem qui nostris *Barones* dicuntur: Ἀρχοντικὸν vero idem quod *Barnagium.* V. Not. ad p. 204. B

Ἐφ' ἵπποις Θετταλοῖς] Thessalicos equos olim in pretio fuisse annotant præterea Herodotus lib. 7. Varro de Re Rustica lib. 2. cap. 7. Theocritus Εἰδ. ιη΄. Oppianus lib. 1. Κυνηγ. Lucanus lib. 6. & alij. B

Ἔξωθεν τοῦ σήματος] Edit. Hoeschel. ἔξωθεν δὲ τοῦ εὐωνύμου κέρατος. C

Ἐπισεσαγμένον] Equum scilicet ex iis, quos Byzantini vocabant Συρτοὺς, seu Συρτὰ, vt docemur ex Codino de Offic. cap. 5. N. 7. Latini vero *Dextrarios,* quod dextra, vel manu ducerentur. Ioannes de Ianua: *Dextrarius dicitur, quia per dextram ducitur.* Iacobus Cardinalis lib. 2. de Coronat. Bonifacij VIII. cap. 9. Pag. 13. A

Post ipsum quadratus equus detextus ad ante
Cygneus ad dextram vehitur.

Δεξιὸν ἵππον dixit Leo Grammaticus in Michaele. Sed de Dextrariis, plura nos in Glossario ad Villharduinum.

Ἀλουργῷ ἐφεστρίδι] Byzantinos Augustos palliis & stragulis purpureis equos, maxime Dextrarios, instrauisse, sat multis ostendimus ad eumdem Villhard. N 83. Addo hunc morem hausisse illos a Persis, a quibus pleraque regiorum ornamentorum & insignium acceperant. Sic enim Xenophon lib. 8. περὶ Κύρου παιδ. Cyri magnificum incessum describens, οἱ δ' αὐτῷ Κύρῳ τρεφόμενοι ἵπποι παρήγοντο χρυσοχάλινοι, ῥαβδωτοῖς ἱματίοις καταπεπταμένοι, ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. V. Annam p. 140. A

Ῥομφαίας] Romphææ Codino dicuntur Κοντάρια, seu Δόρατα κεχρυσωμένον ἔχοντα ξύλον. Annæ lib. 5. p. 140. σιδηρογνώμονα δόρατα lib. 6. & 11. p. 175. 176. & p. 314. σιδηρογνώμονα σκῆπτρα. Interdum σκῆπτρα simpliciter, vt apud Xenophontem in descriptione incessus Cyri, ἐφείποντο δὲ οἱ περὶ αὐτὸν σκηπτοῦχοι ἐφ' ἵππων κεκοσμημένοι σὺν τοῖς παλτοῖς ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους. Papias *Romphæam*, spatam fuisse scribit; spata vero fuit maior gladius. *Romphæa est gladius ex vtraque parte acutus, quam vulgo spatam dicunt. Ipsa est & framea.* Papiæ assentitur Abbo lib. 2. de bello Paris. A

Nostra manens turris, clypeus, nec non bisacuta
Rumphæa, fortis & arcus erat, fortisque sagitta.

Gloſſ. Græcolat. ῥομφαία, *framea*, *gladium.* Romphæas tenebant quatuor ex honoratioribus Proceribus, bini videlicet ex qualibet parte, latera Imperatoris tegentes, qui inde Ῥομφαιοκράτορες dicti Codino de Offic. cap. 17. N. 54. Corippus lib. 3.

Pilaque ſuſpiciunt alto ſplendentia ferro
Aurea, & auratos conos, criſtaſque rubentes.

B Θωρακιδίῳ] Bryennius, καλύψας τὸ πρόσωπον τῷ ἀπῃωρημένῳ θωρακίδι τῆς κόρυθι. Editio Annæ Hoeſcheliana θωρακησίῳ habet. Bucculæ loriculam in fronte galeæ pendentem his locis interpretatur eruditus Poſſinus; eam videlicet galeæ, ſeu potius ἐλωοῦ partem, foraminibus diſtinctam, quæ laxata, aut demiſſa, vultum tegebat. *Naſale* appellatur ab Ægidio de Roya An. MCCCLXXI. quod naſum demiſſa tegeret. *Viſiere*, noſtris, vnde βιζιέρα, Græcis recentioribus apud Anon. de Nupt. Theſei. Ioan. Cinnamus lib. 3. N. 9. περιπέτασμα vocat, Βακχῖνος μὲν γὰρ Βασιλείου τῆς σιαγόνος τὸ ξίφος κατενεγκὼν ἔπληξεν, οὐ μὴν καὶ διελᾶν τὸ ἐκ τοῦ κράνους ἐπὶ τὰς ὄψεις ἠρτημένον ἠδυνήθη περιπέτασμα. Verum non deſunt qui putant θωρακιδίου vocabulo intelligi lemniſcum, ſeu velum quod caſſidi imminebat, cuiuſmodi paſſim exhibent ſigilla veterum Militum. Φλάμουλον & Φλαμουλίσκιον dicitur Mauritio lib. 1. Strateg. cap. 11. & Leoni in Tact. cap. 5. §. 5. κασσίδια ἔχοντα τούφια μικρά, καὶ φλάμουλα κατὰ τῶν μήλων. Vetus Poeta Vernaculus in Poem. cui titulus, *Le Roman de Guiteclin:*

Li gonfanon de ſoie ſor hiaume li vantele.

Sed potior videtur Poſſini ſententia.

B Ὡς ὁ Βρυέννιος ἐπεπτώκει] Eiuſmodi στρατήγημα tempore prælij vſurpandum præcipit Leo Aug. in Tact. cap. 14. §. 111.

Pag. 14. B Δεξιὰς διδόντων] Patrium Francorum morem in dandis Dexteris, in fidei, ſeu fidelitatis argumentum, hic exhibet Anna. Bifariam vero a Francis datas Dexteras potiſſimum obſeruare eſt. Primum cum a ſubditis, aut vaſſallis, Regibus vel Dominis fides præſtabatur; cuius moris, qui etiamnum in præſtandis hominiis obtinet, exempla proferunt Autor vitæ Ludou. Pij An. DCCCXXXVII. Regino & Annal. Franc. Fuld. An. DCCCLXXXIV. & DCCCLXXXIX. Marculf. lib. 1. Form. 18. Witikindus lib. 1. & alij ſine numero. Dabant præterea Dexteras nulli clientelæ, vel ſeruituti, obnoxij: quo caſu vt plurimum Dexterarum datio, ſeu potius implicatio, reciproca erat. Sic Dextras datas & acceptas legimus in Annalibus Franc. Fuld. An. DCCCLXIX. & apud Willelm. Tyrium lib. 19. cap. 16. Inde *Dextræ*, pro fœderibus apud Hincmarum de Ord. Palat. cap. 30. Franci igitur Alexiani in Bryennij partes tranſeuntes, Dextras porrigunt, fidemque dant, viciſſimque accipiunt. V. pag. 415. C. & 440.

Pag. 15. C Εἰστήκει πρὸς τὰς λαβάς] Plutarch. in Fabio, ὥσπερ ἀθλητὴς λαβὴν ζητῶν. Galli dicimus, *eſtre aux Priſes.*

Pag. 16. D Ἀναίτιος] Ita Michaelem Gabram inſcio ſe oculis priuatum ab aulicis dixit Manuel Imp. apud Cinnamum lib. 6. extremo.

Pag. 17. A Ὁ γὰρ Βόριλος] Borilum & Germanum, quorum opera Botaniates in rebus gerendis vtebatur, origine & moribus barbaros, mire inſectatur, præter Zonaram, Scylitzem & Glycam, Conſtantinus Manaſſes:

Καὶ τὰ μὲν πράγματα χερσὶν ἐπίστευεν ἀνθρώπων,
Βαρβαριζόντων τὴν φωνήν, μηδ' ὀρθορρημονούντων,
Κράτορα πλημμέλειον ἐσθιόντων καὶ πινόντων.
Οἷς ἦν τὸ γένος τρίδουλον, καὶ πάπποι καὶ πατέρες,
Τριβάρβαροι, καὶ τὴν ψυχὴν βάρβαροι, καὶ τὴν γνώμην,
Καὶ Σκυθογλώσσοις λαλιαῖς δυσφράστως λαλαγοῦντες.

Βασιλάκιος] Nicephorus Basilacius, dignitate Magister & Protoproedrus, Dux Theodosiopoleos, post Bryennium Dyrrachij Dux. Zonar. Scyl. Glyc. Bryenn. A

Εκατοντάχειρα] Theophylact. Bulgar. Archiep. Epist. 41. καὶ τοῦ μύθου ἑκατόγχειρας ἐκείνους, ἢ ἑκατοντακεφάλους Βριαρέως, ἢ Τυφῶς λήρους εἶναι πρὸς ἡμᾶς πείσοντες. D

Βαρδάρειον] Infra, Βαρδάρης. Bardarus, Bardarius, vel Barduarius, (varie enim vox ista effertur) celeberrimus in Macedonia fluuius, in sinum Thermaïcum erumpens, olim Axius dictus. Huius crebra apud Scriptores mentio occurrit, Theophylact. Epist. 55. Acropolit. Gregor. lib. 8. Zonar. in Bulgaroctono, Codin. de Offic. c. 5. Fulcher. Carnot. lib. 1. cap. 3. Robert. Monach. lib. 2. Willelm. Tyr. lib. 2. cap. 13. & 14. Leunclau. in Pand. Turc. cap. 84. &c. Pag. 18. A

Βερροίας] Tres hoc nomine vrbes statuunt Geographi; primam in Syria, quæ Annæ & Cinnamo Χαλέπ, hodie *Aleppo;* alteram in Thracia, Nicopolim Moesiæ inter & Philippopolim Thraciæ oppida, ad Bermij montis radices sitam; tertiam in Macedoniæ Themate, vt habet Constantinus Porphyrog. lib. 2. de Them. in Emathia regione, quam Irenopolim ab Irene Imperatrice dictam scribit Cedrenus. Postremam hic intelligit Anna. A

Ο τραυλὸς] Idipsum refert Bryennius lib. 4. N. 22. atque inde Alexio, quod balbutiret, cognomen, vel potius, *nomen ioculare*, vt verbo vtar Ausonij, inditum ab inuidentibus, Βαμβακόρακος, vti in Epistola Honorij III. PP. CCLXXXIV. lib. 6. docemur; quod nimirum inarticulate, & instar corui crocitando verba effunderet, quod faciunt βαμβαλίζοντες, qui dentibus crepant potius, quam loquuntur. Gloss. Græcol. ψελλιστής, *Vambal.* Adamantius Martyr apud Senatorem de Orthogr. cap. 5. *Bambalo*, ψελλιστής. Bambalio, forte, sic enim nescio quem M. Fundum, Antonij III. viri socerum, *propter hæsitantiam linguæ*, vocat Cicero Philipp. III. Pag. 19. B

Αριστοφάνους] In Nubib. Οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον. C

Πέτρος Τορνίκιος] Eiusdem gentis fuit & originis cum Tornicio, qui Italiæ Præfecturam obtinuit Basilio & Constantino imperantibus; de quo hæc Guillelmus Apuliensis lib. 1. Rerum Normann. Pag. 20. D

Turnicij tandem rumor peruenit ad aures,
Qui Catapan fuerat Græcorum missus ab vrbe,
Cui Constantinus nomen dedit editor vrbis,
Et Constantinus, pariterque Basilius illi
Tunc dominabantur.

Ημέρας διαγελώσης] Loquendi formula Ερωτικῶν Scriptoribus familiaris, Heliodor. lib. 1. Eustath. de Ismen. amorib. lib. 5. & 8. Elogium S. Panteleemonis, ἤδη γελώσης ἡμέρας χρυσοχρόου. Vtuntur præterea Procopius lib. 1. de Ædif. Iustin. Nicetas in Isaacio lib. 2. & ipsa Anna pag. 232. & 394. Vide Bourdelot. ad Heliodorum. Pag. 21. B

Πηγὴ Βασιλακίου] Bryennio, Βασιλάκια πηγάδιον. Scylitzæ Βρύσις Βασιλακίου. vnde forte nomen inditum vrbi cuidam Βρύσις, & alteri Μεγάλη Βρύσις, in iure Græco-Rom. pag. 223. Vide Meursium in Βρύσις, & Gloss. eruditi Interpretis. Pag. 22. C

Ρομπέρτον] Robertum Normannum Apuliæ Principem, cuius Stemma delibauimus in Obseruationum istarum prolegomenis. Pag. 23. A

Θυγατέρα] filiam Roberti, quam Constantinopolim adductam, mutato nomine, ait Scylitzes, Helenam vocauit, filioque suo Constantino despondit Michael Ducas. Quæ quidem affinitas effectu caruit propter immaturam pueri ætatem, & remissa postmodum a Botaniate ad patrem Helena, B

vt autor est Zonaras. Constantinopoli reclusam, & diligenti custodia obseruatam scribit Gaufr. Malaterra lib. 3. cap. 13. *Ne forte*, inquit, *si alicui potenti nuberet, quia hæreditali Imperatori semel in Palatio coronata fuerat, ab ipso cui nuberet, aliqua hæreditas per ipsam in Palatio proclamaretur.* Nec dissentit Ordericus Vitalis lib. 7. de Botaniata scribens, *filias duas Roberti Wiscardi, quarum vnam idem iuuenis* (Constantinus) *desponderat, custodiæ mancipauit.*

B Κωνσταντῖνον] Constantinum Porphyrogennetam, a patre infantem adhuc, puniceis calceis donatum, & Imperatorem appellatum. Zonar. Anna, &c.

D Τὴν τύχην ἄσημος] Infra, ἐξ ἀφανοῦς πάνυ τύχης περιφανής. & lib. 4. pag. 104. ἀπὸ ἐσχάτης πενίας καὶ τύχης ἀφανοῦς. Leo Ost. lib. 3 cap. 15. De Roberto, *cum esset admodum pauper.* Ioan. Brompton, *Iste Robertus licet probus, & de familia Regis,* (Willelmi Rufi Angl. Regis) *pauper tamen erat, & nullam ditandi gratiam apud Regem illum non potuit inuenire.* Robertum ex eorum Militum ordine, quos Vauassores vocant, ortum duxisse autor est Otho Frisingensis lib. 1. de Gestis Frider. cap. 3. *Robertus iste ex mediocri stirpe in Normannia ex eorum ordine quas Vauassores vulgo illi dicere solent, in plaga, quam Constantiam Indigenæ vocant, editus.* Idem in Chron. lib. 6. cap. 33. *Ea tempestate Normannorum gens inquietissima, Roberto Guiscardo Duce, humilis conditionis viro, sed strenuissimo, Apuliam inuadit.* Ordericus lib. 5. *Hic Tancredi de Altauilla mediocris cuiusdam viri filius fuit.* His, præter Richardum Pictauinum, concinit Guntherus lib. 1. Ligurini:

Normannia quondam
Ediderat, media rerum seu stirpis agentes
Fortuna, sed mente suis & pectore longe
Præstantes, validosque manu, formaque venustos
Laudis amatores, magnarum semina rerum
Quærentes, cupidosque suis notescere factis.
Quique magis sese claro de sanguine Regum,
Quam de priuata Gallorum gente docerent.

Denique Philippus *Mouskes* Episcopus Tornacensis in MS. Francorum Historia, ne quid intactum relinquam, hæc de Guiscardi natalibus refert:

Cil Robers estoit vn beuere,
Vns Cheualier fort tramelere,
Tant fist que riens ne li remest,
Fors qu'vn seul manoir ú il mest,
Si parent tost le blastangierent,
Vn seul Escuier li baillerent, &c.

Certe humilis fuit ac tenuis Roberti familia, si Ducalem & Regium spectemus apicem, ad quem postea peruenit, quæ honesta tamen, & præter nobilium vulgarem statum & conditionem illustris habita est: &, vt verbis vtar Willelmi Malmesburiensis lib. 3. de Gest. Angl. *quæ nec humi reperet, nec altum quid tumeret.* Fuit enim Tancredus, Wiscardi pater, ex eorum numero Militum, quos *Banneretos* appellabant, & in Richardi II. Normanniæ Ducis, cui imprimis charus fuit, obsequio militari 15. Militibus imperans, meruit, vt autor est Malaterra lib. 1. cap. 40. Ortum porro duxit Robertus in ea Franciæ Prouincia, quam Neustriam, postea Normanniam, a Normannis Septentrionalibus, quibus inhabitanda concessa est a Carolo Simplice, appellarunt nostri, in eoque tractu, qui Constantinus vulgo dicitur. Orderic. Vitalis lib. 3. *Huius pater Tancredus de Altauilla de pago Constantino extitit.* Malaterra lib. 1. cap. 3. *In cuius quidem Prouincia ciuitas est, quæ Constantinum dicitur, in cuius territorio villa est, quæ Altauilla nuncupatur: non quidem tantum*

pro excellentia alicuius montis, in quo ſita ſit : ſed quoniam, vt credimus, aliquo auſpicio ad conſiderationem prænotantis euentum : & proſperos ſucceſſus eiuſdem villæ futurorum hæredum, Dei adiutorio, & ſua ſtrenuitate, gradatim honoris culmen ſcandentium. Loco etiamnum nomen manet, *Hauteuille la Guiſchard*, in celeberrimi Roberti memoriam. Porro Annæ Ρομπέρτος, Robertus dicitur, μ ante π præpoſito, ex vſu Græcorum, qui B Latinum per, μπ, efferre ſolent, vt obſeruauit Mart. Cruſius ad Hiſt. Polit. pag. 46.

Τὴν ψυχὴν πανουργότατος] Fuit Robertus animo verſutiſſimo, vnde ab Vmfrido fratre, Apuliæ Principe, *Guiſcardum*, ob vafritiem cognominatum tradunt Willel. Gemeticenſis lib. 7. cap. 30. & Robertus de Monte A. MCXXIX. Leo Oſt. lib. 3. Chron. cap. 15. ita appellatum fuiſſe per iocum narrat a Gerardo, cuius amitam coniugem duxerat. Vim vocabuli expreſſit Guntherus lib. 1. Ligurini : D

Cui propter ſenſus agiles, animique vigorem,
Cognomen Guiſcardus erat.

Et Guillelmus Apulienſis lib. 2. Rer. Norman.

Cognomen Guiſcardus erat, quia calliditatis
Non Cicero tantæ fuit, aut verſutus Vlyſſes.

Teſtatur Ioannes Tyremeus, Guillelmi Apul. editor, noſtra etiam ætate, vulgo apud Normannos, cautos & aſtutos viros, *Guiſchards*, appellari.

Τὰ δὲ τοῦ σώματος] Solenne eſt omnibus pene Scriptoribus proceram corporis ſtaturam viris heroicis tribuere, cuiuſmodi Nicephoro Bryennio, ſupra, & Boemundo lib. 13. affingit Anna, & cunctis Normannis Italicis Leo Oſt. lib. 2. cap. 38. *Viri & ſtatura proceri, & ſpecie venuſti :* quos tamen vt breuiores & puſillos ab Alamannis & Theutonicis, qui in Italiam cum Henrico Imp. venerant, ludibrio habitos ſcribit Guillelmus Apulienſis lib. 2. Pag. 24. A

Teutonici, quia cæſaries & forma decoros
Fecerat egregie proceri corporis illos,
Corpora derident Normannica, quæ breuiora
Eſſe videbantur, nec eorum nuntia curant.

Alemanni quippe ſtatura ſunt proceri. Willelmus *Guiart* in S. Ludouico :

Alemans, qui ſelonc nature
Sont grans & gros comme iaiant,
Vont là leurs forces eſſaiant.

Idem de iis teſtatur Cinnamus lib. 2.

Ἐξελθὼν τῆς πατρίδος] Guibertus lib. 3. Hiſt. Hieroſ. cap. 2. non equitem, ſed peditem a patria digreſſum Robertum tradit : *Is a natiua, quam præmiſimus, regione, vtrum ſponte egreſſus neſcio, an pulſus, pedes in Apuliam abiit : ibi equos & arma quibus eques fieret, qua potuit arte commeruit.* Vide Malaterram lib. 1. cap. 5. & 6. Brompton. & al. B

Χιλίοις ληστρικοῖς καβαλλάρχων] Annæ concinit Philippus *Mouskes :* C

Puis ala tant par le Païs,
Qu'en Pulle vint, ſi fu routiers,
Et tint ſergens & caualiers.

Λογγιβαρδίας] Longobardiæ nomen olim tam late patuit, vt vniuerſa Italia hoc vocabulo intelligeretur. Charta Caroli M pro diuiſione Imperij : *Italiam vero, quæ & Longobardia dicitur, &c.* Poſtmodum Græcis ea potiſſimum pars Italiæ Longobardia dicta fuit, quæ in eorum Imperio remanſit, Calabria ſcilicet & Apulia, in Thematis ſeu Prouinciæ formam ſub hac appellatione redacta, vti refert Conſtantinus Porphyr. lib. 2. de Themat. cap. 11. Recentiores denique Longobardiam appellarunt eam Italiæ partem, quæ C

Æmiliam & Liguriam continet, vt autor est Albertinus Mussatus lib. 6. de Gest. Henrici VII. cap. 14.

C Γελιέλμον Μασκαβέλω] Robertus, Alberada priore vxore repudiata, seu, vt vult Scylitzes, extincta, ex qua Boemundum susceperat, filiam Salernitani Principis in secundam coniugem adsciuit. Hunc Gaimarum, vel Gaimarium Malaterra lib. 1 cap. 30. Leo IX. PP. in Epist. & Leo Ost. non semel nuncupant; quem Willelmus Gemeticensis lib. 7. cap. 30. & Ordericus Vitalis lib. 3. & 11. Wailmachum, & Guailmachum vocant, vocabulo, vt videtur, magis ad Willelmum Mascabelem accedente, vti ab Anna indigitatur. Sed fallitur illa, cum scribit superstite Gaimario Roberti initas cum eius nata nuptias: cum longe ante Gaimarius a suis per insidias sublatus esset, Leone IX. PP. Ecclesiam gubernante. Guill. Apul. lib. 1.

Hoc Normannorum Drogo, Gaymariusque priores
Tempore defuncti fuerant, a ciuibus alter
Et consanguineis occisus fraude Salerni:
Alter ab indigenis, nimirum quia credulus illis,
Montilari cæsus.

Et lib. 2. diserte ait a Gisulpho, Gaymarij filio, Sigelgaitam in vxorem obtinuisse Robertum, quod etiam tradit Leo Ost. lib. 3. cap. 15.

Cumque potentatus cœpisset crescere nomen,
Virtutisque suæ, Legatos mittere cœpit,
Qui sua deferrent generoso verba Gisulfo
Gaymarij genito, germanæ nobile poscens
Coniugium, quia coniugio tunc ipse carebat,
Prima coniuge pro consanguinitate repulsa,
De qua natus erat Buamundus, strenua proles,
Insignis nimia virtute potensque futurus.

D Μίαν τῶν θυγατέρων] Roberti vxorem, Gaymarij Salernitani Principis filiam, Gisulfi, seu Siconolfi Principis sororem, *Gaitam* nuncupant Anna & Scylitzes, Malaterra lib. 1. cap. 3. *Sigelgaitam*, vt & Willelm. Gemetic. lib. 7. cap. 43. *Siguelguadam* Ordericus lib. 7. *Sicelgaitam* Leo Ost. lib. 3. cap. 57. *Sichelgatam*, Guill. Apuliensis lib. 2. denique *Sihulgaitam*, vetus Diploma Rogerij Ducis & Boemndi, apud Baron. A. MXC. N. 19. Obiit illa An. MXC. vt autor est Petrus Diac. lib. 4. Chron. Cassin. cap. 8. Diem annotat Kalendarium S. Mauricij Andegauensis: XVII. *Kal. Maij ob. Sichelgaita Ducissa Apuliæ.* V. Baron. A. MXC. N. 18. Porro nuptias Roberti in An. MLIIX. coniicit Malaterra lib. 1. cap. 31.

Pag. 26. Καὶ συμπλακεὶς] Falli præterea hoc loco constat Annam, quæ posteris imposuit, dum quod auditu acceperat de quodam Bisiniacensi Principe, id Salernitano adscripsit. Quod facile concedet quisquis hanc Annæ narrationem cum Historia Petri de Turra Bisinianensis Principis conferet, quam cum iisdem adiunctis pluribus recitant Malaterra lib. 1. cap. 17. & Leo Ost. lib. 3. cap. 15. Cæsum per insidias Salerni ab Alphanis Proceribus Gaymarium tradunt. Idem Leo Ost. lib. 2. cap. 86. & lib. 3. cap. 3. Petrus Damian. lib. 1. Ep. 9. & Guill. Apul. lib. 2.

Pag. 27. B Δοὺξ Λογγιβαρδίας] Obtinuit a Nicolao PP. Ducis titulum Robertus Anno Chr. MLX. quod testantur Gregorius VII. PP. lib. 2. Ep. 9. lib. 8. Ep. 1. Malaterra lib. 1. cap. 25. & 36. & Leo Ost. lib. 3. cap. 15. Guillelmus Apul. lib. 2.

Finita Synodo, multorum Papa rogatu
Robertum donat Nicolaus honore Ducali.
Hic Comitum solus concesso iure Ducatus

Est

Est Papæ factus iurando iure fidelis:
Unde sibi Calaber concessus, & Appulus omnis
Est locus, & Latio patriæ dominatio gentis.

Πεὶν ὑμεῖς τὸν ἥλιον] Desponsus fuit Constantinus Helenæ, Michaele imperante, proinde multo ante quam Anna nasceretur, quæ lucem aspexit, patre Alexio iam Imperatore. Pag. 28. A

Συμπενθερείας] Συμπενθερεία est affinitas inita inter duos, ex filiorum ac filiarum nuptiis, sic vt vterque socer dicatur, hic quidem respectu nurus, alter respectu generi. Συμπενθερείας & συμπενθέρων mentio passim occurrit, apud Balsamonem in Nomoc. Phot. tit. 13. cap. 2. Theophylactum Bulg. Ep. 31. Nicetam in Isaac. lib. 1. Niceph. Gregoram lib. 3. Codinum de Offic. cap. 2. Phranz. & al. V. Gregor. VII. PP. lib. 8. Ep. 6. B

Ραίκτωρ] Rem narrant Gregor. VII. PP. lib. 8. cap. 6. Malaterra lib. 3. cap. 13. & Guillelmus Apul. lib. 4. qui Roberti Expeditionem commemorans, hæc subdit: B

——— *Modico remoratus Hydrunti*
Tempore, præstolans aduentum coniugis, atque
Multorum Comitum, quos nouerat ipse futuros
Esse viæ socios; mentitus se Michaelem,
Venerat a Danais quidam seductor ad illum,
Immerito raptum ius Imperiale reposcens,
Se profugum lachrymans, lachrymantem Dux & honeste
Suscipit & tractat, placidoque fauore benignum
Exhibet obsequium. Populus quoque credulus omnis
Assurgebat ei flexa ceruice salutans.
Hunc adhibens socium sibi Dux, vt iustior esset
Causa viæ, secum, dum transfretat, ipse reducit.

Anonymus Barensis: *An.* MLXXX. *Ind.* III. *ipse Dux fecit fine cum Bari, & mense Aprili fecit Tarenta cum illo, & Trane, &* * *fumilare fecit ibi Michael Imp.* * i. ἀφημιῶν: Adde Lupum Protospatham hoc A. Tradit Order. Vitalis lib. 11. Michaelem istum, quem perperam Romani Diogenis filium facit, in comitatu fuisse Boemundi, cum Galliam adiit A. MCVI. aliosque de Græcis, seu Thracibus, illustres, *quorum*, inquit, *querela de Alexio Imperatore, qui per proditionem illis Antecessorum Stemmata suorum abstulerat, magis ad iram contra eum feroces Francos incitabat.* Vide eumdem lib. 7. p. 640. 641. Fuit porro Rectorum familia Constantinopoli perillustris, e qua memoratur apud Zonaram & Leonem Grammaticum Ioannes Rector, ab Alexandro Imperatore, Constantino Porphyrogennetæ ex fratre nepoti, tutor datus.

Ὑπὸ τοῦ Βοτανειάτου] Ordericus lib. 7. *Ecce sicut Michael pepulit Diogenem vitricum suum de Regali solio, sic ipse de eodem culmine præcipitatus est a Bithinacio, qui nihilominus simili repulsa deiectus est ab Alexio.* B

Καῖσαρ Ἰωάννης] Ioannes Cæsar Ducas, Constantini Ducæ Imp. frater, Michaelis Imp. patruus. C

Ρέκτης] Alludit ad nomen pseudoimperatoris: ῥέκτης enim, est homo strenuus, δραστήριος. Sic supra eadem Anna, Ἄνδρες κακουργότατοι καὶ ῥέκται πραγμάτων. Et Synesius, ἐδόκει γὰρ οὗτος νέος τε εἶναι καὶ ῥέκτης ἀνὴρ, οἷος ἐχθροὺς τε κακῶσαι, καὶ φίλους ποιῆσαι. C

Μαρίαν] Mariam Alanam, Michaelis Ducæ Imp. vxorem. D

Ἑλένην] Helenam custodiæ mandatam a Botaniata iam supra obseruauimus, postmodum remissam ad patrem ab eodem Scylitzes scribit. Verum id serius accidit, si qua fides Orderico lib. 7. *Filias quoque Wiscardi præfatus* D

Heros (Alexius) *ac si ipse genuisset eas, amauit blanditer, & pie tractauit: & fere* XX. *annis in deliciis educauit. Officium illarum erat mane, dum Imperator de suo stratu surrexisset, manusque suas ablueret, mappulam & pectinem eburneum afferre, & barbam Imperatoris pectere. Nobiles puellæ facili gratoque seruitio a liberali Principe deputatæ sunt, quæ post longum tempus Rogerio Comiti Siciliæ, Augusto fauente, vt amico redditæ sunt.* At quæ fuit altera Roberti filia, quam vna cum sorore Helena Constantinopolim missam autor est Vitalis, vnaque cum ea remissam ad Rogerium, non plane constat: tametsi probabile videatur, fuisse Mabiliam, quæ patre iam extincto nupsit, cum tres aliæ, ex quinque quas extulit filiabus Robertus, ipso superstire nuptias iniisse tradantur.

Pag. 29. C Κόμητας] Cum Normanni in Apulia, impellente ac stimulante Hardoino Mediolanensi, sedem figere, & cum Græcis decertare decreuissent, primores ex suis 12. quibus parerent, elegerunt, iisque Comitum indiderunt nomen & dignitatem. Guillelmus Apul. lib. 1.

Normanni quamuis Danaum virtute coacti
Appula rura prius dimittere, rursusque adire
Hoc stimulante parant, numero cum viribus aucto,
Omnes conueniunt, & bis sex nobiliores,
Quos genus & grauitas morum decorabat, & ætas,
Elegere Duces, prouectis ad Comitatum
His alij parent, Comitatus nomen honoris
Quo donantur erat, hi totas vndique terras
Diuisere sibi, &c.

Pag. 30. B Μητρόπολιν οὖσαν Μέλφης] Non Melfam, vel Melpham, primam Normannorum in Apulia sedem, sed Amalphim hic intelligit Anna, quæ, vt est apud Tyrium lib. 18. cap. 4. *est Ciuitas inter mare & montes eminentissimos constituta, ab Oriente habens vrbem munitissimam Salernum, vix 7. milliaribus marino ab ea distantem itinere, ab Occidente vero Surrentum & Neapolim.* Hanc expugnarat paulo ante Guiscardus C. An. MCLXXIII. Gisulfo sororio Salernitano Principe frustra propugnante, vti narrant Guillelmus Apul. lib. 3. & Gaufredus Malaterra lib. 3. cap. 3. apud quem *Malfa* nuncupatur. Porro Anna Salernum Melphæ, seu Amalphis, Metropolim appellat, quod ea tempestate, vt & nostra, circumiecta regio, totusque qui Amalphi adiacet maritimus tractus, ab hac vrbe appellationem sortiretur; quod testantur Alexander Abbas Celesin. lib. 3. cap. 23. Raphael Volaterr. & Leander Albert. Alia autem fuit Melfa, seu Melfis, vel Melfia, prima Normannorum in Apulia sedes, ab iis, quo se aduersus Græcos tuerentur, ædificata, seu potius instaurata, vt autor est Malaterra lib. 1. cap. 9. Iacet illa Asculum inter & Venusam, in extremo Apuliæ limite, Calabriam versus, vnde *caput & ianua totius Apuliæ* dicitur in Chronico Cassin. lib. 2. cap. 68. & apud Guillelmum Apul. lib. 3.

———*Caput hæc erat vrbibus illis*
Omnibus, est & adhuc quas continet Appula tellus.

Sic vero describitur ab eodem Guillelmo lib. 1.

Appula Normannis intrantibus arua, repente
Melfia capta fuit; quicquid prædantur, ad illam
Vrbem deducunt. Hac sede Basilius ante,
Quem supra memini, modicas fabricauerat ædes,
Esse locum cernens inopinæ commoditatis.
Accessu populi nunc vrbs illustris habetur,
Finibus Italiæ celeberrima, diues amœni

Fertilitate loci, Cereris nec egena nec amnis,
Et qua parte sita est insignis honore Ducali.

Vide Notata ad pag. 161.

Δύο δὲ ἤστην] Quinque Roberto natas assignat Willelmus Gemeticensis, & B
ex eo Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS. quarum prima, inquit idem Muskius, Imperatori Constantinopolitano enupta est, *Helena* videlicet, Constantino Ducæ Porphyrogennetæ, qui a patre Imperatorio titulo donatus est, & ab Anna pag. 35. Βασιλεὺς itidem appellatur, desponsata. Guillelmus Apul. lib. 2. de Sigelgaita Roberti vxore:

Edidit hæc pueros sibi tres, & quinque puellas,
Egregiam sobolem sexus vtriusque futuram.

Ραιμουνώτῳ] Altera Roberti filia *Mathildis*, Raimundo-Berengarij II. Marchioni & Comiti Barcinon. primum nupsit, deinde Aimerico II. Vicecomiti Narbon. Nuptias Raimundi, vt & Ebali, de quo mox, attigit Guill. Apul. l. 4.

Partibus Esperiæ, quem Barcinona tremebat,
Venerat insignis Comes hanc Raimundus ad vrbem,
Vt nuptura Ducis detur sibi filia poscens,
Huic maior natu nuptum datur: altera nupsit
Egregio Comiti Francorum Stemmate claro:
Ebalus hic dictus, succumbere nescius hosti,
Belligeras acies ad prælia ducere doctus,
Et facundus erat, linguaque manuque vigebat.

De Mathildis nuptiis agunt præterea Ioannes Archidiaconus Barensis in Hist. Inuent. S. Sabini cap. 1 N. 2. Surita lib. 1. Ind. Rer. Arag. An. MCLXXVI. Will. Catellus lib. 4. Rer. Occitanar. p. 583. Baron. A. MXCI. N. 13. Chifletius in Vindic. Hisp. p. 357. Martinus Carillus in Annal. & alij.

Εὐβούλῳ] Ebalo Comiti Ruciacensi, seu de Roceio, *(de Roucy)* in Cam- C
pania Gallica, filio Hilduini Comitis de *Arcies* & de *Ramerut*, & Aelidis, Ebali Comitis Ruciacensis filiæ primogenitæ. *Genuit autem Ebalus iste II.* (verba sunt Alberici An. MCXIX.) *de Sibilia Roberti Guiscardi filia Comitem Wiscardum de Roceio, & Comitem Hugonem Cholet, & Thomam de Roceio, &c.* Ex quo vnico, ni fallor, Scriptore tertiæ Wiscardi filiæ nomen discere est. Quarta Hugoni III. Cenomanensi Comiti, Azonis Marchionis Estensis, ex filia Hugonis II. Cenomanensis Comitis, filio, vxor a patre data est. Is quod coniugem nulla de causa dimisisset, a Summo Pontifice Sacris interdictus est, vt habet idem Ordericus lib. 8. Has nuptias Guillelmus Apul. lib. 3. pluribus commemorat.

Dumque moraretur Troianæ mœnibus vrbis,
Nobilis aduenit Lombardus Marchio quidam,
Nobilibus patriæ multis comitantibus illum.
Axo vocatus erat, secum deduxit Hugonem
Illustrem natum, Ducis huic vt filia detur,
Exigit in sponsam: Comites Proceresque vocari
Quæque facit super his consulturus ab vrbe.
Horum consiliis Roberti filia nato
Traditur Axonis, tædas ex more iugales,
Et conuiuando celebrant, & multa ferendo,
Cunctis coniugij quæ postulat ordo peractis,
Sollicitat Comites Dux, & quoscumque potentes
Dona petens, læti quibus & vir & vxor abire
Donati valeant, &c.

Hugonem hunc, vt & Cenomanensem affinitatem, omiserunt Ioan. Bapt. Pigna & Hieron. Faletus in sua Estensium Historia & Genealogia. Quinta denique eusdem Roberti nata, *Mabilia*, cognomento *Cantalupa*, Willelmo de Grentemesnil, nobili Normanno, nupsit An. MLXXXVIII. De hac agunt Malaterra lib. 4. cap. 21. Albertus Aq. lib. 4. cap. 37. Guibertus lib. 3. cap. 2. & Ordericus Vitalis lib. 8. Sextam Roberti filiam, nullo, vt reor, Autore, addit Pistorius, Stephani II. Hungariæ Regis coniugem. Cæterum Ruciacensem arcem, Lutzelensburgum inter & Theodonis villam sitam, quæ Comitatui nomen dedit, *Ruthiam* & *Rutthicum* appellant veteres Chartæ, & Chronicon Treuirense, apud Duchesnium in Probat. Hist. Luxemb. p. 13. & Brouuerum lib. 11. Annal. Treuir. p. 640.

D Πάπας] Gregorius VII.

D Ρηγὸς Αλαμανίας] Fecit more gentis suæ Anna, & auito quodam odio & inuidia aduersus Latinos, dum Henricum IV. Germanicum Imperatorem Ρηγὸς, seu Regis titulo donat, cum Βασιλέως, vel Imperatoris ad solos Constantinopolitanos Augustos spectare persuasum haberent Græci. Willelmus Tyr. lib 16. cap. 21. *Moleste siquidem ferunt quod eorum* (Theutonicorum) *Rex Romanorum se dicit Imperatorem: in hoc enim suo detrahi videtur Imperatori, quem ipsi Monarcham, id est, singulariter principari omnibus dicunt, tamquam Romanorum vnicum, & solum Imperatorem.* Eadem habet Autor Vitæ Ludou. VII. Franc. Reg. cap. 8. Alia in hanc sententiam suggerunt Baron. A. DCCCLXXI. Feder. Morellus ad lib. 2. de Themat. Porphyrog. Meursius V. Ρὴξ, & Dissertatio nostra 27. ad Ioinuillam pag. 316.

D Γενναίη δὲ αὐτῇ ἀρχή] Notanda hic Summorum Pontificum ἰδιοκρατεία & potestas.

Pag. 31. A Ως τὰς Εκκλησίας] Beneficia, Ecclesiasticas dignitates. Tradunt eiusce æui Scriptores Sacris interdictum a Gregorio Henricum, quod Episcopatuum, Abbatiarum, cæterarumque Ecclesiasticarum dignitatum inuestituras indignis conferret, pretioque diuenderet. Henricus ipse in Epist. ad Gregor. apud Hugonem Abbat. Flauiniacensem in Chron. *Non solum enim nos res Ecclesiasticas inuasimus, verum quoque indignis quibuslibet, & simoniacato felle amaricatis, & non per ostium, sed aliunde ingredientibus Ecclesias ipsas vendidimus, & non eas, vt oportuit, defendimus.* Id passim obiectum Henrico notant Scriptores, Willelmus Tyr. lib. 1. cap. 13. Bruno de Bello Saxon. Conradus Vsperg. & Lambertus Schafnaburg. An. MLXXIV. Will. Malmesburg. lib. 4. de Gest. Angl. Gulielmus Apuliensis lib. 2. Robert. de Monte An. MCXI. & alij sine numero.

A Ατερ γνώμης] Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 1. de Henrico IV. *Apud Baioariæ ciuitatem Brixinoram, in ipso Pyreneo, haud procul a valle Tridentina sitam, coadunatis Episcopis, Princeps Curiam magnam celebrauit, vbi omnibus aduenientibus, iniurias sibi a Romana Ecclesia irrogatas affectuose conqueritur, quod videlicet ipso inconsulto, qui tamquam Rex & Patricius primus in Electione suæ Vrbis Episcopi esse deberet, Romani sibi Pontificem præfecissent, cum a patre suo Imperatore plures ibidem, quasi sine electione, inthronizati fuerint.* Vide eumdem in Chron. lib. 6. cap. 34.

B Καὶ αἰκισάμενος] Male acceptos a Gregorio PP. Legatos suos queritur Henricus Epist. ad Annonem Archiep. Colon. nisi illa fictitia sit, quod vult Baronius. Vide Notas Hoeschelij & Gretzerum. in Refut. Alogiarum Annæ Comnenæ contra Gregor. VII. edita cum Gerbodo Reichersberg.

D Μεταπεπλοκότων τῶν σκήπτρων] De hac controuersia copiose perinde ac erudite scripserunt idem Gretzerus in Notis ad Cantacuzen. pag. 943. & Leo Alla-

tius lib. 1. de Ecclesiæ Occident. & Orient. perpet. consens. cap. 16. & seq.

Ἀπάρας τῆς Ῥώμης] Guillelmus Apuliensis lib. 4. Pag. 32. B

Illis Gregorius Beneuentum Papa diebus
Aduenit: vrbs erat hæc Romano subdita Papæ,
Atque sui iuris, quia Dux obsederat vrbem,
Ægre Papa tulit. Veniam Robertus vt huius
Impetret offensæ, Papæ properauit ad vrbem.
Supplicat & pedibus Sancti dans oscula Patris
Suscipitur. Tanti persona vigoris honore
Digna videbatur, considere Papa coegit.
Soliloquum cunctis astantibus inde remotis
Consilium tenuere diu. Tum Papa fideles
Conuocat: ex Papæ secretum iussibus horum
Panditur, allatus liber est Euangeliorum.
Dux Papæ iurat, fuerit dum vita superstes,
Obseruaturum fidei se iura perennis
Ecclesiæ Sanctæ, totus cui subiacet Orbis.
Romani Regni sibi promisisse Coronam
Papa ferebatur, quia Rex damnatus ab illo
Henricus fuerat, propter commissa nefandis
Accumulata modis: nec enim venundare Sanctas
Ecclesias veritus, peruersum dogma colebat
Simonis, & nullum donabat Pontificali
Culmine, præter eos qui maxima dona tulissent.

Ex his satis patet quid velit Anna, dum ait in eo quod habitum est ad Beneuentum colloquio, Gregorium Regis nomen ac dignitatem, τὴν τοῦ Ῥηγὸς ἀξίαν, Duci pollicitum fuisse; Imperatoriam scilicet dignitatem, non nudum Regis titulum.

Λαντοῦλφον] Rudolphum Sueuiæ Ducem, a Principibus Germanis in Regem electum An. MLXXVII. D

Οὐελκὸν] Welphonem IV. Baioariæ Ducem, præcipuum belli Saxonici contra Henricum incentorem, vti habent Bruno de Bello Saxon. pag. 133. Lamb. Schafnab. A. MLXXVI. Chron. Weingartense cap. 8. & Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frider. cap. 6. proinde pro Οὐελκὸν, substituendum Οὐελφὸν apud Annam censerem, nisi docerer a Monacho Pegauiensi in Hist. Wiberti Groicensis, *Wlf*, & *Wolf*, promiscue apud Germanos efferri. Ita enim ille, *vrbem quæ Poduwlc, id est, vrbs Wolfi barbarica lingua dicitur.* Vbi barbarica lingua, Germanica intelligitur, quod pridem monuit Goldastus ad Walafrid. Strab. lib. 1. de Vita S. Galli. Idem porro est *Wolfus*, & *Guelfus*. De vocis apud Germanos significatione, sic Auentinus lib. 6. Annal. Boic. *qui primus Welphonis nomen tulit, ab auspicio rei militaris, bonoque omine traxit. Canis enim, lupus, atque vulpes, quorum catulos Welphones Teutones vocant, Germaniæ genti bellicosæ animalia peculiaria, Martique dicata.* Huc alludit Autor vitæ S. Altonis Abbatis in Bauaria Superiore apud Wiguleium Hondium in Metrop. Salisburg. To. 2. De Welphone II. Bauariæ Duce: *Quidam ex Alamannia, parens videlicet illius Comitis, qui vulgo nomen quoddam sortitus est, quod Latine exprimitur Catulus.* Certe constat apud Germanos *Welf*, vnde Belgæ *Welp*, & *Wlp* efformarunt, Catulum significare. Apud Maurum Orbinum in Histor. Slauor. p. 100. *Wolk*, Vandalis, & *Wk*, Slauis, Lupum sonat, vt & Anglo-Saxonibus *Wlf*. Bauarum porro Ducem a Gregorio in Henricum concitatum scribit etiam Guillelmus Apuliensis lib. 4. D

His vitiis virtus Sancti contraria Papæ
Gregorij, regno deponi iudicat illum.
Saxonibus mandat perhiberi Rex apud ipsos
Desinat vlterius, totis & viribus obstent.
Accitosque Duces Guelfumque Ducemque Roduphum
Admonet, Henrico patri pro parte resistant,
Et Pauli Simon quibus insurrexerat alter,
Esse putabatur concessa corona Rodulpho.

Pag. 33. A Καὶ τοὺς Σάξονας ἔστεψε] Rudolphum in Regem electum, se inconsulto, Gregorius PP. in Excommunicationis Decreto, quod extat lib. 7. post Epist. 14. & apud Hugonem Flauiniacensem in Chron. p. 223. iuratus asserit. Idipsum verbis sat disertis testatur idem Hugo Scriptor coæuus: *Vltramontani audientes illum* (Henricum) *non seruare quod promiserat, quasi de eo desperati, absque Domini Papæ consilio, elegerunt sibi Rodulphum Ducem in Regem.* Scriptor Vitæ Henrici, de Rudolpho: *Fuere tum qui dicerent ab Apostolico eum immissum, nec vnquam tantæ virtutis virum magis auaritiæ quam consilio cessisse. Et hoc in argumentum sibi sumebant, quod Apostolicus tacuit, dum post absolutionem Regis Rudolfus Regnum inuasit.* Scribunt alij Rudolphum Gregorio suadente rebellasse, cui postea ille Imperij Diadema transmiserit, atque in iis, Leo Ost. lib. 3. cap. 48. Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 7. Helmodus lib. 1. cap. 28. & Fragm. Hist. Tom. 4. Hist. Franc. p. 89.

B Καὶ μάχη] De prælio, in quo cæsus Rudolphus, agunt Scriptores Germanici omnes sub An. MLXXX.

Pag. 34. A Αὐλῶνα] *Aulon*, vrbs in Macedoniæ Themate apud Constant. lib. 2. de Them. cap. 2 *Aualon* Malaterræ, & Fulcherio Carnot. lib. 2. cap. 36. *Valona*, Alberto Aq. lib. 2. cap. 18. lib. 8. cap. 25. lib. 10. cap. 39. hodie *Velona*.

D Ρογέρην] Rogerium Roberti filium, viuo parente, Apuliæ principatum obtinuisse refert præterea eadem Anna lib. 5. & 6. pag. 131. & 162. eo scilicet tempore, quo Robertus in Dalmatiam primum transire statuit. Guillelmus Apul. lib. 4.

Aduenit interea coniux, Comitesque rogati,
Egregiam sobolem multo spectante Rogerum
Accersit populo, cunctisque videntibus, illum
Hæredem statuit, præponit & omnibus illum,
Ipsa quibus prælatus erat dignissimus hæres,
Iste patris tanti patruelibus atque paternis
Moribus ornatus: quantæ foret indolis, ipso
Primæuæ cultu virtutis significabat:
Ius proprium Latij totius, & Appula quæque
Cum Calabris, Siculis, loca Dux dat habenda Rogero.

Adde Malaterram lib. 3. cap. 42. & Ordericum Vital. lib. 7. pag. 641.

D Βοριτύλαν] Mendose indubie, pro Λοριτύλαν. Est enim hoc loco *Lorityl.as*, quem vulgo *Robertum Comitem Loritelli* appellant Scriptores. Fuit ille Wiscardi ex fratre nepos; vnde pro ἀδελφὸν apud Annam, ἀδελφιδοῦ etiam reponendum constat. Robertum hunc Comitem Loritelli, Wiscardi ex fratre nepotem non semel memorat Ordericus Vitalis lib. 3. & 7. patrui in præliis indiuiduum comitem, quique eo quo ille interiit anno, inter præcipuos belli Duces habebatur. Tradit Anna a Wiscardo expeditionem in Dalmatiam parante, præscriptum fuisse Rogerio filio, quem tum Apuliæ præfecerat, & Lorityllæ, qui vna cum Rogerio remanserat in Italia, vt Romano Pontifici Gregorio aduersus Henricum Imperatorem auxilium præstarent.

At quem Lorirylam Anna indigitat, Gulielmus Apul. idipſum lib. 4. enarrans, Comitem Robertum vocat, additque Rogerio, a patre Wiſcardo recens Apuliæ Duci creato, comitem & tutorem datum:

Roberto Comiti committitur, atque Girardo
Alter fratre ſatus, fidiſſimus alter amator,
Et virtutis amans erat & probitatis vterque.
Hos rogat vt Papæ ſolatia, ſi qua valebunt,
Non adhibere negent.

Subſcribit idem Robertus reſcriptum eiuſdem Rogerij Apuliæ Ducis & Boemundi fratrum pro Monaſterio Bantino An. MXC. apud Baron. hoc An. N. 19. De Roberti parente nihil certi habeo quod ſtatuam, præterquam quod Collenutius lib. 3. Hiſt. Neap. ſcribit filium fuiſſe Gaufredi, Wiſcardi fratris, quem Comitem Capitanatæ fuiſſe ait Malaterra lib. 1. cap. 15. 23. & 24. qui præterea meminit Radulphi Loritelii, ſeu Loracelli, ſub An. MLXXXVI. qui vna cum Rogerio Comite, Rogerij Apuliæ & Calabriæ Ducis, Wiſcardi filij, contra Boemundum, quocum ille de bonis paternis contendebat, partes acriter tutatus eſt, lib. 4. cap. 11. Verum illene ſit quem Anna & Ordericus memorant, non temere definio: tametſi quem bis terve Rodulphum, ſemel Robertum nominat Malaterra. Robertus porro Comes Loritelli, Roberti filius, Willelmum Apuliæ Ducem comitatus legitur, cum An. MCXX. Calliſtum P P. Beneuenti conuenit, quo ille, præſtito fidei ſacramento, ab eo in Ducatu confirmaretur. Occurrit etiam Robertus alter Loritelli Comes, Willelmi I. Regis Siciliæ conſanguineus, Rogerij Regis ex fratre nepos, de quo nos ad Cinnamum, & in Familiis Normannicis At longe aliter, quam par eſt, de Gaufredi Wiſcardi fratris filiis differit Philadelphus *Mugnos*, in Theatro Geneal. Famil. Sicul.

Βαϊμουντον] Anna poſtremum filiorum Roberti Boemundum facit, mani- D
feſto errore, vt & infra pag. 131. cum vnicus ex Alberada, priore Roberti vxore, prodierit, vt ſcribit Malaterra lib. 1 cap. 30. Licet etiam poſt Rogerium fratrem in Diplomatibus ſubſcripſiſſe conſtet ex Baronio A. MXC. N. 19. cum Rogerio, propter Ducalem titulum, quo ille exornatus erat, primas haud ægre concederet; quod quidem Annam & cæteros Scriptores in errorem forſitan induxit. Traiecit vero Boemundus in Illyricum, parente in Apulia remanente, menſe Maio A. MLXXXI. Vide eumdem Malat. lib. 3. cap. 24. At cur Boemundo Saniſci cognomen tribuat Anna p. 131. fateor mihi hactenus incompertum.

Κανίνων] Κανίνα, numero multitudinis, Cantacuzeno lib. 3. cap. 33. Vrbs Pag. 35. D
ſupra Aulonem poſita, Arianitæ Comneni olim regia apud Laonicum lib. 5. *Canna* Malaterræ lib. 2. cap. 23. & Guillelmo Apulienſi lib. 4. non ſemel, vbi captæ a Roberto Caninorum vrbis meminit. Defecit illa poſtmodum, & denuo a Roberto expugnata, funditus exciſa eſt, ea ferme tempeſtate, qua in Italiam poſtremo rediit. Vide Notata ad pag. 93. & Leuncl. in Pand. Turc. cap. 142.

Ἰεριχώ] Malaterra, *parſque portum applicat, qui Herico dicitur.* De hoc por- Pag. 36. A
tu Anna rurſum pag. 107.

Ῥαούλ] Raduphus iſte, Roberti Legatus, vna cum fratre, in partes Ale- C
xij tandem conceſſit, ab eoque duxit originem illuſtris Conſtantinopoli *Rauliorum* familia, cuius crebra occurrit mentio apud Pachymerem & cæteros Scriptores Byzantinos, etiamnum ſuperſtes, vt autor eſt Petrus de Valle, Nobilis Romanus, Epiſt. 2. pag. 97. Edit. Pariſ. Radulphi & Rogerij, quos hic Anna commemorat, meminit Albertus Aquenſis lib. 2. cap. 9.

aitque eorum opera vsum Alexium, quo Godefridum Bullonium a deprædatione reuocaret; *Imperator autem intelligens regionem grauiter depopulari, Radulphum Peel-de-Lan, & Rotgerum filium Dagoberti, viros disertissimos de terra & cognatione Francigenarum, Duci misit, rogans vt a præda Regni sui & vastatione cessaret exercitus, vt captiuos quos petebat, sine dilatione redderet.* Hoc autem loco *Pel-de-Leu*, legendum censuerim, eoque agnomine donatum Radulphum, quod sagum militare ex pelle lupina confectum superindueret. Sed familiam ex his vestigiis vix agnosci posse fateor. Rogerium Dagoberti filium diserte appellat Anna lib. 13. pag. 400. Rogerij Normannici Proceris meminit Guillelmus Apuliensis lib. 2. qui an idem cum Annæo, non satis exploratum:

Sunt Equites aliquot, Torstenus dicitur vnus,
Alter Arenga, valensque ad bella Rogerus.

Pag.37.C Αἱ μὲν γὰρ νῆες] Cum multo pauciore nauium & militum numero in Illyricum traiecisse Robertum scribit Malaterra, qui expeditionem istam refert lib. 3. cap. 24. 25. & 26. neque enim plus quam quindecim naues, aut armatæ militiæ plus quam mille trecentos milites habuisse Robertum testatur. Malaterræ censentit Guill. Apul. lib. 4.

——— *Quod cœperat ipse subire*
Accelerauit iter, decies & quinque Liburnis
Adria sulcatur, Coryphi tremit Insula, tanti
Principis accessu electo milite fulti.

Leo Ost. lib. 3. cap. 48. quindecim, Ordericus lib. 7. decem millia pugnatorum Roberto adsignant.

C Τὰς Νικοπόλεις] Nicopolis, Epiri vrbs ad ostium Ambracij sinus. Vide Constant. lib. 2. de Them. cap. 8.

Pag.38.A Κορυφῷ] Corypho vrbs Corcyræ Insulæ munitissima, ita nuncupata quod in excelsæ rupis cacumine extructa sit, a qua postmodum toti Insulæ nomen mansit. Perperam enim Malaterra de hac Roberti expeditione scribens lib. 3. cap. 24. Insulam Castro, seu opido nomen dedisse ait: *Aliud Castrum quod ex nomine Insulæ Carosium nomen accepit, cum tota Insula suæ mancipat seruituti.* Roberti Corcyrensem expeditionem his verbis prosequitur Guilielmus Apuliensis lib. 4.

Dux transire volens mare, præcipit arma parari,
Militibusque suis se præstolentur Hydrunti
Imperat, aptari naues facit, ipse Salerni,
Vndique dona petens & supplementa, moratur,
Huc illuc apices non cessans mittere secum
Nauibus armatis fidas monet ire cohortes.
Insolitum multis iter illud & acre videtur,
Præcipue quibus vxores, & pignora cara
In domibus fuerant: non exercere volebant
Militiam talem: sed verba minantia blandis
Dux addens precibus, multos properare coegit.
Conueniunt omnes, sicut mandatur, Hydrunti,
Dalmaticas naues oneri Dux eligit aptas,
Auxilio sibi quas gens miserat illa petitas.
Has armis & equis, sumptuque, virisque repletas
Ad Coryphum mittit: hæc Insula non procul vrbe
Distat Hydruntina, placidis spirantibus auris,
Huc cito transitur, dimissis nauibus illam

Acriter inuadunt equites Ducis, atque timorem
Omnibus incutiunt, qui circumquaque morantur.

De expugnata Corcyra sic etiam Anonymus Barensis in Chronico. *Anno* MLXXXI. *Ind.* IV. *mense Martio, ipse Dux Robertus direxit nauigia, & obsedit Corso, & postea ibit ille cum multis, & decimo die stante Magi comprehendit Corso & Botronto.* vbi *decimus dies stans, aut stantis Maij*, est 22. eiusdem mensis. Quippe istius æui Scriptores Italici, interdum etiam Gallici, mensem in duas partes secant ac diuidunt, quarum prima *intrans*, altera *exiens & stans* mensis dicitur. Vt Græci enim primam mensium Atticorum partem ἱσταμένου μηνὸς vocabant, ita Latini *intrantem.* Octauius Horatianus lib. 4. Rerum Medicarum pag. 107. *Qui autem quadragesimo die figuram hominis acceperit nono mense intrante, decimo die nascitur.* Diuersa porro fuit vtriusque partis numerandæ ratio; nam prima mensis pars ordine consueto dinumerabatur, sumpto a primo eiusdem die initio vsque ad decimum quintum: alterius autem partis ab vltimo mensis die initium sumitur, ordine retrogrado, non vero a Kalendis, & a primo succedentis mensis, vt apud Latinos, ita vt decimus sextus mensis dies fuerit vltimus secundæ partis. Verbi gratia, apud Rollandinum lib. 6. Chron. cap. 10. Fredericus II. Imperator dicitur obiisse *anno* MCCL. *in festo S. Luciæ, scilicet die* XIII. *intrante Decembri;* qui quidem dies festus S. Luciæ cadit in 13. eiusdem mensis. Extat in Palatio Episcopi Veronensis vetus Inscriptio, cuius meminit Hieronymus *d'alla Corte* in Hist. Veron. lib. 5. pag. 285. in qua hæc leguntur: *Eodem anno* (MCLXXII.) *septimo die intrante Iulio combusta est Ciuitas Veronæ.* Chronicon Ducum Beneuent. *Occisus est a Normannis* VII. *die intrante mense Febr. Anno* MLXXV. Anonymus Barensis, *A.* MXXCIII. *perrexit super ciuitatem Canni, &* X. *die intrante Iulij comprehendit eam.* Vide Ioannem Archidiac. Barensem in Hist. Translat. S. Sabini cap. 2. N. 5. Henschenium 15. Febr. pag. 809. Schraderum in Monument. Ital. pag. 16. Bedam lib. de Minutione sanguin. &c. Hæc de prima mensis parte. Altera vero *Exiens* dicitur, vt apud Græcos pars mensis Attici vltima (nam in tres distribuebatur) φθίνων μὴν. Apud Monachum Paduanum lib. 3. obitus Alexandri IV. PP. narratur accidisse *die septimo exeunte Madio Anno* MCCLXI. quem Scriptores omnes in XXV. Maij coniiciunt. Vnde euidenter patet dies Exeuntis mensis numerari solitos ab vltimo, vt Intrantis a primo. Ita in Vita Arnoldi Catanei Abbat. N. 10. *duodecimus exeuntis Iunij* (non Ianuarij, vt perperam editum aduertit Bolandus) dicitur fuisse decimus-nonus eiusdem mensis: vt *duodecimum exeuntis Martij A.* MCXCIV. In veteri charta, vicesimum Martij recte interpretatur Hieronymus *d'alla Corte* lib. 6. pag. 311. In Registro Homagiorum Nobilium Aquitaniæ quod extat in Camera Comput. Paris. *A.* MCCLXXII. X. *die exitus Martij - introitus Aprilis*, &c. Porro qui *Exiens mensis* est in supralaudatis Scriptoribus, *Stans* appellatur fere semper in Chronico Barensi *A.* MLXVIII. *quinto die stante Augusti venit Dux Roberto, & obsedit Bari per mare & terra.* Idem A. MXXCII. *Et octabo die stante Febr. ipse Dux cepit in Durachi.* Rursum A. MXXCI. *decimo die stante Magi comprehendit Corso.* Anonymus in serie Comitum Capuæ: *vndecimo die stante mense Martio ingressus Ademari in Capua.* Acta Alexandri III. PP. XIII. *die residua stante mensis Martij ad portum Venetiæ - peruenit.* Eadem Acta: *Sequenti die Dominica octaua scilicet die residua stante mensis Iulij in vigilia B. Iacobi*, &c. vbi *octaua Iulij* euidenter est XXIV. Romualdus Salernitanus: *Nono die stante mensis Augusti - Barolum descenderunt.* Infra, *Secundo die stante eiusdem mensis Sipontum applicuit.* Quibus in locis *stantem mensem*, videtur *remanentem* interpretari Baronius A. MCLXXVII.

quasi residua esset mensis pars, forte quod in Actis Alexandri legitur *die residua stante mensis*, &c. Sed ibi, vt & apud Anonymum Barensem, & alios, *dies stans mensis*, dicitur pro, *dies stantis mensis*. Latini igitur, *stantem mensem* vocarunt secundam mensis partem, contra quam Græci, qui ἱστάμενον μῆνα primam appellabant. Hæc non adeo trita ac vulgata monuisse per parergon intererat.

A Γεώργιος Μονομαχάτος] Successerat Georgius post Nicephorum Basilacium in Præfecturam Dyrrhachij.

C Πηγῆ] Celeberrimum & pulcherrimum Templum, quod Iustinianus M. ad Portam Auream, ad fontem qui ibi aderat extruxit, Deiparæque sacrauit. Agunt de eo Procopius de Ædif. Iustin. Zonaras & Cedrenus in Iustin. Monolog. Sirleti IX. Iul. Petrus Gyll. lib. 4. cap. 8. Adde Notas nostras ad Villhard. N. 93.

Pag. 40. A Βοδῖνον καὶ τὸν Μιχαηλᾶν] Fuit Bodinus iste, cognomento Constantinus, Seruiæ ac Dalmatiæ Rex, Michaelis Regis filius, vt autor est Scylitzes, seu, vt Scriptor Historiæ Dalmaticæ Anonymus, Michaelis ex Priaslao filio nepos, Scriptoribus nostris notus, dum Boemundi Antiocheni Principis Constantinopolim ad Gotofredum, cæterosque sacræ militiæ Duces, sese conferentis, per regnum illius transitum commemorant. Vide Raymundum de Agiles pag. 139. & Ordericum Vital. lib. 9. pag. 724. Habuit Bodinus ex Iacynta, Argyri Nobilis Barensis filia, vxore, filios quatuor; Michaelem, qui forte idem cum Michaele Annæo, Georgium, Archirizzum, seu Argyrizzum, & Thomam. Sed de Seruiæ Regibus pluribus agimus in nostro opere de Familiis Orient.

A Ἐξάρχους τῶν Δαλματῶν] Habuit ista tempestate varios Monarchas Dalmatia, binos præsertim Regio titulo donatos. Alij enim Seruiæ imperabant, Regesque sese inscribebant *Seruiæ, Diocliæ, Tribuniæ, Dalmatiæ, atque Ochlumiæ*, vt ex Innocentij III. PP. Epist. & aliunde constat. Alij vero *Croatiæ Dalmatiæque Reges* dicebantur. Priorum Regia fuit Dioclia, posteriorum Salona. Priori Dalmatiæ imperabat Alexij æuo Bodinus: posteriori Demetrius cognomento Suinimir, Regio titulo donatus a Gregorio VII. PP. An. Chr. MLXXVI. vt ex Gregor. Regesto discere est lib. 7. Epist. 4. apud quem pro *Suinmur, Zuilimir* legendum moneo, ex Thwroczio, Bonfinio, & aliis in istorum pariter Regum serie genealogica, in eo quod mox laudaui opere.

IN LIBRVM II. ALEXIADIS NOTÆ.

Pag. 43. A Ἐξ οἵου γένους] V. Bryennium in Præfat. N. 9. & nostrum Stemma Comnenicum.

B Δοῦκα ἡ Ἀντιόχου] Antiochiam Cœlesyriæ Metropolim, a Chosroe Persarum Rege prius vastatam, mox a Saracenis Heraclio imperante expugnatam, Nicephori Phocæ auspiciis, Michael Burzes rursum Romanis asseruit, mansitque illa in eorum ditione a Præfectis Ducum titulo cohonestatis administrata, vsque ad Turcorum irruptionem. Duces Antiochenos recensent complures Scriptores Byzantini: ac primum quidem *Michaelem Burzem* Magistrum, prioris forte filium, *Damianum* & *Nicephorum Vranum* imperante Basilio Porphyrogenito: *Michaelem Spondylem* eunuchum, sub Constantino Basilij fratre: *Constantinum Carentenum*, sub Romano Argyro, cuius sororem in vxorem duxerat: cui *Spondylus*, mox *Nicetas a Mysthea* successores

dati. Hos excepere *Nicetas* & *Constantinus* Michaelis Paphlagonis fratres, ipso imperante: deinde *Sclerus* Constantino Monom. *Maurocatalon*, & *Michael Vranus* Magister, Michaele Stratiotico, & *Catagurius* Diogene Romano imperantibus: *Ioseph Tarchaniota*, sub Michaele Duca, quo extincto, *Isaacius Comnenus*, Alexij frater primogenitus, eamdem Præfecturam & dignitatem obtinuit a Botaniata, eoque Ducatum tenente, Antiochiam occupauit *Philaretus Armenius*, sub quo vrbs in Turcorum potestatem concessit. Vide Niceph. Bryennium, & Annam pag. 169. 412. 414.

Σθλαβογενῶν] Seruilis conditionis & obnoxiæ: ita Borylum & Germanum perstringit Anna. *Plerique Principes*, ait Plinius in Paneg. *cum essent ciuium Domini, Libertorum erant serui: horum consiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur.* Frustra reponit hoc loco Meursius Σκλαβογενῶν, vt & apud Constantinum de Adm. Imp ἐκλαβώθη, pro ἐσθλαβώθη; quos enim Latini Scriptores *Slauos*, seu *Slauinos*, vocant, Græci Σθλάβους, & Σθλαβίνους appellarunt. Ita Nicetas in Man. lib. 4. cap. 1. lib. 5. cap. 10. Zonaras pag. 98. Cedrenus ad A. VII. Rhinotineti: quamquam haud inficias ierim vocem Σκλάβος nonnumquam vsurpari a Græcis; hanc enim reperire est in Chron. Alexandrino, apud Theophylactum Simocattam, Cantacuzenum, Cananum, &c. Porro Slauorum nomen tam late patuit, *vt pene careat æstimatione*, ait Helmodus lib. 1. cap. 1. effusi enim in Septentrionem & Orientem, prouincias, & amplas regiones suo asseruere Imperio. Tandem a Principibus sensim, & variis subinde temporibus debellati, seruire coacti sunt, eorumque nomen in contemptum & probrum trahi cœptum, quo appellati seruilis & obnoxiæ conditionis homines. C

Οὔπω τὸν ἴουλον] Æschylus, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. C

Στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηίδων.

Vide Scholiastem.

Προέδρων ἀξιώματι] Horum dignitas in Palatio perillustris, a Nicephoro Phoca instituta, vt autor est Cedrenus. Erant autem Imperatoribus Byzantinis Πρόεδροι, qui hodie Regibus nostris Consiliarij Consilij secretioris. Horum Præses πρωτοπρόεδρος dicebatur, cuius mentio non semel occurrit apud Bryennium, Cedrenum, Zonaram, &c. D

Τοὺς περὶ τὴν γυναικωνῖτιν] Eunuchos, qui in Palatiis Imperatorum primas obtinebant. Corippus lib. 3. de Laud. Iustini: Pag. 44. A

Adfuit obsequio castorum turba virorum,
Illis summa fides, & plena licentia sacris
Deseruire locis, atque aurea fulchra parare,
Regales mensas epulis onerare superbis,
Conseruare domum, sanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, vestesque parare.

His qui præerat Ἀρχιευνοῦχος dicitur in Chronico Alexandrino A. Valentiniani V.

Ἐπάγωγοι γὰρ ἄνδρες] Eunuchorum nutu res in Palatiis gestas, sæpe pessumdatas, legimus. Lampridius in Seuero: *Eunuchos nec in consiliis, nec in ministeriis habuit, qui soli Principes perdunt, dum eos more gentium, aut Regum Persarum, volunt viuere: qui cum empti sint, & praui fuerint, quid tandem possunt boni sapere?* Hinc spadones & aulicos *tineas*, *soricesque Palatij* appellabat Licinius apud Aurelium Victorem: vt omnium malorum artifices non semel perstringit Constantinus Manasses: A

Καὶ δὴ γὰρ αὖ ἔδρασαν οἱ Θαλαμοιπολοῦντες,
Εὐνοῦχοι, ῥυπαρόψυχοι, πάντων κακῶν ἐργάται.

Et alio loco,

Εως καὶ πότε τῆς ἀρχῆς τὸ κράτος ἰθυνοῦσιν
Εὐνοῦχοι, γυναικόψυχοι, πόρνοι πρὸς κακίαν,
Πάντων ἐφευρεταὶ κακῶν, πάντων κακῶν ἐργάται,
Ανθρωποι μαλακόψυχοι, σκεύη πονηρευμάτων,
Τῶν ἀθεμίτων ἀγωγοὶ, σωλῆνες κακουργίας.

Nota Chryſaorij vox illa apud Cedrenum, εἰ μὲν ἔχεις εὐνοῦχον, φόνευσον, εἰ δὲ οὐκ ἔχεις, ἀγόρασον, καὶ φόνευσον. V. Henricum Valeſium ad 18. Marcellini, pag. 153. & Salmaſium ad Hiſt. Aug. pag. 240.

A Εξαδελφῇ] Sic pag. 48. At editio Hœſcheliana ἀδελφῇ habet, cui fauet Zonaras, qui Irenem Iſaacij vxorem Mariæ Imperatricis ſororem fuiſſe ſcribit. Vide Stemma Comnenicum.

C Υἱοθετεῖ τὸν Αλέξιον κατὰ τὸν παρακολουθήσαντα περὶ τῶν τοιούτων πάλαι τύπων] Cum pronuper de eiuſmodi adoptionibus honorariis & ſpiritualibus fuſe ſatis egerim in Diſſertat. 21. & 22. ad Ioinuillam, nihil eſt quod hoc loco iam dicta repetam. Tantum moneo ad firmandum, qui hic obſeruatus fuiſſe in iſtis adoptionibus innuitur ab Anna, ritum, fugiſſe me tum inſignem Pachymeris locum, a quo hauſerat, quæ in hanc rem habet Maurus Orbinus in Hiſt. Slauorum a me laudatus: ex quo tandem docemur has adoptiones in Eccleſia, coram Sacerdote, conceptis in eum finem precibus, accenſiſque ad id funalibus, potiſſimum celebratas; & ad rei ceremoniam, adoptantem adoptiuum filium expanſo pallio circumdediſſe. Ita enim Pachymeres Mariam Cantacuzenam, ſeu Palæologinam, Conſtantino Tœcho Bulgarorum Rege marito extincto, Sphendoſthlauum, Deſpotam Bulgarum, (non illum vero qui Myltzæ in regnum ſucceſſit, vt habet Orbinus,) adoptaſſe ſcribit, & diducto pallio, Michaelem filium, ipſumque Sphendoſthlauum hinc atque inde vlnis admouiſſe. Sed præſtat ſolennem iſtum ritum verbis ipſius Pachymeris adſtruere, quæ eiuſmodi ſunt: Ο δὲ τοῖς ὅρκοις θαῤῥήσας, εἰς Τέρνοβον ἧκε, καὶ ἤδη παρῃνηκότα υἱοποιεῖσθαι ἠξίου. καὶ δὴ ἔσω Εκκλησίας περιφανῶς τῇ Μαρίᾳ ἐκεῖνος υἱοπεποίητο. μετὰ γὰρ τὰς τοῦ ἱερέως ἐντεύξεις, καὶ τὰ ἐπ' αὐταῖς φῶτα, διαγαγοῦσα τὸν ἐπενδύτην, ἄμφω Μιχαὴλ καὶ Σφενδοσθλάβον παρ' ἑκάτερα τῶν αὐτῆς ἀγκαλῶν ἐτίθει, καὶ συνθεσιῶν γινομένων, ἀπελύετο ἔσω οἴκου υἱὸς κεκλημένος τῆς τῶν Βουλγάρων Δεσποίνης μετὰ Μιχαὴλ ὁ Σφενδοσθλάβος. Adde Nouellam Leonis 24.

Pag. 45. B Διὰ τὸ γῆρας] Erat enim Nicephorus effœta ætate, cum Imperij gubernacula capeſſiuit, Mariamque vxorem duxit. Ioannes Cinnamus lib. 1. Hiſt. de Nicephoro, ἀνδρὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας ἥκοντι, καὶ ἐπὶ δυσμαῖς βίου γεγονότι. Niceph. Bryennius, ἀνὴρ συνετὸς μὲν τὰ πρῶτα, καὶ ἱκανώτατος τῇ χειρὶ, γήρᾳ δὲ ἄλλως καὶ χρόνῳ κατειργασμένος. & alibi de eodem, προσεγγίσας τοῦ γήρως. Conſt. Manaſſes,

Ο γέρων, ὁ παλαιγενὴς οὗτος ὁ Νικηφόρος,
Τῇ γαμετῇ τοῦ Μιχαὴλ ζεύγνυται νόμῳ γάμου,
Καὶ ταῦτα γέρων τρυφερᾷ πέμπελος νεαζούσῃ.

D Συσκιάσαι ἀπόῤῥητον] Theophylactus Bulg. Archiep. Epiſt. 41. de Alexio, τὸν δέ γε Βασιλέα, καί τοι στεγανώτατον ἄνθρωπον ὄντα, καὶ οὐ ῥᾴδιον διδόναι ψευδολογίας, ὅμως κατεμάλθαξεν ὁ παμπόνηρος. Nicetas in Ioanne Com. de eodem Alexio, ἦν γὰρ εἰ καί τις ἄλλος ὁ ἀνὴρ, στεγανὸς καὶ σοφὸν ἡγούμενος ἀεὶ τὸ περίεργον, μηδὲ τὰ πολλὰ ἐξαγγελτικὸς τοῦ ποιητέου δεικνύμενος. Hinc obiectum ab vxore Alexio in extremis agenti, apud eumdem, ὦ ἀνὲρ, καὶ ζῶν μεθοδείαις παντοίαις ἐκέκασο, ἀντίφθογγον τὴν γλῶτταν πλουτῶν τοῖς νοήμασι· καὶ νῦν δὲ ὡσαύτως τοῦ βίου ἀπαλλαττόμενος, ἀμεταθέτως ἔχεις οἷς καὶ πρότερον προσέχεσο.

Pag. 47. B Κυζίκου] Cyzicum, vrbem ad Propontidem, in Themate τοῦ Οψικίου, expugnauerant antea Agareni, imperante Copronymo, vt autor eſt Cedrenus.

Ἐστὶ γὰρ μὲν] Theophilus Antecessor lib. 1. tit. 8. §. 2. φύσει γὰρ ὁ δοῦλος τοῦ δεσπότου πολέμιος. Tritum illud, *Nulla pestis efficacior, quam familiaris inimicus.* Will. Brito lib. 8. Philipp. Pag. 49. D

Peior enim quauis est peste domesticus hostis,
Præcipue qui colla premit pede libera seruo.

Constantinus Manasses,

Ἀλλ' ἄρα δυσαποτριπότερον οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπου
Ἐχθροῦ τοὺς ἐχθραίνοντας οἰκείους ζωπυροῦντος.

Theganus de Gest. Lud. Pij cap. 1. *Summopere cauendum est ne amplius fiat, vt serui sint consiliarij, quia si possunt, hoc maxime construunt, vt nobiles opprimant, & eos cum vilissimis propinquitate eorum exaltare studeant.*

Μάγιστρος τὴν ἀξίαν] Magistri dignitas magna olim in Palatio fuit. Constantinus Porphyrog. in Basilio cap. 16. τῶν Μαγίστρων ὑπέρλαμπρον τιμὴν vocat, cui concinit Childebertus Francorum Rex Epist. ad Theodorum Magistrum, Tomo 1. Hist. Franc. *Prælati Magisterij vestri dignitas excolenda, quæ licet per se magna sit, vt cognouimus,* &c. Ita autem primitus, & κατ' ἐξοχὴν dictus Officiorum Magister, de quo Rutilius Numatianus, Pag. 50. A

Officiis regerem cum regia iura Magister.

Postmodum plures hac dignitate donati. Luithprandus vsque ad 24. fuisse sua ætate in Palatio Constantinopolitano scribit lib. 6. cap. 5. vnde Anastasium Quæstorem & Magistrum primas tenuisse inter Magistros autor est Corippus in eius Panegyrico:

Summe Magistrorum, Procerum decus, Arbiter Orbis.

Vide Salmasium ad Capitolinum pag. 83. 84.

Πακουριανόν] Diuersus est a Pacuriano Magno Domestico, Gregorius Pacurianus Sebastus, ad quem binæ scriptæ extant Epistolæ Theophylacti Bulg. Archiep. 7. & 25. Ex prioris inscriptione discimus vxorem duxisse filiam Magni Drungarij, Nicephori videlicet Comneni, Alexij Imp. fratris. De Pacuriano Domestico, Gregorij, vt probabile est, patre, agit non semel postea Anna. V. Baron. An. MLXXIII. N. 77. & confer Epist. Theophylacti 26. B

Οὐμπερτόπουλον] Constantinus, cognomento Humbertopulus, id est, Humberti filius, quo adiutore Alexius Imperium capessiuit, Celta, seu Francus fuit, vti diserte Anna refert lib. 4. & 8. & Zonaras in Alexio, filius forte Humberti, Tancredi de Altauilla filij, Wiscardi fratris, cuius meminit Malaterra lib. 1. cap. 4. qui cum Normannis, quos Maniacatas appellat infra Anna lib. 7. In Græciam transierat, & Constantinopolitanis Augustis meruerat: cuius filio Constantino Humbertopuli cognomentum de nomine Humberti patris mansit: ea est enim vis vocabuli πουλος, quod infra moneo. Porro extitit familia eiusce cognominis posterioribus seculis perillustris Constantinopoli, ab hoc forte Constantino prognata. Memoratur enim a Pachymere lib. 12. cap. 30. & lib. 13. cap. 22. Humbertopulus Μέγας Τζαούσιος. D

Τυροφάγου κυριακῆς] Dominica τῆς Τυροφάγου, quæ & Τυρινὴ Annæ, & Pachym. lib. 7. est Dominica Quinquagesimæ. Nominis rationem pluribus exponit Leo Allatius de Dominicis & Hebdom. Græc. cap. 11. Pag. 51. B

Δαλασσηνή] Vide Stemma Comnenicum. C

Τῇ β' μετὰ τὴν Κυριακὴν δευτέραν] Ἡμέραν addit Allatius lib. de Hebdom. Gr. cap. 11. vbi hunc Annæ locum laudat, vt sensus sit, post Dominicam Tyrophagi Feria II. Alexium vrbe egressum. C

Καὶ τὰς ἀδελφάς] Vide Stemma Comnenicum. Pag. 52. A

Κωνσταντινιάδος φόρου] Inter præclara, quæ in noua vrbe a se condita ædifi- A

cia extruxit Constantinus M. Forum illud fuit, quod a suo nomine Constantinianum appellauit, statuitque in ea vrbis parte, vbi antea mœnia & portæ Byzantij veteris stabant, porticibus, fornicibus, statuis, & aliis vndequaque aduectis antiquitatis monumentis mire exornatum, vti passim testantur Themistius Orat. 17. Zozimus lib. 2. Eusebius lib. 3. de Vita Constantini cap. 52. Cedrenus, Zonaras, & alij sine numero. Situm & formam describit idem Zozimus: ἀγορὰν δὲ ἐν τῷ τόπῳ καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, καὶ στοαῖς διστέγοις ταύτην περιλαβὼν, ἁψῖδας δύο μαρμάρου Προικοννησίου μεγίστας ἀλλήλων ἀντίας ἀπετύπωσε, δι' ὧν ἔνεστιν εἰς τὰς Σεβήρου στοὰς, καὶ τῆς πάλαι πόλεως ἐξιέναι. Neque abludit Hesychius Milesius, scribens muros antiquos ἐκ ἔξω τῆς ἐπωνύμου ἀγορᾶς τοῦ Βασιλέως processisse. Vetus Vrbis Descriptio Forum Constantini partim in 6. partim in 8. Regione fuisse ait. Πλακωτὸν etiam dictum autores sunt Zonaras & Glycas, quod lapidibus planis & latis, quos πλάκας Græci appellant, stratum fuerit a Constantino.

Τὰ ἐν Βλαχέρναις βασίλεια] Palatij Blacherniani, quod extitit *in angulo ciuitatis iuxta portum*, vt Tyrius autor est, non vero ad ostia Euxini Ponti, quod vult Lambecius, descriptionem graphicam ex Odone de Diogilo lib. 4. de Ludouici Reg. Fr. profectione in Orient. iis adiungere hic lubet, quæ de hocce Palatio congessimus in Notis ad Villhard. N. 85. *Venientes ad Vrbem, Brachium S. Georgij ad dexteram, & quemdam profluuium qui de ipso procedens ad 4. fere millia tenditur, habens ad læuam ibi Palatium, quod dicitur Blacherna. Fundatur quidem in humili, sed sumptu & arte, decenti proceritate consurgit, & triplici confinio triplicem habitantibus iucunditatem afferens, mare, campos, vrbemque visibus alternis despicit. Exterior eius pulchritudo fere incomparabilis est. Interior vero, quidquid de illa dixero superabit. Auro depingitur vndique, variisque coloribus, & marmore studioso artificio sternitur area, & nescio quid ei plus conferat pretij, vel pulchritudinis, ars subtilis, vel pretiosa materia.*

B Τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα] Ædem SS. 40. Martyrum iuxta Thermas Constantianas, cuius fundamenta iecerat Tiberius Aug. cum Anastasia vxore, absoluit Mauricius An. VIII. vt pluribus narrant Theophanes, Cedrenus, Glycas, Manasses, Paulus Diac. lib. 17. Codinus de Orig. & alij. Eiusdem sphæram terræ motu collapsam refecit Basilius Porphyrogenneta, vt autor est Scylitzes. Templum ipsum de nouo instaurasse Andronicum Comnenum, proximeque ædes magnificas extruxisse tradit Nicetas in Andronico lib. 2. Illud denique Ioannes Palæologus Imperator euertit, & ex ruderibus duas ad Portam auream turres ædificauit, vti Ducas refert cap. 13. Iuxta Templum 40. Martyrum Columnam erexit Phocas An. VII. cui postea imperante Heraclio Crux imposita est, quæ corruit terræ motu sub Andronico Seniore, vt est in Chronico Alexandr. & apud Nicephor. Gregoram lib. 9. Extitisse porro Ædem SS. 40. Martyrum iuxta æneum Tetrapylum tradit Autor eiusdem Chronici Alexandrini. Meminit præterea huius Templi Innocentius III. PP. lib. 14. Epist. 84. Pachymeres lib. 4. cap. 18. & Bondelmontius.

C Τὸ τοῦ ἱεράρχου Νικολάου τέμενος] Hinc emendandus Zonaras, qui hoc loco habet μονὴν τοῦ Κλινικλείου, pro Νικολάου. Extitit vero Ædes D. Nicolai prope Magnam Ecclesiam, intra Magni Palatij septa, aut sane iuxta ipsum Palatium: quod etiam Anna videtur indicare his verbis, καὶ ἐπιτηδὲς οἶμαι κατασκευασθὲν τοῖς ἀρχαίοις: quo loco malim ἀρχείοις; est enim ἀρχεῖον, Palatium, Nicetæ, Cinnamo, & aliis. Hanc condidit Basilius Macedo, vt scribit Scylitzes, ἐν τῇ Βαρβάρᾳ, vt author est idem Pachymeres lib. 4. cap. 8. id est, in ea regione in qua fuit Ædes D. Barbaræ sacra, versus Acropolim, ex qua

porta S. Barbaræ Arci vicina dicta eſt. Vide Codinum in Orig. p. 61. edit. Meurſij, Suidam in Βερίνη, & Theuetum lib. 19. cap. 3. Extitit Ædes alia Conſtantinopoli D. Nicolao ſacra ad Blachernas, de qua Anna lib. 10. eadem forte quam extructam refert Codinus in domo Baſilidis, qui Patritius & Quæſtor fuit Iuſtiniano imperante. Aliam præterea S. Nicolao & S. Auguſtino Cantuarienſi Epiſcopo dicatam Ædem Conſtantinopoli habet Gotſelinus lib. de Miracul. eiuſdem B. Auguſt. cap. 26. conditam a nobili Anglo, qui poſt expugnatam a Willelmo Notho Angliam Conſtantinopolim conceſſerat. Alteram denique extra Vrbem, Molibotum dictam, in qua humatus Conſtantinus Ducas, Scylitzes commemorat. Vide Leon. Allat. lib. 2. de Eccl. Orient. & Occid. conſenſione cap. 11. pag. 645. & Notata ad pag. 294.

Μέρος τυγχάνον τοῦ μεγάλου τεμένους] Ædes D. Nicolai ideo, ait Anna, Aſyli C
iure donata eſt, quod eſſet quodammodo appendix Magnæ Eccleſiæ, quam Iuſtinianus eius conditor hoc priuilegio exornarat: Conſtantinus Porphyrogenneta Nou. 12. περὶ τῶν φονέων. &c. de Iuſtiniano, ὁ τὸν ναὸν τὸν μέγαν ἀσυλίας τόπον διορισάμενος. Quo etiam iure ante Iuſtinianum gaudebat Eccleſia maior Conſtantiniana, ſeu potius Conſtantiana, vt autor eſt Zozimus lib. 5. Vide Pachymerem lib. 3. cap. 24. Cantacuzenum lib. 1. cap. 12. lib. 3. cap. 2. 50. 80. 88. Ius Græco-Rom. lib. 2. pag. 72. 73. &c.

Στραβορωμανὸν] Straboromanum, dignitate Magnum Hetæriarcham, qui D
a Botaniata ad Alexium Legatus miſſus eſt, Pentapoli, Phrygiæ oppido, oriundum, & Botaniatæ conſanguineum fuiſſe ſcribit Nicephorus Bryennius. Eiuſdem præterea mentionem iniiciunt Scylitzes in Michaele Duca, Zonaras & Glycas.

Τοῦ ἱεροῦ βήματος] Diſtributa erant apud Græcos Templa in tres potiſſi- Pag. 55. B
mum partes. Prima τὸ Βῆμα, altera Ναὸς, tertia denique Νάρθηξ, ſeu Ferula appellabatur. Βῆμα erat ſacratior Ædis pars, Sacrarium nempe, & adyta ipſa, ad ſacra munia obeunda aſſignata, velis & cancellis a reliqua Templi parte ſecluſa. Ναὸς, ſeu Chorus, nouis cancellis obſtructus, Sacerdotibus diuinas laudes decantantibus, Νάρθηξ vero Chriſti fidelibus, qui Sacris intererant, addictus erat: quam appellationem, vt hoc obiter moneam, ſortitus videtur, quod ferulæ ſpeciem referret, quæ cum eſſet forma quadrata, longior tamen paululum erat quam latior, cuiuſmodi fuit Narthecis forma, quem ſceptri loco præ manibus geſtabat Byzantinus Imperator, vti ex Bullarum archetypis a nobis deſcribitur in Hiſtoria Gallo-Byzantina: quæ eſt etiamnum & olim fuit iſtius Templorum partis, quæ laicis addicta erat, cum e *In Reg. Cartar. pag. 5.*
contra Ναοῦ figura eſſet orbicularis, vti eſt D. Sophiæ Conſtantinopoli pars hæc Templi; vnde & χορὸν, ſeu Chori appellatione donatur vulgo locus in Eccleſia, vbi Clerus laudes diuinas decantat, qui aliis vocatur *Preſbyterium.* Brito in Vocabul. *Chorus, locus Cleri in capite Eccleſiæ.* Scio aliam reddi huiuſce nominis rationem. A ferulæ præterea figura forte Medici quidam libros a ſe editos Νάρθηκας, & Ναρθήκια inſcripſerunt, quod eadem eſſet librorum, ſeu codicum. Laudantur enim Heræ, Cratippi, & Sorani Νάρθηκες apud Galenum & Aetium. Sed de Narthece Eccleſiæ, vt & aliis Templorum apud Græcos partibus, integram Diſſertationem inſtituit vir magnus Leo Allatius, quem adi, ſi lubet.

Τῶν ἁγίων εἴχετο θυρῶν] A Nao ſeu Templo, quod cancellis a Bemate ſe- B
cluſum erat, ad ipſum Bema per tres portas aditus patebat. Portæ iſtæ ἅγιαι dictæ vt pluribus loco citato monet Allatius, & Goarus ad Euchologium.

Σταυρὸν ἐγκόλπιον] Ita appellant Græci Cruces Sanctorum reliquias, aut vi- C
uificæ Crucis particulas continentes, quas catenulis de collo ad pectus pen-

dentes gestabant. Anastasius Biblioth. ad Act. 5. Octauæ Synodi: *Crucem cum pretioso ligno, vel cum reliquiis Sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum, hoc est quod vocant encolpium.* De quo more Gretzerus Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 27. Eiusmodi vero Cruces ab Imperatoribus, aliisve gestari solitas, & fidei faciendæ, vel securitatis firmandæ gratia sæpe transmissas testantur passim Scriptores Byzantini, atque in iis Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatij Patr. CP. VIII. Synod. CP. Act. 5. Synod. Ephes. Can. 22. Act. 8. Gregorius in Vita S. Basilij Iunioris c. 11. Theophanes An. Iustiniani Rhinotmeti VI. Leo Grammaticus in Michaele & Constantino, Scylitzes in Theophilo, in Michaele Paphlag. & in Romano Diog. Nicetas Chon. in Andron. lib. 2. cap. 11. Cinnamus lib. 5. cap. 16. Pachymeres lib. 4. cap. 6. Acropol. cap. 11. Cantacuzen. lib. 1. cap. 58. lib. 3. cap. 14. 17. & 20. Gunther. in Hist. CPol. cap. 26. Anna lib. 3. pag. 94. & lib. 8. pag. 242. Autor Narrationis Historicæ in Restitut. Imagin. pag. 724. & 732. D. Chrysostomus Demonstratione contra Gentes, Gregor. Nyssenus in Encomio Macrinæ, &c. Sed & in mutui pacti ac Sacramenti confirmationem, eiusmodi encolpia inuicem commutabant. Pachymeres lib. 1. cap. 31. ταῦτα συντιθεμένων ἐκείνων, καὶ ἀνταλλαξάντων εἰς τοὺς ὅρκους τὰ ἱερὰ περιάμματα, συῤῥήγνυται μάχη μεγίστη. Quo spectant quæ de armorum commutatione diximus in Dissert. 21. ad Ioinuillam pag. 261.

D Ὄρθριον ὕμνον] Horas matutinas. Vide Goarum ad Codin.

Pag. 54. A Σιδηρᾶς] Eadem habet Bryennius lib. 3. cap. 25. Sideram in meridionali Vrbis parte statuit Scylitzes in Leone Philos. ἐγένετο δὲ ἐμπρησμὸς κατὰ τὸ μεσημβρινὸν μέρος τῆς πόλεως, ἐν τῇ λεγομένῃ Σιδηρᾷ. Sideræ meminit præterea Codinus lib. de Orig. CP. καὶ τὸν Ἀατον πρὸς τὴν Νέαν κείμενον, καὶ μέχρι τῆς ὀνομαζομένης Σιδηρᾶς. Certe *Aatum*, seu Ἀετὸν iuxta nouam Ecclesiam statuit etiam Constantinus Porph. in Basilio cap. 58. Vnde cum *Aetus* Sideræ vicinus fuerit, *Sidera* vero Monasterio Petrij proxima, consequens videtur locum, qui aliis *Aetij* dicitur, domum scilicet Regiam a sui sublimitate sic appellatam, & ab eodem Basilio conditam, cui vicinum fuit Petrium, eumdem esse cum Aeto. Vetus Scheda apud Martinum Crusium lib. 3. Turcogr. pag 190. 275. ἡ βίβλος αὐτῆς τῆς Μονῆς τοῦ Προδρόμου τῆς κειμένης ἔγγιστα τοῦ Ἀετίου, ἀρχαϊκὴ δὲ τῇ Μονῇ κλῆσις Πέτρα. At vnde *Sideræ* appellatio fluxerit, haud planum videtur, cum de ea sileant Byzantini Scriptores. Nec enim ausim affirmare id nominis loco inditum, aut quod forte in eo extiterint officinæ ferrariæ, quemadmodum ærariæ Chalcopratiorum vico nomen dederunt; aut sane quia ibi olim, & ante Constantinum fuerit Moneta, seu domus in qua cudebantur nummi ferrei. Nam Petrij vicinitas ostendit extitisse illam intra Vetus Byzantium. Docemur quippe ex Aristophane ἐν Νεφέλαις, nummos ferreos cusisse Byzantinos.

Ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ
Ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι. ϛρ. τῷ γὰρ ὄμνυτ', ἢ
Σιδαρέοισιν ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ.

Ad quem locum Scholiastes, λεπτοῖς δὲ νομίσμασιν φαίνονται κεχρῆσθαι Βυζάντιοι. Idque firmat authoritate Platonis in Pisandro: χαλεπῶς ἂν οἰκίσαι μὲν ἐν Βυζαντίοις, ὅπου σιδηρέοισι νομίσμασι χρῶνται. His consentit Hesychius, ἐν τῷ λεπτῷ νομίσμασι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο οἱ Βυζάντιοι. Spartanos abrogato aureorum & argenteorum nummorum vsu, ferreis etiam vsos docet Porphyrius lib. 4. περὶ ἀποχῆς. Aliud porro fuit Porta ferrea, Σιδηρᾶ πόρτα, a loco, *Sidera*, dicto, etsi locus vterque mari obuersaretur. Sed *Sidera*, cuius Anna meminit, ad Fretum Sycenum fuit, vt & Petrium: Porta vero ferrea Propontidi adiacuit, eademque videtur, quæ postea τῶν Σοφιῶν, hoc est, Sophianarum Porta dicitur

dicitur a Codino de Origin. qui prioris appellationis rationem & originem affert pag. 51. Edit. Reg. qua videlicet ad Palatium ita nuncupatum ibatur, proinde Portui Sophianarum vicina. Meminit Portæ Ferreæ Leo Grammaticus pag. 458. & 489.

Μονὴν τῶν Πετρίων] Petrium Monasterium a loco sic est appellatum, cui Πέτρα olim nomen fuit, iam ante instauratum a Constantino Byzantium, vt ex Dionysio Byzantio docet Petrus Gyllius lib. 2. de Bosp. Thrac. cap. 2. a Petris scilicet extantibus, & loci difficili situ: vnde & locus, & Monasterium Πέτρα & Πέτριον promiscue appellantur a Scriptoribus. Versus muros Vrbis maritimos ad Fretum Sycenum Petrium extitisse autor est Nicetas in Alexio Com. lib. 3. cap. 10. οἱ μὲν τὰ πλοῖα φέροντες ἔστησαν κατέναντι τῶν Πετρίων. Quo loco Codex Barbarograecus habet, τοῦ κάστρου τῶν Πετρίων λεγομένων. quod quidem Castrum, si aliud a Monasterio Petrij, nescio an idem fuit cum Palatio Petrij, quod Παλάτιον τοῦ Πετρίου vocat Scylitzes in Nicephoro Phoca & ita appellatum ait Codinus in Orig. Lambecianis pag. 57. quod a Petro Barsymiano Patricio, Iustiniano imperante, extructum fuerit. Certe non vni D. Ioannis Baptistæ Monasterio concessum fuit nomen Petrij, cum in Petrio varia fuerint Ædificia & Monasteria. Nam præter illud, cuius hic Anna meminit, Monasterium, extitit Templum, quod τὸν Ἅγιον Ἠλίαν τὸ Πέτριον vocat Codinus de Orig. CP. τὸν Ἠλίου τοῦ Προφήτου κατὰ τὸ Πέτριον ναόν, Constantinus in Basilio cap. 54. Præterea Templum S. Euphemiæ, quod τὴν Πέτραν appellat Codinus, ἐν τόπῳ ἐπιλεγομένῳ Πετρίῳ extructum ait S. Nicephorus in Catal. Patriarch. Constantinopolit. ἐν τῇ Πέτρᾳ Theodorus Lector. Eccl. 2. ἔνδον τοῦ Βυζαντίου, Nicephorus Call. lib. 8. cap. 6. hoc est, intra veteris Byzantij mœnia; seu potius ad ipsos muros veteres, qui ἀπὸ τοῦ καλουμένου Πετρίου, ἕως τῆς πόρτας τοῦ Ἁγίου Αἰμυλιανοῦ protendebantur, vt habet Chronicon Alexandrinum. Iam vero Monasterium Πετρίου, κατ' ἐξοχὴν a Scriptoribus dictum, D. Ioanni Baptistæ dicatum fuit, vt autores sunt Ducas cap. 39. & Codinus de Offic. Aulæ CPol. cap. 15. N. 11. & 15. qui illud μονὴν τῆς Πέτρας vocant: Cantacuzenus vero lib. 3. cap. 35. Πέτραν tantum. Fœminarum fuisse indicat hoc loco Anna, vt & Scylitzes & Zonaras in Argyro, & Constantinus in Basilio cap. 30. Huius præterea mentionem agit Nicetas in Murtzuphlo cap. 5. Crusius sua ætate adhuc stetisse scribit, nec procul abfuisse a Blacherniana Æde, & Palatio, quod Constantini appellant Græci hodierni. Vide Cinnamum lib. 6. pag. 160.

Πρωτοβεστιαρία] Protouestiarij vxorem interpretatur Meursius. Sane *Consulares fœminas dicimus Consularium vxores*, inquit Vlpianus L. 1. ff. de Senatorib. Verum fuisse dignitatem in familia Imperatricis omnino Anna indicat, eaque donatam Mariam Ioannis Ducæ vxorem. Protouestiariæ suberat, vt opinor, Ζωστή, cuius officium erat Augustam succingere, vt autor est Codinus in Orig. CP. ὁμοίως καὶ αἱ Ζωσταὶ ἐζώννυον τὴν Δέσποιναν. Meminit huiusce dignitatis Zonaras pag. 116. & Scylitz. pag. 703. & 716. Eiusmodi fuerunt *Ornatrices*, & aliæ quæ Augustis & Reginis fuisse dicuntur *a Cubiculo*, *a Veste*, *a Mundo muliebri*, quarum passim mentio in veteribus Inscript. V. pag. 166.

Τοῦ ἐν Βλαχέρναις τεμένους] Blachernianum Templum Deiparæ Sacrum, a Pulcheria Aug. Marciani vxore conditum, habent passim Scriptores. Nos infra quædam.

Περὶ τὸ βραχιόνιον] βραχιόνιον & βραχιόλιον, *brachiale* est, & brachij ornamentum, aut tegumentum, vti mox ostendemus ad pag. 68. Sed aliud habet etymon βραχιόνιον hoc loco apud Annam, quo quidem vocabulo propugnaculum ad Portam Blachernianam designauit, quod προτείχισμα τῶν Βλαχερνῶν

appellat S. Nicephorus in Heraclio An. DCXXVI. cuiusmodi opera nos Galli *Braies* dicimus, a braccis, seu femoralibus, quæ Suidæ (in V. Αναξυρίδες) βράχια, Glossis Basilic. apud Carol. Labbeum βράχαι appellantur, voce, vt videtur, traducta. Βραχιόλιον eadem notione vsurpat Hero in Παρεκβολαῖς: Επιμελῶς δεῖ τοῦ βραχιολίου, κἂν εἰς βάθος ἐπὶ πολὺ ἐκτείνεται. & Chron. Alexandrinum An. XVI. Heraclij, καὶ περὶ ἑσπέραν ἔστησαν ὀλίγα μαγγανικά, καὶ χελώνας, ἀπὸ βραχιολίου, καὶ ἕως βραχιολίου. Paulus Diac. lib. 19. Hist. Misc. *Brachialis Aureæ Portæ* meminit. Neque aliud videtur *Sbaralium* apud Sanutum lib. 3. part. 12. cap. 21. *Fecit quoque plures mines, siue cuniculos, respondentes ad Turrim Maledictam, & ad Sbaralium, siue Barbecanum Regis Hugonis.* Certe constat nihil aliud esse Brachiale, quam quod nostri *Barbecanas*, & *Antemuralia* vocant, quibus vt plurimum Portæ Oppidorum & Castrorum earumque exitus muniebantur. Willelmus ab Oldenborg in itiner. T. S. de Tripoli: *quorum portas & introitus speciales quondam sinuosæ Barbicanæ intricant & obseruant.* Idem de Tyro: *in quibus* (muris) *dispositæ & transpositæ sunt V. Portæ, quæ introitum ciuitatis adeo intricant & obseruant, vt qui eas introeunt, in domo Dædali errare & laborare videantur.* At cur eiusmodi propugnacula *brachialia*, nostris *braies* dicantur, nondum sum assecutus; nisi forte quod vt pars humani corporis inferior braccis vestitur, ita propugnaculorum, quæ vrbium portis opponuntur, ima, braccarum speciem altioribus muris præferant. Proinde *Bracca* hac notione idem erit quod *murus antepectoralis* in Charta An. MCLXXXIV. In Reg. Feodor. Burgundiæ 1. part. fol. 93. in Camera Comput. Paris. sic nempe dictus, quod infra muri *pectus*, seu partem mediam extructus sit, & braccarum instar propugnaculorum inferiora tegat: *Muro quoque permisi idem claustrum claudi, cuius altitudo a ripa interiori sit vnius lanceæ absque batalliis & muro antepectorali.* Extat idem Diploma etiam in Burgundicis V. C. Steph. Perardi pag. 259.

C Τῶν Βλαχερνῶν πύλῃ] Muris Blachernianis adiacuit Porta, quæ ab iis, aut vicino Palatio, vel Templo, Blachernarum nomen habuit. Eius mentio fit apud Nicephorum CP. & Cedrenum in Heraclio & Monomacho, Paulum Diac. lib. 23. in Epist. Hugonis Com. S. Pauli de prima Vrbis expugnat. & in Gestis Innocent. III. PP. pag. 106.

C Βασιλικοὺς ἱπποστάθμους] Scribit Codinus in Origin. CP. Porticus ambas in Sigmatis figuram extructas olim stabula fuisse, easque Cortem, seu Atrium, ambiuisse. Stabulum quoddam τρουλλωτὸν, seu concameratum, Michaelis Theophili filij opus, recenset Autor Τῶν Πατρίων CP. & Leo Grammaticus in Michaele pag. 463. Denique *Imperialis Stabuli* meminit Autor de exilio S. Martini PP. & Guill. Bibliothecarius in Hadriano PP. At Regia Stabula, de quibus Anna, extra Vrbem, ad muros Blachernianos erant.

C Κοσμίδιον] Monasterium SS. Cosmæ & Damiani extra Vrbem, de quo nos pluribus ad Villhard. N. 86.

D Γεώργιον τὸν Παλαιολόγον] Nicephori, cuius meminit Bryennius lib. 3 N. 15. Scylitz. pag. 834. & Anna pag. 54. 56. filium, ad quem scribit Theophylactus Bulgar. Archiep. Epist. 33. & 70.

Pag. 55. C Κτήμασι τοῖς Μωροβουνδου] Possessio forte Merobaudis, qui Cos. fuit 1. cum Gratiano Aug. A. Chr. CCCLXXVII. Iterum cum Saturnino A. CCCLXXXII. aut alterius eiusdem nominis, ortu Hispani, Asterij Cos. generi, de quo Idacius in Chron.

Pag. 56. A Πρὸς τὸν κοιτῶνα] Mox, δεδιὼς μὴ καὶ ἐμφρούριος γένηται, ἀλλὰ δὲ κεναῖς χερσὶν τοῖς ἀμφὶ τὸν βασιλικὸν κοιτῶνα ὀφθῆναι. Quibus locis κοιτὼν, idem est quod *Cubiculum*, Cassiodoro lib. 4. Epist. 51. lib. 5. Ep. 14. 39. 44. & Latinis æui sequioris,

Camera, Thesaurus nempe, & Fiscus Regius. Ockam cap. *quid sit Scacarium? Camera est locus in quem Thesaurus recolligitur, vel conclaue in quo pecunia reseruatur.* Vita Lud. Pij An. DCCCXL. *Iussit fratri suo Drogoni vt ministros Cameræ suæ ante se venire faceret, & rem familiarem, quæ constabat in ornamentis regalibus, per singula describi curaret.* Hist. Archiep. Bremens. An. MCLV. vbi Fridericus Imp. *Magna requiritis, o viri Romani, de exinanita Camera nostra. Camera Regia*, eadem notione in Diplom. Hugonis & Lotharij Regum Italiæ apud Ioan. a Bosco in Vienna. Ita in Monasteriis *Camera* dicitur Monachorum ærarium. Chron. Besuense: *Quidquid in lucro aut negotio aliquid exinde potuerint lucrari redeat ad vestitum fratrum in Camera supradicti loci.* Adde Eckeardum Iunior. de casib. S. Galli cap. 10. Math. Paris. pag. 255. 857. Priuileg. Eccl. Hamburg. pag. 169. Gesta Dagob. cap. 33. Cameræ igitur qui præerat, *Camerarius* dictus, Fisci Regij Præfectus, Custos Regij census. Idem Ockam: *Officium Camerariorum in recepta consistit in tribus, scilicet claues arcarum baiulant, pecuniam numeratam ponderant, & per centenas libras in forulos mittunt.* Quæ adnotare operæ pretium visum est, vt tandem percipiatur qui fuerint *Camerarij Prouinciarum* in Regno Neapolitano, de quibus passim Falcandus, Gesta Innoc. III. PP. &c. in Gallia nostra *Magni Camerarij*, quos vulgo cum *Cambellanis* temere confundunt, & in Monasteriis *Camerarij*; horum enim omnium officium fuit ærarij præfectura. Sed hac de re alias, si Deus fauerit, pluribus.

Εὖρον] Eurum, seu Hebrum, Thraciæ fluuium, hodie *Mariza* dictum. Pag. 56. D

Ἀθύραν] De Athyra & Schizis, diximus in Notis ad Villhard. N. 220. Pag. 57. A

Βροντῆς υἱόν] D. Ioannes Euangelista a Græcis κατ' ἐξοχὴν Θεολόγος dictus, Pag. 59. A
quod de Christi genealogia sublimius quam cæteri senserit & scripserit. Eadem causa βροντῆς υἱὸς ab iisdem non semel indigitatur, vt qui tamquam tonitru, de cælo, Verbi diuinitatem enarrando, intonuerit; seu *quod eius dicta qui legit, non credit dicere, sed tonare*, quod de S. Hilario dixit Fortunatus. Paulinus Epist. 24. de S. Ioanne, *qui solus e IV. fluminibus ex ipso summo diuini capitis fonte decurrens, de nube sublimi tonat*, IN PRINCIPIO ERAT VERBVM. Vide S. Augustinum lib. 1. de consensu Euangelist. cap. 4. & 6. Suidas v. Ἀδάμ. Ἐντεῦθεν ὁ τῆς βροντῆς γόνος, τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἐξ οὐρανίων νεφελῶν ἀπαστράψας ἐβρόντησε, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐλαμπτήρισε. Theophylactus Bulgar. Archiep. Præfat. in Ioan. ἐπεσκεψάμεθα δὲ καὶ τί θαυμασιώτερον συμβαὶν περὶ τοῦτον δὴ τοῦτον Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην· μόνος γὰρ ἐστὶ τρεῖς μητέρας ἀναφαίνεται ἔχων, τὴν φυσικὴν, τὴν Σαλώμην, τὴν βροντήν. υἱὸς γὰρ βροντῆς διὰ τὴν Εὐαγγελίου μεγαλοφωνίαν, καὶ τὴν Θεοτόκον. Germanus Byzantius, Τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, τὸν θεμέλιον τῶν θείων λόγων, τὸν ἀρχηγὸν τῆς θεολογίας, καὶ κήρυκα πρώτιστον τῶν ἀληθοῦς δογμάτων θεοῦ σοφίας, τὸν ἠγαπημένον Ἰωάννην καὶ παρθένον μερόπων γένος κατὰ χρέος εὐφημήσωμεν. Vetus Epigr. de S. Ioanne:

> Βροντὴ πέφυκεν ἡ θεηγόρος λύρα,
> Βροντῶσα, κηρύττουσα τῇ οἰκουμένῃ
> Ἰωάννης ἄρρητον οὐσίαν μόνην
> Θείαν τριφεγγῆ, δημιουργὸν τῶν ὅλων,
> Ἔγνω γὰρ ὄντως, καὶ γράφει θεία βίβλῳ,
> Καὶ νῦν δαδουχεῖ, καὶ καταυγάζει φρένας.

Aliud de eodem:

> Βροντῆς γόνε βρόντησον ὑψόθεν μέγα,
> Καὶ σήμερον πῶς ἡ προάρχιος φύσις,
> Θεοῦ βροτός τε, καὶ θεὸς πάλιν μένει.

Notum illud Martiani Capellæ lib. 5. Philolog. de Rhetorica: *Hæc cum in progressu arma concusserat, velut fulgureæ nubis fragore colliso, bombis dissultanti-*

bus, fracta diceres crepitare tonitrua. Denique creditum quod instar Iouis eadem posset etiam fulmina iaculari. Verum aliter de eiusce epitheti etymo censet Beda, & ex eo Ordericus Vitalis lib. 2. Hist. Eccl. *Iacobus & Ioannes filij Zebedei a Christo appellati sunt Boanerges, id est filij tonitrui, ex firmitate & magnitudine fidei, quam tenuerunt inuiolabiliter, & docuerunt immaculatam legem Domini.* Vide Epiphan. Hæres. 73. Ioann. Sarisber. lib. 1. Polycrat. cap. 6. & Casaubonum Exercit. 13. ad Annal. Baron. cap. 13.

B Εὐφημίας] Codinus de Off. γίνεται τοίνυν ἡ τῶν βασιλικῶν ὀνομάτων εὐφημία. Cedrenus, εὐφημησάντων οὖν τὰ Μέρη, Ἀναστασίας Αὐγούστης πολλὰ τὰ ἔτη. Imperatoribus, dum renuntiantur, a militibus & circumstantibus acclamatum nemo nescit: ea autem acclamatio erat vt plurimum vitæ diuturnioris imprecatio. Corippus lib. 2.

> *Intonuit patrum subitus fragor, inde clientum*
> *Clamores crescunt, clamoribus adsonat æquor,*
> *Laudibus innumeris, Regnantum nomina tollunt,*
> *Iustino vitam tercentum vocibus optant.*

Et lib. 3.

> *Augustis vitam lætis clamoribus optant.*

Hinc frequens illud πολυχρόνιον Augustis acclamatum apud Byzantinos, de quo passim Codinus, quod Græci nuperi pro quauis impensa salute vsurparunt, quod in iis salutationibus vitam diuturniorem adprecarentur. Odo de Diogilo lib. 3. *Polychronias eorum suscipit, sed vilipendit: sic enim vocantur reuerentiæ, quas non solum Regibus, sed etiam quibuslibet suis maioribus exhibent, caput & corpus submissius inclinantes, vel fixis in terram genibus, vel etiam sese toto corpore prosternentes.*

C Μελισσηνόν] Laudat hunc Annæ locum Petrus Faber Sanjorianus ad Leg. 11. de Iust. & Iure pag. 751. Is est vero Nicephorus Melissenus, qui postmodum Cæsar dictus, Alexij Imp. sororem vxorem duxit, de quo Zonaras, Glycas, & Cinnamus. Hunc etiam, ni fallor, innuit Theophylactus Bulg. Archiep. Epistola quam ad Cæsarem inscripsit, in qua Sebastocratoris, Isaacij forte, obitum deplangit. Fallitur porro in ipso Annæ limine, fœminarum doctrina illustrium Encomiastes, qui Nicephorum Annæ maritum ex Melissenorum familia ortum dixit.

C Περὶ τὴν Δάμαλιν] Damalis est Promontorium quod hodie Scutaricum vocant, positum e regione Promontorij Byzantium continentis. De nomine & situ multa habent Hesychius Milesius, Codinus in Orig. Petrus Gyll. lib. 3. de Bosp. Thrac cap. 9. & Leunclau. in Pand. Turc. cap. 128.

Pag. 60. B Τὴν Θετταλοῦ μεγίστην πόλιν] Monachus S. Mariani An. MCLXXXV. *Salonicam amplitudine opibusque præsignem.* Ioannes Cameniata de Excid. Thessal. cap. 2. vbi pluribus describitur: ἔστιν οὖν ἡ πόλις μεγάλη τε καὶ εὐρεῖα, τείχεσι καὶ προβόλοις συχνοῖς κατωχυρωμένη. Cantacuzenus lib. 3. cap. 93. de eadem vrbe, μετὰ τὴν Μεγάλην πρώτην πόλιν. Vide Concil. Sardic. cap. 16.

B Μάρτυρος Δημητρίου ναός] Celeberrimum fuit, & apud Græcos Byzantinos decantatissimum S. Demetrij Templum Thessalonicense, de quo passim Scriptores, Anna lib. 5. Nicetas in Isaacio lib. 1. N. 5. Innocentius III. PP. lib. 13. Ep. 101. 151. lib. 15. Ep. 30. & 84. præsertim vero ob corpus Diui Martyris in eo asseruatum & cultum, ex quo continuo stillabat liquor sanandis morbis salutaris, vt hoc loco Anna scribit, quod etiam attigerunt Ioannes Cameniata de Excid. Thessalon. cap. 2. 5. 6. 9. Nicetas in Andronic. lib. 1. N. 9. Scylitzes in Michaele Paphlag. Acropol. cap. 45. Cantacuzen. lib. 1. cap. 53. Ducas cap. 29. & Ioannes Anagnosta de Excisa Thessalon. cap. 5. & 16. Vide

Gretzerum ad Cantacuzen. pag. 915. 916. & Historiam nostram Gallo Byzant. lib. 2. N. 4.

Δι' ἐρυθρῶν] Puniceis litteris, & cum Cinnabari Bullas aureas, & quælibet Diplomata & Epistolas subscribebant Imperatores. Const. Manasses: C

Ἐν ἐρυθροῖς γράμμασιν αὐτὸν ἐσημειοῦτο.

Alibi,

Καὶ πορφυρόβαπτος γραφὶς τὴν χάρτην ἐπισοῦτο.


Apud eumdem, γραφὴ ἐρυθροσήμαντος. Pisides in Hexaemero:

Ἀλλ' αἱματώσας τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους,

Βαφαῖς ἐρυθραῖς βασιλικῶς ὑπογράφει.

Gregorius XI. PP. ad Ioann. Palæologum Imp. *Imperiales litteras de rubeo colore, & vt videbatur, tua manu in littera Græca scriptas recepimus*: apud Wadding. An. MCCCLXXV. N. 2. Sed hæc nota. At quæ fuerit ista subscriptio, & an Imperatoris nomen expresserit, video controuerti. Procopius in Hist. Arcana tradit Iustinum Imp. quatuor literarum characteribus subscripsisse: quæ fuerint istæ, non explicat. Anastasius ad Act. x. Octauæ Synodi subscripta Imperatorum nomina diserte scribit. Non tamen charactere distincto, sed arcanis quibusdam nodis & implicationibus literarum subscribebant, inquit Alamannus, & vt verbo dicam, Monogrammate, *quo nomen magis intelligi, quam legi promptum est*, vt ait Symmachus lib. 2. Epist. 12. Certe apud Latinos Monogrammatis vsus antiquissimus deprehenditur in Diplomatibus Summorum Pontificum, Imperatorum, & Regum, vt & in eorum Monetis. Hrabanus Maurus Abb. Fuld. lib. de Inuentione Linguarum: *Litteræ Monogrammæ scriptæ nonnullis in locis inueniuntur, vbi pictura cum musæo in pariete imaginis, aut in velis, vel alicubi aliter facta fuerit, ibi eorum nomina cum congerie literarum vnum characterem pictores facere soliti sunt, quod Monogramma dicitur.* Charta Pipini I. Regis Aquit. apud Beslium: *Vt autem hæc nostræ Excellentiæ auctoritas inuiolabilis & inconcussa omni tempore permaneat, Monogramma inserere curauimus, ac de annuli nostri impressione insigniri subter fecimus.* Annales Francor. Bertiniani An. DCCCLI. *Hæc communi Procerum suorum consilio atque consensu decernunt, propriorumque nominum Monogrammatibus confirmant.* Diploma Adalberonis I. Episc. Metens. apud Meurissium: *Manu propria nostri nominis Monogrammam subtus signauimus.* Denique Odo Cluniac. in Vita Burchardi Comitis Corbol. *Facto itaque testamento, Monogrammate firmatur.* Verum etsi in confesso sit sua nomina integra exarasse, aut in Monogrammatis formam contracta Imperatores æui prioris, secus tamen de iis qui post Annum MCC. vixerunt, dicendum est. Seruantur enim in Archiuo Regis Christianissimi Diplomata Balduini II. Imperat. Constantinop. Annorum MCCXLVII. & MCCLXVIII. Bullis aureis & plumbeis instructa: Epistolæ præterea duæ Andronici Palæologi Senioris Latina lingua in papyro scriptæ, prior ad Carolum Pulchrum Franciæ Regem, altera ad Benedictum de Cumis Dominicanum, simili ferme literarum rubrarum expressione subscriptæ. Nec sunt literæ in Monogrammatis formam contractæ, sed maiusculæ, & in totam pergameni, vel papyri, latitudinem, atque adeo in ipsum Diplomatum aut Epistolarum scriptum diductæ; characteribus adeo anomalis, & intricatis, vt ne vix quidem vnus literarum apex deprehendi queat. Sed vt cuiuis sit de eiusmodi subscriptionibus diuinandi facultas, en damus fideliter excerptas ex ipsis Archetypis, & in minorem redactas formam, cum in Diplomatibus longe maiori exaratæ sint, totamque explicatæ membranæ latitudinem impleant. Prior igitur subscriptio est Balduini II. in Diplom. An. MCCXLVII. quod a Du-Chesnio in Probat. Hist. Duc. Burg. re-

fertur pag. 139. altera est eiusdem Balduini in Diplom. An. MCCLXVIII. mens. Mart. quod nos descripsimus in Hist. Gallo-Byzant. pag. 22. tertia denique est Andronici Palæologi in Epistolis mox laudatis. Extant porro sparsim apud Martinum Crusium in Turcogræcia istiusmodi in Græcorum Pontificum & Nobilium Epistolis subscriptiones, quarum etsi interdum sensum &



notationem reddiderit, vix est tamen vt vllus ex iis apex percipiatur. At in prædictis Diplomatibus Balduini & Andronici, mensis videtur describi, non vero eorum nomen. Tradunt Pachymeres lib. 4. cap. 29. & Gregoras lib. 4. a Michaele Palæologo Imperatore concessum Andronico filio Imperij collegæ, vt ei liceret γράφειν δι' ἐρυθρῶν οἰκείᾳ χειρὶ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΧΑΡΙΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. Vbi MS. Regius habet δι'-ἐξοδικῶς γράφειν δι' ἐρυθρῶν, &c. id est, πλατέως, vti vocem hanc interpretatur Hesychius, expansis & diductis literis. Verum id nominatim excepit Michael, ne μηνολογεῖν se viuo posset, id est adscribere μῆνα καὶ ἰνδικτον, vt habet Gregoras, quemadmodum, inquit Pachymeres, solent Imperatores, ὡς ἔθος τοῖς βασιλεῦσιν. Vnde idem Autor lib. 7. cap. 1. narrat Andronicum, post patris Michaelis mortem, primum Diplomatibus mensem & diem apposuisse: ὅτι πρώτως μηνολογησάμενος πρόσταγμα. & lib. 6. cap. 36. scribit Michaelem, cum in extremis ageret, libellum subscribentem, primam Nouembris mensis literam designasse, nec potuisse distinctis apicibus reliquum vocabuli explere. Ex quibus constat eodem encausto, seu eadem rubrica, qua nomen proprium, mensem & Indictionem exarasse Imperatores. Quod præterea firmatur ex Nouella Manuelis de Feriis, in qua hæc verba sub finem habentur: εἶχε τὸ, ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙΩι ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ιδʹ. δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρὸς, id est, *adscriptum fuit manu Imperatoris rubris literis, Mense Martio Indictionis* XIV. & ex altera eiusdem Augusti, περὶ διαφόρων, &c. quæ iis verbis clauditur, εἶχε τὸ, ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙΩι ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ιδʹ. δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς καὶ θείας χειρός. vbi obseruandum, iis in Nouellis Imperatoris nomen characteribus Cinnabaricis

exaratum fuisse nequaquam adnotari, sed tantum mensem & Indictionem: ita vt ea tempestate Imperatores, non nomen suum, sed mensem duntaxat & Indictionem Diplomatibus & Bullis suis apponerent; cum alias non modo liberis, sed etiam præcipuis aulæ suæ Officialibus subscribendi sua nomina *per Cinnabarim* facultatem concederent, vt ex Niceta in Isaac. lib. 3. N. 5. constat. Habeo præ manibus Epistolam Demetrij Palæologi Despotæ, Manuelis Palæologi Imperatoris filij secundogeniti, ad Carolum VI. Francorum Regem, datam *ex Peloponneso* 12. *Decembris* 1455. quam mecum communicauit V. C. Dominus *de Vyon d'Herouual* de Literatis omnibus bene meritus, subscriptam rubeis & grandioribus hisce characteribus, Δημήτριος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς Δεσπότης Ῥωμαίων. ὁ Παλαιολόγος. Sigillum ex cera rubra papyro obducta literis appositum Aquilam, cum alis expansis, bicipitem, & cum bina coronula vtrique capiti imminente, repræsentat. Sigilli vero inscriptio iisdem characteribus concipitur, quibus Epistolæ subscriptio. Iam vero cur Imperatores mensem tantum & Indictionem, literis rubricatis, in Diplomatibus & Bullis, non vero sua nomina, describerent, id causæ potissimum esse existimo, quod ex quo Bullarum, seu Sigillorum, vti ea vocabant, pendentium, vsus apud Græcos inualuit, subscribi in iis nomina desierunt. Certe apud Gallos nostros, qui sigillis pendentibus vti cœpere ea ferme ætate, qua Græci Bullis, tum aureis, tum plumbeis, nempe circa nonum aut decimum seculum, subscribi, inquam, nomina desiere in Diplomatibus; cum antea non modo sigilla cerea ipsis chartis affigerentur, sed etiam apponerentur ipsorum Monogrammata Principum, aut eorum quorum erant Diplomata. Et certe, si bene auguror, in priore Balduini II. Diplomate A. MCCXLVII. μηνὶ Ἰουλίῳ, id est, mense Iulio, exaratum videtur, quo illud emissum constat, vti in altero, μηνὶ Μαρτίῳ, (emissum enim mense Martio) in tertio denique, quod est Andronici Senioris, μηνὶ Μαΐῳ; vbi vox, μηνὶ, contractis literis describitur: atque eiusmodi subscriptio *Imperialis* appellatur in Diplomate eiusdem Balduini A. MCCXLI. quod habetur in Historia nostra Gallo-Byzantina: *In cuius rei testimonium præsentes literas fecimus annotari, & Bullæ nostræ plumbeæ munimine roborari Imperialis subscriptionis caracteribus insignitas.* Et in eo quod est A. MCCLXVIII. *In cuius rei testimonium litteras nostras præsentes dedimus Bulla nostra aurea roboratas, nostris caracteribus rubeis Imperialibus insignitas.* Quos quidem characteres rubeos, non *sui nominis*, vti solebant Imperatores, antequam Bullarum vsus inualuisset, appellat Balduinus, sed tantum *characteres Imperiales rubeos*, id est, quos in Diplomatibus describere solebant decessores sui.

Ἅτε Μοναχικόν] Victus & captus a Turcis vna cum Vrsello Ioannes Ducas, Pag. 61. D
Cæsar, a Michaele nepote, lytro soluto, redemptus, Constantinopolim adductus est, cumque ad Propontidem peruenisset, mutata veste, positoque capillo, Monachum induit, sibi metuens a nepote ob affectatum a se Imperium, vti narrant Bryennius & Zonaras. Redacto in ordinem Michaele, cucullam exuit, & in suburbano prædio haud procul a Constantinopoli, quod Morobundi appellabant, eiusque erat, priuatam & a Palatij turbis semotam vitam exegit, Botaniata sceptrum obtinente, quod diserte innuit Anna. Verebatur igitur Ioannes, ne si ad muros accederet, & militum, qui vrbis custodiæ inuigilabant, & quibus nota erat ea quam pronuper deposuerat conditione, irrisionibus & sannis traduceretur: ἅτε τὸν μοναχικὸν οὐ πάνυ πρόσθεν βεβλημένος ἀμφίον, vt habet editio Hoeschelij, id est, *vt qui non multo ante Monachicum habitum induerat.* Atque hic est verus & genuinus huius loci sensus, quem frustra vir doctus sollicitat.

Pag.62.A Τὸν Ἀββᾶν] Non Abbatem, seu ἡγούμενον, sed Monachum & Patrem Ioannem appellarunt & salutarunt milites. Ita lib. 15. pag. 489. Basilium Monachum, Bogomilicæ Hæresis authorem, τὸν δαιμονιώδη Ἀββᾶν vocat Anna, id est, πατέρα, *patrem*, quo nomine paulo ante donauerat, & compellantur vulgo Monachi, præsertim senio ac vitæ sanctitate venerandi, apud Cassianum Collat. 1. &c. Sacra Constantini Imp. in Sexta Synodo, ante Act. 1. ἐκ δὲ τῶν Βυζαντίων Μοναστηρίων ἐξ ἑκάστου μοναστηρίου ἀββάδας τέσσαρας. Vbi vetus Interpres: *ab vnoquoque Monasterio Monachos quatuor.* Epiphanius Hagiopolita, de locis SS. ἔχει δὲ ἡ αὐτὴ μονὴ Ἀβάδας χιλίους, καὶ χίλια κέλλια. i. *Monasterium Monachos mille continet, & cellulas mille.* Vbi Morellus perperam *Abbates* vertit, perinde ac Goarus apud Theophanem in Leone II. ἐκ τῶν ἀββάδων ἐν τοῖς προαστίοις ξένοις Μητροπολίταις προεβάλετο: vbi *ex Abbatibus* reddit, pro *Monachis*. Rectius Combefisius in Ioan. Damasceni Epistola ad Theophilum Imp. de Imaginibus, μήτε ἐξ ἀββᾶ κοινωνῆσαι, *nulla item vlli Monacho communione iungendos* interpretatur. Apud Suidam, Ἀββᾶ, est, ὁ πατήρ. Aimoin. de vita S. Abbonis Abbat. Floriac. cap. 2. *Abbo, ait, si vltima immutetur littera, patrem sonat in Achiuorum lingua.* Immo, in Syriaca, vt autor est Isidorus lib. 7. Orig. cap. 13. Regula S. Ferreoli cap. 17. *Abbas, cui nomen pater est.* Eutychius Patriarcha Alexandr. in Orig. Eccl. Alex. ex versione Seldeni: *Cum vero homines audierant Episcopos vocitare Patriarcham, Abba, seu patrem, inter se dixerunt, nos Episcopum quemlibet Abba, seu Patrem appellamus: & appellant Episcopi Patriarcham Abba. Vnde sane oportet vt vocemus nos Patriarcham Papam, id est, auum, cum sit pater patrum.* Hinc qui vulgo Abbates & Archimandritæ, Aimoino lib. 1. de Mirac. S. Bened. cap. 3. lib. 2. cap. 13. Adrevaldo in Hist. Translat. Corp. S. Bened. cap. 3. S. Bernardo de Vita & Morib. Relig. cap. 10. & aliis dicuntur *Patres Monasteriorum*, vel *Monachorum*; qua loquendi formula vtuntur passim Regulæ veteres Monasticæ, S. Pachomij cap. 81. 107. S. Isidori cap. 19. &c. Papias, *Abbas, pater Monachorum, nam Abbas, pater Syriace dicitur.* Concil. Meldense An. DCCCXLVI. *Talis Abbatia (quæ Paternitas Latino nomine dicitur) remoueatur.*

V. Nebridium a Mundelheim Antiquarij Monastici Epist. 119.

A Ἐκ τῆς Θούλης Βαράγγους] Barangos, qui Malaterræ *Varingi*, *Guaranos* appellasse videtur Leo Ost. lib. 2. Chron. Cassin. cap. 58. Anna & cæteri fere ex Byzantinis Scriptores Anglos origine fuisse opinantur. Cinnamus lib. 1. de Varingis, ἔθνος δὲ τοῦτο Βρεττανικὸν Βασιλεῦσι Ῥωμαίων δουλεύον ἀνέκαθεν. Pachymeres MS. lib. 7. de iisdem, οἳ δὴ καὶ τοὺς Ἐρρῆ ἐξ Ἐγκλίνων ὄντι συναμετέροις καὶ τελείῳ παιδὶ εἰς φυλακὴν ἐπιτετράφει. Consentiunt Bryennius lib. 1. cap. 20. Codinus cap. 7. Nicetas & alij. Verum reliquias fuisse Danorum, qui ab Anglia exacti, & Constantinopolim profecti, operam suam Imperatoribus locarunt, ex Orderico Vitali, satis superque ad Villharduinum demonstrasse arbitror, qui quod origine Dani Angliam incoluissent, promiscue Angli & Dani, eidem Villharduino coniunctim *Anglois & Danois* dicti sunt. Nam Anglos, quos Will. Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Angl. cap. 13. appellat, Danos vocat Saxo Grammaticus. Prior, de Alexio Imp. verba faciens, *Multa noxia in peregrinos sacri itineris machinatus, Anglorum tamen fidem suspiciens, præcipuis familiaritatibus suis eos applicabat, amorem eorum filio transcribens.* Alter lib. 12. Hist. Danicæ de eodem Alexio, qui Erici Regis Daniæ per vrbem Constantinopolitanam transitum suspectum habuerat, dum ille Hierosolymam tenderet An. MXCVIII. *Ad hæc Danos summa a se familiaritate cultos eadem suspicionis occasione notabat, perinde ac maiorem patrij regis,* (Erici) *quam stipendiorum suorum respectum acturos. Inter cæteros enim qui Constantinopolitanæ vrbis stipendia merentur, Danicæ vocis homines primum militiæ gradum*

dum obtinent, eorumque custodia Rex salutem suam vallare consueuit. Quæ quidem non minimum præterea firmant, quæ Anna de Varingorum erga Augustos Byzantinos fidei integritate commemorat. *Dani* etiam dicuntur Alberto Aq. lib. 4. cap. 40.

Τοὺς Νεμίτζους] Ad Imperatoris custodiam adhibitos Nemitzos testatur B etiam Scylitzes in Romano Diogene. Guibertus Alexij defectionem describens lib. 1. de Gest. Dei cap. 4. *Sed cum de Officialibus Palatij sub Principe, qui, nisi fallor,* (fallitur dubio procul) *Michael vocabatur, esset, & cuidam portioni plurimæ Occidentalium militum præesset, quos excellentiores apud Græcum Imperatorem, & ad eius custodiam magis contiguos, ingenita eorum probitas fecit, collecta ex subiectis militibus audacia, nouas res contra ipsum Principem moliri cœpit.* Natione Celtas fuisse Nemitzos scribit Zonaras, quo vocabulo non modo Galli, sed & Germani intelliguntur. Verum Nemitzos Germanis adscribit Leunclauius ad Glycam, aitque sic appellari Theutones, Slauorum lingua, & in Pand. Turc. cap. 63. vbi de Nemitzis hæc obseruat: *Habuerunt*, inquit, *vicinos Daci Germanos, puta Quados, Gothos, Gepidas, in quorum agro, qui nunc Cepisiensis dicitur, incolæ præsertim Casemarco vicini, se Nemetsassios nominant, voce de Nemetis (sic Vngari Germanos appellant, vt Wenedæ nationes Nemitzos) & Sassiis composita, quæ Sassios, seu Saxones Germanicos significat.* Quam viri doctissimi de Nemetzis sententiam fulcit Conradus Abbas Vsperg. scribens, Alexium Alemannorum ope Imperium occupasse: *Hic est perfidus ille Alexius, qui domino suo Nicephoro per quorumdam Alemannorum conductitiorum auxilium depulso, Imperium eius vsurpauit.* Germanos vero ad custodiam Imperatorum longe ante hæc tempora fuisse delectos docet Lampridius in Alexandro Seuero, quibus *Scurrarum* nomen tribuit, de qua voce multa habet Salmasius. Vrbem *Nemetzi* dictam, quod a Nemetzis condita esset, circa Bohemiam statuit Dithmarus lib. 7. pag. 101.

Ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντες] Nicetas de Varangis, οἱ κατωμαδὸν τοὺς ἑτεροστόμους πελέκεις ἀνέχουσιν. B Secures inter arma bellica, quorum in præliis vsus fuit, reponunt Tactici omnes. Harum aliæ ancipites habebant altera ex parte aciem velut Spathæ, aut ensis, ex altera velut hastæ cuspidem. Leo in Tact. cap. 5. §. 3. ἕτερα τζικούρια ἀμφίστομα, ἐφ' ἑνὸς μέρους οἱονεὶ σπαθίον, ἐπὶ δὲ ἑτέρου, οἷον ξίφος κονταρίου. cap. 6. §. 11. τζικούριον δίστομον, τὸ ἓν στόμα τάξιν σπαθίου ἐπίμηκες, καὶ τὸ ἕτερον τάξιν ξίφους κονταρίου, μακρὸν καὶ ὀξύ. Eadem habet §. 25. & Constantin. in Tact. pag. 10. Alterum securis genus describitur a Leone cap. 6. §. 25. τζικούρια ἕτερα, ἔχοντα τὸ μὲν στόμα κοπτὸν, τὸ δὲ ἕτερον στρογγύλον. Eiusmodi securim ἡμιπέλεκκον vocabant Græci, τὸ ἥμισυ τοῦ πελέκεως, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μόνον μέρους ἔχον ἀκμὴν, ὃ καὶ δεξιτεράλιον καλοῦσι, vt est apud veterem Homeri Interpretem. Qua quidem *Dextralis* voce hac notione vtitur Victor Vticens. lib. 1. de Persecut. Vandal. *Certatim ictibus Dextralium aditum reserabant.* De tertia denique securis specie, hæc ibidem subdit Leo: ἕτερα τζικούρια δίστομα, τάξιν πελεκίων. Prima ex his, a nostris *bisacuta* vulgo dicitur, quod esset ἀμφίστομος, seu δίστομος, id est, ex vtraque parte haberet aciem. Ρομφαίαν δίστομον in Apocalypsi cap. 1. *gladium bis acutum* vertit D. Hieronym. Epist. 1. Willelm. Brito lib. 2. Philip.

——Nunc claua caput, nunc vero bipennis
Excerebrat, sed nec bisacuta, sudisue, vel hasta,
Otia vel gladius ducit.

Eodem libro,

Ascia dum dextris, bisacuta securis, & ensis
Fulminat.

Et inter Poetas nostrates, ille qui vixit an. MCCCLXXVI.

Trop bien fesoit la besaguë,
Qui est par les deux becs aiguë.

Alter,

A la grant besaguë que le vieillart porta,
Le conneut maintenant, cele part aprocha.

At secures Danicæ, cuiusmodi affinguntur Varangis, ἑτερόστομοι fuerunt, hoc est, vna tantum parte acie instructæ, vt illæ quæ apud Leonem dicuntur habuisse στόμα, alterum κοπτὸν, alterum στρογγύλον. Deferebant vero Dani secures suas in humero sinistro, vt autor est Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gest. Angl. cap. 12. *Securim Danicam in humero sinistro, hastile ferreum dextra manu gestantes*, & Rogerus Houedenus pag. 439. *Danicam securim auro argentoque redimitam in sinistro humero pendentem.* His quemadmodum in præliis vterentur, indicat Siluester Giraldus in Topogr. Hibern. part. 3. cap. 10. *Securibus quoque amplis fabrili diligentia optime chalybatis, quos a Norwagiensibus & Ostmannis sunt mutuati* (vtuntur Hiberni,) *vna tantum manu, & non ambabus in securi percutiunt, pollice desuper manubrium in longum extenso, ictumque regente, a quo non galea caput in collum erecta, nec reliquum corpus ferrea loricæ tricatura tuetur.* A Danis igitur eiusmodi secures accepere Angli, Scoti, & Hiberni: vnde & *Anglicas* vocat idem Malmesburiensis lib. 3. pag. 98. *Scoticas* Thomas Walsingh. pag. 105.

C Ἡγεμόνα τῶν Νεμίτζων] Qui infra Gilpractus nominatur. Hic nescio quem Flandrensem comminiscitur Ordericus Vitalis lib. 7. *Per Raimundum Flandrensem, qui præcipuus custos & ianitor Vrbis erat, consulto ciuium patefacta est.*

D Χρησιμώον σκεῦος] Vas scilicet in quo asseruabatur sacrum Encaustum ex murice, aut Cinnabari confectum, seu liquor purpureus, quo Imperatores Bullas & Epistolas subscribebant: quod quidem aureum & gemmis distinctum depingit Nicetas in Manuele lib. 3. N. 4. δοχεῖον ἐρυθροδάνου διάλιθον χρύσεον. *Calamarium aureum margaritis & pretiosissimis gemmis insignitum*, dixit Petrus Diac. lib. 4. Chron. Cassin. cap. 13. idque cum caniculi formam effigiemque præferret, inquit Alamannus, ob id *Caniculus* est appellatum, & a Caniculo erat, qui Cæsari eiusmodi vas purpuramentarium ministrabat. Sed de Caniclino plura nos infra ad pag. 338.

Pag. 94. A Ἡ δὲ ἡμέρα πέμπτη] Capta est Constantinopolis ab Alexio An. a Mundo condito iuxta Græcos, VI. M. DLXXXIX. Christi, MLXXXI. Indict. IV. I. April. Feria V. Maioris Hebdomadæ. Eusebius Pamphili in Basilico, de Alexio: Ἐστὶ ἦρξε τῆς βασιλείας ἀπὸ τοῦ ϛ φ π θ'. ἔτους, Ινδικτιῶνος δ', καὶ μηνὸς Ἀπριλλίου α', τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, ὅτε καὶ ἡ ἁρπαγὴ γέγονε. Atque hinc supplenda littera numeralis, α', apud Annam, post vocem Ἀπριλλίου. Vide pag. 295.

B Διὰ τῆς Χαρσίου πύλης] Porta Charsiæ, vna fuit e Mediterraneis, ita nuncupata a Charsia Venetæ Factionis Duce, qui Theodosio Iuniore imperante murorum vrbis instauratore, vna cum Eulampio Prasinæ Factionis principe, ædificandorum mœnium curam suscepit, vt est apud Codinum in Orig. CP. Occurrit Charsiana Porta apud Theophanem & Cedrenum in Apsimaro & Rhinotmeto, Nicetam in Isaac. lib. 1. N. 6. Paulum Diac. lib. 20. 22. & 24. Hist. Misc. Pachymerem lib. 10. cap. 8. Cantacuz. lib. 3. cap 85. Ducam cap. 37. & 39. & alios. Eamdem putat Leunclauius, quæ vltimis temporibus, & ante expugnatam a Turcis Constantinopolim, *Caligarea* appellata fuit, a caligariis, siue sutoribus ad hanc Portam habitantibus. Qui quidem locus idem etiam forte qui Τζαγγάρεια apud Theophanem de seditione Victoriatorum scribentem; Τζάγγαι enim calcei sunt, seu cothurni, vt pridem

monuerunt viri docti. De Caligariis Constantinopolitanis agit Benjaminus Tudelensis, vbi de Constantinopoli.

Μὴ Ἐκκλησιάζειν] Guillelmus Apuliensis lib. 4. B

Regni sede senex hac tempestate repulsus
Prædictus fuerat, bellator Alexius illum
Expulit iratus, quia non iniuria fratris
Propter eum dimissa fuit, qui viribus auxit
Imperium totis, tot nactus ab hoste triumphos.
Omnibus Imperij Legionibus huic comitato,
Præsidiis vacua facilis labor vrbe reperta
Est superare senem. Fit monachus ille coactus.
Deprædanda tribus datur vrbs inuasa diebus,
Dux quibus extiterat, manibus quoque Sancta nefandis
Atroces per se loca non violare verentur.

Vide Leonem Ost. lib. 3. cap. 54. & Annam lib. 3. pag. 80. 81.

Σπαθαρειός ὢς] A spatha Spatharij dicti. Est autem spatha, maior gladius, Vegetio lib. 2. cap. 15. qualem Carolo M. tribuit Monachus Sangall. lib. 1. cap. 26. lib. 2. cap. 11. 17. 19. & 23. Spathariorum vero in Palatio officium erat Imperatorij corporis custodia, ad quod admissi tantum nobiliores; vnde *gloriosi Spatharij* dicuntur Alcuino Epist. 111. crebroque ab Imperatoribus ad Principes Legati missi, in Annal. Franc. An. DCCCII. DCCCXI. &c. His præerat *Protospatharius*, qua dignitate functus, Alexio imperante, dicitur nescio quis *Rauendinos*, apud Ordericum Vitalem lib. 10. & 11. pag. 778. & 830. qui forte idem cum Radino, qui Præfectum Vrbi egit, de quo Anna lib. 3. pag. 70. Diuersi porro a Spathariis fuere milites, quos Σπαθάτους vocat Africanus de Apparatu Bell. functione præsertim. Nam Spatharij proprie dicti, Palatinæ custodiæ addicti: Spathati vero vniuersim milites spatha armati, seu *spatha cincti*, vti eos appellat Ennodius Epigr. 132. Iidem etiam *Spatharij*, qui aliis *Armigeri*. Sic Narses qui Corippo *Armiger*, Marcellino Comiti & Autori Chronici Alex. *Spatharius*: & apud Anastasium in S. Martino PP. Olympij Exarchi satelles, promiscue *Armiger* & *Spatharius* dicuntur. D

Τὴν Ἀκρόπολιν] Extitit Acropolis Constantinopolitana ad Orientem, in 1. Vrbis Regione, & in primo colle, e regione Scutarij, siue Damalici Promontorij, in extremo Vrbis angulo, qui a Templo vicino, S. Demetrij vocatur; vnde Μεγαδημητρειον ἀκρόπολιν, seu *Acropolim S. Demetrij* appellat Ducas cap. 38. & 39. vbi olim ante instauratum Byzantium similis, si non eadem fuerat, vt autor est Xenophon, & Codinus in Orig. CP. & vbi Bosporus impetu maximo ad ipsam crepidinem collis (in quo Eskisaraium, seu nouum Saraium hodie positum est) in Propontidem irruit. V. Gyllium in CP. lib. 2. cap. 2. & Leuncl. cap. 139. Pag. 66. A

Μέγα Παλάτιον] Quod ea tempestate Constantinianum appellatum scribunt Odo de Diogilo lib. 4. & Will. Tyrius lib. 20. cap. 25. ad littus Propontidis, haud procul ab Acropoli & Sophiana Æde inædificatum. Vide Notas nostras ad Villhard. A

Γεωργίου Συκεώτου] Superest etiamnum D. Georgij Ædes in Sycis, siue Galatino oppido, vti testatur Mart. Crusius in Not. ad Malaxum. D


Τὸν οἶκον Ἰβηρίτζη] Domum Iberitzæ statuit Codinus ad Acropolim: ἔστι δὲ καὶ ὁ οἶκος τοῦ Τουβάκης, καὶ τοῦ Ὀβηρίτζη, ὅνπερ ἔχει ὁ Ἀκροπολίτης. Scylitzes pariter, qui domum fuisse scribit Gregoræ, cognomento Iberitzæ, dignitate Magistri, Constantini Ducæ, qui Imperium sibi asserere conatus est post Alexandri interitum, soceri: διὰ πυλίδος εἰσελθὼν τοῦ Πρωτοβεστιαρείου Μιχαήλ, D

πλησίον οὔσης τῆς Ἀκροπόλεως, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Μαγίστρου Γρηγορᾶ τοῦ Ἰβηρίτζη. Huius Gregoræ meminit præterea Leo Grammaticus in Leone, pag. 484.

Pag. 68. A Μιλίου] *Miliare aureum* in 5. Vrbis regione ponit Autor Vrbis descriptionis, solus, quod sciam, qui *Miliare* dixerit, cum alij Μίλιον appellent. Sed hic Μίλιον, pro foro, in quo fuit Miliaris illa Columna, accipi videtur, vti passim apud Scriptores, qui Μιλίου mentionem agunt, quod ἀγορὰν τοῦ Μιλίου vocat Autor incertus in Leone Bardæ filio. Illud esse quod Augustæum nuncupatur, & in eadem regione, qua Miliare, collocatur, censet Gyllius. Sane Augustæum, seu Augusteonem, forum ita dictum, & Miliare vicina fuisse, nec procul a Sophiana Æde, testatur Nicetas in Alex. Man. F. cap. 6. & in Isaac. & Alex. cap. 2. In Milio suspensa rebellium capita scribunt non semel Theophanes, S. Nicephorus, Paulus Diac. & alij. In eo etiam varias Ædes extructas autor est Cedrenus, Codinus, &c. vnde euidens est non semper Μίλιον pro ipsis Milij, seu Miliaris, fornicibus, de quibus passim Scriptores, accipi debere. Extitit porro Μίλιον ante instauratum Byzantium, vt docemur ex Hesychio Milesio.

A Πατριάρχης] Cosmas.

C Τὴν τοῖς Βασιλεῦσι πρέπουσαν στολὴν] Illam forte, quam καθημερινὴν vocat Codinus de Off. Aulæ CP. cap. 6. N. 44. seu quotidianum Imperatoris amictum, quo ille induebatur extra statas cæremonias, & dies solennes, non forma, sed ornatus opulentia diuersum. Id enim arguit quod mox subdit, auulsa a Borilo brachiorum illa ornamenta margaritis intexta, quæ solius Augusti erant, & inter Imperatorios ornatus conspiciuntur in Bulla Aurea Balduini II. Imp. cuius ἔκτυπον in Obseruationibus ad Villhard. a nobis repræsentatum, hoc rursum loco proponendum curauimus, tum vt cuiusmodi hac tempestate fuerint vestes Imperatoriæ, tum etiam illa brachiorum



ornamenta attentius Lector inspiciat; vbi in quolibet brachio binas armillas, seu vt a Prisciano, Isidoro, & Anastasio Bibl. appellantur, *Brachialia*, aduertere est. Prior namque armilla, eam brachij partem, qua humeris illud connectitur, occupat; cuius forte generis fuere armillæ, quas viri militares, ab Imperatoribus & Ducibus in rerum bene gestarum præmium acceptas, deferebant, sic dictæ, inquit Festus, quod *antiqui humeros cum brachiis armos* vocarent. Ebrardus de Bethunia in Græcismo:

Annulus est manuum, sunt armillæ scapularum,
Atque perichelides exornant brachia nymphis.

Willelmus Brito in Vocabulario, *armillæ sunt proprie ornamenta armorum.* Armilla altera inferiorem exornat brachij partem; vtraque latioris segmenti

inſtar, margaritis intextis diſtincta, quod armillis vulgo tribuitur: armillas enim latius extendi annotat Hugucio. Sic Willelmus Malmeſburienſis lib. 2. de Geſt. Angl. cap. 12. binas in vnoquoque brachio armillas tribuit Anglis militibus, quos ad Hardeknutum Regem miſit Godwinus: *ratem auro roſtratam, habentem* LXXX. *milites, qui haberent in brachiis ſingulis armillas duas, vnamquamque* XVI. *vnciarum auri.* Eadem habent Florentius Wigorn. & Rogerus Houed. atque hæc brachiorum ornamenta, vt cæteros regios ornatus & veſtitus, quod non ſemel monemus, accepiſſe videntur Byzantini Auguſti a Perſis, apud quos in vſu illa fuiſſe, præter Ammianum lib. 23. extremo, teſtatur Xenophon lib. 6. de Inſtit. Cyri, dum Abradatæ, ad prælium ſeſe adornantis, armaturam deſcribit: προσφέρει αὐτῷ ἡ Πάνθεια χρυσοῦν κράνος, καὶ περιβραχιόνια, καὶ ψέλλια πλατέα περὶ τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν. Nam per περιβραχιόνια videtur intellexiſſe armillam, quæ ſuperiorem brachij partem exornabat: per ψέλλια vero, quæ etiam πλατέα, ſeu latiora, fuiſſe ait, inferiorem. Sed & apud Theophanem anno XVII. Heraclij, legimus poſt fuſum & profligatum Rhazatem, Choſroæ Perſarum Regis exercitus Ducem, in eius caſtris inueniſſe Græcos, ſeu Romanos, enſes plurimos, zonas auro diſtinctas, clypeum & thoracem Rhazatis, ex auro ſolido conflatos, præterea τὰ βραχιόλια αὐτοῦ; quo loco Cedrenus βραχιόνια habet, quam vocem eadem notione vſurpat Achmes Onirocr. cap. 127. & Ioan. Tzetzes Chil. X. cap. 318. cum ait brachialibus brachia ſua exornaſſe Pannones:

Καὶ πήχεις δὲ στολίζουσι τοὺς ἑαυτῶν ὁμοίως
Βραχιονίοις σιδηροῖς, χαλκοῖς καὶ ὑελίνοις.
Ενίοτε ὀστέϊνά τινα ἀστραγαλώδη,
Καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἤ δίκην βραχιονίων,
Δεσμοῖς τισι σφενδονήσαντες βραχίονας φοροῦσιν.

Sed & obſeruo *Brachionarium* vocari ψέλιον ἀνδρός, in Gloſſ. Græcolat. Porro veterum Auguſtorum brachiis aptatas armillas, teſtatur Lucifer Calaritanus lib. de Non parcendo in Deum delinq. ad Conſtantium ſcribens, ad quem Legatus a Liberio Papa miſſus fuerat, pag 292. *Debemus vereri Regni tui diadema, inaurem etiam, & dextrocheria: debemus inſignes quas eſſe cenſes veſtes tuas honorare, & deſpicere verum creatorem atque rectorem?* *Dextrale* autem & *Dextrocherium* idem eſſe pridem docuit Salmaſius ad Capitolinum. Armillas etiam inter Imperatorios ornatus habuere Germanici Auguſti, quos illi, (vt Byzantini a Perſis) a Francis mutuo accepere. Witikindus lib. 2. Geſt. Saxonic. deſcribens Inaugurationem Othonis Magni: *Procedit,* inquit, *Pontifex cum Rege, tunica ſtricta more Francorum induto, pone altare, ſuper quod inſignia regalia erant, gladius cum baltheo, chlamys cum armillis, baculus cum ſceptro & diademate.* Vbi obſeruandum chlamydem armillis coniungi, quod eius quodammodo pars eſſent, & cum chlamyde ad brachia aptarentur Dixi a Francis Germanos eiuſmodi accepiſſe armillas, quod ſatis teſtatur Witikindus, qui Othonem *more Francorum*, nempe deceſſorum ex Francica gente Auguſtorum, veſtitum depingit. Adde quod *aureas armillas* Francis tribuit Gregor. Turon. lib. 2. Hiſt. Franc cap. 42. *Brachialia aurea*, S. Audoenus in Vita S. Eligij lib. 1. cap. 10. Idem Scriptor lib. 2. cap. 39. de Bathilde Regina: *nec præter brachiles aureos ſuper ſe quidquam ornamentorum reliquit.* Vbi editio Du-Cheſniana, *nihil præter manicas retinens.* Erant igitur brachialia & manicæ Bathildis inter ornamenta regia. Fortunatus in Vita S Radegundis cap. 13. *Similiter accedens ad Cellam S. Iumeris, die vno quo ſe ornabat felix Regina, compoſito ſermone vt loquar barbaro, ſtapionem, camiſas, manicas, cofeas, fibulas, cuncta auro, quædam gemmis exornata per circulum ſibi profutura ſancto tradit altari.* Nec Francis dun-

Tom. 3. Spicil.
Tom. 1. Hiſt. Fr. pag. 634.

taxat noſtris præcipuum fuit armilla Regiæ dignitatis inſigne, ſed & apud Saxonicos Britanniæ Reges. Tradit enim Simeon Dunelmenſis lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. Dunelm. cap. 13. Guthredum a Sancto Cuthberto *poſita in brachio eius dextro armilla in regnum conſtitutum.* Virorum fuiſſe proprie armillas, pridem eſt cum adnotarunt Criticorum filij. Ab iis poſtea ad fœminas tranſierunt: Tertullianus de Pallio: *Armillis quas ex virorum fortium donis ipſæ quoque matronæ vſurpaſſent, omnium pudendorum conſcias manus inſerit.* Sed & non olim tantum, verum etiam ſequioribus ſeculis eiuſdem fuerunt formæ, quæ virorum, hoc eſt, in modum latioris ſegmenti, quod gemmis & lapillis, opereve phrygio adornatum brachiis adnectebatur. Papias, *Dextralia, Brachialia, genus ornamenti commune viris & fœminis: ante manicas portantur, & iunguntur cum clauo.* Quæ non modicum illuſtrant quæ habet Anonymus de Mirac. S. Fidis Virg. & Mart. cap. 5. *Arſendis vxor Willelmi Toloſani Comitis, fratris illius Poncij, qui ab Artaldo poſthæc priuigno ſuo dolo interfectus fuit, habebat armillas aureas, vel potius, quod ad cubitum continuabantur, manicas miro opere gemmiſque inſignitas.* Vita S. Eligij Epiſc. Nouiom. *Quotiens brachile aureum, pugnam (pungam) quoque auro gemmiſque comptam ſibi ſubripuit, vt miſeris ſubueniret?*

Hoepping. de Inſig. pag. 98.

IN LIBRVM III. ALEXIADIS NOTÆ.

Pag. 70. A

ΛΟΓΟΘΕΤΗΣ τῶν Σεκρέτων] Hac etiam functum dignitate Gregorium Camaterum, Alexio imperante, autor eſt Nicetas in Ioanne cap. 3. Logothetas plures fuiſſe in Palatio Conſtantinopolitano, pridem obſeruarunt viri docti. Logothetam vero qui ab Anna τῶν Σεκρέτων indigitatur, eum putant Wolfius, Meurſius, Salmaſius ad Vopiſcum, & Goarus, quem idem Nicetas in Man. lib. 7. cap. 1. Cancellario æquiparat: quod ſecus ſe habet. Cancellarij enim dignitas conuenit Logothetæ τοῦ δρόμου, qui a Nicephoro Patriarcha CP. dicitur ὁ τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις διαχομίζων, quique Edicta & Aureas Imperatorum Bullas ſubſcribebat, vt ex Nouellis aliquot Manuelis Comneni apud Car. Labbeum colligi datur: & quem eo nomine Bullarium & Caniculum ſeruaſſe oſtendemus ad pag. 338. At Logotheta Secretorum quis fuerit, quodve eius munus, ſatis indicat idem Nicetas in Iſaac. lib. 3. cap. 5. de Theodoro Caſtamonita ſcribens, cui rerum ſummam Iſaacius Imperator tradiderat: ἣν δ᾽ ἐπὶ περὶ πραγμάτων ἐγχείρησιν, καὶ μάλιστα περὶ τὰς δημοσίας συνεισφορὰς δεξιώτατος, καὶ λόγων σοφοτέρων μέτοχος, ὃν καὶ Λογοθέτην τῶν Σεκρέτων προβαλλόμενος, &c. Ex quibus Nicetæ verbis data videtur Caſtamonitæ dignitas Logothetæ Secretorum, propter vſum & experientiam in re æraria, ſeu vectigali. Et ſane ſtudio iſti operam impendiſſe mox prodit, cum ait Caſtamonitæ conceſſiſſe Iſaacium facultatem literis puniceis, quarum vſus ſolius Auguſti erat, ὑποσημαίνεσθαι τοῖς τόμοις δημοσίων λόγων, id eſt, ſubſcribendi libellos publicarum exactionum; δημόσιον enim eſt vectigal, quod Latini *Publicum* vulgo vocant. Gloſſ. Græcolat. δημόσιον τελώνιον, *Publicarium.* δημοσιώνης, *Publicanus.* Tribunalia vero in quibus lites de tributis & vectigalibus, & de eorum immunitate pertractabantur, δημοσιακὰ Σέκρετα dicuntur Cedreno, vt his qui præerat, ὁ προκαθήμενος τῶν δημοσιακῶν δικαστηρίων, in Nouella Manuelis Comneni. Denique Scylitzæ in Leone Phil. Σέκρετον τοῦ γενικοῦ nuncupatur tribunal, quod aliis Σέκρετον δημοσιακόν. Fuit enim Γενικὸν, Ædes Conſtantinopoli a Conſtantino M. vt ferunt, extructa, vectigalibus & tributis recondendis, vt autor eſt Codinus in Orig. ab Iſaa-

cio Angelo demum euersa & destructa. Huius Secreti Præses Λογοθέτης γενικὸς, seu τοῦ γενικοῦ dicitur eidem Codino, Constantino in Basilio, Gregoræ lib. 7. & aliis. Nicephorus CP. καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστὴν, ὃν Λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια. Interdum simpliciter Γενικὸς apud Suidam in Anastasio, Scylitzem in Basil. Maced. Leonem Nou. 44. &c. Inde *Logothesium Generale* apud Paul. Diac. lib. 19. Hist. Misc. Est igitur Logotheta τοῦ Γενικοῦ, qui promiscue Scriptoribus Λογοθέτης τῶν Σεκρέτων appellatur, nempe subaudita voce δημοσιακῶν, eratque præcipuus istius Tribunalis Iudex. Hinc Nicetas Choniates, in librorum suorum Epigraphe, dicitur obiisse officium τοῦ Μεγάλου Λογοθέτου τῶν Σεκρέτων, καὶ ἐπὶ κρίσεων τοῦ Γενικοῦ.

Ῥαδηνὸς] Radenorum illustris fuit Constantinopoli familia, vt autor est Scylitzes pag. 723. & Nicetas in Alex. Ang. lib. 3. N. 1. V. Notata ad pag. 64. A

Ἐς τὴν τοῦ Περιβλέπτου μονὴν] Monasterium Deiparæ sacrum, a Romano Argyro Imp. extructum, vt habent Zonaras, Scylitzes, Glycas, & Manasses, cuius hæc sunt: A

Ὃς ἄγαν μεγαλοπρεπῶς τῇ Θεοτόκῳ κόρῃ
Ἀνεδομήσατο Μονὴν, ἡ Περίβλεπτος κλῆσις.

Ad maritimos Vrbis muros extitisse indicat præter Annam Gregoras lib. 7. καὶ ἀπελθὼν οἰκητήριον τὸ πρὸς θάλασσαν τετραμμένον μέρος τῆς Περιβλέπτου Μονῆς. ad locum nuncupatum Sigma statuit Scylitzes in Michaele Calaph. Zonaras ab ipso Botaniata ita instauratum scribit, vt secundus ab Argyro eius conditor habitus sit. In eo humatus Argyrus, vt autor est Scylitzes & Glycas: in eo etiam plurimæ olim & variæ extitere Sanctorum reliquiæ, e quibus fuit caput D. Clementis Papæ & Martyris, quod capta a Francis Constantinopoli ad Cluniacense Monasterium delatum tradit Rostangnus Monachus, & corpus S. Pauli primi Heremitæ, quod Iacobus Lanzuolus Venetias in Ecclesiam S. Iuliani transtulit An. MCCXL. vt est apud Sansouinum in Venet. lib. 2. In id denique Manuel Palæologus Imper. sub vitæ exitum concessit, vt refert Ducas cap. 28. Adhuc stare aiunt, Armeniorum Sacris dicatum, & a Græcis *Suluna* vulgo appellari scribit Leunclauius in Pand. cap. 51. Fit præterea istius Monasterij mentio apud Nicetam in Andronic. lib. 2. cap. 9. Pachymer. lib. 5. & 13. cap. 15. Phranzem lib. 1, cap. 39. Codin. de Offic. cap. 15. N. 6. Leon. Allat. lib. 2. de Eccl. Occid. & Orient. perp. consens. cap. 12. &c.

Καὶ τοῦ Ἀγγελικοῦ] S. Nicephorus CP. καὶ δὴ ἀγγελικὸν δὴ τοῦτο, ἢ τὸ ἀποστολικὸν τοῦ μοναχικοῦ βίου σχῆμα. Bryennius lib. 1. N. 5. τῆς ἁλουργίδος τὸ ἀγγελικὸν ἀνταλλαξάμενος σχῆμα. Adde Vitam S. Eupraxiæ Virg. cap. 10. Ita Monachicum habitum vocant Græci Scriptores passim, vt vitam & conuersationem Monasticam, Ἀγγελικὴν πολιτείαν Gregorius Theologus Orat. in sanctum Baptisma & Euchologium Græcorum: ἀναστροφὴν ἀγγελικὴν Basilius in Ascetic. ἀγγέλων δίαιταν, Ignatius Diac. in Vita S. Nicephori Patr. CP. cap. 12. *Angelicam vitam*, Petrus Damian. lib. 6. Ep. 4. quia *quod Angeli semper agunt in cælis, hoc Fratres iugiter faciunt in Ecclesiis*, seu Monasteriis, vt ait Autor Vitæ S. Vedasti N. 1. apud Bolandum : vel vt D. Augustinus lib. de Sancta Virginitate cap. 13. quia *Virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, Angelica portio est*, &c. Eodem loquendi modo vsi sunt etiam interdum Latini Scriptores; Anonymus in Vita S. Pauli Virdun. cap. 2. N. 5. *Votis itaque omnium, cum benedictione Patris Monasterij, Angelicum Monachi schema induitur.* Florentius Wigorn. An. MXXCIV. *Quia finem vitæ suæ aspiciebat, tacito induebat se Angelicam vestem.* Cardinalis Ruthenensis in Epist. de vltima expugnatione CP. Tom. 8. Spicileg. Acher. *Omnes vos qui Deo perfecte dedicati,*

Pag. 71. A

habitum Angelicum vitæ Monasticæ estis induti, &c. Quemadmodum autem Angeli Οὐρανοπολῖται vulgo a Græcis appellantur, a Latinis vero *Cælicolæ*, vt est in veteri Glossario Latino-Arabico apud Scaligerum in Proleg. ad libr. de Emendat. Temp. ita Monachi Dauidi Monacho, ἐν τοῖς ὄρεσιν οὐρανοπολῖται, & Pachymeri lib. 4. cap. 27. οὐρανοπολῖται ἐπίγειοι. Braulioni Cæsaraugustano in Vita S. Æmiliani Cucullati cap. 12. SS. Antonius & Martinus *Cælicolæ* dicuntur. Metaphrastes, seu Author Vitæ S. Theophanis Sigrian. cap. 14. καταλαμβάνει πάλιν ὁ μακάριος τὸ περὶ αὐτοῦ νεουργηθὲν οὐρανομίμητον μοναστήριον. Vide D. August. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 10.

B Η τοῦ κρέως ἀποχὴ] Abstinebant enim ab esu carnium Monachi San-Basiliani. Vide Nicet. in Manu. lib. 4. cap. 6.

C Γαμβρὸν] Cum vtroque nempe Comneno, Isaacio & Alexio, necessitudinem habebat Maria Augusta. Isaacius enim Mariæ cognatam vxorem duxerat; Alexius vero adoptionis iure habebatur illius filius. Quippe adoptione etiam honoraria & spirituali contrahebatur affinitas, vti ex Senatore lib. 8. Ep. 1. ostendi in Differt. 23. ad Ioinuillam, & ipsamet Anna lib. 10. satis indicat, vbi de pseudodiogene agit. Sed nec proinde Maria Isaacij socrus fuit, sed affinis. Γαμβρὸς namque non semper generum significat, sæpe affinem, inquit Budæus, vt apud Latinos vocem, *Gener*, passim vsurpari constat, Witikindum lib. 1. & 2. Gest. Saxon. non semel, Arnoldum Lubec. lib. 2. cap. 41. lib. 3. cap. 1. Malaterram lib. 2. cap. 23. & alios passim. Vide pag. 273. 276.

C Ἑβδόμην χρόνον] Χρόνος, pro *Annus*: crebro vtuntur Scriptores Byzantini. Chron. Alexandr. An. 42. Theodos. Iuni. ἐκράτησαν γὰρ δύο ἀρχαὶ ἐπὶ χρόνους τέσσαρας. Anastasius Patr. Antioch. Orat. in Annuntiat. Deip. ὁ δὲ καὶ ἐκ πατέρων παρέλαβεν ἀρχὴν εἰδέναι χρόνου τὸν μῆνα τοῦτον, &c. Constant. Manasses,

Καὶ χρόνους ἐβδόμωσε πρὸς τοὺς δέκα.

Extat Nicephori Xantopuli opus, cum hac Epigraphe: Σύνοψις τῶν ἁγίων χρόνων. Vide Glossographos.

Καὶ λάμποντες] Vel ex hoc Annæ loco patet minime a Botaniata, post actum in ordinem Michaelem, ademptos Constantino eius filio oculos, quod perperam tradit Ordericus Vitalis lib. 7. pag. 640. vt nec ab Alexio in Monasterium S. Cyri translatum Constantinum, vbi *vt mundo inutilis monachus factus sit, omnique vita sua cum seruis Dei commoratus sit*: quod sequentia satis declarant.

Pag. 72. C Εἰς τὸ ὑπερκείμενον] Superius Palatium, seu potius Magni Palatij triclinium, ita appellatum respectu inferioris, cuius hoc loco meminit Anna: τὰ ὑπερκείμενα τῶν ἀνακτόρων eidem Annæ lib. 14. pag. 443. τὰ παλάτια τὰ ἐπάνω, Codino in Orig. pag. 50. *supereminens regia*, Willelmo Tyrio lib. 20. cap. 25. quod scilicet ea Palatij pars in tumulo mare attingenti in altitudinem circiter centum passuum edito, vt autor est Gyllius lib. 1. Descr. CP. cap. 7. extructa esset. Huius conditorem Nicephorum Phocam fuisse censet Rhamnusius, quod eam Palatij partem, quam immodicis impensis, muris cinxisse, & nouis operibus muniisse Phocam narrant Zonaras & Scylitzes, ad Bucoleontem statuere videatur Nicetas in Manuele lib. 3. N. 4. cui sententiæ fauet loci situs editior, & munitionibus aptus, adeo vt palam a Byzantinis Acropolis & Tyrannorum nidus pars hæc Palatij appellaretur. Certe *Constantinopolitanum Palatium non pulchritudine solum, verum etiam fortitudine omnibus quas vnquam viderit munitionibus præstitisse* tradit Luithprandus lib. 5. cap. 9. Vnde non mirum si *Castellum* non semel dicitur Villharduino, quod Castri potius quam Palatij formam præferret. Sed aliter de Bucoleontis Palatij

latij conditore ſcribit Codin. in Orig. Lambecianis, qui illud Theodoſio Iun. adſcribit : τὰ ἐπάνω τοῦ τείχους παλάτια τοῦ Βουκολέοντος ὁ Μικρὸς ἀνήγειρε Θεοδόσιος.

Βουκολέων] Anna lib. 7. de Porphyræ triclinio, ἀφορῶν μὲν ὡς πρὸς θάλατταν πρὸς τὸν λιμένα, οὗπερ οἱ πέτρινοι βόες καὶ οἱ λέοντες. Scylitzes in Leone Armenio, C
εἰς τόπον ἐρχόμενον, ἐν ᾧ βοῦς τε καὶ λέων ἵδρυνται λίθινοι· κἀκ τούτων ἔχει τὴν προσηγορίαν ὁ τόπος, Βουκολέων ὀνομαζόμενος. Zonaras in Niceph. Phoca, Βουκολέων ὁ τόπος ὠνόμασται, ὅτι λίθινος λέων λελάξευτο ἐν αὐτῷ, βοὸς ἐπιβεβηκὼς ὁμοίου, καὶ τῷ εὐωνύμῳ ποδὶ κατέχων τὸ κέρας αὐτοῦ, καὶ περιστρέφων τὴν αὐχένα τὴν τοῦ βοός. Quæ non parum illuſtrant quæ hic ab Anna de Leonis & Bouis inuicem colluctantium lapideis, vel marmoreis ſtatuis enarrantur : de quibus egiſſe Will. Tyrium lib. 20. cap. 25. & Gyllium in CP. lib. 1. cap. 7. monuimus in Notis ad Villhard. N. 123. Hinc patet Rigordum An. MCCV. Innocentium III. Papam lib. 15. Ep. 33. perperam *Buccam Leonis*, & Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 1. *Os Leonis* Palatium Bucoleontis nuncupaſſe, cum a boue & leone, quaſi βοῦς καὶ λέων dictum ſit, non vero a bucca, aut ore leonis. *Bouchelyon*, dixit etiam Villharduinus.

Λιμὴν] A Palatio vicino, ſeu potius a ſtantibus in ipſo littore bouis & C
leonis ſtatuis, Bucoleontis portus appellatus eſt. Nicetas in Manuele lib. 7. ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Βουκολέοντα λιμένος ἐν τῷ Φάρῳ τοῦ παλατίου νεὼν ἀνήγαγε. Scylitzes, τὸ τοῦ παλατίου νεώριον ἐν τῷ Βουκολέοντι. Βουκολέων ſimpliciter dicitur apud Leonem Grammat. in Leone & Conſtantino pag. 479. 484. & 494. interdum ab ipſa Regia, ſeu Palatio, λιμὴν τοῦ παλατίου, Scylitzæ in Nicephoro, λιμὴν περὶ τὰ ἀνάκτορα, Zonaræ in Theophilo, βασιλικὸν νεώριον, Pachymeri lib. 5. *Portulus Imperatoris*, Bondelmontio. Ad hunc portum e Palatio patebat deſcenſus, qui Nicetæ in Alexio lib. 3. ἀποβάθρα τοῦ Βασιλέως nuncupatur, & a Willelmo Tyrio lib. 20. cap. 25. graphice deſcribitur. Primitus vero, & ante receptam Bucoleontis appellationem, *Nouus Portus* dictus fuit, vt eſt in veteri Vrbis Deſcriptione, & *Portus Iuliani*, de nomine Iuliani Parabatæ Imperatoris, a quo extructum fuiſſe ſcribit Zozimus lib. 3. & Lex 5. Cod. de Calcis Coctorib. ab Anaſtaſio Dicoro purgatum, & mole lapidum tutiorem effectum tradunt Marcellinus Comes, & Suidas in Anaſtaſio. Iuſtinianæum appellatum de nomine Iuſtiniani Imperatoris, qui hic antequam imperaret, habitabat, autor eſt Alamannus ex veteri Scriptore. Domus vero Iuſtiniani extitit eo loci, vbi extructa poſtea Ædes SS. Sergij & Bacchi, iuxta Portum Iuliani. Tandem Iuſtinus Iunior, denuo purgatum, de nomine vxoris Sophiæ Auguſtæ, priori abrogata appellatione, *Sophiæ Portum* nuncupari voluit, vt pluribus narrant Zonaras, Cedrenus, Glycas, & Codinus. Deſcribi a Corippo lib. 1. de Laudib. eiuſdem Iuſtini, cum agit de Palatio Sophianarum in oppoſito Aſiatico littore ædificato, facile concedet quiſquis Vrbis Conſtantinopolitanæ Deſcriptionem, quam ex Bondelmontio damus, ſerio intuebitur:

——— Pars proſpicit vna
Immenſum pelagus, pars proſpicit altera pontum :
Pontum quem geminæ complexant brachia ripæ,
Mœnibus adpoſitis rapidos contemnere ventos
Et faciunt, præbentque ſolum ſtatione quietum,
Æquoreos frangunt obiecto marmore fluctus,
Et prohibent refluas anguſtis faucibus vndas.

Hodie exaggeratum & obrutum tradit Gyllius lib. 2. cap. 15. locumque appellari *Catergalimena*, quaſi portum triremium, vnde Portæ vicinæ *Catergalimenis* nomen manſit, vt autor eſt Leunclauius in Pand. cap. 200.

C Δι' ἐγχορήγου] Lapides ad structuram peregre aduectos hic designari opinatur eruditus Interpres. At materiam quamdam, non lapides, ἐγχόρηγον fuisse diserte innuit Anna lib. 11. pag. 339. dum enarrat, vt Cantacuzenus, munitionem, vel si mauis, arcem, ad Laodicæam, quam obsidione cinxerat, tumultuario extruxerit: cuiusmodi arces describuntur a Leone in Tact. cap. 15, §. 67. & seq. ait enim murum διὰ ξηρῶν λίθων, ex rudi saxo, circulari forma, molitum in interuallo quod arenam, seu littus, inter & vrbis mœnia adiacet: deinde intra illum ambitum arcem aliam, ἕτερον πολίχνιον, δι' ἐγχορήγου ὕλης continuo ædificasse. Nec discrepat Porphyrogenneta lib. de Adm. Imp. cap. 29. vbi ἐγχόρηγα a lateritio opere, & rudi perinde ac polito & quadrato lapide distinguit: ὃ αὐτὸ κάστρον οὔτε ἀπὸ βησάλων ἐστὶν ἐκτισμένον, οὔτε ἀπὸ ἐγχορήγου, ἀπὸ λίθων τετραδίκων. Cum igitur ἐγχόρηγον neque lateritium fuerit opus, neque ruderatio, aut quadratum saxum, sed aliud quidpiam ab his diuersum, multo videretur probabilius non exaliunde importatam, sed in ipso loco, vbi ædificatur, erutam materiam designari, qualis est ex congestis cespitibus structura, & quam locus ipse suppeditat & χορηγεῖ, vel ἐν χώρῳ, seu loco ipso inuentam; vnde etiam accersi potest vocis etymon: nam & lapides, quos regio ipsa suppeditat, *incores*, seu *encores*, vt præfert Codex Memmianus, appellat Frontinus lib. de Coloniis; quo loco apposite Rigaltius *encores*, quasi ἐγχωρείους, dictos censet, indigenas scilicet, natiuos, natos in ipso solo. Grammatici quippe & Agrimensores sæpenumero solent Græca barbare inflectere, quod in iis Scriptoribus passim obseruare est. Frontinus, *sed & lapides incores signati sunt*. Arceriana fragmenta, *alij ponunt silices, alij Tiburtinos, alij enchoros, alij peregrinos, alij autem politos & scriptos*. Quibus in locis *incores*, & *encori* lapides sunt quos idem Frontinus de Condit. agror. & Latinus *petras naturales*; Balbus *natiuas*; Innocentius *lapides natiuos, quod est ex ipso solo*; Mago & Vegoia, *saxa ex ipso metallo* vocant, hoc est, lapides erutos & effossos ex ipsius soli fodinis: nam & *lapidum metalla* dixit Vlpianus, vt & Cassiodorus lib. 3. Epist. 9. Sic in Vitis Patrum *enchores* opponuntur peregrinis: *dixit quidam senex quia duo fratres erant vicini, vnus peregrinus, & vnus enchoris*. Isidorus lib. 12. Orig. cap. 7. *aliæ* (aues) *enchoræ, quæ manent in locis semper, vt struthio, aliæ aduentitiæ*. Sic quippe legunt viri docti, pro *incolæ*: est enim ἔγχωρος Græcis, idem quod ἐγχώριος. Lycophron, θάμβος ἐγχώροις μέγας. Ex istiusmodi lapidibus natiuis, absque calce vlla, aut materia simili, compactos muros ante Vrbium portas refert Cinnamus lib. 4. ita vt forte lapides isti rudes & in ipso loco eruti, Annæ ἐγχόρηγον fuerint. Illius verba sunt; ἔφθη μὲν γὰρ ὁ Δούκας ἐπί τι τῶν ἐκ λίθου πεποιημένων τειχίων πεφευγώς, ἃ πρὸ τῶν πυλῶν εἴθισται τιτάνου δίχα, ἢ τινος ἄλλης ἐπιχειρήσεως τοὺς λειμῶνας περιζωννύειν, περιιστᾶσθαι. Ita Pachymeres lib. 2. cap. 27. τὸν ἐπὶ τῇ πύλῃ τῆς Πηγῆς ἐκ λίθων ξηρῶν ἐπιτειχισμὸν Constantinopoli extitisse scribit. Plerumque etiam videmus munitiones, aut moles, quæ ad Vrbium munimenta, vel oppugnationes eriguntur, ex ipsa adiacente terra, seu ἐκ χώματος, vt est in Tactic. Leon. cap. 17. N. 13. excitari, quæ ne concutiatur lapsu, vel iniuria temporis, cespite & vlua palustri, vel quadrato, si adsit, lapide, aut denique lateritio opere contineri solet. *Vallos* vocabant Latini muros istos cespititios, vt obseruatum a Salmasio ad Spartianum pag. 139. Græci βωλεεργὰ, a βῶλος, *cespes*, vnde nostrum *Boleuert* accersunt viri docti. Sic porro tradit Autor Vitæ Ludouici VII. Fr. Reg. cap. 20. in Damasceno tractu propter penuriam lapidum, prædia passim *interclusa fuisse muris terraceis compactis bitumine*. Eiusmodi autem fuit Portus Iuliani, seu Bucoleontis, quem χειροποίητον fuisse constat ex Scylitze & Glyca in Niceph. Phoca, aggesta telluris mole, marmoribus subinde

vestita confectus. Manufactos portus, *Cothones* a Latinis appellatos autor est Festus. Sidonius in Panegyrico Anthemio dicto, Portum Iuliani describens, aggeres istos in mare procurrentes, materia aliunde importata, puluere nempe Puteolano, congestos fuisse ait, quem ad structuras, quæ in aqua fiebant, transferri solitum docet Vitruuius lib. 5. cap. 12.

——— Itur in æquor
Molibus, & veteres tellus noua contrahit vndas.
Namque Dicarchææ translatus puluis arenæ
Intratis solidatur aquis, durataque massa
Sustinet aduectos peregrino in gurgite campos.

Hæc quidem Sidonij, quodammodo interpretis sententiam videntur firmare. Fateor tamen non plane mihi hactenus factum satis de huius vocabuli notione, adhucque hærere scrupulum, vt & in his Codini locis in Orig. CP. ἔκτισε δὲ αὐτὸς καὶ τέσσαρας ἐμβόλους ἀπὸ τοῦ Παλατίου μέχρι τῶν χερσαίων τειχῶν ἐσχαρήγους θόλους. & mox, ἐποίησε καὶ γάβους ἐσχαρήγους ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν. vbi ἐσχάρηγος adiectiuum videtur, vocisque significatio, quam profert Salmasius ad Solinum pag. 1232. admitti potest: ait enim apud Constantinum & alios dici ἐσχαρήγους, parietes in orbem compositos, seu ἐν χορδ τάξει. In alio apud Leonem loco, in Tacticis cap. 15. §. 77. μέχρις οὗ ἐσχάρηγος αἱ κινστέρναι πληρῶνται, vox ἐσχάρηγος pro, *capax*, videtur vsurpari: idque firmant Acta SS. Thyrsi & sociorum ex MS. Tholosano edita a Bolando 28. Ianu. cap. 5. N. 22. *Syluanus dixit, capacem grossum afferte, & aqua eum complete.* Vbi alia Acta habent *tinam*, *vas*, aut *lebetem*. At cum hoc loco adiectiuum *capax*, pro ipso vase capaciori sumatur, quid vetat itidem adiectiuum ἐσχόρηγον, pro eo, quo muniuntur propugnacula, fossato, seu vallo a Græculis, postmodum vero pro ea quæ ex ipsis fossis egeritur terra vsurpatum existimare? Sic nempe Græci δεξαμενὴν cisternam vocant, quod aquas pluuiales excipiat.

Εἰρήνην σὺν Ἀλεξίῳ] Imperatoribus & Imperatricibus acclamatum simul sæpe legimus. In Synodo Oecum. Chalced. Act. 7. Martiano & Pulcheriæ Patres acclamant. Corippus lib. 2. D

Iustino vitam tercentum vocibus optant,
Augustæ totidem Sophiæ plebs tota reclamat.

Eodem libro:

Iustino vitam partes vtræque reclamant,
Augusto, Sophiæ, votis quam pluribus orant.

Niceph. Gregoras lib. 11. καὶ τοῖς πομπικοῖς θεάτροις τῶν πανηγυρικῶν ἑορτῶν Βασιλείου καὶ Εἰρήνης ἡ μνήμη τὴν εὐφημίαν ἐκρότει.

Πάτροκλον πρόφασιν] Prouerb. ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων διὰ φόβου θρηνεῖν τὰς οἰκείας συμφορὰς, ἐξ ἑτέρων δὲ θλίψεων αὐτὰς ἀποκλαιόντων. Diogenian. cent. 7. Apostol. cent. 15. Occurrit semel ac iterum apud Annam pag. 191. & apud Pachymerem lib. 12. cap. 13. Vide Glossar. eruditi Interpretis. Pag. 73. D

Νικηφόρῳ συναφθῆναι] V. Niceph. Bryennium lib. 3. cap. 25. D

Εὐδοκίαν] Eudociam Dalassenam, Constantini Ducæ Imp. viduam. Scylitz. Zonar. Glyc. Pag. 74. C

Ζωῆς] Zoes Ducænæ, Constantini Ducæ Imperatoris ex eadem Eudocia filiæ. C

Ξιφιλίνου] Ioannes Xiphilinus, patria Trapezuntinus, patruus Ioannis Xiphilini, qui Dionis epitomem confecit, Michaele Duca imperante, vt ipsemet in Augusto testatur, Constantino Lichude Patriarcha extincto, in eius locum suffectus est a Constantino Duca Imperatore, vir & morum probitate & omnigenæ eruditionis fama illustris. Obiit 2. Augusti Anno Michae- Pag. 75. A

lis IV. Christi MLXXV. Indict. 13. seditque annos 11. menses 7. Eius Homilias aliquot edidit Gretzerus Tom. 2. de Sancta Cruce.

C Νὴ τὸν Κοσμᾶν] Vide Seldenum ad Marmora Arundel. pag. 151. vbi de eiusmodi iuramenti formula.

D Τῇ Δεσποίνῃ] Δέσποινας, & *Dominas*, vel etiam *Domnas* appellatas olim Augustas obseruatum a Fabroto ad Theophil. lib 2. tit. 6. §. vlt. & Seldeno de Titulis honorariis 1. parte cap. 6. § 7. Concessa etiam eadem honoraria appellatio matri Annæ Dalassenæ ab Alexio, & si Zonaram audimus, τῆς Βασιλίδος, & Augustæ, (quam ipsa etiam neptis Anna auiæ tribuit pag. 88.) ἡ δὲ μήτηρ τούτων παρασήμων μὴ μεταχοῦσα βασιλικῶν, διὰ τὸ ἔνδυμα μοναχικὸν, μήτε μὴν εὐφημίας καὶ ἀναῤῥήσεως, μόνου μετεῖχε τοῦ τῆς βασιλείας ὀνόματος. Idque egit Alexius Constantini M. exemplo, qui matrem Helenam non Dominæ duntaxat, sed & Σεβάστης, seu Augustæ appellatione donauerat, vt autor est Sozomenus lib. 2. cap. 1. & ex eo Niceph. Callist. lib. 8. cap. 1.

D Διὰ τοῦ Πατριάρχου] Nondum forte inualuerat, quod postmodum inductum legimus, vt Imperatrices & Augustæ, non a Patriarcha, sed ab Imperatoribus maritis recens coronatis coronarentur, vt autor est Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. lib. 3. cap. 82. lib. 4. cap. 4. 38. & ex Cantacuzeno Codinus de Offic. cap. 18.

Pag. 76. D Θυγάτηρ δὲ τῷ Ἀνδρονίκου] Periuri illius & perfidi, cuius insigni proditione Romanus Diogenes Imp. cui merebat, in Turcorum potestatem venit: quem postmodum contra datam fidem effossis oculis, nec curatis vulneribus, perire coegit. V. Zonar. Scylitz. Manass. Glycam.

Pag. 77. A Ἑάλω] Vt a Saracenis captus fuerit Isaacius, pluribus narrat Bryennius.

Pag. 78. A Τὸν Μελισσηνὸν] Codinus de Offic. cap. 2. N. 2.

A Τὸν Ἰσαάκιον] Ex hoc Annæ loco hausit quæ habet dicto capite idem Codinus.

B Βασιλικὸν διάδημα] Vide quæ adnotamus in Dissertat. 24. ad Ioinuillam, vbi fuse egimus de Imperatorum Constantinopolitanorum coronis.

C Ὁρμαθοί τινες] Ενώτια & κρεμαστήρια τοῦ στέμματος dicuntur Achmeti cap. 248.

C Ταρωνείτης] Confer Codinum de Offic. cap. 2. N. 5. Vxorem duxerat Michael Taronites maiorem natu sororum Alexij. Vide Stemma Comnenic.

D Νικηφόρος] Vide Zonaram & Glycam. De dignitate & officio Magni Drungarij classis, multa viri docti congesserunt, quæ non exscribo.

Pag. 79. B Κοσμᾶς] Patriarchali dignitate se abdicauit vltro Cosmas Hierosolymitanus, quod Reipublicæ administrationem improbaret, 7. Maij, quo Græci S. Ioannis Euang. festum agunt, An. Chr. MLXXXI. cum sedisset annos V. menses VI.

B Ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον] Ædis S. Ioannis Euangelistæ in Hebdomo conditorem Constantinum M. agnoscit Codinus in Orig. Lambecianis. In eo humatum Basilium Bulgaroctonum scribunt Scylitzes, Glycas, Ioel, & Pachymeres lib. 2.

B Καλλίου Μονὴν] De hoc Monasterio silent cæteri Scriptores Byzantini, nisi illud sit, quod ab Antonio Patriarcha Constantinopolitano instauratum fuisse tradit Nicephorus Gregoras in illius vita, quam laudat Allatius in Diatriba de Simeonibus, quæ sic inscribitur: Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις Πατριάρχου ΚΠ. Ἀντωνίου, τοῦ τὴν Μονὴν τοῦ Καλέως συστησαμένου. Vetus Membrana apud Vghellum in Patriarch. Venet. N. 28. eidem Patriarchæ Antonio *Abbatis Monasterij Caleos* dignitatem tribuit.

Pag. 80. A Διὰ κινναβάρεως] Leo Grammat. in Leone Philos. τοῦτο καὶ πεποίηκεν ὁ Βασιλεὺς, γράψας διὰ κινναβάρεως, καὶ ἀποστείλας μετὰ χρυσοβουλλίου ἔνδοθεν φαθλίου βραχέως

πράκτου. Gregorius II. PP. ad Leon. Isaur. Imp. *Cum litteræ tuæ, & non alie-*
næ, sigillis Imperatoriis obsignatæ essent, ac accuratæ intus subscriptiones per Cin-
nabarim propria manu tua, vt mos est Imperatoribus subscribere.

Εν τοῖς κατὰ τὴν Μονὴν] Vide & confer Zonaram. Palatium Manganorum A
extruxit Basilius Macedo, vt autor est Scylitzes. In interiore Philopatio sta-
tuit Nicetas, qui præterea ab Andronico Comneno destructum refert. Vide
Tract. nostrum de Cap. S. Ioann. B. cap. 8. N. 8.

Τῆς ἱερᾶς συνόδου] Diuisa & distributa olim fuere officia Magnæ Ecclesiæ Pag. 81. C
Constantinopolitanæ in IX. Pentadas. Harum prima, Magnum Oecono-
mum, M. Sacellarium, M. Chartophylacem, Chartophylacem, & Curato-
rem Sacelli continebat. Atque isti erant præcipui Patriarcharum consiliarij
& assessores, solique ius habebant sedendi in Synodo cum Patriarcha: οὗτοι
κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τοῦ Αρχιερέως, ait Codinus.

Υψηλότερον βίον] Vide Zonaram pag. 234. Pag. 82. C

Κατὰ τὸν Αὔγουστον μῆνα] Non sibi constat hoc loco Anna. Nam lib. 1. pag. Pag. 83. B
37. Brundusio soluisse Robertum narrat sub hyemem, sole ad Australes cir-
culos & Capricornum vergente. Hic vero, & pag. 98. Augusto mense, lib.
4. pag. 102. 105. Iulij 17. die, ea ipsa qua coronatus est Alexius Indictione IV.
Vide Malaterram lib. 3. cap. 24.

Σεκρετικῶν] Σεκρετικὰ πράγματα Annæ dicuntur res Iudiciales, vti recte Pag. 84. B
interpretatur Possinus: σέκρετον enim Græcis mediæ ætatis est tribunal, & fo-
rum iudiciarium. Glossæ Basilic. Σέκρετον, δικαστήριον. Κονσιστώριον, βασιλικὸν σέ-
κρετον. Hesychius, σέκρετον, συνέδριον. Nicephorus CPol. processuum, seu *pro-*
cessionum, (vti lites appellantur a D. Gregorio lib. 4. Indict. 13. Epist. 40.)
ædem vertit: τῶν προσόδων οἴκους, ἃς Ρωμαῖοι σέκρετα καλοῦσι. *Secretum Iudicantis*, in
l. 14. Cod de fide instrum. *Iudiciale secretum*, apud Ammianum lib. 15. *Se-*
cretarium nude & simpliciter apud Seuerum Sulpitium lib. 3. de vita S. Mar-
tini, & in l. 4. Cod. Theod. de Exact. In Anastasij Biblioth. Collectaneis,
Secretarium dicitur *locus in quem Senatus collectus est*. SECRETARIVM.
AMPLISSIMI SENATVS. REPARATVM. In veteri Inscript.
apud Gruter. CLXX. 5. & Marlianum lib. 2. de Topogr. Vrbis Romæ cap. 3.
Hinc σεκρετικοὶ in Nou. 2 Constantini Porph. & apud Annam, dicti Senato-
res, & Iudicum assessores: σεκρετικὸν ἀξίωμα, dignitas Curialis, seu Senatoria,
in Iure Græco-Rom.

Πρεσβεύοντος τῶν Σεκρέτων] Quatuor potissimum Secreta, seu Fora ciuilia re- B
censet Manuel Comn. in Nou. Primum, Magni Drungarij; Secundum, eius
qui Πρωτοκαθήμενος τῶν δημοσιακῶν δικαστηρίων dicebatur; Tertium, τοῦ Πρωτασηκρή-
του; Quartum denique, τοῦ Δικαιοδότου. His omnibus qui præerat Πρεσβεύων τῶν
Σεκρέτων dicitur Annæ. Laudat porro hunc locum Cuiacius ad tit. 7. C. de
Primicer. lib. 12. Vide Notata ad pag. 157.

Κοίμησιν] Assumptionem Deiparæ. Vide Gretzer. ad Codin. C

Αὐξήσεις ῥογῶν] Roga hoc loco est honorarium, siue donatiuum, quod Pag. 85. A
ab Imperatore quotannis Magistratibus dabatur, siue erogabatur, (vnde &
vocis etymon) vt infra hoc lib. ἡ ῥόγα τῶν δοθέντων εἴκοσι ἀξιωμάτων. & lib. 6.
καὶ αὐτὸν τὸν Δοῦκα Βενετίας τῷ τῶν Πρωτοσεβάστων ἀξιώματι, μετὰ τῆς ἀναλόγου ῥόγας ἐτί-
μησεν. Quemadmodum vero eiusmodi Rogæ Magistratibus, ac Proceribus,
ab ipso Augusto distribuerentur, belle narrat Luithprandus lib. 6. Hist. cap.
5. qui id fieri solitum scribit ea Hebdomade, quæ Ramos Palmarum præce-
dit. Sic etiam vocabant *dona annua militum*, de quibus Hincmarus de Ord.
Palat. c. 22. aliave donatiua, quæ iisdem erogabantur ab Augustis, vnde &
Augustatica dicuntur Marcellino Comiti. Anastasius Bibl. in S. Deus dedit PP.

Et data roga militibus, pax facta est in tota Italia. Idem in S. Seuerino, *Miles iste nihil exinde subuentus habet, quomodo & rogæ vestræ, quas D. Imperator vobis per vices mandauit, ibi sunt a S. viro reconditæ.* Will. Tyrius lib. 18. cap. 25. *Effusa in populum ciuitatis, more solito, roga liberalissima.* Interdum roga pro stipendio sumitur. Hinc non semel: *Milites in roga Imperatoris, De roga Imperatoris* legimus apud Robertum Monach. lib. 2. Baldricum Dolens. & Raimundum de Agiles. V. D. Gregor. lib. 2. Indict. 2. Epist. 32. lib. 7. Indict. 2. Epist. 130.

A Συνηθειῶν] Συνήθειαι Græcis, sunt tributa, vectigalia. Gloss. Græcolat. *Salarium*, παροχὴ, συνήθεια. Leo in Tact. cap. 19. §. 18. ἢ τὸ οἱονοῦν δῶρον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ἢ τὰς λεγομένας συνηθείας. Sic Latinis *Consuetudines* eadem notione, apud Cassiod. lib. 1. Epist. 2. lib. 3. Epist. 23. lib. 7. Epist. 2. &c. Gregor. Turon. lib. 9. cap. 30. Willel. Tyr. lib. 3. cap. 1. lib. 12. cap. 15. lib. 20. cap. 20. Anastas. in vit. PP. pag. 213. edit. Reg. & alios passim.

A Σχιδασμοὺς] Scissiones & Rescissiones rerum iudicatarum, vel contractarum, postquam solemnibus Iuris formulis firmatæ sunt, hic auguratur eruditus Interpres. Verum nemo, opinor, rem adeo iniustam in Principe iustum colente animo concipiet, vt res iudicatas solo regiæ autoritatis iure contra fas rescindi velit, aut sinat. Quin potius malim σχιδασμὸν hoc loco esse donatiuorum, seu stipendiorum Magistratibus debitorum rescissionem, quam Galli vocant, *retranchement de gages & d'appointemens.* Solent enim interdum Principes annua Officialium suorum stipendia propter maiores bellorum, quibus premuntur, impensas, aut omnino, aut ex parte rescindere. Sic ipse Alexius, vt autor est Zonaras, ἀπορῶν χρημάτων, τάς τε τοῖς ἀξιώμασιν ἀνηκούσας ἀνέκαθεν ἐτησίας δόσεις ἐξέκοψε, καὶ τὰς τῶν συγκλητικῶν οὐσίας περιεσαφήρησε. Eadem habet Glycas. Sic Pachymeres lib. 11. cap. 14. narrat Andronico Seniore imperante, exhaustis Imperatoriis thesauris, ipsas Palatinis consuetas erogari rogas rescissas: ἐπιλειφθέντων πάλαι καὶ αὐτῶν ῥογῶν, καὶ προσόδιων τοῖς ἐν ἀνακτόροις δουλεύουσιν, ἃ δὴ καὶ βασιλεὺς ἐξ ἀρχαίου εἰς μισθοὺς ἐτήσιους ἀναγκαίους, τοῖς ὑπηρετουμένοις ἐκείνοις ἐξεκένου. & lib. 12. cap. 8. τὰ γὰρ τῶν μισθῶν τῶν κατὰ τὰ ἀνάκτορα ἐνδουλευσάντων ἐξεκένου. Sic denique Philippus VI. Francorum Rex binis Edictis Annorum MCCCXXXVII. & MCCCXLIII. quæ extant in Registris Cameræ Computo. Paris. signatis *Crux*, & *Pater.* & alij deinceps qui subsecuti sunt Reges non semel, iisdem de causis, Magistratibus annua exsolui solita stipendia, aut penitus abrogarunt, vel eorum partem fisco adiudicarunt. Quemadmodum igitur, vt rogas, siue donatiua, augere, ita & rescindere posset, matri concessit Alexius.

Pag. 87. B Τοὺς Δαλασσηνοὺς] Extitit Dalassenorum familia Constantinopoli perillustris, ex qua recensentur *Constantinus* Patricius, quem Constantinus Imperator, Basilij frater, successorem sufficere decreuerat, qui affectati postmodum Imperij reus, in Protam Insulam relegatus est a Michaele Paphlagone: *Theophanes* & *Romanus*, itidem Patricij, Constantini fratres: & Adrianus horum patruelis, de quo hoc loco Anna: præterea *Damianus Dalassenus*, cuius filius *Theophylactus* Bulgaroctono imperante vixit: *Damianus* alter Scopiorum Dux, sub Michaele Duca; *Theophylactus* alter, cuius meminit Nicephorus Bryennius; denique *Constantinus Dalassenus*, Thalassocrator ab Alexio dictus. Memorantur hi passim ab Anna, Zonara, Scylitze, & Glyca.

B Καὶ Χάρωνας] Fuit enim Anna Alexij mater, Alexij Italiæ Præfecti filia, cui Χάρωνος cognomen inditum comminiscitur Nicephorus Bryennius, quod quemcumque telo ille aggrederetur hostem, statim neci daret: ᾧ καὶ τὸ ἐπώνυμον ἐκ τῆς ἀνδρείας κεκλήρωτο, οἷόντινα γὰρ ἐναντίων βαλὼν, ἐπεὶ νεκρὸν ἀποδέδειχε, Χάρων

ἐντεῦθεν ἐπωνομάσθη. Verum ante Alexium Charonum familiam obſeruare eſt apud Scylitzem: meminit enim ille Conſtantini cuiuſdam, cognomento Charonis, qui a Nicephoro Phoca Imp. claua in caput impacta, ad Charontem ipſum & ad inferos detruſus eſt.

Εἰς ἔρωτας ἀλόγους] Monomachum Auguſtum ob illicitos & pudendos amores infamant paſſim Scriptores: viuente enim Zoe Porphyrogenita vxore, Conſtantini Imperatoris filia, fœminam quamdam, ex nobili Sclerorum gente ortam, non ſuperduxit modo, ſed eo venit amentiæ, vt Auguſtam appellaret, eique domicilium aſſignaret in Palatio, mediuſque Zoem inter & pellicem, populo ſpectante, ſederet. De vtraque intelligendus Ioannes Euchaitarum Epiſcopus carmine εἰς τὸ βιβλίον τοῦ Διακονίας τοῦ Τροπαιοφόρου, quod Monomacho inſcripſit: C

Πιστὸς Βασιλεὺς, εὐσεβὴς, αὐτοκράτωρ,
Σεβαστὸς, ὀρθόδοξος ὁ Μονομάχος, &c. Et mox:
Ἔπειτα ταῖς σαῖς πανσεβάσταις Αὐγούσταις.

Et alio carmine in eumdem:

Καὶ τὰς Αὐγούστας ὡς συνέργους λαμβάνω.

Pari inſania poſt Zoes interitum mulierculam aliam, Alani cuiuſdam Principis filiam, quæ obſes a patre data Conſtantinopoli morabatur, in Regiam induxit, & Auguſtam appellauit. Vide Zonaram pag. 207.

Φρουμέστεια] Vide Notas ad Cinnami pag. 5. D

Ἀλεκτρυοφωνίας] Romani, vt autores ſunt Macrobius lib. 1. Saturn. & Cenſorinus de Die natali cap. 24. diem ciuilem a media nocte incipiebant, cuius primam partem *de media nocte*, alteram *Gallicinium*, tertiam *Conticinium*, quartam denique *Diluculum* vocabant. Tunc ſubit *Mane*, cum lux videtur ſolis. Alij noctem in ſeptem partes diuidunt: Ioannes de Ianua, *Prima pars noctis dicitur Crepuſculum, ſecunda Conticinium, tertia Gallicinium*, (primum ſcilicet) *quarta Intempeſtum, quinta iterum Gallicinium*, (ſecundum nempe, quod hic δευτέρα ἀλεκτρυοφωνία dicitur) *ſexta Matutinum, ſeptima Diluculum*. Primum Gallicinium innunt hiſce verbis Acta S. Thyrſi cap. 8. N. 37. *Vix primum pullus dederat cantum*. Nam *pullum* a Grammaticis pro gallo gallinaceo ſumi notum ex S. Ambroſio ad Iren. *Quid in pullis? quam canora vox galli, nocturniſque vicibus ſolenne munus ad excitandum & canendum?* Hinc *pullus* pro gallicinio, in Regula Magiſtri cap. 33. *In hyeme cauendum eſt ne nocturnos pullus aut antecedat, aut deprendat*. Alias *pullorum cantus* dicitur in eadem Regula, in vita S. Furſei Confeſſ. cap. 1. N. 6. in vita S. Dauidis Archiepiſc. Meneuenſis N. 17. &c. *Pulli cantus* in Hiſt. Tranſlat. S. Ioann. Abb. Reomaenſ. cap. 3. Quin & obſeruatum pridem a viris doctis apud Euangeliſtam, in MS. Bibliothecæ Regiæ legi, *Tertio pullo ter me negabis*, vbi lectio vulgata habet, *antequam gallus cantet, ter me negabis*. Ita apud Ammianum Marcellinum lib. 20. *pullum ſilentem*, gallicinium interpretatur Valeſius, vbi de Iuliani Inauguratione: *Impoſituſque ſcuto pedeſtri, & ſublatius eminens, pullo ſilente Auguſtus renuntiatus*. Sic enim præferunt MSS. & editiones Romana & Florentina, non vero *nullo*, vt vulgatæ. His enim verbis deſignauit Marcellinus ὥραν τρίτην, qua ſe Imperatorem proclamatum teſtatur idem Iulianus in Epiſt ad Athenienſes. Vide Arnob. in Pſalm. pag. 382. 485. edit. Froben. vitam S. Materni Epiſc. Treuir. apud Boſquet. pag. 49. Heinſium ad Theocrit. id. 7. & Bourdelotium ad Heliod. lib. 1. Pag. 88. C

Κοσμικοῖς] Gloſſæ Græcolat. κοσμικός, *ſecularis*. Vtuntur Canones Apoſtol. Can. 7. Concil. Sardic. C. 7. Epheſin. parte 1. C. 30. §. 3. Chalcedon. Can. 3. 24. Harmenopulus lib. 1. tit. 3. §. 12. 13. Theophylactus Bulg. Epiſt. 14. Pachy- Pag. 89. A

meres lib. 5. & alij. *Mundialis* Victori Vticensi, Prudentio, Ioanni Diacono in vita S. Gregor. & aliquot aliis.

A Τέμενος τῆς Θέκλας] Quatuor potissimum D. Theclæ sacrata Templa Constantinopoli, vel in Suburbanis, obseruo. Primum quidem Codinus de Orig. CP. a Constantino M. in loco Contario dicto extructum, & Deiparæ primo dicatum refert, deinde a Iustino Curopalata Imperat. in nomen S. Theclæ transfusum. Alterum a Iustiniano adhuc priuato ad vrbis portum Ceratinum ædificatum narrat Procopius lib. 1. de Ædif. Iustin. quod idem Iustinus postmodum renouauit, vt autor est Zonaras. Tertium iuxta Galatam (nisi idem fuit cum Iustinianæo) occurrit in Chronico S. Nicephori in Catalogo Patriarch. CP. & in Nouella Iustiniani 159. vbi Portæ Sycenæ regionis, τῆς ἀπαγούσης εἰς τὸ Μαρτύριον τῆς ἁγίας Θέκλας meminit, quæ potuit esse maritima porta, qua, emenso freto, ad illud ibatur. Quartum denique condidit Isaacius Comnenus ex ea quæ hic ab Anna, Zonara, Scylitze, & Glyca refertur occasione, intra Palatij septa, Blacherniani scilicet, vt habet idem Scylitzes, qui illud, perinde ac Anna, ab elegantia commendat. Verum contra reclamat Zonaras, scribens Ædem istam sordidioris Isaacij parcimoniæ argumentum fuisse, maiori vero & ampliori magnificentia reædificatam a Ioanne Alexij Imp. filio, & in nomen Seruatoris Iesu Christi commutatam.

A Σαυρομάταις] Qui Zonaræ & Scylitzæ in Isaacio *Hungari* dicuntur.

C Τριαδίτζαν] Quæ olim Sardica, vrbs Thraciæ, vel vt aliis placet, Illyrici, aut Daciæ, Concilio Sardicensi celebris. Vide Nicetam in Man. lib. 3. N. 1. Glycam in Const. M. Sirmond. ad Sidon. Paneg. Anthem. & Carolum a S. Paulo in Geogr. Sacra pag. 201.

Pag. 90. A Λοβιτζόν] Castrum in Mysia, de quo Zonar. Scylitzes, Glycas, & Nicetas in Isaac. Ang. lib. 2. N. 1.

C Ἀποστασίαν περὶ τὴν ἕω] Ex falso rumore, inquit Scylitzes.

D Σῶστρά τε θύσας] Solebant veteres ob restitutam sanitatem, & ob vitatum periculum Diis sacrificia offerre in gratiarum actionem, idque σωτήρια & σῶστρα θύειν, & πανηγυρίζειν dicebant. De quo more Xenophon Ἀναβάσεως lib. 4. Dio. lib. 41. Herodot. lib. 1. Herodianus lib. 1. & 4. Psellus de Operat. Dæmon. pag. 93. Achilles Tatius lib. 1. Eustathius καθ' Ὑσμίνην lib. 6. & 10. Martialis lib. 12. Epigr. 45. Statius lib. 1. Sylu. Marmora Arundel. & ibi Seldenus pag. 72. & alij sine numero. Sacrificabant autem vt plurimum Ioui Φυξίῳ, vt autor est Apollodorus lib. 1. vel Ioui Salutari: vetus Inscript. IOVI. SALVTARI. VLPIANVS. GRAVI. INFIRMITATE. LIBERATVS. Vide Trebellium Pollionem in Gallienis. Guillelm. Brito in Vocabul. *Pacifica dicitur oblatio, quæ fiebat pro pace ad Deum, vel ad homines, vel quod ad bonum pacis fiebat: sicut salutaria sacrificia, pro salute data, vel seruanda offerebantur.*

Pag. 91. B Δρόμωνας] Dromones dicuntur naues Bellicæ maiores, a velocitate appellationem sortitæ, inquit Procopius lib. 1. Vandal. Papias ex Isidoro, *Dromones sunt longæ & velocissimæ naues.* Robert. de Monte An. MCXCI. *Inuenit nauem paganorum maximam, quam Dromontam vocant.* Philippus *Mouskes*:

Esneques, & Dromons fieres,
Roges, & Busses, & Vissieres.

Hinc *Dromonarij*, remiges Dromonum, apud Senatorem lib. 2. Var. Sed de Dromonibus passim agunt Scriptores Græci & Latini, Theophyl. Simoc. lib. 7. cap. 10. lib. 8. cap. 9. Leo in Tact. cap. 19. §. 4. &c. Albertus Aq. lib. 9. cap. 23. lib. 10. cap. 14. Willel. Tyr. lib. 20. cap. 14. Iacobus de Vitriaco lib. 1.

lib. 1. cap. 29. Math. Parif. An. MCXCI. Walfingh. An. MCCXCII. Malaterra lib. 2. cap. 8. &c.

Σέρμονας] Nauis fpecies nondum nota: nec enim aufim affirmare hoc loco *Sermones* vocari nauigia, quæ *Germundi* dicuntur Malaterræ lib. 2. cap 8. *Noftri denique tantummodo Germundos & Galeas, Sicilienfes vero Cattos & Golafros, & Dromundos, fed & diuerfæ fabricæ naues habebant.* B

Βαρβάρων] Varangorum. C

Βούρτζην] Vide Notata ad pag. 471. Pag. 92. A

Τοποτηρητὴν] Gloffis Græcolatinis, Τοποτηρητὴς eft *Vicarius*, qui nempe vices alterius in vrbis, caftri, vel prouinciæ præfectura obit. Chronicon Anonymi Barenfis A. MXLI. *Arduino Lambardo intrauit in Melfi, erat Topoteriti de ipfo Catepano.* Id eft, Arduinus Mediolanenfis, cuius non femel occurrit mentio apud Scylitzem & Zonaram, vicarius erat Capitanei Calabriæ in præfectura totius prouinciæ, vel faltem Melfenfi. Apud Paulum Warnefridum lib. 6. Hift. Langob. cap. 3. & 8. quidam Ado Ducatum Foroiulienfem *fub nomine loci feruatoris* dicitur aliquandiu gubernaffe, cum Dux ipfe non effet: fub nomine fcilicet vicarij ipfius Ducis. In antiqua charta anni XLVII. Imperij Conftantini, & X. Romani eius filij, II. Indict. data Neapoli, Anno nempe Chr. DCCCCLVIII. *Gregorius loci feruator* fubfcribit. Vide Leges Langob. lib. 1. tit. 25. §. 78. Obferuo præterea ex Porphyrogenneta lib. de Adm. Imper. cap. 50. & lib. 1. de Themat. cap. 16. στρατηγίδας, feu Thematum, vel prouinciarum præfecturas, diuifas fuiffe εἰς τούρμας: Turmas vero εἰς βάνδα, ἤτοι Τοποτηρησίας: quæ quidem Τοποτηρησίαι præfecturæ erant vrbium, oppidorum, & caftrorum, quarum certus numerus Turmam conficiebat: καὶ ἐγίνοντο ταῦτα τὰ ἑπτὰ βάνδα τοῦρμα μία. Qui Turmæ præerat, Τουρμάρχης, eius præfectura Τουρμαρχάτον dicebatur, vt autor eft idem Porphyrogenneta, qui præterea lib. 1. de Themat. c. 2. fcribit Τουρμάρχας, εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν inftitutos. Certe Turmarchas eofdem effe cum iis quos Κατεπάνω, feu Capitaneos, appellarunt, probabile eft. Vide Notata ad pag. 94. At in Conciliis, Τοποτηρηταὶ dicuntur Epifcopi prouinciæ cuiufpiam, feu ἐπαρχίας, Legati, a cæteris Epifcopis ad Synodum miffi, vel ad Primates, qua notione paffim accipi Τοποτηρητὰς τῶν ἐπαρχιῶν τῆς Ἀφρικῆς, conftat in Codice Canon. Eccleſ. Afric. Concilium Chalcedonenfe Act. 1. τῶν ὁσιωτάτων Τοποτηρητῶν τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντος. Qui quidem vicarij interdum dicuntur in eodem Concilio φύλακες Ἀποστολικοῦ θρόνου.

Χώματος] Vel ex hoc loco abunde patet, quam procul a vero aberrat vir doctiffimus in Notis pofter. ad Codin. de Off. cap. 6. N. 46. vbi milites ἐκ τοῦ χώματος apud Annam, *indigenas* interpretatur, a voce χῶμα, quæ Græcis terra eft, feu agger, vti definitur in L. 10. D. de Extraord. criminib. ita vt hac appellatione diftinguantur ab alienigenis, extraneis, & conductitiis, cuiufmodi funt illi, quos ἐγχωρίους vocat Synefius Epift 78. Χῶμα enim Thema effe, & prouinciam ita dictam, indicat Anna hoc loco, & lib. 11 pag. 324. ἐκεῖθεν διὰ τοῦ Χώματος διελθὼν, τὴν Λάμπην κατέλαβε. Nec a Laodicæa Phrygiæ procul abfuiffe fatis innuit, cum ait, Ioannem Ducam Sardibus, Philadelphia, & Laodicæa obiter occupatis, Chomate tranfito, Lampem intercepiffe. Nicetas pariter in Man. lib. 6. cap. 1. inter Laodicæam & Choma, Chonas, Lampem, & Celenas, vbi funt Mæandri fontes, ftatuit. Et fane neceffe fuerit Chomati vicinam fuiffe Cappadociam, fiquidem Burzes vtrique prouinciæ imperitabat, vti Anna commemorat. Neque aliud fuit Choma, quam illa Afiæ pars, quam Lyciam nuncuparunt veteres, Pamphyliæ & Tauro proxima, in qua oppidum Choma ftatuitur a Ptolemæo, cuius etiam mentio A

fit in Concilio Ephesino parte 2. Act. 1. cui Eudoxius Χώματος τῆς Λυκίας Episcopus interfuit. Sunt igitur milites ἐκ τοῦ Χώματος, qui a Burtze Chomatis Principe, Alexio tamquam fœderato, vel fortassis Domino, suppeditabantur.

D Σύγγαμβροι] Glossar. Græcolat. Σύγγαμβρος, *Congener*. Congeneri dicuntur, qui ex eadem familia, seu duas sorores, vxores sibi adsciscunt, ita vt respectu soceri ambo generi dicantur. Hesychius, Ἀέλιοι, (alias Αἴλιοι) οἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἐσχηκότες, ἤγουν σύγγαμβροι. Apud Authorem incertum, qui editus est post Theophanem, Michael Patricius Melissenus σύγγαμβρος narratur fuisse Constantini Copronymi Imper. κατὰ τὴν τρίτην αὐτοῦ γυναῖκα, ob tertiam eius coniugem, Eudociam scilicet, cuius sororem vxorem duxerat Melissenus. Hic vero Alexius & Palæologus inuicem σύγγαμβροι, congeneri, fuisse adnotantur, quia vterque Andronici Ducæ filiam duxerat, Alexius Irenem, Palæologus Annam Ducænam. V. Harmenopulum lib. 4. tit. 6. §. 14.

Pag. 93. A Ἑρμάνον] Hermannum Comitem, Abagelardi fratrem vterinum, qui ea tempestate cum Roberto bellum gerebat, a quo demum ditionibus & bonis suis exutus, cum fratre Constantinopolim ad Imperatorem Alexium concessit, a quo Canninorum in Dalmatia præfecturam postmodum obtinuit. Hermannum itaque, Roberto alias infensum, Alexius in eum acrius concitare studet, vt maius Roberto negotium facesceret. Guillelmus Apul. lib. 4.

Dux postquam Cannas sibi comperit esse rebelles,
Obsidet, obsessas euertit humo tenus illas,
Rexerat has genitus genitrice Hermanus eadem,
Onfredi fuerat qua filius Abagelardus:
Non tamen vnus eis pater extitit, illa duobus
Est sociata viris, Miles præclarus in armis
Frater vterque fuit: sed cessit vterque potenti
Roberto, cui par vix orbe potentia toto.

Hermanni præterea meminit Malaterra lib. 3. cap. 5. & 6.

A Ἀρχιεπίσκοπον Καπύης Ἑρβεῖον] Heruæum Capuæ Archiepiscopum, cuius meminit Gregorius VII. PP. lib. 9. Epist. 25. & Leo Ost. lib. 3. Chron Cass. cap 41. Vide Vghellum.

C Χοιροσφάκτην] Occurrunt ex hac familia viri aliquot illustres in Historia Byzantina, Leo scilicet Patricius Chœrosphactes sub Leone Phil. & Constantino eius filio circa An. Chr. DCCCCXV. alter eiusdem nominis & dignitatis, præterea Dux Excubitorum, sub Romano Argyro, apud Scylitzem pag 610. 726. Zonaram pag. 142. 148. idem forte cuius necem refert Anonymus Barensis ad An. MXL. *Ipsi conterati interfecerant Chirosfacti Criti.* & Michael Chœrosfactes, cuius meminit Autor Gestorum S. Niconis, sub An. DCCCCLXIX.

C Χριστιανικώτατε ἀδελφέ] Frequenter olim, vt & hodie, mutuo sese Reges Fratres appellitabant. Eguinartus in Carolo M. *Inuidiam tamen suscepti nominis, Constantinopolitanis Imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua ei procul dubio longe præstantior erat, mittendo ad eos crebras Legationes, & in Epistolis eos Fratres appellando.* Vide Alcuin. Epist. 41. 85. & 111. Marculf. lib. 1. cap. 9. Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 35 Chronic. Alexandrin. pag. 918. Menandr. in Excerpt. de Legat. Odon. de Diogilo lib. 1. de profect. Lud. in Orient. pag. 13. Henricum Valesium ad Ammian. lib. 17.

Βλάτια] Quid sit Βλάτιον, & Βλάτα, docet Glossar. Latinogr. *Blattia*, θρέμ- D
βος αἵματος. *Blattela*, θρέμβος αἵματος τῶν κογχυλίων. Concinit Actuarius, qui
βλάτιον ait esse ὃ ῥεῖ ἐκ (vel ὃ ῥοῶ) τοῦ ῥινὸς τῆς πορφύρας, quod ex naribus con-
chæ marinæ, quam Græci πορφύραν vocant, fluit; sic enim legendum reor,
pro ὁσοιῶ. Est igitur *Blatta*, idem quod Purpura. Ita in L. 1. C. Quæ res ve-
nund. non poss. *Purpuræ , quæ Blatta, vel Oxyblatta , atque hyantina dicitur.*
Vbi obseruo triplicis coloris fuisse Blattam, purpuream nempe, quæ mero
Blattæ vocabulo intelligitur, alteram intensioris & viuidioris coloris, quam
Ὀξυβλάτιν, vocabant, Βλάτιον ὀξὺ, Cedrenus in Tiberio pag. 393. tertiam
denique violaceam, siue iantinam. Fuit olim in pretio *Blatta Tyria*, vel Pur-
pura: Sidonius carm. 5.

Pontus Castorea, Blattam Tyrus, æra Corinthus.

Neapolitanam commendat Anastasius Bibliothec. in Leone III. *De Blattin
Neapolitano:* sed præsertim Byzantinam pag. 150. 151. 152. 153. Idem Scriptor in
Paschali: *Obtulit in sacro altari vestem de Blattin Byzantea.* Et mox, *In dicta
Ecclesia fecit vela Tyria*, (ex Blatta nempe Tyria) *cum periclysi de Blattin By-
zantea.* Βλάτιον Βυζάντιον laudat etiam Actuarius. Nil mirum igitur si Impe-
rator Henricus ab Alexio ἑκατὸν βλάτια ad se mitti petierat, quia Byzanti-
na præsertim in pretio erant. Iam vero vocem, βλάτια, hoc loco *vestes* si-
gnificare vult Gretzerus ad Codinum: *Pannos ipsos holosericos ostrino colore tin-
ctos*, Glossator Annæus: quod magis probem. Nam extrema & senescente
Græcia, βλάτιον, pro serico, vsurpatum constat. Vide Salmas. ad Hist. Aug.

Κατεπάνω] Dicitur Constantinus iste, propter dignitatem Πρωτοπροέδρου, Pag. 94. A
Κατεπάνω τῶν ἀξιωμάτων, hoc est, Magistratuum Supremus, seu qui Magi-
stratibus, Axiomaticis, & Proedris, vel Consiliariis præest. Nam Græcis
ἀξιώματα sunt Dignitates. Hinc ἀξιωματικὸς, *Honorarius, qui honorem gerit*,
in Gloss. Græcolat. Aliud Gloss. *Dignitosus*, ἀξιωματικός. Occurrit vox ista
non semel in Basilicis lib. 6. & apud Modestinum lib. 6. Excusat. Guillelm.
Biblioth. in Hadriano II. *Eum Pontificali pallio impositum, præcedentibus Axio-
maticis, & subsequentibus reliquis turbis in vrbem redire conspexerant.* Anastasius
in Hist. Eccl. *Cum aliis quinque, tribus quidem Comitibus, duobus vero Axiomati-
cis.* Hinc ἀξιωματικὸν, salarium quod Axiomaticis a Principe pensitabatur,
apud Photium in Nomoc. tit. 8. cap. 7. & in Glossis Basilic. Porro vox κα-
τεπάνω, sequioribus Græcis, siue ab ἐπάνω, & κατὰ, seu a vocabulo Latino
Capitaneus, deflexa, quemuis præfectum ordinis, aut prouinciæ significat.
Apud Scylitzem pag. 727. κατεπάνω τῆς κάτω Μηδίας. pag. 741. κατεπάνω Ἰβη-
ρίας. pag. 843. Παῦλος Πρόεδρος, ὁ τῆς Ἐδέσης κατεπάνω. pag. 858. κατεπάνω τῆς πό-
λεως. Apud Constantinum de Admin. Imp. cap. 50. κατεπάνω τῶν Μαρδαϊτῶν
Ἀτταλίας. Apud Theophylactum Bulg. Archiep. Epist. 19. κατεπάνου vox oc-
currit. Atque inde facile est haurire, vnde appellationem sortiti sint *Cate-
pani*, seu *Catapani* Italiæ, sub Imperatoribus Byzantinis, ante Normanno-
rum aduentum, quorum crebra est apud Scriptores mentio, Falcandum,
Falconem Beneuentanum, Anonymum Barensem, Scriptorem vitæ S. Vi-
talis Siculi, & alios. Sed & ab vno ex iis Capitaneis, seu, vt eos vocat, *Cata-
panis*, prouinciam *Capitanatæ* nuncupatam scribit Leo Ost. lib. 2. cap. 51. At
falli constat, cum Catapani viri nomen fuisse existimat, cum fuerit digni-
tatis. Neque error est in oppidorum appellatione, quidquid garriat corru-
pte *Capitanata* dici, *cum ex Autoris nomine*, inquit, *Catapanata vocanda sit.*
Nam qui Græcis *Catapanus*, Latinis est *Capitaneus*. Proinde *Capitanata* ap-
pellata est præfectura aliquot oppidorum vni Capitaneo subdita, quam Κα-
τεπανίκιον vocat Nicetas in Man. lib. 2. & vetus charta apud Rhamnusium de

Bello Constantinopolit. lib. 4. pag. 167. Hinc etiam castiganda quæ habet Glaber Rodulphus lib. 3. cap. 1. *Tunc etiam Imperator Basilius Sancti Imperij Constantinopolitani præcepit cuidam Satrapæ suo, illi qui cognominabatur Cataponti, eo scilicet quod iuxta mare inhabitaret, vt a transmarinis ciuitatibus, quæ Romano debentur Imperio, veniens tributa exigeret.* Quo loco non leuiter fallitur Glaber in voce *Cataponti*, & eius etymo, cum ille quem memorat, *Catepano*, seu *Catapanus* vocaretur, ex dignitate, vel præfectura prouinciæ, hoc est, *Capitaneus*. Neque feliciori coniectura vocabuli originem assecutus videtur Guillelmus Apul. lib. 1.

Multa Græcorum cum gente Basilius ire
Jussus, in hunc audax anno mouet arma sequenti.
Cui Catapan facto cognomen erat * *Bagianus.*
Quod Catapan *Græci, nos* iuxta *dicimus* omne.
Quisquis apud Danaos vice fungitur huius honoris,
Dispositor populi parat omne quod expedit illi,
Et iuxta *quod cuique dari decet,* omne *ministrat.*

* *Scylitzæ* Βοιαίννης *& in Iure Græco-Rom. Tom. 1. pag. 285.*

A Βουλγαρόδου] Fuit is Burchardus Comes, cognomento Rufus, postea Episcopus Monasteriensis, Henrici Imp. Legatus. Conradus Vsperg. A. MCXXI. *Dominus Henricus, qui Burchardo Rufo dudum in Legatione Henrici Imperatoris apud Constantinopolim defuncto, per electionem Ecclesiasticam in Cathedram Monasteriensem successerat.* Burchardi Episcopi meminit præterea Monachus Pegauiensis An. MCVI & MCXVII. vnde supplendus Catalogus Episcoporum Monasteriensium apud Merssæum.

A Ρωμανάτου] Moneta aurea Romani Diogenis Imperatoris effigie insignita. Bulla Anacleti Papæ in Chronico Beneuentani Monasterij S. Sophiæ: *aliosque fideles nostros benigne conuenimus, quatenus quadringentos Romanatos, quos eis Potiferia accommodauerat, nobis persoluerent.* Charta Andreæ Comitis de Chelmo A. MCCXLI. apud Ioan. Lucium in Hist. Dalmat. pag. 473. *Soluat nomine pœnæ Comiti præfato M. Romanatos.* V. eumdem pag. 141. Extat in instructissimo Gazophylacio V. C. Dom. *du Mont*, in Senatu Ambianensi Consiliariorum Decani, Moneta aurea, in cuius antica duæ habentur figuræ stan-



tes: prior Imperatoris habitu Constantinopolitano, dextram pectori apponentis, læua tenentis globum crucigerum; altera mulieris dextra capiti Imperatoris Stemma imponentis, cum hisce characteribus euanidis, DCCLOHOMÔ PωMANω. In postica, Christus in throno sedet. Characteres in hac parte exarati, visum effugiunt. Sic autem alios in antica descriptos legendos & concipiendos censuerim, ΔΕCΠΟΤΗ ΜΘ PωMANω. Id est,

Δεσπότῃ Ρωμαίων; Imperatorum enim nomina in nummis eiusce æui tertio casu poni solita arguunt nummi Alexij & Manuelis, quos infra repræsentabimus. Literæ vero M Θ. idem sonant ac Μήτηρ Θεοῦ, docentque mulierem, quæ hic exhibetur, esse Deiparam, a qua Stemma excipit Romanus Imperator, vti visitur in altero, quem Manueli adscribit Octauius Strada a Rosberg pag. 338. Et in æneo alio, quem videre contigit in eodem Gazophylacio V. C. D. *du Mont*, qui fortassis etiam eidem Romano Diogeni adscribendus est, etiamsi characteres adeo sunt attriti, vt vix quidquam ex iis percipi queat. Hunc describendum curauimus, vt & nummum Romani Diogenis quem exhibent idem Strada a Rosberg & Ioannes Strada Mantuanus in Fastis Onuphrij. Sed vereor ne iste non tam fuerit nummus, quam theca aliqua, aut capsula, seu Ἐγκόλπιον Romani Diogenis, Diui Ioannis Theologi, seu Euangelistæ, reliquias continens; quod deprehendi præsertim potest ex Christi figura habentis ad pectus caput D. Ioannis, cui Græci Scriptores Ἐπιστηθίου epitheton vulgo attribuunt, & ex characteribus ΙΟ. ΘΗ. quibus Ioannem Theologum designari arbitror. Præterea in auersa parte primi hi characteres ΘΗΚΟ. perspicue ostendunt legendum ΘΗΚΗ. id est *Theca*, seu Ἐγκόλπιον pro Romano Diogene. V Notata infra ad hanc pag. d. Sed de hacce coniectura statuat Lector, eamque expendat per me licet. Romani Diogenis & Eudociæ effigies habentur apud Chiffletium lib. de linteis sepulchr. cap. 10. pag. *91*.

Βαγελάρδου] Abagelardus, Humfredi filius, Tancredi de Altauilla Nor- A
manni nepos, a patruo Roberto Wiscardo hæreditaria sorte priuatus, Gisulfum Salernitanum Principem primum adiit, eiusque partes sectatus est contra Robertum A. MLXXIII. Gisulfo demum sedibus suis perinde expulso & deturbato, cum viribus impar patruo obsistere non posset, Constantinopolim cum Hermanno Comite fratre secessit, ibique tandem exul diem vltimum clausit, vti pluribus narrant Malaterra & Willelmus Gemeticensis locis citatis, & Blondus de Instaur. Roma Reg. 12. Guillelmus Apul. libro 3.

Sic quia pace Ducis non fungitur Abagelardus,
Et patrij iuris loca deserit, & Danaorum
Exul adit terras, cum rector Alexius esset
Imperij, clemens hunc suscipit ille benigne,
Tractat honorifice, dat multa: sed inuida nulli
Parcere quæ curat, iuueniles mors subit artus:
Quique regressurum se credidit esse potentem,
Diuersi generis cum fascibus, atque triumphis,
Exul apud Danaos & mortuus est, & humatus.

Τὸν υἱὸν τοῦ Σεβαστοκράτορος] Ioannem Comnenum, postea Dyrrachij Du- C
cem. V. pag. 131. A.

Ἵν' ἐντεῦθεν] Hugo Franciæ Rex ad Basilium & Constantinum Impp. Con- D
stantinopolitanos apud Gerbertum Epist. III. *Sed hæc conditio, quæ nostri iuris sunt, vestra efficit, magnoque vsui, si placet hæc nostra coniunctio, erit, magnosque fructus afferet. Etenim nobis obstantibus nec Gallus, nec Germanus fines lacesset Imperij Romani.*

Ἀπεστάλησαν] Huc pertinent quæ habet Scriptor vitæ Henrici IV. *Ipse* D
Rex Græciæ, vt metum dissimularet, amicitiam eius expetebat, & quem futurum hostem timuit, muneribus, ne fieret hostis, præuenit. Testatur hoc aurea tabula Spirensis altaris, &c.

Ἐγκόλπιον μετὰ μαργαελλαείων] De Encolpio dictum supra. Μαργαελλάειον, pro D

μύργαρίτης. Constantinus in Historia Apollonij Tyrij:

Τόσον λογάρίω καὶ καλὸν σολαῖς μύργαρίτζεια.

D Θήκη λειψάνων] Theca Sanctorum reliquiis instructa. Inscriptio Crucis, quæ est Traiecti ad Mosam, apud Appianum & Gretzerum:

Οὐ τὴν δὲ θήκην Ρωμανὸς γῆς Δεσπότης,
Ωραιότησιν ἀρετῶν ἐστεμμένος
Χάρισιν ὡραΐσε τιμίων λίθων.

Vide Acropol. cap. 11. Vita S. Eligij Episc. Nouiom. *Inter alia bonorum operum insignia, multas Sanctorum ex auro, argento, atque gemmis fabricauit thecas, siue tumbas.*

D Χαρτίου] Vide Dissert. ad Ioinuillam 26. pag. 314.

D Καυκίον Σαρδωνύχιον] Calycem e Sardonyce. Gloss. Græcolat. καῦκα, *Patera.* Suidas, καυκίον, παρ᾽ ἡμῖν, κάλυξ δὲ παρὰ σοφοῖς. Occurrit præterea in vita S. Eupraxiæ Virg. N. 26. 28. Vita S. Eudociæ Samarit N. 2. & alibi passim. Scribit Theophanes A. C. DCIX. Circensibus Ludis hæc in Phocam iactasse Prasinos, πάλιν εἰς τὸν καῦκον ἔπιες, πάλιν τὸν νοῦν ἀπόλεσες. Quæ verba sic vertit Paulus Diaconus, *Iterum in gabata bibisti, iterum sensum perdidisti.* Est autem *Gabata* idem quod paropsis, vas nempe concauum eludiis pulmentariisque aptissimum, qua voce vtitur non semel Martialis. Glossæ Basil. καῦκοις, γάβατα. Cum vero Prasini id Phocæ obiicerent, prauis veneficorum, seu *venenariorum*, vti vocantur a Tertulliano, Optato, Firmico & aliis, artibus & poculis illi porrectis, aut *caucis* venenatis, mentem illius perturbatam innuebant. Vnde eiusmodi venefici *Cauculatores* dicuntur in Capitul. Caroli M. lib. 1. Tit. 64. quos minus recte, vt opinor, Salmasius in Notis ad Spartianum, eos esse putat, quos nostri *Ioüeurs de gobelets* appellant. Sed & apud Theophanem in Philippico, Καυκοδιακόνους eos esse arbitror e Diaconis, qui calycem Sacerdoti Sacra facturo porrigebant: τὸν ἀπὸ τῶν Καυκοδιακόνων σοφιστὴν γεγονότα τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης, Κοιέστορα τότε ὑπάρχοντα; vel certe qui *discum*, aut *patenam.* Nam apud Græcos *patena*, δίσκος dicitur, habetque lancis & disci profundioris figuram, sicque appellatur vas illud, in quo sanctum panem, seu ἅγια δῶρα, reponunt. Liturgia S. Ioannis Chrysost. ὁ δὲ Διάκονος εὐτρεπίζει τὰ ἱερά, τὸν μὲν ἅγιον δίσκον ἐν τῷ μέρει τῷ ἀριστερῷ, τὸ δὲ ποτήριον ἐν τῷ δεξιῷ, &c. A forma καυκίου, seu cauci, καυκίοις, aut καυκία, appellatos quosdam Græcorum Imperatorum nummos aureos & æreos alio loco obseruamus, qui, ni fallor, non alij sunt, aut diuersi, ab iis quos Alexiana ætas *Sciphatos* nuncupabat, quod caui instar *scyphi*, seu *cauci*, quod idem est, illius formam quodammodo præferrent. Charta Roberti Guiscardi An. 9. Ducatus, Ind. 3. quæ extat in Chronico Monasterij Beneuentani S. Sophiæ: *Volumus atque iure obligamus vt nonaginta aureos sciphatos eidem Monasterio & Curiæ nostræ componat. Schifati* dicuntur in variis chartis apud Baron. Tom. 11. & 12. non semel. Sed de his alias pluribus. Aliud porro est καῦκα, in Glossis Græcobarbaris, scilicet, ἄβρα, δούλη, παλλακή, vnde καυκίτζα, & καυκοπούλα, ancilla; ex qua vocabuli significatione percipi potest quæ sit alterius, *cauculus*, apud Anastasium Biblioth. in Hist. de Exilio S. Martini PP. pag. 79. *Eadem nocte tulerunt me de Palatio, & non nisi cum sex puerulis & vno cauculo eduxerunt me ex vrbe.* Vbi *cauculus*, videtur fuisse famulus, aut seruus domesticus. *Caucum* præterea pro vase cauo, aut scypho, sæpe vsurpant Scriptores infimæ Latinitatis. Papias, *caucus, vasis genus. Cauci lignei* occurrunt apud D. Hieronymum lib. 2. in Iouinianum; & apud Marcellum Empiricum cap. 25. *Argentei* apud Spartianum in Pescennico, & in Epist. Heldeberti Regis Cantiæ ad S. Bonifacium Mogunt. Episc. *Ærei* apud Bedam lib. 2. Hist. Eccl. cap. 16. & Huntindonensem lib. 2.

pag 316. *Anaclei* in Hist. Epiſcopor. Autiſiod. cap. 20. Tom. 1. Bibl. Labbei. Adde Trebell. Pollion. in Claudio, & Ennodium Epigr. 25. Inde *caucellus*, paruus caucus, in Regula Magiſtri cap. 27. Denique Leunclauius ad Glycam pag. 384. 1. edit. *caucum poculum* eſſe ait, *a ſono quem edit, effluente vino ſimul & aere, appellatum.*

Ἐμπότης κρύος] Poculum cryſtallinum, *cryſtallo dedolatum vaſculum*, Apuleio lib. 6. κρύος enim cryſtallus dicitur Græcis recentioribus. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes: ὕαλον ἣ ἡμεῖς μὲν ἀρτίως ὃ ἐκ βοτάνης τινὸς κεκαυμένης, καὶ διὰ πυρὸς τηκόμενον εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λεγόμενον· οἱ παλαιοὶ δὲ διαφανῆ λίθον αὐτὸν, ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύος, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ. Incertus Autor de Templo S. Sophiæ: ἐνθέμενος καὶ πολιτίμοις λίθοις σὺν κιόνων ὁλοχρύσων, καὶ κρύων, καὶ ἀσπίδων, καὶ σαπφείρων. Fuit porro cryſtallus olim in pretio, & præcipuis muneribus accenſetur a Claudiano in Epigr. de cryſtallo: D

Marmoreum ne ſperne globum, ſpectacula tranſit
Regia, nec Rubro vilior iſte mari.
Informis glacies, ſaxum rude, nulla figuræ
Gratia, ſed raras inter habetur opes.

Informem cryſtallum vocat Claudianus, quam *impictam* appellat Apuleius lib. 2. Metam. *Aſynthetam* Plinius lib. 37. cap. 2. Annales Franc. An. DCCCLXXII. *Menſe Ianuario, circa Epiphaniam, Baſily Græcorum Imperatoris Legati cum muneribus & epiſtolis ad Hludouicum Regem Radaſponam venerunt, atque ei inter cætera xenia cryſtallum miræ magnitudinis, auro gemmiſque pretioſis ornatum, cum parte non modica ſalutiferæ Crucis, obtulerunt.*

Ἀστροπελέκην] Ἀστροπελέκη apud Simonem Portium in Lexico Græcobarb. D
eſt κεραυνὸς, πρηστήρ. Sed hoc loco aliud indubie ſonat.

Μετὰ χρυσαφίου] Corona pretioſa, χρυσάφη, *aurum*. Nicetas in Alex lib. 3. D
αὐτοῦ τῶν βλαττίων, καὶ τοῦ ἐσήμου, καὶ χρυσαφίου, καὶ ἑτέρας ὕλης. Vide Goarum ad Codini cap. 4.

Σολυμᾶ] Solymanni Sultani, qui ea tempeſtate in Oriente imperabat, ſe- Pag. 95. B
debatque Nicææ. Solymanni Stemma ex familiis noſtris Orientalibus hiſce Notis præfiximus. Vide Alb. Aq. lib. 2. cap. 21. Fulcher. lib. 1. cap. 5. Tyrium lib. 3. cap. 1. & alios.

Δεκάρχας] Gloſſ. Græcolat. δεκάρχης, *Decurio*. Diuidebant Græci iſtius æui C
vniuerſum exercitum εἰς τάγματα, ἤγουν τὰ λεγόμενα βάνδα διάφορα, id eſt, in Cohortes, quas *Banda* appellabant. Rurſum τάγματα ſubdiuidebantur εἰς δεκαρχίας, ſiue Decurias, Decuriæ vero in Contubernia, quæ quinque viris conſtabant. Bandis, ſeu Cohortibus, præerat Comes, Decuriæ vero Decarcha, vel Decurio. Vide Leonis Tactica cap. 4. §. 2. & 6.

Δράκοντα] Quis iſte fluuius Dracon, & qua in prouincia aquas ſuas egeſſerit, Pag. 97. A
mihi fateor incognitum. Quamquam probabile eſt in Bithynia, ſiquidem Turcæ tunc temporis Nicæam, & cæteras Aſiæ prouincias, præter Bithyniam poſſidebant, niſi forte quis malit hocce inito Alexium inter & Solymannum fœdere, vel pacto, cautum ne Turci Orientem, verſus Orontem prætergrederentur, qui eſſet in poſterum terminus Turcorum ditionis. Nam Orontem fluuium, qui Antiochiam præterfluit, Dracontem appellatum autor eſt Euſtathius ad Dionyſij Περιήγησιν verſu 919. Antiochia vero ea tempeſtate Solymanno parebat, vti a nobis in Notis ad Bryennium, & in Familiis Orient. indicatum.

Περὶ τοῦ Μονομαχάτου] Vt Georgio Monomachato Dyrrachio excedente, A
in illius vrbis præfecturam ſucceſſerit Palæologus, attigit etiam Guillelmus Apul. lib. 4.

——— Multos Palialogus Argos
Dyrrachium duxit, pulſuſque Georgius vrbe
Fraude fuit, miſſum ſibi gaudet Alexius hoſtem.

C Ρογέρη] Ordericus lib. 7. *Rogerius autem frater eius* (Boemundi) *cognomento Burſa, iuſſu patris in Apulia remanſerat, & Ducatum ſibi ex hæreditate matris debitum cuſtodiebat.* Vide Malaterr. lib. 3. cap. 30.

Pag. 98. A Βοθρεντοῦ] Seu Βουθρωτοῦ. Buthrotum oppidum eſt in Epiro, a quo Βουθρωτῶν κόλπος. Expeditionem iſtam Wiſcardi pluribus commemorat Guillelmus Apul. lib. 4. ex quo excerpemus illa tantummodo quæ ad illuſtrandam Annam videntur conferre. Vide Notata ad pag. 159.

A Προφθάσαντος περάσαι] Vide ſupra pag. 34. & Malaterram lib. 3. cap. 24.

B Γλωσσῶν] Promontorium forte Dyrrachinum, hodie *Capo di Durazzo*, niſi proximum intelligat, quod *Capo de Redoni* in charta Sophiani nuncupatur. Feſto, *Lingua eſt promontorij genus, non excellentis, ſed molliter in planum deuexi.* Quo quidem vocabulo non ſemel hac vtuntur notione Scriptores, Pacuuius apud Agellium lib 4. cap. 17. Liuius lib. 37. & 44. & Ammianus lib. 14. Sic Ouidius lib. 13. Metamorph. tria Siciliæ promontoria *Linguas* vocat:

Tribus hæc excurrit in æquora Linguis.

Nec alia fortaſſis ratione Inſula, quæ Catanæ in Sicilia adiacet, *Linguæ* nomen obtinuit, apud Blandinum Monachum in Miracul. S. Agathæ Virg. & Mart. cap. 2. *Ligulas* vocat appellatiue Cæſar lib. 3. de Bello Gall. huiuſmodi loca in longum a continente in mare exporrecta: vt & Victor Vticenſis lib. 1. de Perſecut. Vandal. *Dum ad Maſſalitanum littus egiſſet, quod Ligula vulgi conſuetudine vocitatur.* Vide infra pag. 369.

C Θέρος ὥρα ἦν] Vide Notata ad pag. 83.

D Τῷ δὴ γὲ σκάφος] Guillelmus Apulienſis lib. 4.

Sed Ducis æſtiuo perpeſſæ tempora naues
Naufragium, impediere viam, nauique procellis,
In qua Dux aderat, vehementibus vndique fracta,
Vix euadendi fuit impertita facultas.

Pag. 99. B Γλαβινίτζαν] In veteri Notitia apud Goarum, Glabinitza vrbs eſt Epiſcopalis, Dyrrachinæ Metropoleos ſuffraganea, Acroceraunia olim dicta. Acroceraunia vero mentio eſt apud Æthicum, Antonin. Autorem Itin. Marit. &c.

C Ἐπισκόπου Βάρεως] Vrſonis, Wiſcardi Fidi conſiliarij, de quo multa Ioannes Archid. in Tractatu de Inuent. S. Sabini apud Baron. An. MXCI N. 13. & Bolandum 9. Febr. cap. 1. & in *Tract. de Tranſlat. Corporis S. Nicolai de Myræa in Barim*, qui extat apud Ordericum Vitalem lib. 7. & Surium Tom. 3. 9. Iun. Meminit etiam Vrſonis Albericus A. MLXXXVII. Obiit ille A. MLXXXIII. vt autor eſt Anonymus Barenſis, 16. KL. Mart.

D Τοιαύτην διέτριβε πεζάδα] Ait Anna Legatum Epiſcopi Barenſis in comitatu Roberti fuiſſe toto illo tempore, quo bellum iſtud geſtum eſt. Eſt enim διατρίβειν πεζάδα hoc loco, ſi bene auguror, quod Galli dicimus, *paſſer vne Campagne.* Porro Barim expugnarat paulo ante Robertus. Vide Chronicon Caſſin. lib. 3. cap. 44.

D Ἐπιδάμνου] Ab Anna excepiſſe videtur, quæ de Dyrrachij origine habet, Guill. Apulienſis.

——— Quondam fuit vrbs opulenta,
Magnaque, præcipue teguloſis obſita muris.
Rex Epirotarum dicier hanc Epidaurum
Pyrrhus præcepit, quia fortia ferre Quiritum
Bella Tarentinis ſociatus non dubitauit.

Inde

Inde frequens bellum, varios & passa labores,
Euacuata viris fuit, ad nihilumque redacta.
Destructam spatio post composuere minori
Zethus & Amphion, & præcepere vocari
Dyrrachium: Ducis hoc circumdatur obsidione.

De Epidamni, seu Dyrrachij nomine, origine & situ adeundi præterea Thucydides lib. 1. Appian. lib. 2. de Bello ciuili, Xiphilinus in Pompeio, Mela cap. 3. Constant. de Themat. lib. 2. cap. 9. Will. Tyr. lib. 2. cap. 4. &c. Vide infra pag. 370. 384.

IN LIBRVM IV. ALEXIADIS NOTÆ.

ΙΟΥΝΙΟΥ μηνὸς] Ordericus lib. 7. *Deinde prosperis ventis aspirantibus, per mare Dyracio applicuit, & oppidanis viriliter obstantibus in fine mensis Iunij vrbem obsedit.* Anonymus Barensis An. MLXXXI. *In mense Iunij peruenit* (Dux Robertus) *per mare & terra super Durachio, & congirauit eam per mare & per terram, pugnauitque ea cum multis machinis.* Incidit vero Indictio 4. in An. Ch. MLXXXI. Pag. 102. A

Διὰ γραμμάτων] Gaufredus Malaterra lib. 3. cap. 25. Pag. 103. B

Constantinopolim Cartula mittitur,
Hostes in prælio adfore dicitur.
Ereptum veniant cum pretio quæritur,
Ne subdantur hostibus.

Υπερμεγέθη μάγγανα] Guill. Apuliensis: B

Oppugnare modis Dux nititur omnibus vrbem,
Atque operis miri fabricatur lignea turris;
Hanc super est ingens erecta petraria, magnos
Proiiciens iactus, vt mœnia diruat vrbis.

Ο δὲ φησὶν] Idem Poeta: Pag. 104. A

Legatos mittunt, cur venerit ipse, requirunt.
Dux venisse refert se, regni sede repulsus
Immerito Michael vt restituatur honori.
Illi promittunt vrbis quos ipse petebat
Ingressus, nunquam viso Michaele negandos.
Cornicinum sonitu circumdatus atque tubarum
Et plectris, qui se Michaelem finxerat esse,
More coronatus deducitur Imperiali.
Circumuallatus cantantibus vndique turbis.
Vnanimi ciues, hunc vt videre, cachinno
Visum derident, dicentes, ipse solebat
Crateras mensis plenos deferre lyæo,
Et de Pincernis erat inferioribus vnus.

Συμπένθερον] Michael Ducas Imp. dicitur consocer Roberti, propter nuptias initas inter vtriusque liberos, quæ vis est vocis συμπένθερος. Vide supra pag. 28. 52. Cæterum quandoquidem erant non pauci qui non laruam, sed genuinum Michaelem esse existimabant, & affirmabant, iure in dubium vocari potest, fueritne in viuis Michael, cum Dyrrachinam obsidionem aggressus est Robertus. Nam si etiamnum superstes fuisset, vix est vt credatur Rectorem hunc Monachum eo venisse impudentiæ, vt Michaelem ne dum extinctum, effingere voluerit. Deinde id saltem indicasset, vel certe non C

ſiluiſſet Anna. Scio Scylitzem referre Michaelem a Botaniata exactum in Monaſterio Manuelis vitam produxiſſe vſque ad Alexij tempora, a quo benigne habitus eſt, eoque imperante mortem obiiſſe. Verum hac in re fidemne mereatur Scylitzes, aliorum eſto iudicium.

Pag. 105. B Σουλτάνῳ] Solymanno Nicæenſi Toparchæ, quocum paulo ante fœdus pepigerat Alexius. Vide pag. 97.

B Τοῖς Βενετικοῖς] Venetos in auxilium Græcorum aſcitos narrant etiam Guil. Apul. Malaterra lib. 3. cap. 26. Anonymus Barenſis, & Sabellicus dec. 1. lib. 4. extremo.

B Τὸ Βενετὸν χρῶμα] Seu, vt alij, quod Venetiis cærulei colores fierent. Anonymus Scriptor, τὸ Βενετὸν, ἀπὸ Βενετίας ὠνόμασται, ἐν ᾗ γίνεται τὰ κυανᾶ χρώματα. Adde Iſidorum lib. 19. Orig. cap. 17. & Vegetium lib. 5. cap. 7. Male, inquit Alamannus, nam ante conditas Venetias id nomen fuit, cum Suetonius Venetæ Factionis meminerit in Vitell. cap. 14. Ita ſane ſi Venetias hodiernas intelligat. At fuerunt ante Suetonium non Veneti modo, ſed & Venetiæ, quod nomen reperitur apud Liuium, Plinium, Florum, Velleium, & alios, quos laudat in Italia ſua Phil. Cluuerius lib. 1. cap. 17. Vide præterea Paulum Warnefrid. de Geſt. Langob. lib. 2. cap. 14. & S. Auguſtin. lib. 6. contra Fauſtum Manichæum cap. 8.

Pag. 106. A Πελαγολιμένα] Portum in mari ipſo faciebant, aut quando ceſſante vento, proximo littori naues admouere non poterant, vt hic apud Annam: aut ſi in loca importuoſa & arenoſa inciderant. Tunc enim maiora nauigia in vnam ſeriem, in ſpeciem Lunæ creſcentis, ordinata; eaque ſaccis arena completis in modum anchoræ pendentibus communiebant, idque πελαγολιμένα ποιεῖν appellant Anna hoc loco & lib. 6. pag. 160. & Leo Aug. in Tactic. cap. 20. §. 196. Willelm. Nangius in S. Ludouico A. MCCLXIX. *Circa vero Solis occaſum venitur ad* 10. *milliaria prope portum, ſed vento verſo in contrarium, non potuit acceſſus ad portum fieri tota die. Iactantur ergo anchoræ, & de non portu portus efficitur.* Reſpexit forte Nangius illud Claudiani de Bello Gild.

Efficitur portus medium mare, tutaque ventis
Omnibus, ingenti manſueſcunt ſtagna receſſu.

Huc etiam ſpectant illa Vegetij lib. 5. cap. vlt. *Quod ſi cautela hoſtium euitatis inſidiis publico Marte confligat, tunc liburnarum inſtruendæ ſunt acies, non directæ, vt in campo, ſed incuruæ ad ſimilitudinem Lunæ: ita vt productis cornibus acies media ſinuetur, vt ſi aduerſarij perrumpere tentauerint, ipſa ordinatione circumdati deprimantur.*

B Πύργους τε ξυλίνους] Malaterra lib. 3. cap. 26. de hoc nauali prælio ſcribens: *Venetiani naues ſuas pluribus commeatibus aggregatas nocturno ſilentio exonerando leuigantes, & in ſummitate mali vniuſcuiuſque nauis ſolium duorum, vel trium hominum arte componentes, lapidibuſque & pilis ad iaciendum munientes, ſeſe ad defenſionem potius, quam ad deditionem aptant.* In maioribus porro liburnis propugnacula, turreſque conſtituebantur, ait Vegetius lib. 5. cap. 14. *Vt tamquam de muro, ita de excelſioribus tabulatis facilius vulnerarent inimicos.* Caſtellatas naues vocat eiuſmodi nauigia Paulus Diac. lib. 18. Hiſt. Miſc. πλοῖα καστελλόμενα, Theophanes: ipſa vero caſtella, ξυλόκαστρα, Leo in Tact. cap. 19. §. 7. e quibus milites in mediam hoſtilem nauem iaciebant, ἢ λίθους μαλίσκους, ἢ σίδηρα βαρέα, οἷον μάζας ξιφοειδεῖς, δι' ὧν ἢ τὴν ναῦν διαθρύψουσιν, ἢ τοὺς ὑποκειμένους συνθλάσουσιν σφοδρῶς καταφερόμενα. Tactica Philippi Ducis Cliuenſis D. Raueſtani: *Auſſi pareillement leur nef deuant & derriere eſt toute pomptée, & couuerte de gros chables pour garder les pierres & les barres de fer, que ceux des hunes iettent en bas: car c'eſt la choſe qui fait le pis, quand l'on eſt à aborder, que les coups qui viennent des hunes.*

Πώγωνα] Eſt ſane quod miremur, cur Veneti Boemundo Latino, ſeu Franco, barbam exprobrarint, cum ea tempeſtate apud Latinos & Francos barbam raſitare paſſim vſu receptum eſſet. Guibertus coætaneus Scriptor lib. 5. Geſt. Dei per Franc. cap. 6. *Noſtris autem in aſſiduo poſitis procinctu, fatiſcentium genarum maciem horribilis primum ſitus ambierat, & Francico more incuria diuturnæ peregrinationis omiſſo, barbulam quiſque raſitare diſtulerat.* Id ipſum de Latinis teſtantur Willelmus Tyrius lib. 11. cap. 11. Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 73. Radeuicus lib. 4. Geſt. Frider. cap. 30. Nicetas in Iſaac. lib. 1. N 10. Gregoras lib. 9. & alij ſine numero. Sed præſertim morem hunc Normannis ipſis adſcribit Willelmus Malmeſbur. lib. 3. de Geſt. Reg. Angl. dum narrat ſpeculatores *ab Haraldo Anglorum Rege in Willelmi Nothi caſtra ſubmiſſos, retuliſſe, pene omnes in exercitu illo Presbyteros videri, quod totam faciem cum vtroque labro raſam haberent.* Et Matthæus Paris A. MCXCVI. *Willelmo itaque filio Roberti, cognomento, cum barba, cuius genus auitum ob indignationem Normannorum radere barbam contempſit, &c.* Quin & ipſe Boemundus, quod Anna infert pag. 404. mentum acie nouaculæ ad cutem radebat, ita vt cuius fuerit coloris eius barba, dicere illa non potuerit. An igitur Veneti ipſi barbati Boemundo imberbes genas obiecere, quemadmodum ſemiuiris ſolemus? Nam conſtat eius æui Venetos non receptum a cæteris Latinis vſum amplexos, ſed Græcorum inſtar, quorum mores etiam in veſtibus retinuere, barbam nutriuiſſe. Quod Ordelafi Falieri Ducis, qui hoc ſeculo vixit, effigies, quæ in Eccleſia S. Marci Venetiis conſpicitur, & aliæ aliquot veterum Nobilium Venetorum, quas repræſentat Cæſar Vecellius lib. *de gli habiti antichi & moderni*, ſatis confirmant. Vnde cum poſt Alexij exceſſum, inter Ioannem filium & Venetos ſimultas neſcio quæ orta eſſet, *decretum fuit vt Veneti, qui huc vſque barbas nutriuerant, de cætero imberbes efficerentur*, vt autor eſt in Annalibus Dandulus ad An. MCXXVI. V. Notata ad pag. 165. B

Παρδυάλωμα ξιφῶν] Victoriam Venetorum attigit etiam Guillelmus Apulienſis. B

Craſtina progrediens aurora fugauerat vmbras,
Ad bellum populus nauale paratur vterque,
Amplius huius erat, quia gnara Venetica belli
Gens ruit audacter: claſſis Ducis expauefacta
Ad portum fugitiua redit, ſic pugna remanſit
Ter redeunte die, Gens multa Venetica portum
Appetit, & naues Roberti Marte laceſſit.

Δοῦκα Βενετίας] Dominicum Siluium, cuius ſtatuæ ob fuſum Robertum hocce inſcriptum ἐπίγραμμα teſtatur Sanſouinus: Pag. 107. A

Obſeſſo repuli Guiſcardum Marte Robertum
*Dyrrhachio, hinc * Dominum me vocat Præſul Alexis.* * Δεσπότην.

Ὡς δὲ τὸ ἔαρ] Anno ſcilicet MCLXXXII. B

Μαυρὶξ] Claſſis Alexianæ Præfectus. Guillelmus Apul. lib. 4. B

Claſſis Alexinæ Dux Mabrica venerat illuc.

Alteri igitur nauali iſti prælio non interfuit Alexius, ſed Maurix Magnus Dux, vel certe claſſis præfectus, ab Alexio ſubmiſſus, quod contra Hiſtoriæ fidem ſcripſit Petrus Luccarus lib. 1. Annal. Raguſin. Nam tempore initi Græcos inter & Normannos prælij, Alexius Conſtantinopoli adhuc morabatur, quod diſerte tradit Anna. Sed præſtat ad illuſtrandam Alexiadem ſubiungere quæ in hanc rem commemorat Luccarus. *S'accoſtarono parimente a Roberto Guiſcardo Rè (il Duca) di Puglia e Calauria, fratello del Conte Gofredo, & come ſi legge ne noſtri archiuij, & in Baldaſar de Spalato, i Spalatini*

gli mandarono in aiuto vna galea, & i Rausei due, quando che egli faceua guerra ad Alessio Conneno Imp. & a Domenico Siluio Doge di Venetia, all'hora auenne, che attaccandosi queste due armate a combattere, la galea Rausea venne a caso alle mani con la galea Imperiale, sopra di cui montati i soldati Rausei, vno di loro voleua ferire l'Imperatore, ma il suo capitano gridando ad alta voce, non fare, che costui e l'Imperatore, egli si ritiro indietro. Certe Ragusinos Roberti partes amplexos contra Venetos & Græcos autor est præterea Guillelmus Apul.

Gens comitata Ducem cum Dalmaticis Ragusæa,
Telorum densis consternit iactibus æquor:
Non tamen a portu procul audent ducere naues,
Castrorum dederat tutum vicinia portum.
Funibus incisis quasdam violenter ab ipso
Littore propulsas vi turba Venetica ducit.

Pag. 108. D Εἰς μῆνα Αὔγουστον] Igitur Alexius statim atque Roberti in Illyricum aduentum resciuit, CPoli eodem anno Ind. 4. cum exercitu profectus est.

Pag. 109. C Τατίκιος] Is est Taticius, Magnus Turcorum Achridensium, seu Bardariotarum Primicerius, quem origine & genere Saracenum fuisse docemur ex hoc Annæ loco, quique a teneris annis Alexij συνηλικιώτης & συνέτροφος fuerat, vt autor est Bryennius lib. 4. N. 20. Postmodum Gothofredum & Francos in expeditionem Hierosolymitanam proficiscentes cum idoneo exercitu, ab eodem Alexio missus, comitatus est. *Tatinus truncatæ naris*, seu Rhinotmetus, dicitur Alberto Aq. lib. 2. cap. 12. & 37. *Tatic naribus truncus & omni virtute*, Raymundo de Agiles; *Tatingus*, Baldrico lib. 11. *Tacingus*, Guiberto lib. 4. cap. 10. *Tetigus*, Roberto Mon. lib. 4. *Taninus*, Willelmo Tyrio lib. 2. cap. vlt. lib. 3. cap. 11. denique *Statinus*, Giloni Par. lib. 5. Histor. Viæ Hieros.

Robertus, Stephanus, Tancretius, Hugo, Statinus,
Qui dum viuebat, naso non laude carebat.

C Πριμμικήριος] Primicerij dignitas vt Palatina, interdum & militaris fuit. Præsertim vero ita nuncupatus in Palatio Constantinopolitano Bardariotarum fœderatorum, seu Turcorum Achridensium, qui ad Bardarium Macedoniæ fluuium habitabant, præfectus, vt constat ex Codino de Off. cap. 5. N. 54. quo tum munere fungebatur Taticius, Turcus ipse Achridensis & Bardariota. V. lib. 11. pag. 317.

C Ἀχριδῶν] Achris Bulgariæ Macedonicæ Metropolis, πόλις ἑσπέριος ὑπὸ τὴν Πριείλων τὸ ὄρος κειμένη, Cantacuzeno lib. 2. cap. 20. In sublimi colle, prope lacum maximum, vnde Drinus, seu Drymon Septentrionem versus effluit, vt est apud Nicephorum Call. lib. 17. cap. 28. olim Lychnidus, vt quidam putant, postea Bederina, demum Prima Iustiniana dicta est a Iustiniano, cui ea natalis fuit, a quo etiam maximis donata est priuilegiis: quamquam Procopius in Anecd. Lychnidum a Bederina videtur distinguere. Postremo Achris, Achrida, seu vt habet Tyrius lib. 20. cap. 2. Acreda, nuncupata est, a Mocro Bulgarorum Rege hanc appellationem sortita, vti Anna innuit lib. 12. pag. 371. De Achride & priuilegiis Episcoporum Achridensium, vide Theophylactum Bulgar. Arch. Epist. 27. præterea Alamannum ad Procop. Hist. Arc. Ioannem Morinum lib. 1. Exercit. Eccles. cap. 27. & Leonem Allat. lib. 1. de Eccl. Occid. & Or. perpet. cons. cap. 25. N. 4.

C Μανιχαίων] Manichæos, seu Paulicianos intelligit, qui eo æuo circa Philippopolim habitabant, quosque non semel ab animi fortitudine commendat Anna. Hos ex Armenia & Asia in Thraciam a Constantino Copronymo traductos scribit Theophanes: ὁ δὲ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Σύρους τε καὶ Ἀρμε-

νίους, οὓς ἤγαγεν ἀπὸ Θεοδοσιουπόλεως καὶ Μελιτινῆς, εἰς Θρᾴκην μετῴκισεν, ἐξ ὧν ἐπληθύνθη ἡ αἵρεσις τῶν Παυλικιανῶν. Idem autor eſt a Leone Copronymi filio Syros hæreticos, eoſdem forte cum Paulicianis, in Thraciam pariter tranſlatos. Manichæorum Philippopolitanorum meminit etiam Scilitzes pag. 866. vt & Villharduinus noſter N. 208. vbi haud adeo trita de Paulicianis adnotauimus. Porro Guillelmus Apul. lib. 1. Manichæos Græcis meruiſſe eo æuo refert :

Cum Græcis aderant quidam, quos peſſimus error
Fecerat amentes, & ab ipſo nomen habebant.
Plebs ſolet iſta Patrem cum Chriſto dicere paſſum,
Et fronti digito ſignum Crucis imprimit vno:
Non aliam Nati perſonam quam Patris eſſe,
Hanc etiam Sancti Spiraminis eſſe docebant.

Vide Notata ad pag. 154. & 451.

Βεστιαρίτας] De Veſtiario & Veſtiariorum dignitate multa viri docti. Βεστιαρῖται vero iidemne qui βεστιάριοι, ſcio controuerti. Certe vt Veſtiariorum officium erat circa veſtes Imperatoris, ita & Veſtiaritarum. Ecce apud Cedrenum A. XXII. Iuſtiniani προελθόντος γενομένου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, ἀπώλεσαν οἱ Βεστιαρῖται τὸ στέμμα τοῦ Βασιλέως. Quo loco Theophanes habet, οἱ Βεστήτορες; quæ quidem vox non ſemel reperitur in antiquis Inſcriptionibus. Romæ in Exquiliis, D. PHEDIMO. VESTITORI. M. AVG. PHAEDER. FRATRI. PIISSIMO. Alia quæ extat in Roma Subterranea lib. 3. cap. 3. HIC. POSITVS. EST. BENEMERITVS. EL... VESTITOR. IMPERATORIS. QVI. VIX. DEPOSITVS. D. VIII. KAL. SEPTEMBR.... DOMINI. HONORI. AVG. VI. COSS. Præſertim vero Veſtiaritæ dicti videntur Annæ æuo Domeſtici Palatij, qui ex familia Imperatoris erant, quos Franci noſtri vulgo inde *Familiares* vocabant, & vt Annæ verbo vtar, οἰκειότεροι Principis. Id diſerte indicat Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 26. *Sed & ſuis nihilominus non longe ab eodem Palatio honeſta ſimul & commoda fecit hoſpitia præparari, vbi etiam, ſicut prius, impenſas non ſolum neceſſarias & voluptuarias ſupereffluentes Veſtiaritæ, & hi, quibus id officij deputatum erat, magnifice & ſuperabundanter non ceſſabant miniſtrare.* At vnde Veſtiaritæ appellati ſint Domeſtici iſti Palatij, diſquirendum. Conſtat Veſtiarium dici ædem in qua veſtes aſſeruantur: proinde Veſtiarium Imperatoris erit, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται, vt eſt apud Moſchopulum. Illud poſtea Ἀλλαξιμάριον vocatum ſcribit Codin. de Off. cap. 2. quod Imperator ex eo nouas ſubinde veſtes promeret, & mutaret. Vnde crebro apud eumdem Scriptorem, ἀλλάσσειν, pro *induere* vſurpatur: & veſtes ipſæ quæ mutantur, ἀλλάγματα, & ἀλλαγαὶ apud Marcum Hieromonomachum, & eumdem Codinum vocantur: apud Autorem de Offic. Eccl. CP. editum a Medonio, ἀλλαξίματα. Sic paſſim *Mutatoria* eiuſmodi, quæ ſubinde mutantur, veſtes appellant Will. Tyrius lib. 6. cap. 6. Bruno de Bello Saxonico, Vdalricus lib. 2. Conſuet. Cluniac. Monachus Pegauienſis, Mathæus Paris, & alij Scriptores Latini. Sæpe etiam Veſtiarium pro ærario ſumitur, in quo depoſitæ opes Imperatoriæ, atque hoc vocabulo (βεστιάριον) perpetuo vtitur Nicetas in Codice Barbaro-græco, iis locis vbi editus βασιλικὸν ταμεῖον, ἢ χρυσῶνα habet. Ita ſacrum ærarium vertunt Græci ad L. 2. Cod. Ne fiſcus vel Reſp. Eoque ſenſu legimus in relatione quadam Ogerij Protonotarij apud Waddingum A. MCCLXIX. bona confiſcata *intromiſſa ad Imperiale Veſtiarium.* Et apud Leonem Oſt. lib. 1. cap. 28. *Rupit ipſum Monaſterij Veſtiarium, & inde tulit ſolidos Mazatos* XXIV. *millia.* Adde lib. 4. cap. 61. & 78. Nec pecuniæ duntaxat, veſtes, aut panni aſſerua-

bantur in veſtiario, ſed etiam cimelia varij generis, & maioris pretij, cuiuſmodi ſunt τὰ ἀργυρᾶ μινσούρια τὰ ἀνάγλυφα, vt eſt apud Porphyrogennetam lib. 1. de Themat. & Leonem Grammaticum in Baſilio. Anaſtaſius Bibl. in Seuerino Papa: *Sigillauerunt omne Veſtiarium Eccleſiæ & Cimelia Epiſcopi.* Quæ quidem omnia inibi aſſeruata conſtat, vt eſſent munera, quibus interdum donarentur Principes fœderati, interdum etiam ſubditi ipſi bene de Imperatore meriti. Vnde recte obſeruat Cujacius theſaurum Imperatorium, *Largitiones*, appellatum, & dignitatem ipſam Comitis ſacrarum largitionum, *munerariam dignitatem* a Senatore lib. 6. Epiſt. 7. dictam, quaſi muneribus potiſſimum & liberalitatibus exercendis theſauri Imperij addicti ſint. Sed & *veſtis ſacræ* curam penes Comitem ſacrarum largitionum fuiſſe annotat idem Senator, additque *quicquid in veſtibus, quicquid in ære, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana poteſt habere pretioſum*, *illius ordinationibus obſecundaſſe.* Qui igitur olim Comes ſacrarum largitionum, poſtea, a Veſtiario, ſeu ærario, Πρωτοβεστιαρίτης dictus eſt, ſub quo erant Βεστιαρῖται, ſeu Nobiles ex familia Imperatoris ſelecti, qui veſtibus cæteriſque muneribus ad Principes deferendis deſtinabantur; cuius dignitatis meminit Pachymeres lib. 1. cap. 20. lib. 6. cap. 19. lib. 9. cap. 8. ſolebant quippe Imperatores Byzantini & Reges alij veſtes & pannos magni pretij ad Principes confœderatos mittere, qui etiamnum mos familiaris eſt Turcicis Sultanis, quibus eorum animos demulcerent, quod infra Anna teſtatur pag. 428. & Nicetas in Alexio lib. 1. N. 3. Ioannitius Bulgarorum Rex in Epiſt. ad Innocent. III. PP. *Miſi autem ad præſens in ſigno paruæ recordationis examita duo epicima dupla, vnum eſt rubeum, & aliud album.* Leo Oſt. lib. 3. Chr. Caſſ. cap. 19. *Ibi* XX.
V. Acta Adriani IV. PP. apud Baron. A. 1156. *pannos ſericos emit, vt ſi eſſet neceſſarium, haberet quod donaret Regi.* Erant igitur Veſtiaritæ, Nobiles ſelecti, qui in comitatu Imperatoris erant, cuiuſmodi ſunt quos in Regum noſtrorum Curia *Gentilshommes ordinaires de la Maiſon du Roy*, vulgo appellamus. Nam aliud fuit Veſtiariorum munus. Papias, *Veſtiarius, qui veſtes curat.* Vetus Inſcript. L. AGRIO. VESTIARIO. TENVIARIO. IMP. Atque ita vocem hanc vſurpat Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij M. PP. lib. 1. cap. 1. Sed an *Veſtararij* iidem fuerint cum *Veſtiariis*, vix auſim quicquam certi definire. Veſtarariorum paſſim meminit Anaſtaſius in vitis PP. Edit. Reg. pag. 114. 213. 249. 283. 285. 292. Id conſtat, eiuſmodi munus Longobardis peculiare fuiſſe, ex Chronico Monaſterij Beneuent. S. Sophiæ pag. 615. 625. 638. 641. Ex quo emendandus Autor vitæ S. Petri Cauenſis Abbat. N. 29. vbi perperam Odo quidam *Veſtaraſius*, pro *Veſtararius*, dicitur. Erat enim Odo *Veſtararius* Cauenſis Monaſterij, qua dignitate in eodem Monaſterio functus legitur quidam Caloctus, apud Vghellum Tom. 7. Ital. Sacr. pag. 610. Extat in Tabulario S. Benigni apud Perardum in Burgundicis Epiſtola Ioannis eiuſdem Monaſterij Abbatis inſcripta *Domino Ill. Sacri Palatij Veſtarario, Primo Senatori, necnon vnico Romanorum Duci.* Ex quibus coniicere eſt illuſtrem fuiſſe Veſtarariorum in Palatiis dignitatem. Inter Eccleſiaſtica munia fuiſſe etiam Veſtararium docet vetus charta A. MCCXLVII. Apud Vghellum in Archiep. Beneuent. N. 15. pag. 210. Tom. 8. Certe Veſtarariorum munus fuit, ni fallor, circa veſtiarium, ſeu ærarium. Adde Paulum Warnefr. lib. 5. de Geſt. Langob. cap. 2. Diuerſus porro Πρωτοβεστιάριος in Aula Conſtantinopolitana, a Protoueſtiarita, nam is veſtiariis præerat. De vtraque dignitate paſſim Scriptores Byzantini. Occurrit præterea apud Leonem Grammaticum in Conſtantino Porphyrog. Πριμμικήριος τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου; quæ quidem dignitas Comitiuæ ſacrarum largitionum olim fuiſſe annexa colligitur ex Senatore loco citato.

Πανουκομήτης] Nicetas Panucometes, infra pag. 346. D

Πρὸς τὰς ἔξωθεν ἑλεπόλεις] Nam *oppugnantium machinis per alias machinas consueuit obsisti*, ait Vegetius lib. 4. cap. 8. 22. & 29. Pag. 110. A

Ὡς γεφύρας] Similem machinam sic describit Sugerius in Lud. VI. cap. 10. *Erigitur tristegas tres pugnantibus porrigens supereminens machina, — hærebat machinæ eminenti pons ligneus, qui se excelsius porrigens cum paulisper demitteretur super glandem facilem descendentibus pararet ingressum.* Et Nicolaus de Braia in Gestis Ludouici VIII. Pag. 111. A

Tunc ex quadratis, visu mirabile, lignis
Erigitur turris, a cuius culmine cerni
De facili poterat quidcumque fiebat in vrbe
Quodque fuit maius, pons ligneus arte paratur
Longus, & extremus, & muris altior vrbis,
Armatis via tuta viris, Marti timor ingens,
Quem duplices gessere rotæ, &c.

Extant eiusmodi turrium Pontibus instructarum figuræ apud Nic. Rigaltium ex Bitone, & aliis, in Notis ad Onosandrum, & apud Lipsium in Poliorceticis.

Χαρζάνην] De quo fluuio infra non semel, qui Panyasus, ni fallor, olim dictus, & ad Dyrrachium in duos scinditur alueos, quorum alter *Arzenta* Sophiano nuncupatur, vocabulo ad Charzanem haud abludente. D

Νικολάου τέμενος] Meminit huius pariter Templi Malaterra lib. 3. cap. 28. & Guillelmus Apul. lib. 4. D

Ὀκτωβρίου μηνός] Ordericus Vitalis lib. 7. *Mense Octobri Alexius Imperator Dyracio appropiauit*, &c. Et Malaterra loco citato: *Dux ergo videns hyemem sibi imminere, mensis enim erat Octobris, inde progressus super fluuium Dæmoniorum,* (Drymonem) *castrum ad æstiuandum construxit, quod ex suo nomine Montem Guiscardi appellauit.* Sed hæc post initum cum Alexio prælium accidere. Vide infra pag. 114. D

Λέων καὶ Νικηφόρος] Habuit Romanus Diogenes ex Eudocia Augusta coniuge filios duos. Prior Leo Diogenes Theodoram Comnenam Alexij Imperatoris sororem vxorem duxit. Alter, Nicephorus Diogenes, ab eodem Alexio, initæ conspirationis reus, oculis priuatus est. Anna lib. 9. & Zonaras pag. 238. Vide Bryen. lib. 1. N. 29. Pag. 112. D

Τὰς ὁλκάδας διαπρήσαντες] Malaterra lib. 3. cap. 27. *Dux vero videns belli certamen imminere, vt suis omnem spem fugæ auferendo ad defensionem sui ardentius inflammaret, naues suas a mari proiectas omnes combussit, ne forte cum acrius prælium nostris immineret, timidi certamen declinando, spe transmeandi, illorsum transfugerent.* Pag. 114. B

Χρὴ τοιγαροῦν] Guillelmus Apuliensis: B

Castra cremat veniente die Dux prouidus horum,
Ut Duce digresso fas sit irrumpere nulli.

Τῶν θείων μυστηρίων] Malaterra, *Mane autem facto, Dux ipse lucis crepusculo, omnesque nostri surgentes cum summa deuotione hymnos Dei cum Missarum celebratione audiunt, Presbyteris compunctiue confitentes peccata, muniuntur sacri Viatici ministeriis.* D

Τῷ Αμικέτῃ] Meminit Amicetæ Comitis Anonymus Barensis in Chron. *A.* MLXVIII. *obiit Argyro Proedro, & Apochara Catap. & Amicetta intrauit Iuuenacie.* Idem videtur qui *Amicus Comes* non semel appellatur a Guillelmo Apul. & in rescripto quodam Rogerij Apuliæ Ducis & Boemundi fratrum A. MXC. pro Bantino Monasterio in Apulia, quod ita subscribit, *Amicus gratia Dei inclytus Comes.* Extat illud apud Baronium hoc anno N. 17. D

& 18. apud quem fit præterea mentio Goffredi, Amici Comitis filij, in altero Vrbani II. PP. Diplomate. Ab Amico Regem Croatiæ captum habetur in Archiuo Monasterij SS. Cosmæ & Damiani Iadrensis, apud Ioan. Lucium lib. 2. Hist. Dalmat. cap. 10. & in vita Ioannis Traguriensis Episcopi: *Anno* MLXXV. *tempestate qua Comes Amicus Regem Croatiæ cepit.* Sed de Amico Comite, & eius familia, plura mox ad pag. 117.

Pag. 116. A Ἡ δὲ Γάϊτα] Testatur etiam Guillelmus Apul. in hoc prælio Amazonis instar pugnasse Roberti vxorem, & in eo vulneratam:

Uxor in hoc bello Roberti forte sagitta
Quadam læsa fuit, quæ vulnere territa, nullam
Dum sperabat opem, se pene subegerat hosti,
Nauigio cuius se commendare volebat,
Instantis metuens vicina pericula lethi:
Hanc Deus eripuit, fieri ludibria nolens
Matronæ tantæ, tam nobilis & venerandæ.

B Ἐπεὶ δὲ Πελεκυφόροι] Malaterra loco citato primam istam Varangorum cladem pariter refert. Contigit vero hoc prælium *Feria* III. *die S. Lucæ Apostoli & Euangelistæ A.* MLXXXII. vt autor est Anonymus Barensis, qui Annæ hac in re concinit. Sed errat Anna, cum ait initum Indict. 4. nam hoc anno mense Octobri currebat Indictio 5.

C Περὶ τὸ τέμενος] Ecclesiam S. Nicolai, non Michaelis, habet hoc loco Malaterra.

D Κωνστάντιος] Constantius Porphyrogenneta, Constantini Ducæ Imperatoris ex Eudocia filius, Michaelis Parapinacæ frater, idem, opinor, qui Zonaræ & Scylitzæ Constantinus. Narrant quippe ij Scriptores liberos sex habuisse Constantinum, tres masculos, totidem sequioris sexus: ex masculis Michaelem & Andronicum parentibus priuatis natos, Constantinum patre iam Imperatore, ideo Porphyrogennetam dictum, & ornamentis Imperatoriis a patre donatum. Is a Nicephoro Botaniata contra Turcos Orientem incursantes cum imperio missus, conciliatis militum animis, purpuram induit, a quibus postea Nicephoro traditus, in Monasterium trusus est, & in Insulam relegatus. Botaniata in ordinem acto, priori conditioni restitutus, Alexio militauit, ac demum in prælio Dyrrachino cæsus vitam amisit. Guillelmus Apul.

Occidit hoc bello Regni spoliatus honore
Constantinus, & est subhumatus honore decenti.

Vbi Constantinum ait *spoliatum honore regni*, quia viuo patre, vt refert hoc loco Anna, Imperator acclamatus fuerat. Hanc etiam Porphyrogennetæ cædem attigit Zonaras, de hac clade scribens: καὶ ἡττηθεὶς ἀκλεῶς ἔφυγε, πολλῶν ἐκεῖ πεσόντων, οὐ τῶν τυχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ὑπεροχαῖς, καὶ βασιλείου τυγχανόντων ἐξ αἵματος. Id attigit præterea Glycas.

Pag. 117. B Πέτρος τοῦ Ἀλίφα] Petrus ille, *Francigena* Orderico lib. 7. pag. 645. dictus, deinceps sese adiunxit Alexio, cuius ille opera variis in negotiis vsus legitur apud Annam lib. 5. & cum Francis Proceribus qui A. MXCVII. expeditionem Hierosolymitanam aggressi erant, dum per Thraciam & Byzantij fines iter faciunt, Constantinopoli in Syriam profectus est, vti narrat eadem Anna lib. 11. Petri cognomen tam varie apud Scriptores rerum Hierosolymitanarum exaratum inuenitur, vt familiæ & gentis vestigium ex iis agnosci vix queat: etsi erunt forte qui Aliphæ, seu Allifæ, Samnij celebris quondam oppidi, dominium obtinuisse censebunt, cum Normanni prouinciam istam occuparunt, eoque deturbatum a Wiscardo aut Rogerio transiisse

transiisse in partes Alexij Imperatoris, indeque cognomen retinuisse: sed Aliphæ oppidum Normanno alicui Proceri paruisse non tradunt istius æui Historiographi. Apud Tudebodum Edit. Du-Chesnianæ, lib. 2. *Petrus de Aluph*, apud Baldricum lib. 2. & Ordericum lib. 9. *Petrus de Alfia* nuncupatur. Tudebodus Editionis Bongarsianæ, Robertus Monachus lib. 3. Guibertus lib. 4. cap. 1. *Petrum de Alpibus* appellant. Sane extat in Prouinciæ Comitatu, in Vicaria Barjolensi, Castellum vetus in veteribus chartis *de Alpibus*, & incolis *Aulps* hodie vocitatum, quod Sibylla, Gaufredeti de Agouto, Treti & Toloni Domini, filia vnica, testamento suo 14. Aug. A. MCCLXI. in familiam Blacassiam, a qua etiamnum hac tempestate possidetur, transfudit, institutis hæredibus Blacasseto & Guillelmo de Bellodinari fratribus, Bonifacij Blacassij cognati filiis, quos pueros penes se educarat, sibique inuicem substitutis, vti ex Legendario Ecclesiæ Tolonensis docemur. Ab hoc castro, Petri deriuatum cognomen in Historia Gallobyzantina statuisse me lubens agnosco, nec discedo omnino ab sententia, cum hanc firmare videatur Amici Comitis, de quo paulo ante egimus, cum Petro consanguinitas, quos iisdem constat parentibus, eademque familia prognatos. Amicorum porro, vel, si mauis, Amiciorum gens, non Normannica, sed Prouincialis fuit, ex qua extitit Giraldus Amici Grauesonis in Tarasconensi Vicaria Dominus, qui a Nostradamo An. MCL. memoratur; ille, opinor, qui Adelam Raynerij de Castellari & Garcennæ Forcalcariensis filiam matrimonio sibi iunxit, ex quo prodiit Guillelmus Comes Forcalcariensis, vulgo Adelæ filius, ex matre, cognominatus. Fallitur enim Antonius Ruffius in Hist. Comitum Prouinciæ, dum ait Adelam, Bertrandi Comitis filiam fuisse, cum repugnent acta varia, quæ asseruantur in Archiuo Regis Christianissimi, in quibus Guillelmus, Raynerij gener dicitur. Subscribit præterea Diploma Raimundi Comitis Tolosani A. MXXCVIII. Guiraudus Amicus, in Tom. 8. Spicilegij Acheriani pag. 160. Petrus Amici, & Berengarius Amicus chartam aliam Petri Regis Aragonum & Mariæ Montispessul. A. MCCIV. Ibid. pag. 218. & 219. Iam vero ad stabiliendam nostram de Petri & Amici familia, & consanguinitatis affinitate coniecturam, præstat vtriusque Stemma, quantum ex Guillelmo Apuliensi delibare id licuit, perstringere. Petro & Amici patri communis fuit parens. Petrus Comitis titulo a Guillelmo donatus, & inter Francos & Normannos, qui primi in Italia sedem fixerunt, ditior habitus, ab Humfredo Comite, & Drogone Humfredi fratre postea victus & captus, liberos habuit Goffridum & Petrum. Goffridus prior vita excessit, relicto filio impubere Richardo, cuius, quoad suæ fieret ætatis, patrimonium rexit Petrus patruus. Erat illud potissimum in Apulia Peucetia, vbi oppida & castra, ab auo pleraque in ora maris extructa, vel instaurata, obtinebat; Andrum videlicet, Tranum, Coretum, Barolum, Buxilias, præterea Tarentum. Quod oppidum cum a Petro repeteret Guiscardus, qui illud a fratre sibi concessum contendebat, ortum est inter illos bellum. Petri partes sectatus est Amicus Iuuenacij & Spinacioli Comes, aut Dominus, Petri consanguineus: Amico enim *patruus Petri pater* exstiterat, inquit Guillelmus Apul. Captus in hoc bello Petrus, pace tandem a Guiscardo impetrata, oppida quæ perdiderat recepit, excepto Trano. Sed haud multo post Petrus rursum in rebellionem delapsus, Iordano Capuano Principi, qui a Guiscardo desciuerat, vna cum Amico, Abagelardo Humfredi filio, Roberto Comite Montisscabiosi, Goffredo de Conuersana Roberti fratre, & aliis adiungitur. Quo in bello Iuuenacium Guiscardi partes secutum, frustra ab Amico, cuius erat, & sociis obsidione

Arch. Reg. Tolosa, Sacco 12. tit. 15. Sac. 17. tit. 9. Sac. 20. tit. 32.

tentatum eſt. Pace firmata inter Iordanum & Guiſcardum, cum Amicus Spinaciolum, cui filius præerat, amiſiſſet, cum Guiſcardo reconciliatur. Petrus vero, cui Tranum & Tarentum abſtulerat Guiſcardus, recepto Trano, ab eodem perinde pacem obtinet. Amico, præter Goffredum, filius fuit Gualterus, qui a Guillelmo Apul. non ſemel memoratur. Geſta eſſe hæc bella A. MLXXXII. autor eſt Gaufredus Malaterra lib. 3. cap. 33. 34. & 35. quibus exactis & finitis, Petrus & Amicus cum Roberto in Dalmatiam traiecerunt, vti hoc loco Anna commemorat. Extincto Roberto, Petrus ad Alexium tranſiit, mox cum Francis Nobilibus in Syriam profectus, Præfecturam in ea expeditione, & Principatum Cæſareæ in Cappadocia obtinuit. Inde in Græciam reuerſus, Alexio contra Boemundum meruit, ac demum Didymotichi in Thracia fortunæ ſuæ ſedem fixit. Autor eſt enim Nicetas in Man. lib. 2. N. 4. quatuor fratres Petraliphas, ex Francica gente oriundos, qui eo æuo Didymoticum incolebant, Manueli Imperatori bello contra Siculos C. An. MCLII. militaſſe, in quibus fuere Nicephorus & Alexius Petraliphæ, de quibus Cinnamus lib. 5. & 6. Quos quidem a Petro de Alipha, cuius hic mentio fit, prognatos ſuadet cognomen, & temporis vel annorum ratio. Enimuero conſtat Petralipharum familiam in Palatio Conſtantinopolitano primas obtinuiſſe. Recenſentur enim ab eodem Niceta in Iſaacio lib. 3. N. 8. Inter Archontes, ſeu viros vrbis primarios, qui in Iſaacium Angelum conſpirarunt, Ioannes ὁ Πετραλίφας, a quo genus ducebat Theodorus, non ſemel ab Acropolita memoratus, cuius ſoror nupſit Michaeli Angelo Dyrrachij Duci, quod etiam ſcripſit Gregoras. Intricatum hoc Petralipharum & Amiciorum Stemma retexet ſubiectus Index Genealogicus.

N. pater Petri. *Guill. Apul. pag.* 12. 28.

- N. pater Amici. *Guill. Apul. pag.* 12. 28. b. 29. b.
  - Amicus Comes Iuuenacij.
    - Goffredus Amicus.
    - Gualterus Amicus. *Guill. Ap. pag.* 8. 14.
- Petrus Comes Andrenſis. *Guill. Apul. pag.* 14.
  - Goffridus Comes Andrenſis. *Guill. Apul. pag.* 14.
    - Richardus Comes Andrenſis. *G. Apul. pag.* 14. *Baron. An.* 1090.
      - Goffridus Comes Andrenſis. *Alex. Celeſ l.* 1. *c.* 11. 19. *l.* 2. *c.* 18. 23. 36. 38. 40.
        - Richardus Comes Andrenſis, cuius meminit Cinnamus.
          - Rogerius Comes Andrenſis ſub Guillelmo II.
            - Goffridus Comes Andrenſis, & Dominus Montis Viridis. *V. Vghell. Tom.* 7. *Ital. Sacr. pag.* 1091. 1094.
  - Petrus Græcis Petraliphas dictus.
    - Nicephorus & Alexius Petraliphæ, ab horum altero prognatus
      - Ioannes Petraliphas Iſaacio Ang. imperante.
        - Theodorus Petraliphas.
        - N. nupta Michaeli Angelo.

D Τοῦρκοις] Turcos hoc in bello Alexio militaſſe autor eſt præterea Guill. Apulienſis.

Pars quoque Turcorum cum Græcis interit ingens.

Ὑπερκειμένη Πέτρα] Quin & ipſi rupi *Petræ* nomen tribuit Guillelmus Pag. 118. C
Apulienſis:

> *Et properare loco moneat, qui Petra vocatur,*
> *Eccleſiæ Sancti Nicolai proximus iſte*
> *Eſt locus.*

Caſtrum dicitur Papiæ: *Dyrrachium eſt mons Epiri. Ibi eſt caſtrum quoddam Petra dictum.* Et alibi, *Petra, forte caſtrum in Epiro.* Certe Petris inædificabantur Caſtella. S. Proſper de Prouid. Dei:

> *Non Caſtella Petris, non oppida montibus altis*
> *Impoſita*, &c.

Σγουρίτζην] Ita dictus equus Bryennij, a colore ſubfuſco, ſubobſcuro, ſeu Pag. 119. B
Badio, vti vocant, nigro: Græcis enim recentioribus σγοῦρος, eſt obſcurus. Narratio de Bertrando Romano Græcobarbara MS. ξανθὸς, ἢ σγουροκέφαλος, εὐόφθαλμος, καὶ ὡραῖος. Eiuſmodi coloris equos *Brunos bayos* vulgo appellamus. Computum Hoſpitij Regis Fr. A. MCCCXII. vbi de equis, qui a Rege Militarem ordinem ab eo conſecutis in Feſto Pentecoſtes conceſſi ſunt, eorum colores ſic recenſet: *Ferrandus, bayus, griſus, griſus liardus, niger, brunus, brunus bayus, fauus, brunus fauus, bauçantus, bayus bauçantus, bayus fauus, ruffus liardus, varius, niger bauçantus, brunus bayus ſignatus, liardus pommeletus, morellus, griſus pommeletus, niger ſtellatus in fronte, clarus bayus, niger maletinctus, albus ferrandus, albus griſus, niger griſus, brunus griſus ferrandus, morellus maletinctus*, &c. Sed de equorum coloribus conſulas velim Gruterum pag. 341. Palladium de Re Ruſtic. lib. 4. cap. 13. & Iſidor. lib. 12. Orig. cap. 1.

Ἐπιλαμβάνει τὴν Ἀχρίδα] Hinc erroris arguuntur Sabellicus & Collenutius, Pag. 122. A
qui Alexium in Peloponneſum fugiſſe ſcribunt.

Βενέτοις] Malaterra lib. 3. cap. 29. *Erat autem ea tempeſtate apud Duracium* B
Venetianus quidam, nomine Dominicus, nobili genere, cuius prouidentiæ maior turris ad tuendum delegata erat, &c.

Ἀρβανῶν] Ἀρβανοὶ, qui Ἀρβανῖται Scylitzæ in Niceph. Phoca, hodie Alba- B
ni. Ἀρβανιτία, Albania, in Poemate MS. cui titulus Θρῆνος, ſeu lamentatio de capta a Turcis CP.

> Ἔχεται δὲ τὴν Βουλγαρίαν, καὶ τὴν Ἀρβανιτίαν.

IN LIBRVM V. ALEXIADIS NOTÆ.

Ὁ μὲν τοι Ῥομπέρτος] Malaterra lib. 3. cap. 27. *Noſtri itaque victoriam adepti,* Pag. 125 A
Duce eos reprimente, haud longe fugientes perſecuti ſunt, ſed ad Caſtra eorum regreſſi, Dux in tentoriis Imperatoris hoſpitatur. Guillelmus Apul.

> *Dux in Alexinis remorari tempore caſtris*
> *Non multo propter putrefacta cadauera curat.*

Ἰωαννίνα] Ioannina, Acarnaniæ, ſeu Ætoliæ oppidum, olim Caſſiope A
dictum, Epiſcopali ſede inſigne ſub Metropolitano Naupacti. Huius mentio eſt apud Porphyrogenn. in Baſilio cap. 16. Cantacuzenum lib. 2. cap. 34. Ioannem Anagnoſtam cap. 18. Laonicum lib. 1. Gregoram, &c.

Παρέδον τῷ Ῥομπέρτῳ] Venit Dyrrachium in poteſtatem Roberti, proditione Dominici, Nobilis Veneti, cuius mox memini, qui in proditionis præmium filiam Willelmi Principatus Comitis, eiuſdem Roberti ex fratre neptem, in vxorem obtinuit, vti narrant Malaterra lib. 3. cap. 18. Ordericus Vitalis lib. 7. & Guillelmus Apul. lib. 4. qui pluribus hiſtoriam & modum capti Dyrrachij proſequitur. Vnde mirum cur Anna proditorem hunc

Melphensem faciat, cum in confesso sit ex prædictis Scriptoribus fuisse natione Venetum. Huc spectant quæ habet Willelm. Malmesbur. lib. 4. Hist. a quo hausit quæ in eamdem sententiam scribit Albericus A. MLXXXI. *Cum oppidani fiducia mœnium iactitarent ideo vrbem Duracium nominatam, quod contra omnes obsidiones imperterrita duraret : Et ego, inquit Guiscardus, vocor Durandus, & eousque in obsidione durabo, quo ciuitati nomen auferam : vt non Durrachium, sed Mollucium amodo dicatur. Cuius responsi constantia effecit, vt confestim pauefacti portas aperirent.*

Pag. 126. A Μορμολυχθεὶς] Guillelmus Apuliensis :

——— *Lachrymatur Alexius hostem*
Præualuisse sibi, cui nec par copia gentis,
Nec par census erat, discedit saucius ipse,
Cogitur & lachrymans inglorius ille reuerti,
Gloria cui fuerat frustra sperata triumphi.

B Νεάζων τὴν ἡλικίαν] Erat Alexius cum Imperium occepit annorum circiter 33. vixit enim iuxta Zonaram, annos 70. a quibus si 37. cum aliquot mensibus, quot imperauit, demantur, restabit numerus annorum supradictus.

C Δεάβολιν] Deabolis Nicephoro Gregoræ lib. 3. & Nicephoro Callist. lib. 17. cap. 28. τὸ τῆς Διαβόλεως ἄστυ, Acropolitæ cap. 80. & Pachym. lib. 2. cap. 11. Duplicem Deabolim statuit idem Acropolita cap. 49. Magnam & Paruam. Vnde forte Δεαβόλεις numero multitudinis effert Cantacuzenus lib. 1. cap. 55. Hodie *Diauoli*, haud procul a lacu Achridis. Vide Ius Græcor. pag. 285. & Not. ad pag. 380.

Pag. 127. A Βοτανειάτου] Addit Editio Hoescheliana, καὶ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα.

Pag. 128. A Εἰς τοὺς πάλαι κειμένους νόμους] Iustinianæas Leges intelligit, quibus rerum & Cimeliorum Ecclesiasticorum alienatio prohibetur, excepta causa redemptionis captiuorum, L. sancimus, Cod. de Sacr. Eccles. Nou. 7. 65. & 120.

A Καὶ τοὺς Κανόνας] Vide D. Gregor. lib. 6. Epist. 13. 35. lib. 7. Indict. 2. Epist. 14. D. Ambros. lib. 2. de Offic. cap. 28. a quo Gratianus deduxit Canonem *Aurum habet Ecclesia*. 12. Quæst. 3. Exempla de distractis Ecclesiæ vasis ob redemptionem captiuorum, vel alimoniam pauperum, prostant apud Priscum in Excerptis de Legat. Victorem Vticens. lib. 1. Possidon. in vita S. Augustini cap. 24. Socrat. lib. 7. cap. 21. Houeden. pag. 731. Radulf. de Diceto pag. 630. Monachum S. Mariani A. MCLXXIX. &c. Vide præterea in eamdem sententiam Epistolam Melchioris Incoferi in Notis Allatij ad cap. 3. Acropolitæ.

B Χαράγματος] Χάραγμα est moneta signata. Ducas, Χάραγμα ἀργυρῶν χιλιάδας ϛ΄. *Character* Paulo Diac. lib. 19. Hist. Misc. Χαράσσειν νομίσματα καὶ μιλιαρήσια apud Syncellum. Hinc *Paracharagma*, moneta adulterina, apud Cassianum Collat. 1. cap. 20. 22. & Collat. 2. cap. 9. & *Paracaraximus*, apud Petrum Damianum lib. 2. Epist. 1. quam vocem sic interpretatur Aelfricus in Gloss. Saxon. *Paracaraximus : Flas pening.* id est, falsus denarius. Inde etiam *Paracharactæ* dicti, qui falsos nummos cudunt L. 8. Cod. Theod. de Falsa moneta. Παραχαράττειν τὸ δίκαιον dixit Anastasius Sinaita. Vide Innoc. Ciron. lib. 3. Obser. Iur. Canon. cap. 2. & Meursium.

D Περὶ τῶν μὴ χρησιμευόντων] Vasa superflua Ecclesiæ distrahi posse sanxit Iustinianus Nou. 120. non tamen ex omni causa, sed tantum si ipsa Ecclesia debitis prægrauetur. Porro iam antea Heraclius moturus in Persas, cum ærarium prioribus bellis exhaustum esset, ex Templorum & Ædium Sacrarum donariis & vasis nummos conflauerat, vt autor est Theophanes.

Χαλκοπρατείοις] Chalcopratia forum æris venalis interpretatur hoc loco Possinus. Sane extitisse olim Constantinopoli vicum, seu plateam sic dictam ab officinis ærariis, testantur Codinus in Orig. & Leunclauius in Pand. Turc. cap. 248. quemadmodum alia fuit ab Argentariorum officinis, Ἀργυροπρατείων appellatione donata, vt autor est Theophanes A. v. Iustiniani. *Vicum Argentarium* dixit S. Augustinus lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 4. Verum secus censet Cujacius ad L. 7. C. de Colleg. & Chartoprat. lib. 11. contendit enim locum hunc perperam Chalcopratia a Scriptoribus vocari, cum Chartopratia dicere debuissent, in quo nempe erant officinæ, vbi chartæ distrahebantur. Nam fuit in vrbe Constantinopolitana, vt ait Iustinianus Nou. 43. πολλὴ ἡ τῶν χαρτῶν ἀφθονία. Sed siue Chalcopratia officinæ fuerint ærariæ, seu chartariæ, id pro certo haberi debet eas officinas non intellexisse Annam; siquidem de Templis agit, a quibus τὰ μὴ χρησιμεύοντα ἱερὰ abstulit Alexius, in quibus fuerunt valuæ argenteæ Chalcopratiorum Ædis, Deiparæ sacræ, cui id nominis a loco, vbi inædificata erat, inditum. De eius conditore variæ sunt Scriptorum sententiæ. Cedrenus enim Theodosium Iuniorem condidisse Templum Chalcopratiorum, & Deiparæ sacrasse commemorat, cum locus is antea esset Iudæorum Synagoga. Cedreno concinunt Glycas & Ioelus. Theophanes vero, & ex eo Anastasius in Hist. Eccl. & Paulus Diac. lib. 16. Hist. Misc. Iustinum Ædis Chalcopratianæ conditorem agnoscunt, traduntque eo perinde extitisse loco, vbi antea fuerat Iudæorum Synagoga, haud procul a Magna Ecclesia. A Theophane & cæteris dissentit Chronicon Alexandrinum, in quo Marciano & Pulcheriæ vxori attribuitur. Theodorus Lector Eccl. 1. quem sequitur Nicephorus Call. lib. 14. cap. 2. & 49. solam Pulcheriam conditricem agnoscit. Denique Iustinianus Nou. 3. cap. 1. a Verina Leonis M. vxore ædificatam scribit. Sed hæc ita concilianda sunt, vti iam olim monuimus, vt dicamus a Theodosio inchoatam, a Pulcheria confectam, a Verina postmodum & Iustino de nouo instauratam. De hoc Templo agunt præterea idem Theodorus Lector Eccl. 2. Gregorius II. PP. Epist. 2. ad Leonem Isaurum, Cedrenus in Mauricio, Porphyrogen. de Adm. Imp. cap. 29. & Gyllius lib. 2. cap. 21.

Pag. 129. A

Λατρευτικῶς οὐ σχετικῶς] Id est, cultu Latriæ, qui soli Deo competit, non vero per accidens, & respectu Prototypi, qui Theophani A. Leonis Isauri x. σχετικὴ τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκυνήσεως dicitur: *affectiuam Imaginum adorationem* vertit Anastasius in Hist. Eccl. Quo spectant illa ex Act. 4. Synodi Romanæ sub Stephano IV. PP. apud Holstenium in Collectione Romana; *non sicut Deos Imagines adoramus nos fideles, absit, sicut Pagani: sed tantummodo affectum & charitatem animæ nostræ ad vultum faciei Imaginis optamus.* Quæ verba sumpta sunt ex VII. Synodo Act. 1. Καὶ προσκυνῶ, οὐχ ὡς θεοὺς, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν σχέσιν καὶ πόθον τῆς ψυχῆς μου, ὃν εἶχον πρὸς αὐτοὺς τὸ πρότερον καὶ ἀρτίως ἐνδεικνύμενος, παρακαλῶ πάντας αὐτοὺς ὁλοψύχως πρεσβεύειν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς Θεὸν, &c. Act. 2. de Imaginibus: καὶ ταύτας σχετικῷ πόθῳ προσκυνοῦμεν. Constantinus Manasses in Theophilo κατὰ σχέσιν dixit: D

Καὶ γὰρ ἀπεχθανόμενος ταῖς ἱερογραφίαις,
Καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ, καὶ τῶν Μαρτύρων,
Τοὺς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ σχέσιν σέβας,
Ἐν ὑποφόρεσις καὶ δίναις στρεβλώσεσιν ἐκάκου.

Ioannes Damascenus lib. 3. de Cultu Imag. προσκυνοῦμεν οὖν ταῖς εἰκόσιν, οὐ τῇ ὕλῃ προσφέροντες τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τοῖς ἐν αὐταῖς εἰκονιζομένοις· ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ εἰς τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. Eadem habet VII. Synodus Act. 7. p. 686. Edit. 1618. Vide Theophan. Ceram. Homil. de SS. Imagin. Vitam S. Theo-

phanis Confess. editam ab Henschenio 12. Martij cap. 16. & Turcogr. Crusij pag. 51. & 498.

Pag. 130. B Σωζόπολις] Sozopolim ad Pontum Euxinum pariter statuit Cantacuzenus lib. 1. cap. 3. τὴν Σωζόπολιν κατὰ τὸν Εὔξινον Πόντον, πολυάνθρωπον οὖσαν καὶ μεγάλην πόλιν. Sozopoleos mentio fit præterea apud Annam pag. 362. Tzetzem Chil. 12. Hist. 396. & Samuelem Guichenonum in Allobrogum Principum Historia, ad An. MCCCLXVI. Aliam eiusdem appellationis vrbem in Pamphilia statuunt Nicetas in Ioan. N. 4. Scylitzes & Tageno Patauiensis: in alterutra natus Ioannes Patriarcha Constantinopolitanus, de quo Gregoras lib. 6.

C Ὁ Μεθύμνης] Methymna Ptolemæo & aliis, est Lesbi Insulæ oppidum. Vide infra pag. 206. Est etiam Aeliano lib. 14. περὶ ζώων cap. 20. vrbs Cretæ Insulæ. Ab alterutra dictus, quisquis fuit, Legatus iste, quem Methymnæ Episcopum fuisse coniicio. Est enim Methymna vrbs Episcopatu insignis apud Allatium de Eccl. Occid. & Orient. consens. lib. 2. cap. 12. In Concilio Nicæno I. subscripsit Andreas ἐπίσκοπος τῆς Μεθυμναίων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου, vt est in schedis Sambuci apud Seldenum ad Eutychij Origines pag. 127. De hac porro Alexij ad Henricum Legatione Bertholdus agens: *His temporibus Constantinopolitanus Imperator maximam pecuniam Henrico quondam Regi transmisit, vt Robertum Guiscardum Ducem Calabriæ & Apuliæ, coniuratum militem Domini Papæ, in vltionem eiusdem Regis bello appeteret.* Conradus Abbas Vsperg. A. MLXXXIII. *Eodem tempore Legati Græcorum venerunt munera multa & magna in auro & argento, vasisque ac sericis afferentes.*

Pag. 131. A Κῆδος ἐκπληρῶσαι] Vide supra pag. 94.

B Τὴν τοῦ Ρηγὸς Ἀλαμανίας] De hac Henrici IV. in Italiam expeditione consulendi Bertholdus Argentin. Vspergensis, Leo Ost. Hugo Flauin. Marianus Scotus, Otho Frising. Sigebertus, & alij.

C Βαϊμοῦντον] Guillelmus Apuliensis:

Robertus geminis exacto nauibus anno,
Adriacis vndis loca rursus ad Appula transit,
Is primogenito populum commiserat omnem,
Cui nomen Boemundus erat, pariterque Brieno.

C Καὶ φησὶν] Comparanda hæcce Roberti oratio cum ea quæ extat apud Ordericum lib. 7. pag. 642. Consulendus etiam Gaufr. Malaterra lib. 3. cap. 33.

Pag. 132. A Εναυθεντεῖν] Hesychius, Αὐθεντεῖν, ἐξουσιάζειν. Phrynichus, Αὐθέντης, ἐπὶ τοῦ δεσπότου, οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες. Vide quæ de huius vocis notatione habent præterea Meursius & Fabrotus in Gloss. & Allatius lib. 1. de Eccl. Occid. & Orient. perpet. consens. cap. 21. N. 4.

C Εἰς τὸ Σαλερνόν] Robertus, relicto Illyrico, in Italiam Gregorio Papæ opem laturus traiicit anno Christi MLXXXII. Ita Malaterra lib. 3. cap. 33. 37. Leo Ost. lib. 3. cap. 52. & Sugerius in Lud. VI. cap. 9. totam expeditionis istius Historiam sic exequitur Guillelmus Apul. lib. 4.

Cannis destructis Romam molitur adire
Contra Gregorij Romani Præsulis hostem
Henricum, cuius iamdudum obsederat vrbem.
Plurima barbaries annis remorata duobus,
Altera tormentis murorum mœnia fregit,
Et turres multas inuictæ diruit vrbis.
Iamque sibi fuerat pars subdita Transtyberina,
Gregorius quadam fuerat conclusus in arce,
Quæ munita satis, non expugnabilis vlli
Esse videbatur, miri structura laboris.

Hanc & munierat fidæ custodia gentis.
Robertum tantos vbi nouit inisse paratus,
Et sibi cum tantis inferre conatibus arma,
Rex fugit Henricus, Ducis hunc audacia terret,
Et virtus totam iam notificata per Vrbem,
Expectare verens hunc, ad loca tuta recessit.
Robertus Romam properans vi perforat Vrbis
Egregiæ muros; tamen auxiliantibus ipsi
Paucis Gregorij fautoribus: inde quibusdam
Ædibus exustis, violenter ab obsidione
Liberat obsessum iam tanto tempore Papam:
Hunc secum magno deducit honore Salernum.
Post Ducis abscessum, Papam concesserat illis
Ipse Rauennatem Guibertum, qui scelerata
Mente pari insurgens, Regnum præsumpsit adire
Sedis Apostolicæ, Clemens a plebe vocatus.
Agmina Romuleæ Dux vrbe reducta Salerni
Dimisit, numquam par huic exercitus hæsit.
Millia sex equitum, triginta millia Romam
Duxerat hic peditum: sic vno tempore victi
Sunt terræ Domini duo, Rex Alemannicus iste,
Imperij rector Romani maximus ille:
Alter ad arma ruens armis superatur, & alter
Nominis auditi sola formidine cessit.

Στρέψας τὰς ἡνίας] Willelmus Gemeticensis lib. 7. cap. 43. *Hic Robertus duos Imperatores in vno vicit prælio, Alexium Græcorum in Græcia, Henricum Romanorum in Italia. Satis enim victus est Henricus, qui audita fama Ducis Roberti, nec viribus Saxonum, nec Alamannorum, nec etiam mœnibus vrbis quæ caput est Orbis, confisus, vel tutus, concitus aufugit.* Willelmus Malmesb. lib. 3. de Gest. Angl. *Nec sustinuit nuncium aduenientis* (Roberti) *Henricus, quin cum falso Papa, sola fama territus terga daret.* Vide Hugonem Flauiniacens. in Chronic. pag. 229. Pag. 133. A

Ηττης] Cladem Boemundi ad Larissam intelligit, quam hoc libro commemorat. Adde Zonaram pag. 236. B

Μηνὶ Μαΐου] Anno scilicet Chr. MLXXXIII. D

Ανύποιστον] Primum Gallorum impetum atrocissimum semper fuisse, vt nec sustineri posset, testantur passim Scriptores, Memnon, Polybius lib. 2. Liuius lib. 27. 34. & 38. Silius Italic. lib. 8. Frontinus lib. 2. &c. Vide præterea eamdem Annam pag. 134. 135. 283. 325. Petrum Diac. lib. 4. Chronic. Cassin. cap. 41. & Ioann. Sarisberiensem lib. 6. Polycrat. cap. 16. D

Τὴν Νικῶσαν εἶχεν] Expugnatis Ioanninis, ad Artam, vrbem ad Ambracium sinum positam, castra statuerat Boemundus; cui, dum obsidetur, opem dare volens Alexius, a Boemundo fugatur. Hanc Boemundi victoriam narrant Malaterra lib. 3. cap. 29. Ordericus Vitalis lib. 7. pag. 644. & Willelmus Malmesb. lib. 3. pag. 107. præsertim vero Guillel. Apul. lib. 5. hisce Versibus: Pag. 134. C

Post vbi Robertum cognouit Alexius esse
Æquore transuectum, vires reparare minutas
Nititur, absentisque Ducis perfringere castra.
Hæc duo seruabant vi consilioque potentes,
Filius ille Ducis Boemundus, & iste Brienus.
Haud procul a Ianina, non parui nominis vrbe,

Partis Alexinæ populus sua castra locarat.
Multiplici partem præmunit Alexius illam
Obice plaustrorum, quam peruia planiciei
Ad peruadendam facilem vicinia reddit.
Ferrea cum tribulis omnes saliunca viarum
Præpedit accessus, vt laxis hostis habenis
Dum dimittet equos, pedibus figatur equorum.
At nebula Danaum prospectus impediente,
Illuc Normanni per vitibus aspera densis,
Plenaque carectis loca peruenere latenter.
Obstat congrediens paulisper Alexius illis:
Sed non instantes sufferre diutius illos
Eualuit, petiitque fugam, victusque recessit.
Urbem Thessaliæ superatus Marte secundo
Appetit egregiam, vulgus hanc vocat Salonichin.

Anna non Thessalonicam, sed Achridem post hanc cladem Alexium venisse scribit; in cæteris consentit Guillelmus, nisi quod vnicam, ex duabus, quas ipsa agnoscit Anna, victoriis conficit. Nam in priori prælio plaustrorum obice, in altero tribulis vsum Alexium Anna commemorat.

Pag. 135. A Διὰ τῶν στρούγων] Editio Hoeschelij habet στρουγῶν. Sunt vero στρουγαὶ, Bulgarica lingua, fossæ, stagna, viuaria, e quibus magnus piscium prouentus parabatur, pro quo tributum pensitabatur quotannis fisco Imperatoris. Theophylactus Arch. Bulg. Epist. 41. καὶ γὰρ ὅτι τε τοῖς μύλοις διπλασίω οἱ Κληρικοὶ, ἢ οἱ Λαϊκοὶ ἀπετέλεσαν. καὶ ὅτι τῶν Βουλγάρων μὲν γλώτταις λεγομέναις στρουγαῖς, (Ἑλλὴν δ' ἀνὴρ διώρυχας ἂν ταύτας ἐρεῖ) ἰχθύων ἄγραν παρεξενούσαις, καὶ ὅτι ταύταις γὰρ πολλαπλασίω τῶν τοῦ κοινοῦ πλήθους ἐζημιώθησαν. Et paucis interiectis, τοπάειον λιμναῖον, *strugas* interpretatur; καὶ ὅτι τινὶ τοπαείῳ λιμναίῳ ἰχθύων ἄγραν διδόντι πένιασαν. Ioannes Phocas in Descript. Terræ Sanctæ N. 20. Achridis situm describens, paludi inædificatam tradit, vnde aqua emergit, in variis terræ conuallibus restagnans, quas *strugas* accolæ vocant: ἔχει γοῦν ῥήματος ἡ πᾶσα ἔρημος, καὶ ὁ Ἰορδάνης ἅμα τῇ Νεκρᾷ τῶν Σοδόμων θαλάσσῃ κατὰ τὸν ἡμέτερον στοχασμὸν τοῦ τοῦ θαύματος θέσεως Ἀχρίδος, ἐν τούτῳ τὴν ἐναλλαγὴν μόνην φαινομένην, ἐν τῷ μὲν ἀπὸ τῆς λίμνης Ἀχρίδος ἐξέρχεσθαι ὕδωρ εἰς διαφόρους τῆς γῆς περιλιμναζόμενον φάραγγας, ἃς στρουγὰς οἱ τῆς ἐκεῖσε γῆς οἰκήτορες ὀνομάζουσιν, &c. In his porro Annæ, Theophylacti, & Phocæ locis, intelligi planum est alueos illos, quos olim Samuel Bulgarorum Rex, Lychnitidem paludem, cui Achridis inædificatum oppidum, exhaurire volens, fecerat: qua quidem in palude maximam vim piscium fuisse testatur Nicephorus Callist. lib. 17. cap. 28. ἐξ ἧς καὶ πλῆθος ὅτι πλεῖστον ἰχθύων ἀγρεύεται. Anna lib. 12. fossas istas & alueos Lychnitidis paludis τάφρους vocat. Vide pag. 371.

Pag. 136. B Εἰς Θεὸν] Pietatem Alexij, & cæteras animi dotes commendat etiam Ordericus Vitalis lib. 7. *Erat*, inquit, *prudens & probus, audax & largus & amabilis omnibus*. Et mox: *Erat multum sapiens & misericors pauperibus, bellator fortis & magnanimus, affabilis militibus, munerumque dator largissimus, diuinæ legis cultor deuotissimus*. Fuit tamen Alexius, vt ait Malmesburiensis lib. 2. *Astutia & fraudibus, quam probitate notior*. Vide Annam pag. 231.

D Ποιωτέσιν] Expressit, ni fallor, hocce vocabulo Anna Gallicum *Pontoise*, seu *Pontése*, vti perpetuo effert Ordericus Vitalis, dum de oppido Pontesiano agit, vt & Iuo Carnot. Epist. 28. Sed & fluuius Isara, cui illud adiacet, hodie *Oyse* dictus, *Esia* nuncupatur a Vibio Sequestro. Fuit igitur *Ponteses* iste Comes Annæus ex familia Pontesiæ, seu Velocassium, vel, si mauis,

Vilcassini

Vilcaſſini Comitum: cuius cognominis eo florebant æuo *Radulfus*, cognomento Delicatus, & *Heremarus de Ponteſia*, (cuius mentio eſt apud Vitalem lib. 3. pag. 496.) Amalrici filij, Drogonis Ponteſiæ, ſeu Vilcaſſini, & Ambianorum Comitis nepotes, qui quidem Radulfus & Heremarus, eorumque liberi, quod Ponteſiani oppidi partem aliquam hæreditario poſſiderent, nonnunquam Ponteſiæ Comites indigitantur in veteribus tabulis. Radulphi meminerunt aliquot quæ habentur in Hiſtor. S. Martini de Campis pag. 504. 505. 506 & in Hiſtor. Bellouacenſi a Louueto edita Tom. 1. pag. 691. Stemma vero Ponteſianæ familiæ extat apud Du-cheſnium in Hiſt. Monmorenciaca lib. 2. cap. 7.

Σκόπια] Vrbs ad Axium amnem. Scopia numero ſingulari apud Cantacuzenum lib. 3. cap. 42. lib. 4. cap. 19. ὁ τῶν Σκοπίων πολίχνιον apud Nic. Gregoram lib. 8. τὰ Σκόπια apud Laon. lib. 1. Scylitzem pag. 705. Annam pag. 252. & Tzetzem Chil. 12. cap. 396. Σκόποι Stephano Byzantino. D

Ὀστρόβον] Ὀστρόβος λίμνη, haud procul a Bodenis, Acropolitæ, & Scylitzæ pag. 705. 711. Meminit etiam iſtius paludis Cantacuzenus lib. 4. cap. 19. hodie *Oſtro*, in charta Sophiani. D

Σερβίων] Vrbs ad confinia Botiææ & Theſſaliæ, τὰ Σέρβια Scylitzæ pag. 704. numero multitudinis, non Seruij, vti vertit Interpres, quo perinde in errore verſatur Pontanus ad Cantacuz. lib. 4. cap 19. cuius hæc ſunt: ἐξεστράτευσεν αὖθις κατὰ Σερβίων, πόλις δὲ ταῦτα οὐ μικρά, ἐν μεθορίοις κειμένη τῆς Θετταλίας. D

Βοδηνῶν] Τὰ Βοδηνὰ, oppidum ad Erigonium fluuium, hodie *Vodena*. Vide Cantacuz. lib. 1. cap. 54. Bodena in Bulgaria ſtatuit Scylitzes pag. 709. ſitum vrbis exhibet pag 705. his verbis: Φρούριον δὲ τὰ Βοδηνὰ ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου κείμενον, δι' ἧς καταῤῥεῖ τὸ τῆς λίμνης τοῦ Ὀστρόβου ὕδωρ ὑπὸ γῆς κάτωθεν ῥέων ἀφανῶς, κἀκεῖσε πάλιν ἀναδυόμενον. Τὰ τῶν Βοδηνῶν τέμπη habet Acropolita cap. 80. D

Τὰ Μόγλενα] Vrbs Epiſcopatu inſignis apud Scylitzem pag. 709. 710. Cantacuzenum lib. 1. cap. 44. & 46. Τὸ τῶν Μογλένων θέμα habet Zonaras p. 237. D

Ἀσπρὰς] Ἀσπρὸς hoc loco Album ſignificat. Vide Gloſſaria. Pag. 137. A

Σαρακηνόν] De Comite, Saraceno cognominato, ſilent Scriptores rerum Normannicarum. Fuit olim in Campania noſtra familia hocce cognomine, cuius alicubi meminit Ioinuillæus in Hiſt. S. Ludou. & charta Philippi III. Regis Franc A. MCCLXX. in Probat. Hiſt. Caſtilioneæ pag. 69. De eadem etiam quædam habent Scipio Ammiratus & Campanilis in Familiis Neapolit. Alium eiuſdem cognominis Comitem memorat Anna pag. 390. A

Ῥεβόλδος] Malim Ῥενόλδος, vt ſit Renoldus, vel Renaldus, cuius nomenclaturæ occurrit *Rainaldus Muſca*, inter Comites Normannicos, Guiſcardi ſocios, apud Willelmum Apul. lib 2. A

Γελιέλμος] Inter Nobiles Normannos, qui in Italia ſedes fixerunt cum Guiſcardo, recenſetur a Guillelmo Apul. lib. 3. *Guilielmus filius Yuonis*, cui Dux conceſſerat vrbem Betontinam. An vero idem, qui hoc loco ab Anna memoratur, non plane conſtat. A

Κατὰ τὸν νόμον Κελτῶν] Licebat veterum Francorum legibus de obiectis criminibus duello ſe purgare, quo victus pro conuicto habebatur. Id paſſim videre eſt in LL Burgundicis, Bajoar. Alaman &c. Barclaius in Icone animorum, de Gallis: *His autoribus quondam factum, vt in dubiis iudiciis, cum vtrimque argumenta eſſent obſcura, armis litigantium crederetur. In circum arenamve dimiſſi pugnabant, victus pro nocente habebatur. Et inde veſaniæ origo hanc ætatem infeſtans, quæ iam auctis finibus, cum olim Magiſtratuum arbitrio eſſet, hodie ad priuatorum libidinem deſæuit.* Vide Sauaron. in Tract. de Duellis, & Iſaac. Pon- A

tanum lib. 6. Orig. Francic. cap. 17. Transiit etiam in Imperium Græcanicum Duellorum vsus ἐπὶ τοῖς ἀδήλοις. Vide Pachymer. lib. 1. cap. 10.

A Καὶ ἡττηθεὶς] Iussi igitur Monomachiam cum delatoribus inire Renaldus & Guilielmus Comites, ab iis in arena coram Iudicibus deuicti, tamquam rei Dei iudicio conuicti, pœnas dederunt. Pœna vero illa, quæ victo irrogabatur, varia & diuersa erat pro criminis obiecti, vel denegati ratione: grauior nempe in capitali, leuior in leuiori crimine. Verum quia leges & edicta Principum duelli iudicium, seu examen, nusquam fere nisi in capitalibus causis admittebant, factum inde vt extremo affectos supplicio victos plerumque legamus, aut membris mutilatos. Philippus, cogn. Pulcher, Franciæ Rex, in ea, quam de Duellis edidit, constitutione An. MCCCVI. *Encore voulons & ordonnons, que se le vaincu est vif, qu'il soit en estant leué, & par les Rois d'Armes, ou Heraus luy soient les esguillettes couppées, & tout son harnois çà & là par le champ ietté, & puis à terre couché: & se il est mort, soit ainsi desarmé, & là laissé iusqu'à nostre Ordonnance, qui sera de pardonner, ou faire iustice, tout ainsi que bon nous semblera.* Harduinus *de la Iaille*, in Tractatu MS. *du Champ de Bataille*, ad quæstionem, qua mulctari pœna victus debet, sic reponit: *Si c'est pour trahison ou meurdre, droit d'armes, raison & iustice veulent qu'il soit par le Sergent criminel couché, lié, & traisné sur vne cloie, les pieds deuant, hors du champ, & de là par cheuaux au gibet, pour estre pendu, ou en la place de la ville auoir la teste tranchée, & le tout selon la Coustume du Duché*, &c. His consentanea sunt quæ habet Butelerius in Summa Rurali part. 1. tit. 39. At pœna non accusato duntaxat, si superari contingeret, infligebatur, verum etiam accusanti & delatori, si duello succumberet, qui hoc in casu talionis pœna plectebatur. Comes Glocestrensis in Tract. MS. de Duellis: *Bonne foy & bonne loy d'armes vent, que l'appellant ait encore mesme peine que le deffendant deueroit auoir, s'il estoit jà vaincu & desconfit.* Id disertis verbis in Legibus a Friderico I. Imperatore conditis cautum scribit Guntherus lib. 7. Ligurini:

Vulneris, aut cædis conuictus, voce duorum,
Qui modo non fuerint violato sanguine iuncti,
Hic caput, ille manum perdat. Si teste carebit
Altera pars, facinusque volet formidine pœnæ
Abiurare reus, poterit iurare, volentem
Quilibet oblato licite reprobare duello,
Passurus similem, non victo crimine, pœnam.

Idipsum statuit Philippus Augustus Franciæ Rex in Neustria, seu Normannia nostra deinceps obseruandum: cum antea, non vt in cæteris Galliæ prouinciis, ex veterum Normanniæ Ducum edictis vsus inualuisset, vt delator duello victus, certam pecuniæ summam reo numeraret, ab omni pœna de cætero liber. Willelmus Brito lib. 8. Philipp.

Quædam aut in melius iuri contraria mutans
Constituit, pugiles vt in omni talio pugna
Sanguinis in causis ad pœnas exigat æquas:
Victus vt appellans, siue appellatus eadem
Lege ligaretur, mutilari aut perdere vitam,
Moris enim extiterat apud illos hactenus, vt si*
Appellans victus in causa sanguinis esset,
Sex solidos decies cum nummo solueret vno.
Quod si appellatum vinci contingeret, omni
Re priuaretur, & turpi morte periret.

* *Normannos*

Iniustum iustus hoc iuste Rex reuocauit,
Reque pares Francis Normannos fecit in ista.

Sane in Legibus Willelmi Nothi a Bromptono, Lambardo, & Seldeno editis nihil a me eiusmodi obseruatum, iis locis vbi de duello agitur. Porro duello victos supremo mulctatos supplicio passim tradunt Scriptores: Annales Franc. Bertiniani A. DCCCXX. Chron. Hildesheimense A. DCCCCLXIX. Dithmarus lib. 3. Simeon Dunelmensis & Radulfus de Diceto An. MXCVI. D. Bernardus Epist. 39. Henricus de Knighton An. MCCCLXXXV. Monstreletus 1. Vol. cap. 23. Edwardus Bysseus in Not. ad Vptonum pag. 36. &c. Arma vero duello succumbentis, Comitis Stabuli erant, qui certamini iudicis loco præerat, vel Domini, per Leges Hierosolymitani Regni, quas *Assisias* vocant, cap. 96. *Et celui qui sera mort el champ, le Seignor le doit faire trainer & pendre: & les armes dou vaincu doiuent estre dou Connestable, & celles dou vainqueur qui sont brisées, & cheent sur le champ. Et se pais est faite de la bataille, puis que les Champions s'en sont laissez aler ensemble, toutes les armeures, qui sont cheus el champ brisées & entieres, doiuent estre dou Connestable: & se il n'y a Connestable, doiuent estre dou Seignor.* Quinetiam ipsa victi bona fisco Domini, cuius cliens, seu vassallus erat, addicebantur, siquidem capitale esset crimen, de quo accusatus fuerat. Harduinus supra citatus: *Et le reste de ses biens sont au Prince confisquez.* Libera ab omni ære alieno, vt est apud Philippum *de Beaumanoir* MS. cap. 61. *Cil qui est vaincus perd le cors, & quanque il a de quelque Signeur qui le tiegne, & vient le forfeture a casque Signeur de qui il tenoit, & si mueble, & sera tel aussi assignement dessos qu'il est troué. Et en cette maniere quiconques est condamné de lait fet, par lequel fet il doie perdre le cors, si mueble & si heritaige sont demené en cette maniere; ne li Signeur qui ont le sien par reson de forfeture, ne sont tenus à paier riens, que cil qui est condamnez du fet deust de dete.* Inter Arresta Scaccarij Paschatis A. MCCLXVII. In secundo Regesto Ioannis de S. Iusto, quod extat in Camera Comput. Parif. fol. 37. hæc de eiusmodi bonorum confiscatione habentur: *De quodam homine Vicecomitatus Auribeci (Orbec) petente bona aduersarij sui, quem per vadium belli deuicit, & suspendi fecit, ad ipsum pertinente per consuetudinem Normanniæ, vt dicebat; quæ quidem bona dictus Vicecomes tenebat pro Rege, concordatum fuit, quod dictus homo victoriam habens, bona mobilia habebit, & immobilia Dominis in quorum terra consistunt remanebunt, si de consuetudine debeant habere.* Denique si victus veniam & vitam a Principe impetrasset, pro mortuo habebatur, eiusque bona Principis, aut Domini, cuius cliens erat, fisco adiudicabantur. Vel si duellum initum esset in prouincia, vbi bonorum confiscatio locum non haberet, transibant statim in legitimos hæredes. Extat Arestum, seu Placitum, Senatus Parisiensis latum in Festo S. Martini A. MCCLXXXI. aduersus Hugonem *de Tiffauges* Valetum, siue Armigerum, qui tertiam partem Bellævillæ sibi deberi contendebat, vt quæ vxori ex Mauricij de Foresta Militis, patrui, successione obuenisset, *quem dicebat pro mortuo haberi debere, pro eo quod in duello facto inter dictum Mauricium de Foresta ex vna parte, & Mauricium de Castromuri ex altera, in Curia Vicecomitis Thoarcensis Domini sui, dictum Mauricium de Foresta victum fuisse dicebat.*

Καστορίαν] Castoriam paulo ante expugnarat Robertus, capto scilicet Dyrrachio, eiusque præfecturam Fortino de Rosana commendauerat, vti narrat Malaterra lib. 3. cap. 29. B

Πελαγονίαν] Pelagonia, Macedoniæ oppidum, Liuio notum, Castoriam inter & Axium fluuium, vt habent Tudebodus lib. 1. & Cantacuzenus lib. 1. cap. 51. in patentibus campis extructum, vt est apud Nicetam in Man. lib. 3. C

N. 1. *Vallis Pelagoniæ* meminit Raymundus de *Agiles.* Vide Cinnamum lib. 3. pag. 73. A.

C Τρίκαλα] Vrbs ad Strymonem fluu. Tzetzæ Chil. IX. cap. 280. Cantacuzeno lib. 2. cap. 28. *Castrum de la Tricala* Sanuto Epist. 3. Vide Belonum lib. 1. Obser. cap. 55.

C Γεωργίου] 23. April. Menolog. Gr. Codin de Off. cap. 15. N. 9.

D Τζίβισκον] Meminit etiam Guillelmus Apul. Tzibisci capti, & obsessæ Laodicææ lib. 5.

Exultans capti Boamundus honore Ciuisci,
Obsidet insigni Larissam nomine claram,
Ad quam delatos thesauros Imperiales,
Quamque opibus magnis audiuerat esse repletam.

Pag. 138. A Βουνοῦ τῶν Κελλίων] *Cellia*, mons Larissæ vicinus, ita dictus a Cellis, seu Monasteriis Monachorum, quibus solenne erat montes & deserta sectari, quo vitam ab omni mundi strepitu seclusam agerent, vt alter eiusdem appellationis locus in Ægypto, apud Sozomenum lib. 6. cap. 31. & Nicephor. Callistum lib. 11. cap. 38. cui id perinde nominis inditum a Monachorum cellis tradunt; κέλλα enim, & κελλίον, vt Latinis, ita & Græcis nuperis cella est & Monasterium. Epistola Concilij Sardicensis: Μακάριον ἐληλυθέναι εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ διεβεβαιοῦντο. Ioannes Patr. Hierosl. in vita S. Ioan. Damasceni: ἀπῆν δέ ποτε τοῦ κελλίου ὁ τοῦ Ἰωάννου ἡγούμενος. Vide Annam pag. 489. Hinc κελλιῶται dicti Monachi, de quibus Goarus ad Codin. pag. 73. Cellarum Thessalicarum meminit Itinerarium Hierosol. & Antonini, vt & Monasteriorum *Kelliæ* Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 42. qua queritur Archiepiscopum Larissenum indebitas iis exactiones imperare. Meminit præterea Septima Synodus Act. 4. Leonis Ἡγουμένου, seu Abbatis Monasterij τοῦ ἁγίου Γεωργίου τῶν Κελλίων. Ab eiusmodi Monachorum cellis dictus etiam forte locus, *Cellæ* in Aemathia, & *Cellia* in Bithynia apud Annam lib. 12.

A Βλαχικόν] De Vlachia, seu Walachia Macedonica, quam Μεγαλοβλαχίαν vocat Pachymeres lib. 1. cap. 30. diximus in Notis ad Villhard. N. 106. Adde Cinnamum lib. 6. & ibi Notas nostras.

Pag. 139. C Λυκόστομον] Lycostomum Thessaliæ πολίχνιον facit Cantacuzenus lib. 2. cap. 28. lib. 4. cap. 19. Vide Ortel. in *Peneus.*

B Τὰ τῆς βασιλείας στρατήγημα] Historiam & Stratagema narrat præterea Zonaras.

B Μελισσηνόν] Meminit Guillelmus Apuliensis Melisseni, cui auxiliares copias adducendas imperauit Alexius, cuius fratrem fuisse ait, quia Alexij sororem matrimonij iure sibi deuinxerat. Socium præterea addit Melisseno adiunctum Adrianum, Alexij fortassis fratrem, licet cognatum tantum dicat:

Plurima post triduum duo conduxere potentes
Agmina Græcorum Boamundo bella parantes.
Alter germanus Augusti Melisianus,
Alter cognatus, nomen fuit Adrianus.

D Λιβοτανείνου κλεισούραν] *Clusuras* vocabant Latini, æque ac Græci recentiores ταῖς τῶν στενῶν παρόδοις, vt est apud Leonem in Tacticis. Anna lib. 10. pag. 272. τὰ γὰρ Τέμπη, ἅπερ κλεισούρας ἡ ἰδιῶτις οἶδε γλῶσσα. Hic vero Clusuræ vocabulo angustias ad alueum Penei, seu Salabryæ fluuij, qui Ossam inter & Olympum fluit, haud dubie intellexit. Prælium enim ad Larissæ vrbis conspectum, quæ Peneo adiacet, commissum narrat, a qua haud procul abest locus celebratissimus, Thessalica Tempe, circa Penei ostia, ad vtramque eius ripam, Larissam inter & mare. Quemadmodum enim non vno loco

Anna quaslibet *Clusuras*, seu angustos montium aditus, *Tempe* vocat, ita ipsamet Thessalica Tempe *Clusuras* nuncupauit, vocabulo synonymo. Nec obstat quod hic *Libotanini Clusura* dicitur, cum toto hoc tractu, quem a Larissa ad mare percurrit Peneus, montibus & collibus impedito & implicato, occurrant angustiæ plures, seu *Clusuræ*, quæ ab Oppidorum, aut Castrorum inibi extructorum vicinia nomen sortitæ sunt, vt est illa quæ pag. 141. *Dominici Palatium* appellatur, in ipsismet Thessalicis angustiis. Tzetzes Chil. IX. cap. 280.

> Τέμπη δὲ καὶ κοιλώματα Θετταλικὰ, καὶ ὄρη
> Α῾ Πένειος διέκοψεν ὁ ποταμὸς ἐκρέων,
> Καὶ μέσος δὲ φερόμενος ῥοιῷ καταστύρει τούτων.

Vide Cioffanum ad 7. Metamorph. Sic in Alpibus, quas Eustathius ad Dionysium a voce Gallica κλεισούρων denotante dictas opinatur, quæ extant angustiæ a locis proximis nomen sortiuntur. *Clusas* & *Clusuras* in Alpibus passim legimus apud Prosperum Aquit. in Chronico, Fredegarium, & alios Francicæ Historiæ Scriptores. Quo quidem *Clusæ* nomine in iis superest etiamnum Castrum, in præruptis & altis Rhodano imminentibus saxis positum, de quo Hist. Episcop. Autissiod. cap. 54. & Rhellicanus ad Iul. Cæsaris lib. 1. de Bello Gallic. Illud idem, quod Ennodius in vita B. Epiphanij *Clusuras* vocat. *Clausuras* etiam statuit in Pyrenæis Iulianus Toletan. in Hist. Wambæ Reg. *Pyrenæorum claustra* dixit Orosius lib. 7. cap. 40. *Puertos*, seu *Portus* appellant Hispani, voce Vlpiano nota, L. 59. D. de Verbor. signific. *Portas* dixit Geographus Nubiensis, vt Græci πύλας, hinc Thermopylæ, Necropylæ, &c. Porro non modo angustiæ *Clusuræ* dictæ, sed & ipsa quæ ad angustiarum munimenta ædificantur castra. Theophylactus Simoc. lib. 7. cap. 14. ἐντεῦθεν οἱ βάρβαροι τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων περιεκάθηντο, κλεισούρας τῇ πατρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλεῖν ταῦτα εἰώθασιν; quæ totidem verbis habentur apud Suidam. Qui eiusmodi castris præfecti erant, κλεισουράρχαι dicti Græculis, Luithprando lib. 5. cap. 8. *Clusurarum Custodes.* Sed hæc nota.

Ῥεβέννικον] Oppidum ad Thessalica Tempe, *Rauennica* Innocentio III. PP. lib. 13. Epist. 137. lib. 14. Epist. 119. Vide Hist. nostram Gallo-Byzantinam lib. 2. N. 9. D

Ἀλλαγῆς] Meminit Allagæ, loci ita nuncupati, Gregoras lib. 4. quem ad Lysimachiam statuit. Idem vero ἀλλαγὴ sonat, quod apud Latinos *mutatio*: vnde coniicere est locum fuisse mutandis equis addictum, cuiusmodi passim recensent Itineraria. Certe *mutationes* varias hoc in tractu habet Hierosolymitanum. D

Βρυέννιον] Qui Guillelmo Apul. *Brienus*. Genus ducebat ille, non ex familia Comitum Briennensium in Campania Belgica, sed a Comitibus, seu Ducibus Britanniæ Armoricæ; vnde a Francis ortum, & τῶν ἐπιφανῶν, hoc est, ex illustrioribus, fuisse dicitur ab Anna. Brienum enim illum esse, seu Briennium, cuius mentio occurrit apud Willelmum Gemeticensem lib. 7. cap. 41. Ordericum Vitalem lib. 4. ad An. MLXVIII. & Thomam Walsinghamum probabile est; filium scilicet Odonis Redonensis, Penteuriæ Comitis, Alani III. Britanniæ Ducis nepotem, qui Willelmum Nothum, cuius Diploma pro Monasterio Sandionysiano subscribit apud Doubletum lib. 3. cap. 12. in Angliam secutus, rerum præclare gestarum gloria non modice inclaruit, fusis & deletis duobus Haraldi Regis filiis. In Italiam postea profectus, Guiscardum adiit, a quo Constabularij, quæ tum suprema erat, dignitatem obtinuit, quod hic indicat Anna: qua etiam fungebatur, cum capta ab Alexio, * cui ille præerat Castoria, in patriam, hoc est, in Italiam, Pag. 140. B

* Anna pag. 143. 152.

rediit. Nam ſub Rogerio Duce, Boemundi fratre, in Apulia & Calabria eodem functum munere docent veteres chartæ annorum MXCIII. & MXCVII. quas profert in Epiſcopis Melphenſibus Fernandus Vghellus. Vnde patet Brienum non Boemundi, ſed Roberti, ſeu potius Apuliæ Conſtabularium fuiſſe. Boemundi vero Conſtabularius memoratur Nobilis Normannus, nomine Ilgyrus, qui Boemundum in Galliam comitatus venit anno MCVI. vt autor eſt Eadmerus lib. 4. Nouorum, a quo *Magiſter militum Boemundi* appellatur. Ab hoc Brieno familiam Baronum Caſtri-Brieni, ſeu *de Châteaubrien* in Britannia Armorica, orditur Auguſtinus *du Pas* in Famil. Armoric. Vide Geſta Steph. Reg. Angl. lib. 1. & 2. & Argentreum in Hiſt. Brit. lib. 4. cap. 40. Cæterum prælium iſtud ad Lariſſam ſic perſtringit Guillelmus Apulienſis:

Obſidione ſuæ turbatus Alexius vrbis
Innumera cum gente venit, pugnamque virilem
Contra Normannos exercuit. Obuia namque
Pugnando cædit ſibi gens comitata Brienum,
Non modicum ſpectans Boamundus collibus agmen,
Imperij pariter Rectorem credit adeſſe.
Irruit, & trepidos hoſtes, vt niſus alaudas,
Inſequitur, populo Græcorum exercitus huius
Terga dat: at tantus contexit puluis vtrumque,
Ut neuter videat, quorſum pars altera tendit.
Abdita ſyluarum victi petiere Pelaſgi.

D Καὶ γὰρ Κελτὸς ἀνὴρ] Vide pag. 398.

D Πεδίλων πεδάλματα] *Calcarium aculeos* vertit eruditus Interpres. Verum, aut fallor, intelligit Anna hoc loco prominentes & vltra pedum longitudinem proſilientes extremas calceamentorum partes, deſinentes in acumen quoddam: cuiuſmodi videre eſt in pleriſque Nobilium Noſtratium ſimulachris, ac præſertim in Comitibus Hollandiæ Philippi Gallæi, quibus viſis, nemo eſt qui non vltro fateatur his extantibus aculeis inceſſum curſumque impediri. Atque ideo Tactici Græcanici, cum de militum veſtibus agunt, id potiſſimum vetant, ne eorum calcei hiſce aculeis promineant. Leo Aug. cap. 6. §. 26. τὰ ὑποδήματα αὐτῶν μὴ ἔχειν ὀξείας ἔμπροσθεν. Iſtiuſmodi roſtratorum calceorum autorem Fulconem Andium Comitem facit Ordericus Vitalis lib. 8. non quod ille eos adinuenerit, ſed quod in Galliam primus illorum vſum inuexerit. Nam apud Romanos viguiſſe calceos repandos & vncinatos, docent Cato apud Feſtum, Cicero lib. de Nat. Deor. Tertullianus de Pallio cap. 5. & alij, quorum ea erat forma, vt in arcuatum acumen deſineret, vnci ad inſtar in altum reflexa, vnde *vncipedes* eidem dicti Tertulliano, qui calceis vncinatis vtebantur. Sed & S. Auguſtinus Serm. de Tempore 248. grauius inuehitur in *veſtimentorum muliebrium affectatam ſimilitudinem, calciamentorum quoque metas neceſſitatis excedentem ſimulatam longitudinem.* De Fulcone ſic Ordericus: *Hic in multis infamis & reprehenſibilis erat, multiſque vitiorum peſtibus obſecundabat. Ipſe nimirum quia pedes habebat deformes, inſtituit ſibi fieri longos, & in ſummitate acutiſſimos ſubtalares, ita vt operiret pedes, & eorum celaret tubera, quæ vulgo vocantur Vniones,* (Latinis Gemurſæ.) *Inſolitus inde mos in Occiduum orbem proceſſit, leuibuſque, & nouitatum amatoribus vehementer placuit. Vnde ſutores in calceamentis quaſi caudas ſcorpionum, quas vulgo Pigacias appellant, faciunt, idque genus calceamenti pene cuncti diuites & egeni expetunt.* Et mox: *At in iſtis diebus veterum ritus pene totus nouis adinuentionibus commutatus eſt. Fœmineam mollitiem petulans iuuentus amplectitur, fœminiſque viri*

curiales in omni lasciuia summopere adulantur. Pedum articulis, vbi finis est corporis, colubrinarum similitudinem caudarum imponunt, quas velut scorpiones præ oculis suis prospiciunt. Idem Scriptor lib. 11. *Peruicaces nempe filij Belial capita sua comis mulierum comunt, & in summitate pedum suorum caudas scorpionum gerunt, quibus se per mollitiem fœmineos, & per aculeos nempe serpentinos ostendunt.* Ex his Orderici verbis iam modo percipimus, cur Robertus Comes Atrebatensis, apud Mathæum Paris. A. MCCL. Anglos vt *caudatos* non semel perstrinxerit, quos caudatis & aculeatis istis calceamentis plus solito vsos constat: *Nunc bene mundatur magnificorum exercitus Francorum a caudatis.* Et infra: *O timidorum caudatorum formidolositas! quam beatus, quam mundus præsens foret exercitus, si a caudis purgaretur & caudatis.* Petrus Blesensis Epist. *66.* de Henrico II. Anglorum Rege: *Arcuati pedes, equestres tibiæ, torax extensior, lacerti pugiles, virum fortem, agilem & audacem denuntiant.* Certe calceos rostratos in vsu fuisse sub Roberto Rege, cui coæuus fuit Fulco, docet Adalbero Laudun. Episcop. Carm. ad Robertum Regem:

Cœpit summa pedum cum tortis tendere rostris.

Neque vnicus & solus est Ordericus in hoc ridiculo rostratorum calceorum more exagitando: Guibertus Abbas Nogenti lib. 1. de vita sua: *Vestium qualitates in tantum sunt ab illa veteri frugalitate dissimiles, vt dilatatio manicarum, tunicarum angustia, calceorum de Corduba rostra torticia, totius vtique iacturam videas clamare pudoris.* Petrus Damian. lib. 5. Epist. 16. *Hic itaque nitidulus & semper ornatus atque conspicuus incedebat, ita vt caput eius nunquam nisi Gibellina pellis tegeret, —calceus postrema ad aquilini rostri speciem non falleret.* Guillelmus Malmesb. lib. 4. de Gest. Anglor. *Tunc fluxus crinium, tunc luxus vestium, tunc vsus calceorum cum acuminatis* (al. arcuatis) *aculeis inuentus.* Gaufridus Vosiensis cap. 74. *Longa in ocreis vel calceis rostra gestant.* Denique tradit Autor Magni Chronici Belg. A. MCCCLXXIV. sectam Chorizantium Leodiensium, *rostra calceorum clamasse se abhorrere, vnde in Leodio fieri tunc vetatum.* Eiusmodi etiam *rostra* vetat Regula Templariorum cap. 29. In ea grauius inuehitur Gersonus Cancellarius Parisiensis, vbi de corruptis Clericorum æui sui moribus conqueritur, Decl. def. vir. Eccl. §. 59. *Quid quod quarumdam Ecclesiarum Canonici calceis rostrati, vestibus accurtati, abiecto Clericali habitu, militarem assumunt.* Denique iis interdicuntur in Concilio Senonensi A. MDXXVIII. cap. 24. *lunati & cornuti calcei.* Cuspides autem ita demum porrexit ætas recentior, vt essent plus quam bipedales Autor Historiæ Caroli VI. in Bibl. Thuana A. MCCCXCVI. de Francis ad Nicopolim, *Vestimenta fimbriata & manicata superflue, & semper calciamenta rostrata longitudinis duorum pedum, & quandoque amplius deferebant: quæ reprehensibilis dissolutio inter Nobiles, & specialiter Franciæ vigebat.* Addit Spelmannus, adeo producta eiusmodi rostra, vt hæc alij catenis argenteis, alij deauratis, plerique fibulis e bysso a tibiis suspendere cogerentur: & Edwardus IV. Angliæ Rex A. MCCCCLXIV. lege sanxerit, vt nemo cuspides illas vltra duos pollices produceret, sub pœna XX. solidorum. Sed rostrorum in calceis vsus iam penitus in Gallia cœpit obsolescere Carolo VI. regnante, vti docemur ex eodem Scriptore vitæ illius, quod ea potissimum in præliis, si aut pedes incedendum, vel pugnandum esset, haud leue incommodum militibus procrearent. Sic ille de Francis cum Baiazete pugnaturis: *Et vt leuius pedestres possent incedere, rostra longa & superflua calceorum amputarunt: quæ, proh pudor! reprehensibilis & vana curiositas inter Nobiles huc vsque viguerat, & tunc terminata fuit.* Quæ quidem non minimum illustrant hunc Annæ locum. Nescio an ad Orderici *Pigacias* spectent illa Willelmi de Guigneuilla, Poetæ Vernaculi:

Au lignolet le veux cauchier,
Et neuue robe li bailler,
Li contoier de joielles,
De tablettes & de coudelles,
De gresle coroie ferrée,
Et de bourse papelotée,
De las de soie desguisez,
Rouges & vers entremeslez,
Du cointement ESPIGACHIER
Le veux toûjours, & couchier
Toutes les nuis mult noblement,
Et li faire son aisement.

At vnde *Pigaciarum* vox iis seculis inducta sit, fateor nihil mihi occurrere, vt & quare apud Martinum de Bosco-Gualteri in vita B. Mariæ de Malliaco dicantur eiusmodi calceorum rostra *Poulainiæ* vocabulo istius Autoris æuo, hoc est C. A. MCCCL. innotuisse. Sic vero ille Scriptor cap. 5. §. 36. *In illis diebus nobiles & potentes illam sotularium acutiam longissimam, quam Poulainiam vocabant, penitus contempserunt: inter quos Miles quidam Reginaldus nomine, tibia & pede protensis illam a sotularibus suis amputari permisit, voluit, & præcepit: & hoc in domo Reginæ, vt cæteris in posterum transiret in exemplum.*

Pag. 141. A Κονίσαλος] Idipsum obseruat Guillelmus Apuliensis loco citato.

B Σαλαβεία] Ita dictus recentiori æuo Peneus. Eustath. ad Dionys. Πηνειὸς ὁ νῦν Σαλαβείας καλούμενος. Tzetzes Chil. 9. cap. 280.

Καὶ Σαλαμβεία παρ' αὐτοῖς βαρβάροις ἰδιώταις.

Pag. 142. C Οὔζας] Vsas vel Vsus, a gente & natione, inquit Anna, nomen sortitus. Sunt vero Vsi, Scythici populi & Hunnici, Patzinacis & generis præstantia & multitudine haud inferiores, *Husi* Raimundo *de Agiles*, & Tudebodo lib. 2. dicti. De his agunt Zonaras in Const. Duca & Romano Diog. Scylitzes in Monomacho & Const. Duca, Porphyrogenneta de Adm. Imp. cap. 9. 10. & 37. Tzetzes Chil. 8. cap. 224. & Anna pag. 170. 201.

Pag. 143. A Οἱ γὰρ Σικελοί] De Siculorum defectione a Græcis agunt Scylitzes, Zonaras, & Malaterra lib. 1. cap. 7. & seq.

Pag. 144. Μιχαὴλ τοῦ Ψέλλου] De Michaele Psello consulendus omnino vir diffusæ lectionis Leo Allatius, in illa erudita & vbere, quam de Psellis instituit, dissertatione, Romæ edita, vt & in Diatriba de Simeonibus.

C Ναῷ τοῦ Κύρου] Ædes Sacra Deiparæ, Cyri dicta, a conditore Cyro Consule & Præfecto Prætorio, Theodosio Iuniore imperante: cuius etiam iussu murorum vrbis Constantinopolitanæ instaurationem suscepit. Theophylactus Simoc. lib. 8. cap. 8. τῷ ἱερῷ τεμένει τῆς Θεομήτορος προσεπέλασεν, ὃ Κύρου τὸν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Αὐτοκράτορος γεγονότα δείμασθαι λόγος κατέσχηκεν ἀψευδής. Agunt præterea de hocce Templo Theophanes A. Mauricij XX. Anastas. in Hist. Eccl. pag. 84. Paulus Diac. lib. 17. Histor. Misc. Scylitzes in Mich. Paphlag. Codinus in Origin. pag. 54. Edit. Reg. Meminit vero Nicetas in Man. lib. 6. N. 5. Imaginis Deiparæ magno populi concursu ea in Æde cultæ.

Pag. 145. C Ὕπατος τῶν Φιλοσόφων] Hinc discimus Ioannem Hypatum, natione Italum, cuius opera quædam Philosophica & Rhetorica recenset Gesnerus in Bibl. eumdem esse cum Italo Annæo. Id enim suadet omnino Hypati, non cognomen, sed dignitas. Psello quippe vrbe digresso, Italus Ὕπατος τῶν φιλοσόφων audiit. Erat autem dignitas, quæ recensetur inter cætera Palatij Constantinopolitani Officia apud Math. Monachum, omittitur tamen a Codino. Hanc præterea obtinuere Constans Vestarcha apud Allatium Dissertat. 2. de libris Eccl. Græcor. pag. 169. Michael Psellus sub Alexio apud Scylitzem: Amyrnæus quidam sub eodem Augusto, apud Theophylact. Bulg. Arch. Epist. 40. Michael Anchiali & Theodorus Irenicus Cuspas Patriarcha CP. lib. 4. Iuris Græco-Rom. pag. 303. 304. & aliquot alij apud Balsamonem ad Canon. Apost. pag. 621. 673. Nec obstat quod idem Gesnerus tradit quædam Ioannis Hypati scripta Andronico Regi dicata. Fuit enim is Andronicus, non Comnenus,

nenus, ſed ſecundus Conſtantini Ducæ Imperatoris filius, quem parens vna cum aliis filiis, Michaele & Conſtantino, Imperatorem dixit, vti teſtantur Zonaras & Scylitzes. Sed & florebat Italus Michaele Duca imperante, vel certe ante adeptum ab Alexio Imperium, quod diſerte Anna ait pag. 148. Neque alium ab Italo fuiſſe Ioannem illum Philoſophum cenſuerim, quem idem Theophylactus Epiſt. 45. hortatur ad patientiam, & vt inimicis virtutem eius impetentibus viriliter obſiſtat. Vnde liquet Epiſtolam hanc ſcripſiſſe Theophylactum poſt exactum vrbe Italum. Quædam alia eiuſdem opera Philoſophica habet Philippus Labbeus in Noua Bibl. pag. 113. 383.

Διελέγετο γὰρ καὶ ἔπεσι καὶ χερσίν] Quod in diſceptationibus vitandum præſertim monet D. Ambroſius lib. 1. de Offic. cap. 22. *Abſit pertinax in familiari ſermone contentio: quæſtiones enim magis excitare inanes quam aliquid vtilitatis afferre ſolet. Diſceptatio ſine ira, ſine amaritudine ſit, monitio ſine aſperitate, hortatio ſine offenſione: & ſicut in omni actu vitæ id cauere debemus, ne rationem motus excludat, ſed teneamus conſilij locum, ita etiam in ſermone formulam eam tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odium, aut cupiditatis noſtræ, aut ignauiæ aliqua exprimamus indicia.* Pag. 146. B

Ἰασίτας] Iaſitam neſcio quem habet Theophylactus Epiſt. 33. Alium eiuſdem nominis, Ioan. Tzetzes Chil 5. cap. 17. Iobum Iaſitam, Pachymeres lib. 5. cap. 17. Vide Notata ad pag. 502. Pag. 147. A

Τὰ δόγματα ἀναθεματίζονται] Ioannis Itali Anathematiſmi recitantur in Eccleſia Græca die Orthodoxiæ ſacro, editique ſunt in Triodio, ex quo hominis dogmata cuiuis cognoſcere licet, cui haud abſimilis fuit, qui in Gallia poſt aliquot annos floruit Abailardus. Pag. 149. C

IN LIBRVM VI. ALEXIADIS NOTÆ.

ΕΣΤΙ δὲ ἡ θέσις] Caſtoriam lacu cinctam vndique repræſentat etiam Cantacuzenus lib. 1. cap. 54. Καστορίας δὲ αὐτῆς ὀχυρωτάτης οὔσης διὰ τὸ πανταχόθεν περικλύζεσθαι τῇ λίμνῃ. Ad Botiææ confinia ſtatuit idem Scriptor lib. 2. cap. 24. Intra Tanteſſanos montes lib. 4. cap. 21. Caſtoriæ occurrit præterea mentio apud Scylitzem, Gregoram lib. 2. Alderiſium Clim. 5. part. 4. Caſtoriæ vero ab Alexio expugnatæ apud Zonaram; ſub menſem Nou. Ind. 7. An. Chr. MLXXXIII. vt eſt apud Annam pag. 166. Pag. 152. A

Οστρ] Rectius Editio Hoeſchelij ἄστρ; a Caſtro enim in Iſthmi anguſtiis extructo, Caſtoriam dictam vult Anna. A

Διὰ τοῦ μολίσκου] Quid hoc loco Anna velit, diſquirit in Gloſſario Poſſinus, putatque hocce vocabulo aggere firmatam molem, cuiuſmodi obiici ſtagnis ac fluminibus ſolent, intelligi: ita vt Alexius aduectas curribus ſcaphas trahi per crepidinem paludis, deponique in eam iuſſerit. At alia mihi, pace tanti viri, ſuboritur ſententia, reorque μόλισκον, nihil aliud eſſe quam paruulum portum, ſeu anguſtum meatum, quo egeruntur Paludis, Caſtoriam incingentis, aquæ in Erygonem fluuium, per quem ſcaphas ſuas immiſerit Alexius. Nam & a molibus, ſeu crepidinibus portuum, quarum obiectu maris atrocitas retunditur, Portus ipſi, *Moles*, noſtris & Italis dicuntur. Vita S. Virgilij Archiep. Arelatenſis: *Ad littus æquoris, quod vocatur Molis, acceſsit, vbi inſidiator ille quaſi nauem onerariam aduenisse fallaciæ ſpeciem imaginis ante oculos auſus eſt confingere*, &c. Hinc Græci μόλον, & μοῦλον efformarunt eadem notione. Theophanes An. v. Phocæ, ait Conſtantinam Mauricij Imp. vxorem, eodem quo coniux loco, ſublatam a Phoca, ἐν τῷ Pag. 153.

μούλῳ Εὐτροπίου. Idem enarrans Scylitzes, habet ἐν τῷ μόλῳ Εὐτροπίου, ex quibus emendandum Chronicon Alexandr. in quo perperam, Librarij forte oſcitantia, εἰς τὸν μόνον τοῦ Εὐτροπίου irrepſit, pro μῶλον, aut μόλον, vbi iſtorum Scriptorum Interpretes μόλον, & μοδλον, recte *Portum* vertunt. Simocatta enim lib. 8. cap. 11. & Codinus in Orig. CP. pag. 58. cæſum Mauricium ſcribunt Chalcedone εἰς τὸν λεγόμενον Εὐτροπίου λιμένα. Idem Theophanes A. Copronymi XXIV. narrat Chriſtinum quemdam Magaritam, ſeu Apoſtatam, ἐν τῷ μούλῳ τοῦ Ἁγίου Θωμᾶ ignis ſupplicio extinctum. Extat in Antholog. Gr. cap. 27. Epigramma εἰς μῶλον ἐν Σμύρνῃ τῇ θαλάττῃ ἐπικείμενον, in quo Μῶλος ſic deſcribitur:

Τίς βυθὸν ἠπείρωσε, τίς ἐν ῥοθίοισιν ἔτευξεν
Ἀκτὴν ἀμφιρύτην λάεσι μαρμαρέοις;

Eſt igitur μόλισκος diminutiuum a μόλος, paruulus portus; quam vocem pro lapide molari vſurpaſſe videtur Leo in Tact. cap. 19. §. 7.

Pag. 154. A Παυλικιάνοις] Paulicianos cum Manichæis hoc loco Anna & alibi ſæpe confundit; erant enim Pauliciani Manichæorum aſſeclæ. Timotheus Preſbyter lib. περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ· Γειτονεύουσι δέ πως καὶ ἀλλήλοις, εἰσί τινες τῶν αἱρετικῶν, ἤγουν ἔν τισι τῶν δογμάτων αὐτῶν βλασφήμων πρὸς ἀλλήλους, οὕτως Ἀετιανοὶ τῷ Ἀρείῳ, Ναυάται Σαββατιανῷ, — καὶ Παυλικιανοὶ τοῖς Μανιχαίοις. Vide Notata ad pag. 450.

D Μοσυνόπολιν] Villharduino *Moſynople*. Vide Obſeru. noſtras ad hunc Scriptorem.

Pag. 155. B Τὴν ἐνεγκαμένην] Philippopolitanam prouinciam. Vide infra pag. 158. & 450.

Pag. 156. A Βρέβια] Laudant hunc Annæ locum Cujacius ad L. 4. de conueniend. fiſci debit. P. Pithoeus in Gloſſ. ad Capit. Car. M. Meurſius, Gretzerus, & alij. Eſt autem *Breuis*, inuentarium, rotulus, vel chartula continens indicem, ſeu ſummariam rerum quarumpiam deſcriptionem. Gloſſæ Græcolat. Πιττάκιον, *Pittacium, breuis*. Gloſſæ Iuris, βρέβιον, ἡ καταγραφή. Βρεβείοις, Χαρτείοις. Codex Canonum Eccleſ. Afric. καὶ τὸ βρέβιον, ὅπερ τῇ ἐπιστολῇ προσεδήσαμεν. Can. 34. ἐν τούτῳ τῷ βρεβίῳ τῷ ἀποδρεφθέντι ἐκ τῆς ἐν Ἱππῶνι συνόδου. Adde Can. 93. Veget. lib. 2. cap 19. *Quando quis commeatum acceperit, vel quot dierum, annotatur in breuibus*. Lampridius in Alexandro Seuero: *Milites ſuos ſic vbique ſciuit, vt in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militum*. Annales Fr. Bertiniani An. DCCCLXIX. *Vt Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ breues de honoribus ſuis, quanta manſa quiſque haberet — deferre curarent*. Acta Murenſia. *Continentur in ſupradictis capſulis reliquiæ aliorum quorumdam Sanctorum, cum quibus breues non inueniuntur*. Vtuntur paſſim hac notione Scriptores, S. Hieron. Epiſt. 5. S. Bened. in Reg. cap. 32. 41. Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 41. Gregor. Turon. lib. 4. Hiſt. cap. 41. Lupus Ferrar. Epiſt. 80. Vdalricus lib. 1. Conſuet. Clun. cap. 52. Capit. Car. C. tit. 31. cap. 19. Hinc *inbreuiare*, in breues redigere, deſcribere, apud Eckehard. Iun. De Caſib. S. Galli cap. 16. Hincmar. in Præfat. opuſc. 55. Houeden. pag. 779. Annal. Fr. Bertin. A. DCCCLXIX. Ignot. Caſſin. cap. 6. &c.

B Σορῷ τῆς Βασιλ. Ζωῆς] Refert Zonaras Conſtantinum Monomachum Imp. extinctam Zoem Porphyrogennetam coniugem muliebriter luxiſſe, nouaque illam apotheoſi cælitum numero adſcripſiſſe, & pari cum Angelis ipſis honoraſſe cultu: quod fungus ex eius tumulo germinaſſet, tamquam fuerit, vt dicere ſolebat, σημεῖον ἄνωθεν οἰκονομηθὲν, ἵνα μὴ ἀγνοῆται ἡ βασιλὶς τοῖς νοεροῖς συντεταγμένη δυνάμεσι; id eſt, ſignum aliquod ex induſtria procuratum, quo Imperatricem Zoem eodem, quo cæteræ Poteſtates Angelicæ, in cælis ordine

collocatam mortales intelligerent. Tunc etiam ex hac fictitij miraculi occasione probabile est elatam a Monomacho coniugis Thecam a loco, vbi iacebat, varioque auri & gemmarum ornatu decoratam in Secretarium demum translatam, repositamque inter cæteras Diuorum Thecas.

Σεκρέτῳ] Diximus supra ad pag. 84. *Secretum* apud Scriptores Byzantinos pro foro Iudiciali, seu loco in quo exercentur Iudicia vulgo accipi, quod potissimum ex Nouella Manuelis Comneni probauimus. Id præterea adstruit Codinus in Orig. vbi de loco Τόποι dicto: ἔνθα Ζώων ἔκρινε τοὺς μ' Βασιλίσκου, καὶ Σέκρετον τὸν τόπον ἐποίησε. Primus a ciuili ad Ecclesiasticum forum Secreti nomen transtulit Paulus Samosatenus Episcopus, quod ei inter damnationis capita obiectum olim fuit in Synodo Antiochena, vt autor est Eusebius lib. 7. Hist. Eccles. cap. 30. Ecclesiastica Secreta Constantinopoli octo recensent Scriptores; Patriarchæ duo, Maius & Minus; alia M. Oeconomi, M. Sacellarij, M. Sceuophylacis, Chartophylacis, Minoris Sacellarij, vltimum denique M. Protecdici, quod cæteris postremo est adiunctum. De Secreto Maiori Patriarchæ, seu potius Æde ita nuncupata, in qua Iudicia sua exercebat, agunt Theophanes, Paulus Diac. & S. Nicephorus, qui Ædi Sophianæ proximum, siue in ipso Patriarchio, extitisse scribit, Imaginibus ex opere musiuo adornatum. Eiusdem etiam meminit Michael Cerularius Patriarcha CP. in Edicto de proiecto pittacio, apud Leon. Allatium. Secretum Minus ita nuncupatum est, quia erat Ædes priori capacitate inferior: vnde μικρὸν δόμημα dicitur eidem Nicephoro, Imaginibus ex opere musiuo æque adornatum. De hoc posteriore Secreto agunt Theophanes, Scylitzes, & Xiphilinus Patriarcha in Sancito quodam apud Leunclauium. In vtroque Secreto Synodos egisse Patriarcham ex prædictis Scriptoribus colligitur. An vero in altero horum Secreto asseruata fuerit Zoæ Theca (seu σορὸς) vix ausim definire; cum parum vero consentaneum sit in loco Iudiciario collocatam fuisse a Monomacho. Extitit præterea Ædes alia Constantinopoli Secreti nomine donata; quam in ipso Palatio statuere videntur Simocatta lib. 8. cap. 8. & Theophanes A. XXV. Iustiniani, illa forte, quam a Prasina factione vna cum Prætorio, Scriniis, & Carceribus incendio consumptam A. Phocæ VII. narrat idem Theophanes. Pag. 157. B

Ἀντιφωνητοῦ] Ἀντιφωνητὴς Harmenopulo lib. 3. tit. 6. Basilicis, & I. C. Græcis dicitur reus pecuniæ constitutæ, qui pro alio constituit, quem Galli vocant ex verbo *Répondant*, vti obseruatum a Cujacio ad Paul. lib. 1. Sentent. tit. 20. & ex Narratione de Saluatoris dicti Ἀντιφωνητοῦ Imagine, quæ extitit Constantinopoli in Tetrastylo, edita a Combefisio, abunde constat. Qua etiam notione *Responsalis* vox vsurpata legitur in veteri charta Hugonis Lingonensis Episc. A. MCCXXI. In Tabul. Campaniæ Thuani fol. 171. *Nos nobilem mulierem Blancham illustrem Comitissam Campaniæ constituimus plegiam & responsalem.* Est igitur verborum Annæ sensus, Alexium certam pecuniæ summam quotannis Secreto ex ærario publico a vectigalium curatoribus decreuisse inferendam, vice sponsionis eius quæ ex auro & argento Thecæ Zoæ circumposito conflata erat. Porro emissa ab Alexio hac ipsa tempestate Nouella, seu Bulla Aurea, de Ornamentis Ecclesiæ non auferendis, quæ extat in Iure Orientali data mense Aug. V. Indict. An. M. VIMDXC. Christi MLXXXII. B

Βουλὴ ἀνεφάνη] Confer Zonaram in Alexio. B

Δομεστικάτον] Dignitas Domestici; quæ vox occurrit rursum apud Annam pag. 168. & 304. In Nouella Theodos. de Scholarib. apud Balsamon. ad Can. Apost. & Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 8. C

Pag. 158. A Φιλίππου] Πόλις Φιλίππου, non eſt Philipporum vrbs, ſed Philippopolis, cuius confinia incolebant eo æuo Pauliciani.

B Παρίστριον νεμομένων Σκυθῶν] Scythæ Iſtri fluuij accolæ Παρίστριοι Σκύθαι dicuntur Scylitzæ in Monomacho. Conſtantinus Manaſſes:

Ἔβλεψε τοῦτον Δάνουβις, καὶ Σκύθης Ἰστρογείτων.

Παρίστριος πεδιὰς, apud Nicetam in Man. lib. 6. N. 1. παρίστρια, eidem lib. 4. N. 1. τὰ κατὰ Βρανίζοβαν καὶ Βελεγράδα. V. Annam p. 190. 271. & Notata ad p. 242.

B Λόγον ἀπαθείας] Anna rurſum pag. 249. 292. *Verbum ſecuritatis* dixit Paulus Diac. lib. 23. Hiſtor. Miſc. *Vellem effugere, & venire ad te, tranſmitte ergo mihi verbum ſecuritatis, & quos hic habeas amicos, vt hoc eis credam, & mecum occurrant.* Alibi *Verbum* nude, lib. 18. & 19. &c. Ita *Sermo tuitionis* apud Marculfum lib. 1. cap. 24. *In verbo ponere*, in L. Salica tit. 14. & 59. & apud Gregor. Turon. lib. 9. Hiſtor. cap. 19. & 27. hoc eſt, in ſuam tutelam recipere. Hinc noſtris loquendi vſus familiaris, *donner ſa parole, en parole de Roy.* Quo ſpectant quæ de verbis Epiſcoporum habet Petrus Bleſenſis Epiſt. 51. *Verba Epiſcoporum, qui Apoſtolorum ſunt filij & hæredes, vim iuratoriam in ſe habent, vt in eis iuſiurandum ſit, quod eſt verbum ſimplex in aliis, & quod in aliis eſt ſimplex periurium, ſacrilegium ſit in illis.* Id etiam conuenit Regum & Principum promiſſis, quibus ſolenne eſt fidem ſuam nude interponere, præſertim quando cum ſubditis quidpiam agunt, aut iis aliquid pollicentur.

C Ὁ Καρκῖνος] Vide Michaelem Apoſtolium Prouerb. Cent. 11. §. 11. & infra pag. 247.

Pag. 159. B Γίδων] Tres extitere Wiſcardo ex Sigelgaita coniuge filij maſculi; *Rogerius* Dux Apuliæ; alter *Robertus* qui ſubſcribit Diploma Rogerij fratris Ducis Calabriæ pro Eccleſia Conſentina A. MXCIII. apud Vghellum Tomo 9. Ital. Sacr. pag. 257. nec multo poſt obiit; tertius *Guido.* Is nauali prælio cum Venetis inito interfuit, vti Anna commemorat. Fratrem deinde Boemundum in Expeditionem Sacram proficiſcentem comitatus, fortiter iis in bellis ſe geſſit, eoque nomine celebratur a Tudebodo lib. 4. Roberto Mon. lib. 6. Baldrico lib. 3. Guiberto lib. 5. cap. 26. & 27. & Willelmo Tyrio lib. 6. cap. 11. Periit tandem ille ex febri, Boemundo fratre Dyrrachium obſidente Anno Chriſti MCVII. vt docemur ex Scriptore Hiſtoriæ Hieroſol. pag. 608. apud Bongarſium; tametſi probabilius ſoluta iam obſidione, & pace Alexium inter & Boemundum firmata obiiſſe, ex iis quæ ab Anna narrantur lib. 13. pag. 388. & ſeq. Orderico Vit. lib. 11. pag. 824. & vet. Scriptore qui extat To. 4. Hiſt. Franc. pag. 95.

C Βόθρεντον] Rogerus Houedenus: *Ad exitum Inſulæ de Cuuerſu in Romania eſt Caſtellum deſertum, quod dicitur Butentroſt, ſuper littus maris, in quo Iudas proditor natus erat.* Buthrotum, Geographis, vti ſupra monuimus. Seruius ad illud Virgilij lib. 3. Æneid. *Et celſam Buthroti aſcendimus vrbem; hæc ciuitas eſt in Epiro, cuius pars eſt Chaonia, quæ ante Moloſſia dicta eſt.*

D Διεπέρασεν] Traiecit iterum Robertus in Illyricum menſe Septembri, anno ſcilicet Chr. MLXXXIIII. vt autor eſt Malaterra lib. 3. cap. 40. Geſta in hac vltima Roberti expeditione multis refert Guillelmus Apul. lib. 5. quæ ad illuſtrandam Annam integra, etſi prolixiora, hoc loco damus; cum hic egregius Scriptor, licet ſemel editus, haud omnibus obuius ſit.

His ita completis animos intendit ad illud
Propoſitum, quod mente diu tractarat agendum.
Electos igitur nautas, & quos magis aptos
Militiæ nouit, ſecum facit ire Tarentum.
Huc cum gente ſua nauis conuenerat omnis.

Classis magnificos ibi militiæque paratus
Instruit, expensis naues implentur & armis.
Portum Brundusij, qui tutior esse videtur,
His comitatus adit. Transire veretur Hydrunti,
Quo breuior transcursus erat, quia tempus adesse
Cœperat Autumni, tranquilla recesserat æstas.
Vnde timens ratibus, mora ne qua noceret Hydrunti
Ex tempestatis subitis incursibus ortæ,
In portu tuto fit tutus classe recepta,
Expectat flatus prudenti mente secundos.
Inde valefaciens vxori littore stanti,
Restantique simul populo cum coniuge, cœpit
Finibus Ausoniis iam non rediturus abire.
Armatis centum viginti nauibus æquor
Transfretat Adriacum, genito comitante Rogero,
Qui patris esse sequax armorum strenuitate,
Et placida cunctis affabilitate studebat.
Duxit præterea naues, oneraria quarum
Lex erat, has & equis sumptuque repleuit & armis,
Et variis rebus, quas æquoris exigit vsus.
Æquore transuectos exercitus ille coegit
Quem Ducis egregij seruabat filius alter.
Exegere fere menses in littore binos,
Tempestate graui bellum differre coacti.
Temperie placida portum redeunte relinquunt,
Et contra Venetum naues, Danaumque Chelindros
Certamen nauale parant. Dux quinque triremes
Ducit, ducendos commisit quinque Rogero:
Roberto totidem fratri, totidem Boemundo.
His aderant ratium suffragia iuncta minorum.
Innumeris bello Danai duxere Chelindros:
Altera turba nouem confisa triremibus altis,
Quas habiles bello magis esse Venetia nouit,
Roberti naues dum conspicit inferiores
Esse suis, audacter eis congressa recessit,
Atque interpositis Danaum præfulta Chelindris,
Iactibus innumris telorum desuper hostes
Sauciat, & ferri se pondera magna minatur
Iacturum, ne classis eis inimica propinquet.
Vix in ea naui, quæ fert ad bella Rogerum,
Quilibet illæsus reperitur, & ipse lacerto
Saucius, obstanti stat cedere nescius hosti,
Immemor illati sibi vulneris: ardor honoris,
Quantus adesse solet victoribus, incitat illum.
Hunc pater insigni decoratus sæpe triumpho
Accit, & accitum maiori classe Chelindros
Dissociare iubet. Patris impiger ille iubentis
Iussa sequi properans, cum quinque triremibus illis
Quæ sibi commissæ fuerant, inferre Chelindris
Bella parat, Danai nihil hoc pugnante repugnant,
Sed passim fugiunt, vt aues obstare volanti

Non audent aquilæ, cursuque latere fugaci
Coguntur lepores, dum ne rapiantur aduncis
Unguibus, & rostro metuunt cibus esse voraci.
His ita dimotis stat sola Venetica classis.
Robertus, genitique sui, dum stare fugatis
Græcorum ratibus, solas videre triremes,
Inuasere suis cum ratibus acriter illas,
Tamque fuit vehementi impulsus impetus horum,
Ut septem mersis non posse Venetica classis
Elabi speret, solis sed stare duabus
Nauibus ad bellum nil profuit: hostibus omnes
Cedere coguntur, solito Dux more triumphat.
Classe triumphata secum duo millia victor
Ad portum ducit de pugnatoribus istis,
Qui magis obstiterant, quorum audacia maior
Præter eos, alios quingentos annumerauit,
Qui capti fuerant: septem, fugientibus Argis,
Argolicæ naues sunt hoc certamine captæ.
Qui castrum Coryphi seruare fideliter illi
Solliciti fuerant, soluuntur ab obsidione
Quam passi fuerant, Dux dum metuendus abesset.
Exin victrices, & victas ducere naues
Procurat tutis stationibus, vt locet illas
Temporis hyberni Dux incumbente pruina,
Naues & nautas ibi collocat, & remorari
Dum placide redeant æstatis tempora iussit.

Pag. 160. B Κασσώπης] Vrbs portu insignis, a qua Brundusium nauigabatur. Vlpian. L. 1. §. 12. D. de Exercit. Act. *Ut ecce naues quæ Brundusium a Cassiope, vel a Dyrrachio vectores traiiciunt.* Quo loco Laz. Baysius lib. de Re Nauali, *Cassopa* legendum censet, vt & apud Ciceronem lib. 16. Epist. Fam. 9. aitque oppidum esse Corcyræ Insulæ ex Plinio lib. 4. cap. 12. vbi etiam ab Anna videtur statui. *Catzope* dicitur Houedeno & Bromptono A. MCXCI. *Cassiopi Castrum*, D. Gregorio M. lib. 12. Epist. 2. 3. & 8. hodie *Cassopo*. Vide Thomam Porcacchum de Insul. Est præterea eiusdem appellationis Thesprotiorum vrbs in Epiro, de qua Geographi.

B Λιμένα Πασσάρων] Πάσσαρον Molossiæ in Epiro locus apud Pluth. in Pyrrho, & Liuium lib. 45.

D Κονταρείνου] Ex illustri Contarenorum Veneta gente, ex qua prodiere Duces aliquot Reip. Venetæ.

Pag. 161. A Ἄχρι δευτέρου ζωστῆρος] Theodorus Prodrom. lib. 5. τῶν κατὰ Ῥοδάνθην pag. 225.

Ἐκ δευτέρου ζωστῆρος ἄχρι καὶ τρίτου
Πίλοις κατεσκέπαστο νεαροῖς παχέσιν.

Τρίτος ζωστὴρ apud Constant. Manassem in Theophilo, & Nicetam in Man. lib. 2. N. 1. qui ἔσχατος ζωστὴρ dicitur Zonaræ in Theophilo.

B Λαμπρὰν νίκην] Hanc Roberti naualem victoriam in mensem Nouembrem coniicit Romualdus Archiepiscopus Salernitanus: *Dux Robertus collecto agmine iterum in vltramarinas partes statuit proficisci. Quod dum Imperatori Alexio compertum esset, suum direxit exercitum cum multitudine nauium simul cum exercitu Venetianorum, vt maris iter Duci prohiberetur. Contra quos Dux Robertus, vna cum filio Rogerio, cum nauibus suis non segniter progressus, cum iis acriter conflixit mense Nouembri, & nauali prælio commisso, Dux Robertus vna cum filio suo*

Rogerio, victoriam capiens, maxima cæde prostrauit eos, quorum quidem multi in mare demersi, plures autem capti, nonnulli vero per fugam vix elapsi sunt, sicque prostratis hostibus Dux ipse simul cum Rogerio filio exultans tripudio, adiit Boemundum filium suum, quem in terris, quas ibi conquisierat, dereliquit, cum suo exercitu Imperium Constantinopolitanum inuadere cupiens. Anonymus vero Barensis initum Ianuario mense A. C. MLXXXV. Robertum inter & Venetos nauale prælium scribit: *A.* MLXXXV. *Indict.* VIII. *transiit Robertus in Romania in mense Octobri. In mense Ianuarij commisit bellum in mare cum ipsi Benetici, & vicit.*

Βενετικοί] De tertio hoc prælio, vel saltem Venetorum ista victoria, silent C
prorsus Scriptores. Sabellicus dec. 1. lib. 5. ter Venetos cum Roberto mari dimicasse tradit, ac primo quidem prælio Roberti classem debellasse, aliis cladem passos. *Nec ita multo post in Alexij gratiam Veneti in* Normannos *mouerunt, eodem ferme loco vbi prius, sed longe alio euentu pugna commissa est. Victi quidem adeo insignem cladem Veneti accepere, vt ex numerosa classe, quam eo Siluius duxerat, (quia alij mediis aquis cæsi, alij capti essent) paucissimi euasisse dicantur.* Et mox de tertio prælio: *Circa Dyrrachium per hæc quoque tempora a Græcis Venetisque Phalerij* (Ducis Venet.) *ductu aduersus Guiscardum, nec meliore euentu quam antea, Siluio Duce pugnatum reperio.*

Δοῦκαν Βενετίας] Ob præstita sibi his in bellis a Venetis auxilia, Veneto- D
rum Ducem, qua tum dignitate fungebatur Vitalis Phalerius, seu Falierus, qui illam inierat A. MCLXXXIV. Protosebastum dixit Alexius, cæterosque Venetos multis muneribus, magnisque honoribus est prosecutus. Quo quidem titulo ornatum Vitalem prodit etiam Franc. Sansouinus in Venetia lib. 11. pag. 187. prior. Edit. vbi aliquot alios Venetorum Duces similibus titulis identidem ab Imperatoribus Byzantinis cohonestatos testatur, quibus ij ad vitam vterentur. Hoc autem verborum initio Vitalis Diplomata concepta leguntur: *Nos Vitalis Faletro Dux ac Imperialis Protoseuastus.* Additur in Editione Hoescheliana, Ὑπέρτιμον δὲ καὶ τὸν Πατριάρχην ὡσαύτως ἠξίωσε μετὰ τῆς ἀλόγου (legendum ἀναλόγου) ῥόγας. Hypertimorum dignitas Metropolitanorum erat, quorum alij Ἔξαρχοι καὶ Ὑπέρτιμοι, alij tantum Ὑπέρτιμοι dicebantur, vt est in Notitia Andronici. Erat porro ea tempestate Venetorum Patriarcha Dominicus Contarenus, de quo Gregorius VII. Papa lib. 1. Epist. 18. lib. 2. Epist. 14.

Τοὺς ἐκ Μέλφης] Melphitani, seu Amalphitani, nauigationi & mercatu- D
ræ operam non modo impenderunt, sed eo potissimum nomine celebrantur a Scriptoribus, quod primi peregrinas, & quas Oriens non nouerat, merces, in remotiores orbis plagas, lucri faciendi gratia, inferre tentauerint, & in plerisque maritimis oppidis domicilia & officinas, vbi moram facere possent, & commercia sua exercere, nutu quibus illa parebant Principum, possiderent: quod præter Annam hoc loco, & pag. 125. & 163. testantur Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 4. Alexander Abb. Celesin. lib. 3. pag. 366. & Leander Albert. in Descr. Ital. Guillelmus Apul. lib. 3.

Urbs hæc diues opum, populoque referta videtur:
Nulla magis locuples argento, vestibus, auro,
Partibus innumeris, hac pluribus vrbe moratur
Nauta, maris cælique vias aperire peritus.
Huc & Alexandri diuersa feruntur ab vrbe,
Regis & Antiochi: hæc freta plurima transit,
His Arabes, Indi, Siculi noscuntur & Afri:
Hæc gens est totum pene nobilitata per orbem,
Et mercanda ferens, & amans mercata referre.

D Ἐργαστήρια] Amalphitanorum, qui Constantinopoli commercij exercendi causa commorabantur, aliasque in vrbe tabernas, vel officinas, seu potius, quæ ex iis in Imperatorium fiscum inferri solebant vectigalia, Ecclesiæ D. Marci vltro largitur Alexius: nam hac tempestate Amalphis, seu Amalphia, quæ a suis antea regebatur Ducibus, Roberto parebat, proindeque Amalphitanis bellum erat cum Alexio. Extincto enim Ioanne Duce Amalphitano, Ioannis Ducis filio, A. MLXX. Sergioque Ioannis filio exacto, Robertus Ducatum Amalphitanum nactus erat A. MLXXV. vrbe occupata, cui postmodum successit Rogerius filius, vti narratur in Chronico Amalphitano. Vt ergo Amalphitanorum mercatorum animos sibi conciliarent Græci, varia iis in vrbe priuilegia indulserant, *Embolumque*, (de quo infra) *Ergasteria*, quæ *Estacones* dicuntur in charta Boemundi II. Principis Antiocheni, & Ecclesias concesserant. Amalphitanorum vero Ecclesia Constantinopoli vocabatur *Ecclesia S. Mariæ Amalphitanorum de Latina*, vt ex Bulla Alexandri IV. PP. apud Vghellum colligitur. Erant porro varia & complura in vrbe Constantinopolitana ἐργαστήρια ἐμπορείας καὶ πραγματείας διαφόρου, vt ait Iustinianus Nou. 43. quorum nomine Imperatori pensitatio præstabatur, cuius reditus pro certa quantitate ad præbenda luminaria, & ædificia publica, ac tecta reparanda impendebatur, L. 19. Cod. de Oper. publ. aut in sumptus funerum, d. Nou. 43. & 59. & Nou. Leonis 12. a qua pensitatione, aut intributione cæteræ officinæ, quæ ad Ecclesias, vel alias domos pietati dedicatas, vel ad viros illustres, vel ad domum Imperatoriam pertinebant, immunes non erant. Meminit Lex 12. Cod. de Episc. & Cleric. Ergasteriorum, vel tabernarum, ad Ecclesias pertinentium, de quibus agit etiam Gyllius in Constantinopoli lib. 2. cap. 4. sub finem: Benjaminus vero Tudelensis in Itinerario, vectigalis quod cogebatur ex tabernis Constantinopolitanis: *Ipsius ciuitatis tributum singulis diebus viginti aureorum millia conficere aiunt, cum ex locatione tabernarum, tum ex foris venalitiis, & mercatorum vectigalibus.* Ἐργαστηριακὸν dictum illud tributum, quod pro officinis soluebant mercatores, in Diplomate Andronici Imp. apud Phranzem lib. 3. cap. 24. quod nostris *Stallagium.* Charta Communiæ vrbis S. Quintini in Veromanduis apud Hemereum: *Quisquis in forum venerit, stallum suum statuere poßit, vbi terram vacuam repererit, suumque soluat stallagium.* Philippus *Mouskes* in Chilperico:

Si leur donna le vienage,
Des nés & tout le pontenage,
Et l'estalage, & les merciers.

D Ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς Σκάλας] Quemdam CPolitanæ vrbis angiportum assignatum & concessum Venetis ab Alexio refert Cinnam. lib. 6. N. 10. quem Ἔμβολον a multis appellatum ait, forte quod esset ea vrbis pars porticibus exornata, cuiusmodi variæ erant CPoli sparsim in omnibus pene regionibus, quas ἐμβόλους vulgo appellabant. Nam & ἐμβόλους, seu Porticus, Troadenses, Domnini, Fanionis, Eubuli, Marciani, Arcadianas, Regias, Argyropratiorum, Nouas, Fori, Palatij, &c. passim habent Scriptores Byzant. Isidor. Gloss. *Imbulus, ab ambulando, Ambulatorium.* Papias: *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus: sunt enim platearum porticus hinc inde.* Sic autem Cinnamus, eo loco, vbi immunitates & priuilegia Venetis ab Alexio, propter præstitum bello contra Robertum auxilium, concessa commemorat: Οὗτος Ἀλεξίῳ ποτὲ βασιλεῖ χεῖρα παρασχόμενοι σύμμαχον, ὁπηνίκα Ῥομπέρτος ἐκεῖνος ἐξ Ἰταλίας ἐπὶ Δυῤῥάχιον μεταβὰς ἐπολιόρκει τὴν χώραν, ἀμοιβῆς τυγχάνουσι τῆς ἄλλης, καὶ δὴ καὶ στενωπὸς αὐτοῖς ἐν Βυζαντίῳ ἀποτέτακτο, ὃν Ἔμβολον ὀνομάζουσιν οἱ πολλοὶ, μόνοι τε τῶν ἁπάντων διὰ τῶν κατ' ἐμπορείαν δεκάτας οὐδενὶ Ῥωμαίων παρέχοντ. Quo ἐμβόλου vocabulo

vocabulo non tam Porticus, quam vrbis portio, seu regio (nos *quartier* dicimus) intelligitur. Ita etiam Pisanis fœderatis Imperatores Constantinopolitani *Embolum* & *Scalas* concesserant, quod Caloioanni, seu Ioanni Comneno adscribere videntur Annales Pisanorum editi ab Vghello Tom. 3. Italiæ Sacræ. Hæc enim in veteri Diplomate A. MCLXI. quod ab eodem Vghello in Archiepiscopis Pisanis pag. 466. refertur, legimus: *Tibi Benedicto dilecto fratri recipienti in vice Ioannis Operarij operis Pisanæ Ecclesiæ S. Mariæ pro loco ipsius operis damus & irreuocabiliter concedimus Ecclesias, videlicet Embolum, & Scalas, & Stateram quæ sunt in Constantinopoli, & sunt ab Imperatore operi Sanctæ Mariæ concessa*, &c. Atque in eo Diplomate *Embolani* dicuntur Pisani, qui Embolum istum incolebant, aut certe quibus Emboli præfectura demandata erat: *Ita vt neque Archiepiscopus, neque Consules Pisani, neque Missatici, neque Vicecomes, neque Embolani, qui modo sunt, vel pro tempore erunt, nec aliqua persona occasione Pisanæ ciuitatis potestatem habeant aliquo modo de prædictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi.* In alio Instrumento A. MCCXXIV. apud eumdem Vghellum dicto Tomo pag. 501. & 503. fit mentio *Emboli Pelliparorum* in vrbe Pisana: nos diceremus, *le quartier des Tanneurs*. Vide eumdem Tom. 7. pag. 278. Quod vero spectat ad Ecclesias, quas Veneti Constantinopoli tenebant, vna fuit Sancti Archidani, vel Akidani, cuius mentio fit in Bullis Cælestini III. & Honorij III. PP. apud Vghell. in Patriarch. Gradens. Porro Scalarum vocabulo naualia intelligi pridem docuerunt viri docti. Alij Scalas *traiectus maritimos* interpretantur, per quos videlicet nauibus exscensus, aditusve patebat in portum, vel in vrbem. Sic Autor Descript. CP. in Reg. 6. Scalam Sycenam, *traiectum Sycenum*, dixit, quæ alias πέραμα Iustinianarum nuncupatur in Nou. 59. cap. 5. Sycæ enim Iustinianæ dictæ, vti tradit Stephanus Byzantius. Sed & aliæ vrbis Scalæ περάματα in eadem Nou. appellantur: ἔξω τῶν νέων τειχῶν, ἢ ἐν ἄλλοις περάμασιν, id est, *extra nouos muros & alios traiectus*, quemadmodum hæc verba reddidit Cujacius. Atque inde περαμάτων nomenclaturam seruant etiamnum scaphæ ipsæ quibus Fretum Sycenum traiicitur, vt autor est Petrus de Valle Epistola 2. Horum traiectuum sub Scalarum nomine meminit Nouella 159. in princip. & L. 7. Cod. de Aquæd. lib. 11. Quin & ipsæ in continenti *Clusuræ*, seu angustiæ, *Scalæ* videntur etiam nuncupatæ. Certe Cinnamus lib. 1. meminit loci, *Mala Scala*, Κακὴ Σκάλα, dicti, quod, vti scribit, esset χωρίον ἐρυμνὸν & ἀπόκρημνον. Scala igitur non tam portus, quam ipse traiectus maris dictus est, vocabulo a Latio deducto, ex eo quod Græci veteres traiectus omnes, seu freta, βάθρα, (quæ vox Latinis *Scalas* notat) appellarent. Ita Euripides in Aulide v. 80. στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα, vocauit angustum fretum, quod Aulidem Bæotiæ a Chalcide disterminat, *tam modicum, vt ponte iungatur*, teste Plinio, seu vt Solinus, *per fabricam breuissimæ machinæ adeatur pede.* Ab eodem fonte traiectus iidem *Gradus* a Latinis nuncupantur. Nec enim sunt Gradus, quod vult Surita, pontes ad maris, aut maiorum fluuiorum littora, sed freta, & angusti maris, atque interdum fluminum meatus. Ammianus lib. 15. vbi de Rhodano: *Gallico mari incorporatur per patulum sinum, quem vocant Ad Gradus.* Rhodani *Gradus* occurrunt præterea apud Autorem Itinerarij Maritimi, quam appellationem tribuunt etiamnum Rhodani accolæ ipsis meatibus, seu traiectibus, per quos fluuius in mare euoluitur, reliquo fluuij ipsius ostio arenis ferme vndique obsito. Hos enim traiectus *Gras* appellant, adiuncta quadam ab locis vicinis, aut a pelagi natura, aut soli, denominatione. Superest præterea eiusdem vocabuli vestigium in Occitania ad Stagnum Magalonense, quod ad Septentrionem continenti adhæret, ad Meridiem a

Gallico mari, validiſſimo aggere diſiungitur. Haud procul a Magalona vrbe in modum Inſulæ ſtagnantibus aquis circumfuſa, Motiſpeſſulani Præſulum Cathedra olim inſigni, diſruptus agger iſte meatum ac traiectum nauibus a mari venientibus præbet in ſtagnum, quod portus vicem præſtat. Canalem iſtum Verſus antiqui in Arnoldum Epiſcopum Magalonenſem ſcripti circa An. MLXXVIII. *Gradus* vocant, indigenæ vero *la Grau*, apud Catellum lib. 2. Rer. Occitan.

Hic muros fecit, turres hic vndique fecit,
Clerum diuinis contulit officiis
Iſte Gradus clauſit, quo prædo piraticus hauſit
Sæpe latrociniis littora noſtra ſuis.
Nauibus introitus per eum Gradus alter apertus,
Non procul a terris, o Magalona, tuis.

In Diplomate Ludouici VII. Reg. Franc. A. MCLV. apud Sammarthanos in Epiſcopis Magalon. N. 21. Gradus iſti *Portus* nomine donantur: *In Comitatu Suſtantionenſi portus, qui dicitur Gradus.* In Annalibus Piſanis editis ab Vghello Tom. 3. Ital. Sacr. ſub A. MCLXV. *Gradus Mergierij* dicuntur, pro *Mergorij*, ſeu de *Mergueil*. *Gradus* etiam in ſtagno Salſarum in Comitatu Ruſcinonenſi habent chartæ aliquot veteres ex Chartophylacio Regis Chriſtianiſſimi. Id porro vocabuli notione iſta non nuperum: eo quippe vtitur Valerius Maximus lib. 3. cap. 6. vti obſeruatum a viris doctis: *P. Scipio cum in Sicilia augendo exercitum, traiiciendoque in Africam, opportunum quæreret Gradum.* In ſequiori vero Latio non ſemel vſurpatum legimus. Annales Piſani de S. Petro Apoſtolo: *Transfretauit circa littora Piſanorum, vbi hodie dicitur Eccleſia S. Petri ad Gradus.* Infra, de eadem Æde: *In quo loco cum per menſem moram feciſſet, ad Gradus maris Eccleſiam conſtruxit.* Iidem Annales ſub A. MCLXXVIII. *Saraceni cœperunt bellare, & inuadere Inſulam Sardiniæ, & ire in partibus Piſanorum, & vſque ad Gradus Romæ.* Neque aliunde nomen accepit Inſula Venetiis proxima, quæ *Gradus*, vulgo *Grao*, dicitur, quod in ea exſcenſiones fierent, & portus vice eſſet Venetis. A prædictis diſſentit Petrus Gyllius lib. 2. de Boſp. Thrac. cap. 11. cuius ſententiæ fauere videtur Cujacius ad Leg. 7. C. de Aquæductu; contendit enim Scalas eſſe crepidines ac moles portuum, quarum obiectu pelagi furentis atrocitas frangitur, quas, inquit, Ελλωες, a figuræ ſimilitudine χηλὰς appellant, poſteri Græci βάθρα, Latini *Scalas*, ſeu *Gradus*, quia ex illis ad naues velut gradus iacitur. Factum deinde, vt quæ vetuſtioribus Græcis χηλαὶ, iiſdem iam ignorantibus χαλαὶ, denique a vulgi conſuetudine, quæ litteras deprauare ſolet, *Scalæ* appellatæ ſint. Sed hæc accurata egent diſcuſſione, quæ non eſt huius loci.

D Ἑβραϊκῆς Σκάλας] Vnde nomen huic Scalæ acceſſerit, haud plane conſtat; niſi dicamus ita nuncupatam, quod vicina fuerit Monaſterio Stauracij, quod τὰ Βεραικὰ, & τὰ Ἑβραϊκὰ vocabant, de quo Theophanes, Zonaras, & Cedrenus in Mich. Rhang. & Paulus Diacon. lib. 24. vel quod adiacuerit Portæ vrbis, olim Neorij, poſtea a recentioribus Græcis, ipſique Ducæ cap. 28. & 29. ὡραῖα, aliis *Heuraæ*, ſeu *Hebrææ* dictæ, ab ædificiis Hebræorum, ſeu Iudæorum huic portæ obuerſantibus, vt Gyllius lib. 3. cap. 1. & Leunclauius in Pand. cap. 200. tradunt. Vel denique, quæ mea eſt ſententia, quod ab hac Scala exſcenſus fieret pergentibus in eam στενοῦ regionem, in qua erant Iudæorum, aut Hebræorum ſepulturæ, quæ Villharduino *Iuiuerie*, ſeu *Iudæaria* ideo nominatur. Vide Notas noſtras ad hunc Scriptorem.

D Βίγλας] Locus ita dictus a Vigiliis, ſeu Excubiis. Βίγλα enim Ducæ cap. 38. & aliis, quos laudant Rigaltius, Meurſius, & Fabrotus, Vigilia eſt, ſeu

Custodia. Est igitur Βίγλα, locus, vbi erat statio Vigilum, in quo excubabant milites, qui vrbis & ciuium securitati inuigilabant: *Moris quippe Constantinopolitanorum erat*, ait Luithprandus lib. 1. cap. 3. *ne a vicinis gentibus opprimerentur, singulis quibusque noctibus per totius ciuitatis biuium, quadriuiumque armatos milites causa custodiendæ ciuitatis, qui eam inuigilarent, ponere.* His qui præerat Tribunus, *Drungarius Vigiliæ* dicebatur, qui nostris *Miles Gueti*, seu vernacula lingua, *Cheualier du Guet*, cuius quidem officij apud Parisienses ea erat dignitas, vt non nisi a Milite obiri posset, vt est in veteri Aresto Parlamenti 13. Ianuar. A. MCCCCLVII. Meminit etiam Codinus in Orig. CP. loci ita dicti in Vrbe: τὰ δὲ λεγόμενα Κοντάρεια, βίγλα ἦν μεγάλη ὃ πρότερον.

Ἐμπεριεχομένας σκάλας] Hoc est, portoria, quæ ex scalis intra illud spatium positis cogebantur. Erant enim in ipso Ceratino Portu plures Scalæ, seu, vt ita dicam, in ipso portu plures portus, cum Scala pars esset portus: vnde Moschopulus dixit Scalam esse μέρος τοῦ λιμένος, εἰς ὃ αἱ νῆες δέδενται. In isto quippe sinu extitit *Scala Chalcedonensis*, quæ collocatur in 5. Regione in vet. Vrb. Descript. cuius meminit Chronicon Alexandr. A. XII. Arcad. & VII. Theod. Iun. de qua etiam habet quædam Gyllius in CP. lib. 3. cap. 1. *Scala Sycena* in Regione 6. *Traiectus Iustinianarum* appellata in Nouell. 59. de qua idem Gyllius lib. 3. cap. 2. & Leunclauius in Pand. cap. 127. *Scala Timasi*, quam in 7. Regione statuit Vrbis Descriptio: *Scala Acropoleos*, apud Theophanem pag. 365. Cedrenum in Copron. & Paulum Diac. lib. 22. Hist. Misc. Extitit præterea locus *Heptascalon*, a septem Scalis proximis dictus, de quo Scylitzes, Cantacuzenus lib. 4. cap. 22. & Gyllius lib. 3. cap. 9. Ad Propontidem recensentur Scalæ aliquot: *Scala* τῶν Πηγῶν, apud Scylitzem in Romano, quæ *Portus Aureæ Portæ* dicitur Ducæ cap. 38. *Contoscalium*, seu parua Scala, a qua Porta vrbis vicina dicta Contoscalij, cuius mentio occurrit apud Cantacuzen. lib. 4. cap. 2. & Phranzem lib. 3. cap. 11. Vide Leunclau. in Pandect. cap. 200. Meminit porro portoriorum, quæ ex Scalis pendebantur, Lex 7. Cod. de Aquæductu, lib. 11. vbi *omnia vectigalia, quæ colligi possunt ex vniuersis Scalis Vrbis*, in reparationem Aquæductuum CP. impendi iubentur. Quæ Græci sic vertunt: εἰς ἀνανέωσιν τοῦ ἀγωγοῦ τὰ παρεχόμενα εἰς τὰς σκάλας ἀναλισκέσθω. Σκαλιατικὰ eiusmodi portoria vocat Diploma Andronici Iunioris apud Phranzem.

Ὑπὲρ κομμερκίου] Cinnamus loco supra laudato, de Venetis: μόνοι τε τῶν ἁπάντων διὰ τοῦτο τὰς κατ᾽ ἐμπορείαν δεκάτας οὐδενὶ Ρωμαίων παρέχοντο. Hic vero κομμέρκιον sumitur pro telonio, vel tributo, quod pro ipso commercio, mercatura, vel negotiatioue pensitabatur. Sic enim passim hanc vocem vsurpant Græculi sequioris æui. Glossæ Basil. τελώνιον, κομμέρκιον. Conuentiones Michaelis Palæol. Imp. & Communis Ianuens. A. MCCLXI. editæ post Villhard. *Permittet contrahere de toto iam dicto Imperio omnibus & singulis Ianuensibus, & deferre libere & expedite sine aliquo impedimento dacitæ, commercij, siue exactionis.* Sanutus lib. 2. part. 2. cap. 4. *Quod præfata tributa, datia, & commercia, aliaque necessaria nequaquam transferri valeant.* Hinc Κομμερκιάριος dictus eiusmodi vectigalium exactor, Constantino de Adm. Imp. cap. 43. & Autori Chronici Alex. pag. 900. Vide præterea Glossaria Meursij & Fabroti.

Μετὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ] Rogerij in Cephaleniam appulsum, resque ibi actas attigit Guillelmus Apuliensis lib. 4.

——— *Hoc abeunte Rogerum*
Iussit adire suo cum milite Cephaloniam,
Ut tanta fuerat quæ tempestate rebellis
Victa refrænetur, hæc Insula dum capietur,

Vndique terrendas Græcorum mouerat vrbes.
Iussa patris sequitur, iussamque Rogerus ad vrbem
Cum Ducis agminibus properauit, & obsidet illam.

B Βουντίζη] Idem Poeta:
Ipse suos Equites hyemali tempore secum
Bundiciam ducit mansurus, ibique moratur.

Cæterum Bundiciam iam ante expugnarat Robertus. Idem Guill. lib. 4.
Bunditiam nautæ vi captam depopulantur.

B Αὐτὸς δὲ] Guillelmus Apul.
Continuis huius soboles generosa Rogerus
Perterrere minis non cessat Cephaloniam.
Insula Roberto proponitur esse petenda,
Ad quam missus erat capiendam filius eius.

Ab hoc porro in Cephaleniam Roberti appulsu portui Insulæ, seu sinui, qui Illyricum respicit, mansit *Wiscardi Portus* appellatio. Falsum enim quod Houedenus & Bromptonus scribunt, ita dictum, quod eo loci mortem obierit, & tumulo mandatus fuerit Wiscardus.

B Γαλέαν] Cedrenus pag. 581. μετὰ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ κομπαρείων, ἃς δὴ γαλέας καλονομάζειν εἰώθασιν. Matheus Paris, *nauibus rostratis, quas galeas vocant.* Otho Fris. lib. de Gest. Frid. cap. 33. *Aptatis — triremibus & biremibus, quas modo galeas, seu sagittas vulgo dicere solent.* Guill. Tyrius lib. 10. cap. 28. *Nauium rostratarum, quæ vulgo dicuntur galeæ.* lib. 20. cap. 14. *Erant in præfato exercitu naues longæ rostratæ, geminis remorum instructæ ordinibus, quæ vulgo galeæ dicuntur.* Histor. Hierosl. pag. 1167. *Quod antiqui dixere Liburnam, moderni galéam, media producta, nominant.* Asserus An. DCCCLXXVII. *Jussit cymbas & galeas, id est, longas naues, fabricari.* Malaterra lib. 4. cap. 25. *A duabus Piratarum nauibus, quas galeas appellant, hostiliter aggreditur.* Vox notissima, de qua præterea consulendi Meursius, Vossius, Spelmannus, Watsius, Somnerus, & Fabrotus in Gloss.

B Περὶ τὸν Ἀθέρα] Asteriam habet Sophianus in Cephalenia Insula, haud procul ab ipsa Cephalenia vrbe. Asteridem Insulam, Cephaleniam inter & Ithacam, statuunt Plinius lib. 4. Stephanus, & Nicetas in Man. lib. 2. N. 5. At Anna Atherem promontorium Cephaleniæ Insulæ fuisse ait. Cum igitur æger Robertus de Ithacæ oppido, Hierusalem nuncupato, inaudisset: insuper & Atherem reuocasset in mentem, continuo subiit oraculi memoria, quod olim sibi pronunciatum meminerat, Atherem vsque ditioni suæ cuncta subiecturum; hinc proficiscentem Hierosolymam, debitum naturæ ibi soluturum. Fallax fuit vaticinatio, vt sunt eiusmodi præstigiatorum vaticinationes. Nam Hierusalem in sola Iudæa animo obuersabatur, vt & Ather, quem Palæstinæ locum nouerat ex libro Iosuæ cap. 15. Simili deceptum prædictione Gerbertum, seu Siluestrum PP. finxit Benno Cardinalis, a quo hauserunt quæ habent Willelm. Malmesberiensis lib. 2. de Gest. Angl. cap. 10. Albericus A. MII. Matheus Westmonast. & Bromptonus A. MXCII. & Balduinus de Auesnis in Chr. vernaculo MS. cap. 73. Is enim cum statuam, quam certa siderum inspectione sibi fuderat, ad interrogata negatiue, vel affirmatiue, tantum respondentem interrogasset, an moreretur antequam cantaret Missam in Hierusalem, respondissetque illa negatiue, tandem se dubio oraculi sensu deceptum cognouit, cum post Missam a se ex more Romæ in Ecclesia Hierusalem dicta decantatam, inualetudine ictus, & consuetæ statuæ deceptionem, & vltimum vitæ suæ diem imminere sensit.

C Τελευτᾷ] Robertum ex veneno ab vxore, Alexij ipsius persuasione, propinato extinctum narrant Ordericus Vitalis lib. 7. Guibertus lib. 3. Gestor.

Dei cap. 2. Willelmus Malmesbur. lib. 3. & 4. de Gest. Angl. Reg. Rogerus Houedenus, Richardus Pictauinus, Albericus An. MLXXXV. Gaufridus Vosiensis, Bromptonus, & aliquot alij. Romualdus vero, & Guillel. Apul. lib. 5. morte communi defunctum probabilius asserunt cum Anna, quæ ex pleuritide, vel febri, e viuis sublatum refert. Apud Insulam Cassiopem mortuum scribit Romualdus, contra quam Anna, quæ, vt & Alexander Monach. lib. 3. Chron. Monasterij S. Bartholomæi de Carpineto, in Cephalenia Insula extinctum refert. Nec minor de anno, quo excessit, apud Scriptores, discrepantia. Nam Malaterra lib. 3. cap. 41. Roberti mortem accidisse autor est mense Iulio, An. MLXXXIV. aitque insigni Solis Ecclipsi, quæ 6. Febr. eo anno contigerat, veluti prænotatam, vt & Gregorij VII. PP. & Guillelmi Regis Anglorum. Atqui Gregorius mortuus legitur An. MLXXXV. 24. Maij, Willelmus vero, mense quidem Septembri, sed An. MLXXXVII. vt est apud Ordericum lib. 8. & alios, adeo vt falsum sit Robertum, Gregorium, & Guillelmum ante elapsum a Solis isto defectu annum extinctos, vti ait Malaterra. Robertum denatum mense Iulio Anno MLXXXV. recte tradunt Ordericus lib. 7. pag. 146. Leo Ost. lib. 3. cap. 56. Anonymus Barensis, Albericus, Surita, Scriptoresque aliquot alij: perperam vero Chronicon Amalphitanum KL. Aug. A. MLXXXVI. Indict. X. Matheus Paris A. MLXXXVII. Willelmus Malmesburiens. & Ptolemæus de Luca A. MLXXXVIII. cum constet Robertum ex Anna & Romualdo, vicesimo Ducatus anno mortuum esse, proindeque A. MLXXXV. quo quidem anno sub mensem Octobr. Rogerius filius Ducatum Apuliæ adeptus erat, vt patet ex veteri Diplomate, quod descripsit Vghellus in Archiepiscopis Salernitanis. At diem, quo excessit, notat Kalendarium S. Mauricij Andeg. XVI. KL. *Aug. ob. Robertus fortissimus Dux Calabriæ & Apuliæ.* In sequentem vero reiicit Necrologium Molismense, diem scilicet 15. KL. August. in ipsas KL. Aug. Chronicon Amalphitanum.

Τῷ υἱῷ αὐτοῦ] Guillelmus Apul. lib. 5. D

Castra Rogerus adit patris, interitusque paterni
Notitia populum communicat anxius omnem,
Consiliumque petit, priuandum namque fatetur,
Ni redeat propere, se iuris honore paterni,
Hæredem cuius pater hunc indixerat esse.
Illi promittunt omnes se corde fideli,
Sicut seruierant patri, seruire paratos.
Sicque coadiutor transgressibus æquoris illis
Unanimes rogitant, populo fauet ille roganti, &c.

Γαΐτῃ] Sigelgaita, siue Sikelgaita, vt ipsamet in Diplomate, quod extat apud Vghellum Tom. 8. Ital. Sacræ pag. 395. se nominat. Guillelmus Apuliensis: D

Uxor ab Italia non multo venerat ante,
Et castris aderat, dum nati castra reuisit
Dux quibus exierat populo cum classe relicto.
Hæc vbi Robertum cognouit febricitare,
In quo tota sui spes erat, vt pote tanto
Coniuge, discissis flans vestibus, acceleratis
Cursibus accessit, &c.

Μεγίστῳ κλύδωνι] Hanc tempestatem attigit etiam Guillelmus Apuliensis, vt & naufragium, quod passam esse nauim, quæ vehebat Roberti corpus, obseruat Anna: Pag. 163. A

Iamque rates fuerant secus Appula littora ductæ,
Tempestas tumidum quatit intolerabilis æquor,
Naufragium passi quamplures sunt ibi nautæ,
Pars hominum cum classe perit, fractaque procellis
Qua fuerat corpus humatum nobile, naui,
In mare delapsum non absque labore cadauer
Extrahitur, fœtor ne prodeat inde nociuus.
Viscera corque Ducis subhumari iussit Hydrunti
Prædita consiliis semper prudentibus vxor,
Et multo reliquum condunt aromate corpus
Hinc deportari Venusinam fecit ad vrbem,
Qua fuerant fratrum constructa sepulchra priorum.

A Βενούσιον] Roberti cadauer Venusium translatum scribunt pariter Malaterra, Leo Ost. Ordericus, & alij. Ptolemeus de Luca: *sepeliturque apud Venusium in Apulia in Monasterio Monachorum nomine S. Trinitatis, quod nunc est Hospitaliorum; quod quidem Monasterium ædificauerat ipse Guillelmus.* Ab ipso Roberto extructum Venusinum Monasterium tradit Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 482. eiusque curam demandatam Roberto *de Grentemainil*, Vticensi, postea S. Euphemiæ in Calabria Abbati, qui tum exul in eas terras secesserat. Huic fatis functo postmodum successor datus Berengarius, itidem Normannus, mox Auersæ Episcopus, vt est apud eumdem Scriptorem lib. 7. pag. 646. Epitaphium Roberti tumulo inscriptum recitat Malmesburiensis.

B Εἰκοστῷ ἕκτῳ] Extinctum Robertum anno ætatis 70. Anna & Alexander Monach. lib. 3. Hist. S. Bartholomæi de Carpineto; sexagesimo maiorem, supralaudatus Romualdus tradunt: vterque Ducatus 26. idque recte; nam Ducis titulo donatus est Robertus An. MLX. vt autor est Malaterra lib. 1. cap. 35. ipseque Robertus, qui in Diplomate A. MLXXX. Indict. 4. mense Oct. Ducatus sui eum annum vicesimum esse ait, apud Vghellum in Salernitanis Archiep.

B Ὁ βασιλεὺς] Orderic. *Imperator vero licet lætaretur, quia liberatus a terribili hoste fuerat, defunctum tamen Ducem, qui nunquam de bello fugerat, ex pietate multum planxit.*

C Δυῤῥάχιον παρεδίδουν] Dyrrachium igitur in Alexij potestatem rursum concessit, ipsis incolis, post Roberti excessum, vltro sese dedentibus: ita Anna. At Diocleates, seu quisquis est Autor Historiæ Dalmaticæ, quam debemus Mauro Orbino Ragusino & Ioanni Lucio, scribit extincto Roberto occupatum Dyrrachium a Bodino Dalmatiæ & Seruiæ Rege, demumque, icto cum Alexio fœdere, illi & Græcis ab eo redditum.

C Ἐρασιχρήματον] Sic non semel Francorum, seu Latinorum auaritiam & inexplebilem lucri cupiditatem perstringunt Græci Scriptores, atque adeo ipsa non hoc duntaxat loco Anna, sed & pag. 312. 424. 428. Leo Aug. in Tact. cap. 18. §. 90. de Francis: ὑποφθείρονται δὲ διὰ χρημάτων εὐκόλως, φιλοκερδεῖς ὄντες. Scylitzes in Romano Diogene: καὶ γὰρ ἄπληστον τὸ φῦλος τῶν Φράγκων. Nicetas in Isaac. Ang. & Alex. N. 1. de Latinis: οὐδὲν γὰρ ἔθνος ἐρασιχρηματώτερον τοῦ δὲ τοῦ γένους, προχειρότερόν τε, καὶ δαπανηρότερον ἕτερον. Idem in Bald. N. 2. πονηρὸν χρῆμα εἰς θεραπείαν Λατῖνος, φωνὴ ἀσύμφωνος Ἕλλησι, γνώμη φιλοχρήματος, &c. Erchembertus in Hist. Langob. cap. 17. *Pro cupiditate tamen pecuniarum, quibus maxime Francorum subiicitur genus.* Vdalricus in Præfat. ad Consuetudin. Cluniac. *Quid enim Francigenas aliud dixerim, cum sint tam inquieti, raptores, & de candore virtutum nihil habentes,* &c. Sed Normannis præsertim, seu Normanno-Italis hanc φιλοκέρδειαν adscribunt Scriptores alij. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 77.

de iis, *genus infidum, & auaritiæ inexplebilis.* Guillelmus Apulienſis lib. 1.

Eſt acquirendi ſimul omnibus vna libido.

Infra:

Sed quia mundanæ mentis meditamina prona
Sunt ad auaritiam, vincitque pecunia paßim,
Nunc hoc, nunc illo contempto, plus tribuenti
Semper adhærebant, ſeruire libentius illi
Omnes gaudebant, a quo plus accipiebant:
Bella magis populi quam fœdera pacis amantes,
Seruitiique vices pro viribus & ratione
Temporis expendunt, plus dantem pluris habebant.

Idem lib. 2. de Alexio:

Audit enim quia gens ſemper Normannica prona
Eſt ad auaritiam: plus, qui plus præbet, amatur.

Παραδίδωσι τὸ κάστρον] Extincto Roberto, *Græcia,* inquit Malaterra, *hoſtibus recedenttbus læta quieuit.* Ita quod proditione in Roberti poteſtatem venerat Dyrrachium, proditione pariter amiſſum eſt. D

Σὴθ] Circumferuntur opera quædam *Domini & Magiſtri Seth,* Chronicon nempe vulgari Græcorum lingua ſcriptum a Mundo condito ad Conſtantinum Ducam: exactus præterea ſomniorum index ſecundum alphabetum conuerſus ab eodem ex lingua Arabica; denique Paulus Arabs ab eodem pariter conuerſus: quorum operum mentio fit in libro de Antiq. & Bibliothecis Conſtantinopoleos N. 3. & 6. Qui quidem Seth, idemne ſit cum Annæo, etſi id pro certo ſtatuere vix auſim, videtur tamen propius vero; cum & æuum quo vixit, & librorum ab illo ſcriptorum materia idipſum ſuadeant. Neque alius eſt a Simeone Veſto, ſeu Setho, (vtroque namque cognomine inſignitur) Magiſtro Antiocheno, cuius circumferuntur editi libri de cibariis & condimentis, & alij non pauci in rebus Philoſophicis & Medicis in Bibliothecis latent, quorum elenchum pluribus deſcripſit Leo Allatius in Diatriba de Simeonibus, vt & eruditus Annæ Interpres ad Pachymerem Tom. 1. pag. 390. Floruit alter eiuſdem cognominis Diuinator, Aſtrologus, & Præſtigiator inſignis, imperante Manuele Comneno Alexij nepote, quem ille ob ſcelera & impoſturas excæcari iuſſit, vt autor eſt Nicetas in Man. lib. 5. & in Andron. lib. 2. D

Νεώτερον ἐφεύρεμα] Vide in hanc ſententiam Nicephorum Gregoram lib. 5. cap. 16. Pag. 164. A

Εὐδόξου] Eudoxus enim Cnidius primus Græcorum Aſtronomiam e penetralibus Ægyptiæ Philoſophiæ erutam ad populares ſuos eduxit, vti refert Diogenes Laert. lib. 8. Vide Vitruuium lib. 9. cap. 7. A

Ἀποτελεσματικός] Aſtronomiæ duæ ſunt partes, vna circa Stellarum motus verſatur, vocaturque μετεωρολογία; altera eſt circa effectus ipſos, & vocatur ἀποτελεσματική, & ποιητική. Manethon igitur Ἀποτελεσματικός Annæ dicitur, quod plurimum Genethliacæ, ſeu Horoſcopiæ operam impenderit. A

Ὡροσκόπου] Sumitur ea vox pro Signo, quod ὡροσκοποῦν vocant Aſtrologi, nempe pro ea cæli parte, quæ geniture tempore ab Oriente emergit in hemiſphærium noſtrum, vnde & Ἀνατολή dicitur. Manilius lib. 2. Aſtron. A

Tertius æque illi pollens in parte, nitentem
Qui tenet exortum, qua primum ſidera ſurgant,
Vnde dies redit, & tempus deſcribit in horas,
Hinc inter Graias Horoſcopus editur vrbes.

Vide Martianum Capellam lib. 8.

A Πῆξις τῶν κέντρων] Quatuor κέντρα γενέσεως (Latini *cardines*, *cuspides*, *angulos*, vocant) statuunt Astrologi, ὡροσκόπον, seu ἀνατολὴν, ὑπόγειον, seu ἀντιμεσουράνημα, δύσιν, & μεσουράνημα: quorum verborum notionem ampliorem qui volet, consulat quæ ad Manilij lib. 2. adnotauit Iosephus Scaliger.

A Διαθέματος] Rectius Editio Hœscheliana διαστήματος habet. Ita Plutarchus lib. de Exilio κέντρον & διάστημα iungit: κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγράψασα τὴν τῶν ἀναγκαίων φύσιν. Ioannes Patriarcha Hierosol. in vita S. Ioann. Chrysost. περὶ δὲ ἀστρονομίας, ὅσον ἐν διαστήμασι καὶ σχηματισμοῖς, καὶ ἀναλογίαις τῶν ἀποστάσεων, κἂν μέγα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν εἰς βραχεῖαν τῶν ἰδιωτῶν εἴδησιν, οἷος ὁ Ἰωάννης ἐξ ὧν γέγραφε καταφαίνεται. Manilius lib. 2.

> *Nec contentus eris percepto cardine quoquam,*
> *Interualla etiam memori sunt mente tenenda,*
> *Per maius dimensa suas reddentia vires*, &c.

Denique Sidonius Apollinaris lib. 8. Epist. 11. *Quia videlicet amici nascentis anno, quemcumque clementem planeticorum siderum globum in diastemate Zodiaco prosper ortus erexerat*, &c. Idem ad Polemicum, Carm. 14. *Videris vtrum aures quorumdam per imperitiam temere mentionem centri, proportionis diastematum, climatum, vel mirarum epithalamio conducibilem non putent.*

D Ἀλεξανδρέως λογικῇ] Editio Hœsch. Ἀλεξανδρέων.

Pag. 165. A Κατανάγκης] Hœsch. Καταναγκᾶς.

D Βαθυπώγων] Vel ex hoc Annæ loco coniicere liceret, Normannos ea tempestate barbam nutriuisse, quamuis ex obseruatis ad pag. 106. vt & cæteros Francos, barbam rasisse constet. Sane Richardum I. Normanniæ Ducem *barba canifera & prolixa honoratum* depingit Dudo lib. 3. de Moribus & Act. Normann. Sed & Ordericus Vitalis lib. 11. ad A. MCIV. autor est Serlonem Sagiensem Episcopum persuasisse Henrico I. Regi Angl. Roberto II. Normanniæ Duci, cæterisque Normannis, vt capillos & prolixas barbas ponerent; de quibus aiebat Serlo: *In barba prolixa hircis assimilantur, quorum petulantiæ sordibus fornicarij & catamitæ turpiter maculantur.* Et infra: *Barbas suas radere deuitant, ne pili suas in osculis amicas præcisi pungant, & setosi Saracenos magis se quam Christianos simulant.* Verum testatur idem Ordericus lib. 7. eo anno quo in Illyricum postremo transiit, Robertum ex concepto voto, seu potius sacramento, barbam nutriuisse: *Per animam patris mei Tancredi iuro,* inquit Robertus, *& hoc iureiurando vobis assero, quod donec reuersus ad vos fuero, non vtar balneo, barba mea non radetur, neque cæsaries mihi tonsurabitur.* Vnde consequens videtur Robertum barbam antea rasisse, eoque sacramento Gallos & Francos veteres imitatum, quibus in more erat, vt victi comam, aut barbam squalere permitterent, nec ante nouacula eam raderent, aut ornarent, quam se de hoste vindicassent: quod tradunt Tacitus lib. 4. Hist. & lib. de morib. Germ. Sidon. lib. 1. Epist. 2. Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 15. & Paulus Diac. lib. 3. de Gest. Longob. cap. 7.

Pag. 166. B Μετὰ — τοῦ Κόμητος Βρυεννίου] At contra supra pag. 154. ait Anna Brienum adduci non potuisse, vt cum cæteris perfidis, vel transfugis, in partes Imperatoris transiret.

B Ἑβδόμης ἐπινεμήσεως] Incidit prima Decembris Indictionis VII. in A. Chr. MLXXXIII qua Anna in lucem edita est.

C Πορφύραν] Porphyra, seu Purpura, Triclinium fuit in Magno Palatio, forma quadrata, ad Bucoleontis portum, ex marmore purpurei coloris constructum, vnde Triclinio nomen mansit, vt Anna docet infra lib. 7. Constantinum Irenes filium in ea Palatij parte excæcatum tradunt Theophanes, Cedrenus, Paul. Diaconus lib. 23. & Manasses, cuius sunt ista de Porphyra Palatio:

Ἐκεῖ

Ἐκεῖ γὰρ ὄψεις, ἐκεῖ σβεσθεὶς γὰρ κόρας,
Ὅπου τὸ πρῶτον ἔβλεψεν ἡλίου τὰς λαμπάδας.
Πορφύραν ὀνομάζομεν ἐκεῖνον τὸν οἰκίσκον.

In illo præterea Triclinio fœtus ſuos edidiſſe Auguſtas teſtatur Nicetas in Man. lib. 5. τῆς γὰρ Δεσποίνης πρὸς τὸ τεκεῖν ἐλθούσης, ᾠκονομήθη μὲν ἡ Πόρφυρα, καὶ ηὐτρεπίσθη πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως. A Conſtantino M. extructum prodit Luithprandus lib. 1. cap. 2. Ædificij formam deſcribit Anna lib. 7. p. 190.

Πορφυρογεννήτων] A Purpura, Palatij triclinio, Porphyrogennetas, ſeu *Porphyrogenitos*, (nam & hanc hybridam agnouit media Latinitas) dictos Imperatorum liberos autor eſt etiam Luithprandus. Non deſunt tamen qui ita appellatos cenſent, quaſi in purpura natos, patre ſcilicet Imperatore. Claudianus in Paneg. de tertio Honorij Conſulatu, de ipſo Honorio, qui ab Idacio *in Purpuris natus* dicitur: C

Et regnum cum luce dedit, cognata poteſtas
Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro.

Et alibi:

Natus in oſtro Paruus Honoriades.

Idem in VI. Honor. Conſulat.


Te rudem vitæ quamuis diademate nec dum
Cingebare comas, ſocium ſumebat honorum
Purpureo fotum gremio.

Commodus Imp. apud Herodianum lib. 1. καὶ μὴ τραφέντα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρίς. Sic Alexium, Manuelis Imp. filium, *Purpuratum* vocat Willelmus Neubrig. lib. 3. cap. 4. vti Senator lib. 4. cap. 39. Amanum quemdam *genere purpurato* ortum dixit. Sic etiam *Purpuratam infantiam*, filium vocat Athalaricus Rex apud eumdem Senatorem lib. 8. Ep. 5. quippe ſtatim atque in lucem editi erant, purpureis faſciis illigabantur. Certe Aureliano & Clodio Albino, apud Iulium Capitolinum, omen Imperij fecere crepundia purpurea: vnde & Clodio *joco nutricis Porphyrij nomen inditum.* Sic denique *Porphyreticum* appellauit Ludouicum Balbum, Franciæ Regem, Ioannes VIII. Papa.

Πρωτοβεστιαρέα] At ſi Protoueſtiaria Ioannis Ducæ Cæſaris vxor fuit, vt ſupra indicatur pag. 54. auia fuit Irenes Auguſtæ, non mater, vt Anna hoc loco ſcribit. Nec obſtat quod non Cæſariſſa dicatur, a coniugis dignitate; nam Protoueſtiariæ dignitate illa ipſamet gaudebat, quod eadem Anna diſertis verbis tradit. Fuit porro Irenes mater, Andronici vxor, filia Troiani, Samuelis Bulgarorum Regis filij, fœmina præcellenti forma corporis, & egregia virtute animi, vt autor eſt Bryennius lib. 3. cap. 6. a qua extructum Conſtantinopoli Choræ Monaſterium narrat Nicephorus Gregoras lib. 9. D

Συμβασιλεύοντος] Zonaras de Conſtantino Porph. ἔτι γὰρ ὁ παῖς αὐτῆς περιέκειτο τὰ τῆς βασιλείας γνωρίσματα, καὶ εὐφημεῖτο μετὰ τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ τὰς χρυσοβούλλους γραφὰς μετ' ἐκεῖνον ὑπεσημαίνετο. Profert Octauius Strada a Roſberg nummum, quem putat eſſe Alexij, in cuius antica duæ viſuntur figuræ trabeatæ. Prima Alexij, habens in capite Stemma crucigerum, globum, cui Crux inſiſtit, dextra geſtans; ſecunda eſt alterius Imperatoris. Vtraque Labarum tenet, in cuius ſiparo inſcripta nota Labari, cum hac Inſcriptione, FL. ALEX. FL. CONST. in quo quidem nummo, ſi Alexij eſt, Conſtantinus Ducas Porphyrogenneta Alexio συμβασιλεύων, cuius nomen in eo deſcribitur, videretur repræſentari, niſi fictitium & adulterinum arguerent non Flauij duntaxat prænomen, quod ab eiuſce æui Auguſtis vſurpatum nemo ſanus dixerit, ſed & genuini quos videre contigit Alexij & Manuelis num- Pag. 167. B

mi aurei & concaui, cuiusmodi καυχίοις vocari in Nou. 105. cap. 2. obseruat Cujacius, in Musæo V. C. D. Charroni in Camera Comput. Paris. Auditoris τοῦ μανουηλάτου, quos hic vltro subiicimus.



Prior nummus, qui est Alexij, eiusdem Augusti stolati effigiem in parte concaua exhibet, dextra Narthecem, sinistra globum, cui Crux insistit, tenentem: supra globum Crucigerum, manus, veluti de nube, ad oram nummi exiens apparet, quæ Imperatoris capiti Stemma imponit. Ad latus dextrum ipsius figuræ Imperatoris scripti hi characteres: ΑΛΕΧΙΩ ΔΕCΠΟΤ. Ad sinistrum isti, quantum coniectari licuit, Τω ΚΟΜΝΗΝω. In altera & conuexa parte Christus sedens conspicitur, cum hisce characteribus † ΚΕΡΟ — ΗΛ supra Christi caput, ΙC. ΗS. In altero nummo Manuel Comnenus, Alexij ex filio nepos, eodem habitu repræsentatur, nullo alio discrimine, quam quod Crux, quæ globo insistit, duplex est. Characteres qui ad figuræ dextram describuntur, perspicue conficiunt hæc verba, ΜΑΝȣΗΛ ΔΕCΠΟΤ. Ad læuam vero, ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓ. id est, τοῦ Πορφυρογεννήτου, ita vt forte Manuel eo epitheto in Imperij successione Isaacio fratri, superstiti licet & primogenito, iure præferri debuisse ostenderit, cum cæteri Ioannis parentis filij, Manuelis fratres primogeniti, Alexius, Andronicus, & Isaacius, ante adeptam a patre Imperatoriam dignitatem in lucem editi sint, solus Manuel post Alexij aui excessum patre Imperatore natus fuerit: atque id potissimum causæ fuit, cur in nummis & Bullis, seu Diplomatibus, atque adeo Nouellis, istud epitheton affectarit. Tradit quippe Cinnamus lib. 1. Manuelem cum patrem in Expeditionem Neocæsariensem secutus est A. C. MCXLII. ætatis annum attigisse duodeuicesimum. Vnde conficitur natum post adeptum a Ioanne Imperium, qui illud demum iniit A. MCXVIII. 15. die Aug. quo Alexius parens e viuis excessit. Hanc porro Manuelis Monetam *Manuelatum* vocabant, quod ex instrumento pacis, seu inito inter Theodorum Lascarim Imp. & Venetos fœdere colligitur, cuius mentio est apud Iulium a Puteo Veronensem in Genealogia familiæ Lascaricæ: *Nelle Monete che si batteuano fussero differenti, gli Yperperi, & i Manulati ne gl' Imperij loro.* Mox addit, *Manulato era moneta di riputatione fatta battere da Manuel, che ne fu l'Autore. Manlat,* pro *Manulat,* nuncupatur ab Arnoldo Lubecensi lib. 3. cap. 33. qui eius materiam, quantumuis auream, viliorem tamen fuisse ait: *Est autem,* inquit, *Manlat de viliorum numismate, qui nec totus sit aureus, nec totus cupreus, sed quasi de confusa & vili constat materia.* Certe quidquid fuerit de isto Arnoldi Manuelato, is, cuius memini, ex probo conflatus auro videtur. Profert præterea supralau-

datus Strada nummum alium aureum, quem Manueli pariter adſcribit, in cuius antica viſuntur duæ figuræ ſtantes, prior Imperatoris barbati dextra haſtam cum ſiparo, & nota Labari, læua gladium lateri adhærentem tenentis: altera eſt mulieris (quam Deiparam eſſe par eſt credere) Coronam Imperatoris capiti imponentis, cum hiſce characteribus, DN MANȣHA..... hunc, etſi neſcio quid adulterinum ex literis DN. ſuſpicari quiuis poteſt, hic deſcribendum curaui, vna cum altero ISAACII COMNENI Imperatoris, ne quid ad Hiſtoriam Comnenicæ familiæ illuſtrandam deſit. Seruatur is in inſtructiſſimo Gazophylacio Thuano. Habetur in antica Princeps habitu Conſtantinopolitano, cuius caput manus de cælo tangit, dextra Crucem haſtæ impoſitam ferens, ſiniſtra gladium ſeu enſem Angeli manu recipiens, cum hiſce characteribus ICAAKIOC ΔE... PA... MI. In poſtica viſitur virgo ſedens, icunculæ caput in ſinu fouens. Nummus eſt aureus, ſed ponderis non æquantis ſolidum Iuſtinianæum.

Εὐφημίας προεξάρχοντες] Interdum Pſaltæ & Cantores πολυχρόνιον, ſeu accla- C mationes incipiebant, præſertim cum fiebant illæ in Templis, vt autor eſt Codinus cap. 6. N. 5. Interdum etiam Proceres: idem cap. 8. N. 2 & 3.

Δεύτερον θηλὺ] Maria forte, quam primam e tribus Alexij filiabus nomi- D nat Zonaras. Vide lib. 15. ſub finem.

Ἐπινεμήσεως ἑνδεκάτης] Ioannes Comnenus, poſtmodum Imperator, Ca- D *lojoannes* Petro Abb. Clun. dictus lib. 2. Epiſt. 39. naſcitur Indict. 11. A. Chr. MLXXXVIII.

Τὸ δὲ παιδίον μέλαν] Willelmus Tyrius lib. 15. cap. 23. de Ioanne: *Fuit au-* Pag. 168. A *tem ſtatura mediocris, carne & capillo niger, vnde & cognomento dicitur etiam hodie Maurus, facie deſpicabili, ſed moribus conſpicuus, & actibus inſignis militaribus.* Si (quod aſſeuerat Nicetas) ad Ioannem ſpectat pars poſterior primi Oraculi Leonis Imperatoris, belle ibi deſcribitur hoc verſu vultus color:

Βαπτόμενος μέλανι, καὶ μέλας ὅλος.

Καὶ τοῦ στέφους] Nicetas in Ioanne: ὁ βασιλεὺς τοίνυν καὶ τοκεὺς Ἀλέξιος μάλιστα τῶν B ἄλλων παίδων τῷ Ἰωάννῃ προσεῖχεν· ἀμέλει τοι καὶ τοῦτον ἐπικρίνας καταλεῖψαι τῆς βασιλείας διάδοχον, ἐρυθροῦ τε οἱ πεδίλου μετεδεδώκει, καὶ βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγορεύεσθαι. Imperator porro a parente Alexio dictus eſt Ioannes circa An. Chr. MXCI. aut ſequentem, vti patet ex Diplomate, quod ab Vghello profertur in Archiepiſcopis Neapolitanis N. 10. *In nomine Dei Saluatoris N. I. C. imperante Domino noſtro Alexio Magno Imperatore anno* XIV. *ſed & Ioanne Porphyrogenito Magno Imperatore eius filio anno* III. *die* XVII. *menſis Sept. Indict.* III. &c. Profert etiam idem Vghellus aliud Diploma Anni 19. Imperij Alexij Ind. 8. in quo Ioannis pariter Imperij anni deſcribuntur.

Ἀνωτέρω] Pag. 95. C

Ἀμὴρ] Apud Arabes id vocabuli κύριον, ſeu Dominum ſonat, quod varie C efferunt Scriptores noſtri. Interdum enim, *Ammirabilis*, dicunt, vt Albertus Aq. lib. 3. cap. 59. *Ammiratus*, vt Tudebodus lib. 5. *Admirabilis*, vt Otho Friſingenſ. lib. 7. cap. 4. & *Admirarius*, vt Leo Oſt. Hinc *Admiraldorum*, ſeu Thallaſocratorum nata vox apud Latinos, quod ita noſtris Turcicarum claſſium Duces indigitarentur. Vide pag. 205. b.

Φιλάρετος] Cuius meminit Zonaras in Romano Diogene. D

Ἐξ ἐφόδου κατέσχεν] Venit Antiochia in Turcorum poteſtatem ſub Abul- Pag. 169. caſemo Chalipha circa An. Chr. MLXXXIV. Alexio imperante. Tradunt ſiquidem Raimundus de Agiles pag. 148. Ordericus Vital. lib. 13. pag. 914. & Willelmus Tyr. lib. 5. cap. 11. eam, antequam a Francis expugnaretur, quod accidit 3. Iul. A. MXCVIII. Saracenos per annos 14. obtinuiſſe. V. Elmacinum.

C Τουτούσης] Tutuſæ nomen varie effertur ab El-Macini Interpretibus. Erpenio enim *Tagiuddaulas Niſus*, Vaterio vero *Tageoldulas* dicitur. Fuit ille Gieſaluddaulæ, ſeu Gelaloldulæ Maſcoſæ Summi Turcorum Sultani frater, Barſelami Salgeucidæ Sultani filius, Damaſci Ameras. Siarfuddaula, ſeu Serfodulo, Muſlemi filio, Coroſi nepote, Aleppi, ſeu Berrhœæ Amera, a Solymanno, cui ille Antiochiam auferre annixus erat, interfecto. An. Heg. CDLXXVII. Chr. MLXXXIV. ipſe Aleppum non modo inuaſit, ſed & ipſam Antiochiam, cæſo Solymanno ex fratre nepote, expugnauit, totiuſque Syriæ Principatum nactus eſt A. Chr. MLXXXV.

C Βάλδατ] Vide Albericum A. MXCVIII.

Pag. 170. A Ο δὲ μέγας Σουλτάν] Aduerſus Tutuſem, ſeu Tageoldulam, tot ſucceſſibus elatum, bellum ſuſcepit Gelaloldules Sultanus frater, captumque Aleppum Caſmaroldulæ commendauit, nec multo poſt hominem exuit Anno Heg. CDLXXXV. Chr. MXCII. tranſmiſſa in Mechamudum Sultanica dignitate.

B Σιαοὺς] Magiſtratus Turcicus, qui etiamnum *Chiaous* apud Turcos appellatur. Leunclauius in Pandect. Turc. N. 172. *Zauzij comparandi veniunt cum noſtris nobilibus aulicis, iiſque præſertim, quorum opera Principes vtuntur in expediundis variis negotiis, quas commiſſiones vocare conſueuimus.* Iis qui præfectus eſt *Zauziorum Baſſa* vocatur, de quo Magiſtratu idem agit Leuncl. N. 228. Habebant etiam Byzantini Imperatores ſuos *Chiauſios*, quos vulgo Τζαουσίους nuncupant Scriptores, atque in iis Acropolita cap. 60. quibus qui præerat, Μέγας Τζαούσιος dicitur Pachymeri lib. 7. cap. 1. lib. 12. cap. 30. lib. 13. cap. 22. Vide præterea Meurſ. in Τζαούσιος.

Pag. 171. D Δόρατα μακρά] Celebrantur potiſſimum Franci noſtri a Scriptoribus quod egregie haſtas quaterent. Nicetas in Man. lib. 3. N. 3. de Latinis, ſeu Francis: καὶ τὸ ἐκ τῶν Λατίνων ἔκφσε ςρατιωτικὸν μέγα τῷ δόρατι ἐγκαυχώμενον. Cinnamus lib. 2. de iiſdem Francis: ἵππων τε ἐντάλως ἀναβῆναι, καὶ ξὺν δόρατι ἐπελάσαι δέξιοι μάλιςα. Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 41. *Sed quia ſciebant Milites noſtros eſſe probiſſimos bellatores, & mirabiles de lanceis percuſſores, non ſunt auſi cum eis bellum committere.* Albertus Aq. lib. 4. cap. 6. de Hieroſolymitanis Francis: *Horum ferreæ veſtes, clypei auro & gemmis inſerti, variiſque coloribus depicti, galeæ in capitibus eorum ſplendentes ſuper Solis ſplendorem coruſcant, haſtæ fraxineæ in manibus eorum ferro acutiſſimo præfixæ ſunt, quaſi grandes perticæ: equi eorum curſu & bello doctiſſimi vexilla in haſtis eorum nodis aureis & fimbriis argenteis montes in circuitu nimio lucis decore coruſcare faciunt.* Vide Annam pag. 172. 207. 277. 445. & 469.

D Βασίλδιν] An idem oppidum, quod Βασίλδιον vocat Conſtantinus Porph. ſtatuitque in Themate Buccellariorum, Epiſcopatu inſigne ſub Ancyrana Metropoli?

Pag. 172. A Παγιαρούχ] *Berciarocus*, ſeu vt effertur ab Erpenio, *Barchiuruchus*, alter Gelalolduli ſeu Toparæ Sultani filius, parente a Tutuſe patruo, qui eum immiſſis chaziis interfecerat, ſublato, & in ordinem acto Mechamudo fratre, Sultanicam dignitatem inuaſit A. Heg. CDLXXXVII. Chr. MXCIV. Vide Not. ad pag. 179.

C Κίον] Cium, vrbem maritimam in Bithynia habent Strabo lib. 12. Theophanes pag. 200. 405. *Chiaous*, ni fallor, hodie, in Itinerar. D. *de Breues*, pag. 9.

D Δοῦκα] Dux Scriptoribus Byzantinis eſt claſſis præfectus: Δοὺξ τοῦ ςόλου apud Nicetam in Iſaac. lib. 3. N. 4. In Alex. lib. 2. N. 4. Annam lib. 7. 9. &c. Supra Duces erat Δοὺξ μέγας, de quo eadem Anna pag. 209. & Nos ad Villhard.

Ταύτην τὴν ἀνάγκην] Prouerbialis formula, qua non ſemel vtitur Anna Pag. 173. D
lib. 13. pag. 399. & 402. noſtris frequens, *faire de neceßité vertu.* Will. Tyrius lib. 10. cap. 17. *faciens de neceßitate virtutem.* Albericus An. MLXII. *neceßitatem vertens in voluntatem.* Nangius in Phil. III. initio, *de neceßitate fecit virtutem.*

Οἰκοδομῆσαι πολίχνιον] Oppidum, ſeu Caſtrum forte, quod Κιβωτὸν Græci, Pag. 174. A
noſtri *Ciuitôt* appellarunt, in Nicomedienſi ſinu exædificatum ab Alexio, vt autor eſt Ordericus Vitalis lib. 4. qui id Varangis inhabitandum, & tuendum ab eodem Auguſto conceſſum narrat. Vide Notas noſtras ad Villhard. N. 89. & 240. Ciboti meminit etiam Pachymeres lib. 6. cap. 25.

Θέατρον] Theatrum ante Seueri tempora Conſtantinopoli extitiſſe pro- C
dunt paſſim Scriptores. Euerſum reſtituit idem Seuerus Byzantinis reconciliatus, vt autor eſt Cedrenus, e regione Templi Veneris, vt eſt in Chronico Alexandrino: quod quidem Theatrum illud eſſe opinor, quod vetus Vrbis Deſcriptio ſtatuit in 2. Regione, quæ intra veteris Byzantij fines fuit. Theatrum illud *Minus* nuncupatur, ad eius forte diſcrimen, quod extitit in 14. Regione. Neutrum tamen hoc loco ab Anna intelligitur: nam Hippodromum, ſeu Circum ita appellaſſe conſtat, quod & Nicetæ, Marcello Comiti, & aliis non ſemel euenit, quem a Seuero inchoatum, a Conſtantino M. inſtauratum & confectum tradunt Zozimus lib. 2. Glycas & Codinus in Origin. CP. Θέατρον τοῦ Ἱπποδρόμου dixit Gregorius in vita S. Baſilij Iunioris N. 11.

Αἱ τοῦ Διονύσου] Dionyſius in Periegeſi: Pag. 176. A

Ἔνθα τε καὶ στῆλαι Θηβαιγενέος Διονύσου
Ἑστᾶσιν, πυμάτοιο παρὰ ῥόον ὠκεανοῖο
Ἰνδῶν ὑστατίοισιν ἐν οὔρεσιν, ἔνθα τε Γάγγης
Λευκὸν ὕδωρ Νυσαῖον ἐπὶ Πλαταμῶνα κυλίνδει.

Σινώπης] Sinopem in poteſtate fuiſſe Alexij, cum noſtri Hieroſolymam D
profecti ſunt, obſeruat etiam Albertus Aq. lib. 8. cap. 22.

Λάμπην, Vrbem hoc nomine habet Anna pag. 324. Vide Notas ad p. 94. Pag. 177. C

Λοπάδιον] De oppido Lopadio & fluuio eiuſdem nominis habet quædam C
Leunclauius in Pand. Turc. N. 16. & 86. *Lupar* dicitur Odoni de Diogilo lib. 5. de Profect. Lud. Reg. Franc. in Orient. Adde Notas noſtras ad Villhard.

Χοροσάν] Ita dicta Perſis interior Scriptoribus rerum Orient. paſſim. Vide Pag. 178. C
Leuncl. N. 4.

Τοῦ Σουλτὰν ἀναίρεσιν] Toparæ Sultani, vt mox pag. ſeq. C

Χασίους] Chaſios hoc loco vocat Anna, quos noſtri vulgo *Aſſaſinos*, Per- D
ſica, inquit, lingua: qua appellatione vtitur etiam Nicetas in Iſaacio lib. 1. N. 6. & in Alexio lib. 3. N. 6. Χασύσιοι dicuntur Ioanni Phocæ in Deſcript. Terræ Sanctæ cap. 3. Saracenicam fuiſſe Sicariorum iſtorum nomenclaturam autor eſt etiam Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 21. Caiſinos in Arabia memorat non ſemel Theophanes pag. 356. 358. & 363. quibus fortaſſis originem & nomen dedit Caſius ille Iſmaelita Arabs, cuius meminit Abraham Echellenſis in Hiſt. Arabum cap. 3. Sed an ab iis Chaſij appellationem mutuati ſint, non auſim affirmare. Vide Notas noſtras ad Ioinuillæ pag. 87.

Διαμελίζουσι] Gelaloldulum Sultanum a fratre Tutuſe, ſeu Tageoldulo Pag. 179. A
immiſſis Chaſiis, vel Aſſaſinis, interfectum hic refert Anna, qua in re cum rerum Turcicarum & Saracenicarum Scriptoribus non conſentit. Tradit quippe El-Macinus Sultanum in vrbe Bagdatenſi fato naturali extinctum A. Hegiræ CDLXXXV. Chriſti MXCII. illiuſque percepta morte Tageoldulum ſeſe Sultanum appellaſſe, miſſiſque ad Chalipham Muquetadibillam, quo ab eo Bagdati inauguraretur: ſed repulſam paſſum eſſe. Vereor igitur, ne quod idem Scriptor de Chaſiorum fiducia & temeritate ingerit ſub An.

Heg. CDLXXXIII. Chr. MXC. Annæ impoſuerit : quo loco El-Macinus *Batiias* vocat, qui aliis *Aſſaſſini* & *Chaſij* promiſcue appellantur. Vide eumdem A. Heg. CDXCV.

B Πουζάνος] Quem Anna Puzanum, El-Macinus *Extacarum*, ſeu *Icſancarum* vocat, vbi a Taggeoldulo ſuperatum & cæſum refert menſe Giumada An. Heg. CDLXXXVII. Chr. MXCIV.

C Ταπάρη] Sultanum, qui eo æuo hac gaudebat dignitate, Tutuſæ fratrem, Gielaluddaulam, ſeu Gelaloldulum, cognomento Malcoſam, vel Melicſai, appellari ab Elmacino, iam ſupra monui. Proinde haud ſcio vnde *Taparem* confecerit Anna. *Melec-La*, vel potius *Melec-Sa* nuncupari videtur ab Aithono.

D Ἀναιρεῖται δὲ αὐτός] Cæſum perinde & deletum Tageoldulum a Belciarocco ex fratre nepote tradit idem El-Macinus, menſe Safaro A. Heg. CDLXXXVIII. Chr. MXCV.

D Τὰ Ναυάτου φυσῶν] Anna lib. 10. de Hugone Veromanduorum Comite pag. 288. φυσῶν τὰ Ναυάτου, hoc eſt, qui inſtar Nouati illius Hæreſiarchæ tumidus geſtiebat. Nouatus enim, qui a Græcis Scriptoribus Ναυάτος paſſim indigitatur, a D. Cypriano Epiſt. 49. *arrogantia & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus* fuiſſe dicitur. Sic Nouatianum, Nouati ſocium erroris, ob ſuperbiam carpit Epiſt. 52. & *Doctorem ſuperbiæ* vocat Epiſt. 57. At Nouatus propter λογισμοῦ φυσίωσιν, & τῆς ψυχῆς ὑπερηφάνειαν perſtringitur etiam ab Euſebio lib. 6. Hiſt. Eccl. cap. 35. Niceta in Theſ. Orth. Fid. lib. 4. Hæreſ. 27. & Nicephoro Call. lib. 6. cap. 5. Omnibus prope Hæreticis communis fuit ambitio & arrogantia, qualem Anna hic in Nouato carpit : *omnes enim tument*, inquit Tertullianus de Præſcript. & S. Auguſtinus lib. 5. contra Fauſtum cap. 7. *Hæreticum typhum & intolerabilem ſuperbiam* ſugillat. Ita Donatus, Nouati aſſecla & ſimia, faſtus & arrogantiæ arguitur ab Optato Mileuit. lib. 3.

Pag. 180. A Σολυμᾶ δύο υἷες] Solymannos duos hac ipſa tempeſtate agnoſcunt Scriptores. Prior Niceæ Princeps, qui Antiochiam cepit, *Vetus* Tudebodo pag. 783. dicitur, ad diſcrimen Solymanni Iunioris, veteris filij, cuius primogenitus frater fuit Cliziaſthlan, qui Nicæam occupauit : quam vrbem Solymanno fratri Cliziaſthlanem ceſſiſſe par eſt credere in partem hæreditatis paternæ, reſeruata ſibi Lycaonia, vel Cappadocia. Nam & tempore expugnatæ a noſtris Nicææ, vrbi imperitabat Solymannus, Cliziaſthlan vero Lycaoniæ & Iconienſi vrbi. Vide Annam pag. 318.

C Ἐξώπολον] Reponit Interpres ἐξώπυλον. Si ita ſe res habet, erit ἐξώπυλον porta exterior, vti appellatur ab Houedeno pag. 736. quæ etiam a Græcis recentioribus ἐξώπορτον, & ξωπόρτης dicitur. Verum nihil hoc loco temere immutandum : eſt enim ἐξώπολον, ὁ ἔξωθεν τοῦ κάστρου, ſeu πόλεως, κύκλος : hoc eſt, extra vrbem munitio, ſeu murus exterior, Latinis *Antemurale* & *Barbecanum*, nuncupatus. Ioan. de Ianua in Catholico, *Proceſtria, loca extra ciuitatem, ſicut procaſtria, loca extra caſtra.* Laonicus lib. 9. ἐξώκαστρον dixit, περιτείχισμα Procopius, vt & Anna lib. 14. pag. 426. Ἐπεφρούρητο δὲ ἡ πόλις καὶ ἄλλοις μὲν ἀρραγέσι τείχεσι, καὶ δὴ καὶ τρισὶ περιτειχίσμασι κύκλῳ ταύτην περιλαμβάνουσιν, ὁ γὰρ ἐξώτατος κύκλος περιέσχε τὸν δεύτερον. Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. pag. 95. περιπύργια apud Theophanem, *Antemuralia* vertit. In Gloſſario Græcolat. *Procaſtrium*, ὁ περὶ τῆς παρεμβολῆς τόπος exponitur. Eſt igitur ἐξώπολον murus exterior, quo cætera vrbis vel caſtri mœnia cinguntur & muniuntur, ne ad illa ſtatim hoſtibus acceſſus pateat : vnde & *promurale* appellatur ab Iſidoro lib. 15. Orig. cap. 2. *eo quod*, inquit, *ſit pro munitione muri.* Geſta Stephani Reg. Angl. *exterius promurale quod ad Caſtellum muniendum aggere cumulatiſſimo in altum ſu-*

ſtollebatur. Interdum non modo muris aut parietibus muniebatur illud Procaſtrium, ſed ſæpe foſſis & vallis. Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Oppoſuit medium flumen natura fluentem,
Qui burgum vallo diſterminat exteriori.

Et ante:

———*Vallum quod erat munitio prima.*

Petrus Monachus Vallis Sarnæi cap. 63. *Aduerſarij autem quædam extra foſſata repagula de lignis fecerant, & poſt illa repagula aliud foſſatum, manebantque ſemper inter duo illa foſſata, & inde exibant ſæpius, & infeſtabant noſtros.* Quæ quidem foſſata & repagula eidem Scriptori paulo infra *Barbecanæ* dicuntur. Vide Notata ad pag. 54. & Cinnamum lib. 4. N. 4.

Τὸ τῆς λίμνης] Lacum Lopadium intelligit, e quo amnis profluit, Rhynda- Pag. 181. A
cus olim dictus, ad cuius oſtium extructa fuit Appollonias, vt eſt apud Plinium, Ptolemeum, & Stephanum. Huius ſtagni, vel lacus, vt & pontis ad amnem extructi, de quo Anna, mentio fit apud Laonicum lib. 4. Vide Leuncl. N. 86. & Notas noſtras ad Villhard. N. 169.

Ἀγραρίοις] Perſuaſum haberem ἀγράρια ita dicta τὰ πρὸς ἰχθύων ἄγραν σκάφη, A
de quibus Nicetas in Iſaacio lib. 1. N. 6. niſi doceremur a Conſtantino Porphirog. de Adm. Imp. cap. 51. Imperatores, cum peregre, (vnde etiam forte eiuſmodi nauigio nomen) & in ſuburbana prædia Byzantij vltra Boſporum ſecedebant, iis vehi ſolitos. Proinde malim *agrarias* eiuſmodi naues, eaſdem eſſe, aut iis perſimiles, quas *Agrarienſes* vocat Lex vn. Cod. Th. de Luſoriis Danubij: ita vt iis vterentur, cum ἀγραρεύειν vellent, id eſt, in ſuburbana prædia ſecedere. Heſychius, ἀγραρεύεις, περιέρχῃ. De Luſoriis, vide Salmaſium ad Vopiſcum: de Agrariis vero, rurſum Anna pag. 205.

Ποιμανηνοῦ] Vrbs Villharduino *Pumenienor* nuncupata, in Prouincia Hel- B
leſponti. Notitiæ veteres paſſim.

Γένος Σκυθικόν] Patzinacarum bellum cum Alexio narrat etiam Zonaras. Pag. 182.
Sunt vero Patzinacæ gens Scythica, vt idem teſtatur in Iſaacio Comn. & Scylitzes pag. 775. De iis multa paſſim habet Conſtantinus de Adm. Imp. cap. 1. 2. 3. 4. & ſeq. & 37.

Τάτου] Tati, ſeu Tatæ, Patzinacarum Ducis meminit præterea idem Zo- A
naras in Mich. Duca.

Δρίστρων] Driſtra, ſeu Driſta, vt eſt apud Cedrenum, olim Doroſtolum B
dicta, Mœſiæ inferioris vrbs ad Iſtrum ſita. Vide Notitias vet. apud Carolum a S. Paulo in Geograph. Sacra pag. 20. & 52. & Excerpta Geograph. Bon. Wulcanij.

Βιτζινῶν] Occurrit in Notit. Andronici. Vide infra pag. 193. B

Ὁ δὲ τραυλός] Cuius meminit Anna rurſum pag. 157. B

Σάλινον] Rectius Editio Hœſchel. Βλίσνον habet. Vide Not. ad Villhard. Pag. 183. C
N. 232.

Ἀλλὰ πεζός] Prouerbium Pindaricum, de quo Diogenian. Centur. 6. N. 28. Pag. 185. A
Apoſtol. Euſtath. ad Dion. Moſchopulus περὶ χεδῶν, &c.

Σιδηρᾶν] Cluſura ad Hæmum montem ſic nuncupata, cuius iterum me- B
minit Anna lib. 10. pag. 281. & Scylitzes pag. 784.

IN LIBRVM VII. ALEXIADIS NOTÆ.

Pag. 188. A ΣΟΛΟΜΩΝ] Salomon Hungariæ Rex, qui ea tempestate bellum gerebat cum Geisa fratre, quocum fœdus inierat Alexius. Thwrocz. in Chr. Hung. part. 2. cap. 50. 51. & 52. & Bonfin. Dec. 2. Rer. Hung. lib. 3. & 4.

A Χαριούπολιν] Oppidum notum Villharduino, & aliis.

B Βεμπετζιώτης] Nomen, inquit Anna, a patria sortitus, Bempetzo forte, vrbe circa Euphratem, de qua Nicetas in Ioan. N. 7.

D Πάμφυλον] Cuius oppidi pariter mentio fit apud Villhard.

Pag. 189. D Λαρδέαν] Occurrit locus iste apud Nicetam in Isaac. lib. 2. N. 1.

D Δαμπόλεως] Dampolis, φρούριον haud procul ab Adrianopoli, Scylitzæ pag. 783.

D Γολόη] Memoratur Goloe ab eodem Scylitze pag. 787.

Pag. 190. B Τὰ Τέμπη τοῦ Αἵμου] Tempe Montis Hæmi, Clusuras, seu στενωποὺς, vt vocat Theophylactus Simocatta lib. 2. cap. 11. describit Leunclauius in Pand. Turc. N. 107. *In Thraciam ex Bulgaria profecturis duplex iter est ad superandum Hæmum: vnus aditus a Traiano plerisque putatur factus, vbi adhuc quadrato lapide porta maxima spectatur: alter ad paruum est amnem, quem Sloditzam Bulgari vocant.* Vide eumdem N. 20. Viam Traiani in Hæmo monte agnoscit etiam Simocatta lib. 8. cap. 4. Portas, seu Claustra S. Basilij ibidem memorant Willelmus Tyrius lib. 2. cap. 4. & Anonymus de Expedit. Asiat. Fred. I. Adde Busbeq. in Itiner. CP. pag. 26.

Pag. 191. B Απόγονος] Nicephori Bryennij, qui Tyrannidem affectauit Botaniata imperante, filius fuit Nicephorus Cæsar, Annæ maritus, si Zonaram audimus. At secus Anna ipsa: scribit enim lib. 10. pag. 274. Nicephorum Bryennium, Nicephori Tyranni filium, vna cum patre captum, oculis perinde priuatum fuisse. Nicephori, Tyranni filij, non semel meminit Bryennius Cæsar, qui Patricij dignitatem ei videtur assignare lib. 3. cap. 9. lib. 4. cap. 12. 13. & 14. Fuit igitur Nicephorus Cæsar, Tyranni ex filio nepos, quod euincit vox ἀπόγονος.

Pag. 192. A Ἀπὸ δυτικῶν μερῶν] De origine, fonte, & decursu Danubij, multa Alderisius, Strabo, Procopius, Delrius ad Senecæ Medeam, Ortel. & al.

A Διὰ τῶν καταῤῥάκτων] Septem Danubij ostia ponit Vibius Sequester, sex Plinius lib. 4. cap. 6. quinque Arrianus in Periplo Ponti Euxini.

B Περσηγείδων] Nominum magni huius fluuij mutationem ponit Plinius lib. 4. cap. 12. vbi primum Illyricum alluit, Strabo libro 7. ad eius cataractas, Ptolemeus ad Axiopolim vrbem, Appianus in libro qui Illyricus inscribitur, ad Saui fluuij confluentem.

B Πρέσβεις ἑκατόν] Ita Ægyptij centum Legatos Romam olim miserant ad Regem Ptolemeum accusandum, teste Dione.

C Τῶν ὑπογραμματευόντων] Secretarius, seu a Secretis. Constantinus Manasses:

> Ανάκτων ὑπογραμματεὺς, ὃν φασὶν Ασηκρῆτιν.

Pag. 193. A Μικρὰν Νικαίαν] Quæ in Edit. Hœschel. Νικίτζα, ὑποκορισικῶς dicitur, ad discrimen Nicææ in Bithynia, quam *Magnam* vocat Villharduinus N. 237. & 247. *Niz* Willelmo Tyrio lib. 2. cap. 4. *Nit* & *Nitz* Odoni de Diogilo lib. 2. *Nissa* in Exped. Frider. *Nissea*, Tagenoni Patauiensi, Νίκη τῆς Θρᾴκης Socrati lib. 2. cap. 36. & lib. 4. cap. 11. Theodorito lib. 2. cap. 21. Nicephoro Call. lib. 9. cap. 41. Procopio lib. 4. de Ædif. *Nice*, Ammiano lib. 31. & Authori

thori

thori Itinerarij Burdegal. Ναϊσσὸς Cinnamo non ſemel, Νικαία ſimpliciter Sozomeno lib. 4. cap. 15. & Arnoldo Lubec. lib. 2. cap. 4. Hanc prius *Vſtodizo* dictam aſſerunt Fragmenta S. Hilarij pag. 36. & Manſionem tantum fuiſſe, hoc eſt, locum mutandis equis publicis dicatum. Extitit poſtea ciuitas egregia, vt ex ruinis cernitur, ſed hodie inſtar vici redacta eſt, & a Turcis & Bulgaris habitata, vt autor eſt Felix Petancius in libello, de Itinerib. aggrediendi Turcum, cap. 1. vbi *Neſus* nuncupatur.

Πλισκόβαν] Pliſcobam expugnauit, Bulgariſque abſtulit Baſilius Bulgaroct. C
vti tradunt Zonaras & Scylitzes. A Conſtantino M. ædificatam autor eſt Codinus in Orig. CP.

Πατζινάκων] Qui Scriptoribus Latinis perperam *Pincinnati*, *Pincenates*, *Pe-* Pag. 194. C
cinaci, *Pezinati*, *Pizenaci*, &c. appellantur.

Περσθλάβαν] Perſthlauam Magnam, Bulgariæ Regum Regiam, expugnauit C
Ioann. Zimiſces, vtramque Magnam & Paruam Baſilius. Magnam ad Iſtrum ſtatuit Anna: Zonaras & Scylitzes haud procul a Doroſtolo: ad Hæmum montem Nicetas in Iſaac. lib. 1 N. 5. quo loco eam deſcribit. A Conſtantino M. extructam prodit Codinus in Orig. CP.

Μόκρος] Qui & Samuel dictus. Vide infra lib. 12. pag. 371. & ſeriem Regum D
Bulgariæ in Familiis Sclauonicis, ſeu Dalmaticis.

Αρχοντα Βαραγγίας] Hoc eſt Varangorum Ακόλουθον, ſeu Præfectum, qui Pag. 195. D
Πελεκυφόρων ἐξάρχων dicitur Cinnamo lib. 6.

Τὸ ὠμόφορον] ὠμοφόριον, ſeu ὠμόφορον, veſtem eſſe Patriarcharum, vel Epi- Pag. 196. D
ſcoporum, quæ humeros tegebat, pridem docuerunt viri docti. *Humerale* vocant Autor Actorum Murenſium pag. 29. & Paulus Diacon. lib. 22. Hiſt. Miſc. At quid ſit apud Annam τῆς τοῦ λόγου μητέρος τὸ ὠμόφορον σημαίαν κατέχων, vix auderem definire, niſi lumen daret, facemque præferret Scylitzes in Lecapeno, vbi narrat Simeonem Bulgarorum Regem de pace acturum Romani Lecapeni Imperatoris colloquium expetiiſſe: Romanum vero, priuſquam ad locum condictum proficiſceretur, cum Patriarcha in Ædem Blachernianam veniſſe, & aperta ſacra theca, accepiſſe Omophorum Deiparæ, quo ſe aduerſus Barbari inſidias tutaretur. Eius verba ſunt: ὁ δὲ Βασιλεὺς ἐν τῷ ναῷ γενόμενος τῶν Βλαχερνῶν ἅμα τῷ Πατριάρχῃ, καὶ ἐν τῇ Αγίᾳ Σορῷ εἰσελθὼν, καὶ ἱκετηρίας ᾠδὰς ἀποδοὺς τῷ Θεῷ, τὸ Ωμόφορον τῆς Θεοτόκου λαβὼν, ἐξῄει τοῦ ναοῦ, τοῖς ὅπλοις ἀσφαλέσι φραξάμενος. Ex quibus patet Alexium cum Patzinacis pugnaturum, his ſe ſacris perinde Deiparæ reliquiis muniiſſe, eiuſque humerale, vexilli inſtar expanſum, altera geſtaſſe manu: quod cum perflante vento vehementiori, & hoſtibus maiori numero, atque acriori impetu ad inſequendum incumbentibus, retinere haud poſſet, intra vepres & dumeta complicatum abſconderit, ὡς μηκέτι ὁρᾶσθαι παρὰ τοῦ, ita vt a quoquam hoſtium animaduerſum fuerit: vel, vt habet Editio Hœſcheliana, παρ' αὐτοῦ, ita vt ab Alexio deinceps viſum non fuerit, vel repertum. Fuit porro Omophorum Deiparæ, non pallium quod ab humeris ad talos vſque porrrigeretur, cum Lecapenus & Alexius illud præ ſui pondere geſtare manibus vix potuiſſent, ſed veſtimentum illud, quod μαφόριον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου nuncupatur in inſcriptione tabulæ argenteæ particulam Dominicæ crucis continentis, quæ apud Treuirenſes in Monaſterio Inſulæ S. Nicolai aſſeruatur, illuc poſt Conſtantinopoleos direptionem ab Henrico de Vlmena allatæ Anno Chriſti MCCVII. Læua dextraque lateribus Crucis hærent abditæ argenteæ thecæ, variis intus reliquiis refertæ, quibus inſculpti ſunt earum tituli charactere Græco, & ſingulis conditoriis præfixi. Ac primum ſiniſtrorſum hæ viſuntur Inſcriptiones: Τὰ σπάργανα τοῦ Χριστοῦ τοῦ βίου τοῦ Θεοῦ. Ο ὑακίνθινος στέφανος τοῦ

φιλανθρώπου Χυ̃ ισ̃ Θυ̃. ἡμ. Η Σίνδων ἀθανάτου Χυ̃ κα Θεοῦ. Τὸ Μαφόριον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Η Ζώνη τῆς ἁγίας Παρθέν. Θκου. Dextrorſum vero, Τὸ λέντιον (linteum) τοῦ πλαστουργοῦ ἡμῶν χυ̃ τοῦ Θεοῦ. Τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον τοῦ ζωοδότου ιυ̃. Ο σπόγγος τοῦ μακροθύμου χυ̃ καὶ σωτῆρος ἡμῶν. Ζώνη τῆς ἁγιοπαρθένου Θεοτόκου ἐκ τῶν Χαλκοπρατ. Αἱ τίμιαι τοῦ ἁγίου Ιω τοῦ Προδρόμου τρίχες. Cenſet Browerus lib. 15. Annal. Treuir. a quo prædicta hauſimus, μαφόριον pro linteo, vel panno hic ſumi, vocemque ab Hebræorum *Maphora*, quam ſudarim, aut ſudarium interpretantur, deductam, ad recentiores Græcos poſtea tranſiiſſe. Verum quin μαφόριον illud ſit idem quod ὠμόφορον, apud Scylitzem & Annam, & *Mauors*, ſeu *Mafors*, apud Latinos Scriptores æui medij, nullus dubito. Sed an μαφόριον, poſtremæque iſtæ voces Latinæ a Græco ὠμόφορον deductæ ſint, vel efficitæ, vix auſim ſtabilire. Eſt autem μαφόριον, vti definiunt Gloſſæ verborum Iuris apud Car. Labbeum, σκέπασμα τῆς κεφαλῆς, fœminarum nempe, vt diſerte habet Achmes cap. 265. Neque aliud fuit *Mauors*. Papias MS. *Mauorte, matronale operimentum quod caput operit. Vocatum autem quaſi marte.* Idem, *Peplum, veſtis votiua, Mauorte, mafuritæ, veſtis muliebris, picta ſtola vel pallium, quo matronæ vtuntur.* Iſidorus lib. 19. Orig. cap. 25. *Stola — & Ricinium Latino nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars retro eiicitur, quod vulgo Mauortem dicunt*, &c. Denique Philo Carpathius ad 27. Prouerb. *Theriſtrium, quod & theriſtrum, & maphorium appellant, muliebre capitis & faciei eſt velamentum & operculum, quo fœminæ æſtate præcipue vtuntur.* Neque alia notione Mauortem vſurpauit Gregorius Turonenſ. lib. 10. cap. 16. & Fortunatus in vita S. Radegundis cap. 9. D. Hieronymus Epiſt. 22. *Et per humeros læna Mauorte volitans.* Mafortes etiam Monachis tribuit Caſſianus lib. 1. de Inſt. Mon. cap. 7. *Anguſto palliolo — colla pariter atque humeros tegunt, quæ mafortes tam noſtro, quam ipſorum nuncupantur eloquio.* Enimuero Deiparæ capitis ἐπικάλυμμα, cum eiuſdem zona, aſſeruatum in Blacherniano Templo docet Nicephorus Call. lib. 18. cap. 38. Ex quibus tandem conficitur ὠμόφορον, apud Annam & Scylitzem, eſſe capitis tegumentum, quod humeros etiam operiebat, cuiuſmodi ſunt mulierum noſtratium pepla, ſeu velamenta, dum ſunt in lugubri habitu. Nec eſt quod quis miretur ipſum Imperatorem in prælio illud altera geſtaſſe manu, ad inſtar vexilli, cum Thomas Walſinghamus in Hypodigmate Neuſtriæ narret Walterium Carnotenſem Epiſcopum, vna cum ciuibus contra Rollonem Normannum vrbem obſidentem pugnaturum, ſupparum (Camiſiam vocant) Beatæ Mariæ, quod Carolus Caluus Conſtantinopoli cum aliis reliquiis, vti fingit, aduexerat, in modum vexilli prætuliſſe, præterea Willelmus Tyrius lib. 11. cap. 19. Balduinum Hieroſolymitanum Regem, cum Saracenis, Ademarus vero Cabanenſis Robertum Francorum Regem, cum Carolo Simplice, dimicantes, vexilla prætuliſſe, ac præ manibus geſtaſſe ſcribant. Blacherniani Templi (neque enim rem ingratam Lectori fore arbitror, ſi ſacrarum Deiparæ veſtium Hiſtoriam hiſce Commentariis attexam) amplitudine, licet & artificij elegantia percelebris, venerationem mirifice auxere depoſitæ in eo Deiparæ veſtis & zona, quarum depoſitionis anniuerſarium diem agunt ſeorſim Græci, veſtis ſcilicet 2. Iulij, zonæ vero 31. Auguſti. Deiparæ Ædem in Blachernis extra vrbem ædificatam a Pulcheria, Marciani Imperatoris coniuge, prædicant paſſim Theodorus Lector Eclog. 1. Theophanes, & ex eo Anaſtaſius, An. 1. Marciani, Chronicon Alex. Zonaras, Nicephorus Call. lib. 14. cap. 2. Codinus de Orig. CP. & alij. Hanc poſtea intra vrbis ambitum incluſit Heraclius A. XV. extructo vltra Blachernas muro, quo a barbarorum incurſibus, qui regionem iſtam hactenus peruaſerant, tuta eſſet. Chronic. Alexandrinum: Τὸ ιε΄. ἔτος

τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, ἐκτίσθη τὸ τεῖχος ἔξωθεν Βλαχερνῶν, καὶ ἀπεκλείσθη ἔσωθεν ὁ ναὸς τῆς παναγίας Θεοτόκου, καὶ ἡ Ἁγία Σορός· πρώην γὰρ ἔξωθεν. Idipſum teſtatur S. Nicephorus Patr. CP. τεῖχος εὐθὺς δομησάμενοι τοῦ ἐκείνου ναοῦ φρούριον κατέστησαν. Atque inde ab adiacente Blachernarum regione, ſiue templo ipſo, τεῖχος τῶν Βλαχερνῶν dicitur murus iſte eidem Nicephoro & Paulo Diac. lib 20. Hiſt. Miſc. Addit Nicephorus Call. lib. 14. cap. 2. lib. 15. cap 14. & 24. Pulcheriæ opera & rogatu, Deiparæ ſepulchrales faſcias (τὰ ἐντάφια σπάργανα) a Iuuenali Patriarcha Hieroſolymitano Conſtantinopolim tranſmiſſas, repoſitas fuiſſe in illo templo, ἔγγιστα τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τραπέζης, ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ; iuxta ſacrum altare, in Theca aurea, Marciano adhuc ſuperſtite. Quo demum extincto, Leo Magnus Imperij faſces adeptus, eiuſdem Deiparæ venerandam veſtem, τιμίαν ἐσθῆτα, Conſtantinopolim pariter allatam, in rotundo quod ipſe extruxit Templo depoſuit: καὶ ἀπετέθη ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ δομηθέντι ναῷ ἐν Βλαχέρναις, ἐν ἀργυρέᾳ σορῷ, δι' ἣν καὶ ὁ ναὸς Ἁγία Σορὸς κατωνόμασται. Ioelus in Leone: καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει διακομισθεῖσα, ἐν Βλαχέρναις ἀπετέθη, ἔνθα ὁ βασιλεὺς ναὸν ᾠκοδόμησε τῆς Θεομήτορος, καὶ σορὸν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευάσας κατέθετο ταύτην. Nec diſſentit Codinus de Orig. CP. qui cum magnum Deiparæ in Blachernis Templum, (quod eidem Nicephoro in Præfat. τοῖς οὐρανίοις κάλλει ἁμιλλώμενος οἶκος dicitur) a Pulcheria ædificatum dixiſſet, hæc ſubdit: τὴν Ἁγίαν Σορὸν, τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε Λέων ὁ Μακέλης, ἔνθα κατετίθετο τὴν ἱερὰν σορὸν, ᾗ ἡ θεία ἐσθὴς τῆς Θεομήτορος ἐναπέκειτο. Quamquam ex prædictis Blachernianum Templum aliud videatur fuiſſe ab eo quod Leo M. condidit, & Ἁγίαν Σορὸν appellant paſſim Scriptores, quam tamen id procul abſit a vero, quæve fides Græculis iſtis, æui præſertim poſtremi, præſtanda ſit, vel hinc patet, cum certo certius conſtet vnum idemque eſſe, ex melioris notæ Scriptoribus. Cedrenus in Romano ſcribit Sacticium quemdam, accepto in prælio contra Bulgaros lethali vulnere, ad Blachernas euaſiſſe, poſitumque ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Σοροῦ ſtatim expiraſſe. Mox, vt Lecapenus cum Simeone Bulgarorum Rege collocuturus vrbe exceſſerit, idem Cedrenus commemorans, addit Auguſtum prius cum Patriarcha fanum Blachernianum, & Ἁγίαν Σορὸν ingreſſum, poſt fuſas ad Deum preces, accepto Deiparæ humerali, inde exiiſſe, vti ex ſupra laudato Cedreni loco colligitur: ex quo facile quiuis euincat Ἁγίαν Σορὸν Templi Blacherniani partem & appendicem fuiſſe tantum, vel potius Sacellum, in quo aſſeruabatur Sacrum illud λείψανον, quod cum a Leone forte extructum fuerit, inde factum vt Scriptores totius Ædis conditorem agnoſcant; ſeu, quæ probabilis videtur coniectura, quod Templo Blacherniano, cuius Marcianus & Pulcheria fundamenta iecerant, vltimam manum impoſuerit. Cedreno ſuffragatur Leo Grammaticus, qui in Michaele Balbo diſerte indicat, ſacrum Deiparæ ὠμοφόριον in Templo Blacherniano aſſeruatum, quod alij ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ ſcribunt: ὁ δὲ βασιλεὺς καταλαβὼν μόλις ἰσχύσας διαπεράσαι, καὶ δὲ σὺν τῷ Πατριάρχῃ Φωτίῳ εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς τοῦ Θεοῦ μητρὸς παρεγένετο, κἀκεῖ τὸ θεῖον ἐξιλεοῦνται. εἶτα μετ' ὑμνῳδίας τὸ ἅγιον ἐξαγαγόντες τῆς Θεοτόκου ὠμοφόριον, τῇ θαλάσσῃ ἄκρῳ προσέβαλον, &c. Idem Autor in Leone: Θεοφανὼ δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐν Βλαχέρναις ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ προσεκαρτέρει εὐχομένη. Neque abludit Codinus ipſe, dum ait Deiparæ zonam in Chalcopratiana Æde repoſitam, ὠμοφόριον vero ἐν Βλαχέρναις aſſeruatum. Denique Nicephorus Call. lib. 18. cap. 38. (adeo parum ſibi conſtat) aſſeruatas ſcribit in Blacherniana Æde veſtes Deiparæ & partem zonæ, vna cum capitis amiculo. Quod firmari præterea poteſt ex Metaphraſtæ verbis, quæ ad Codinum laudat Lambecius pag. 201. Iam vero Deiparæ veſtes a Gelbio & Candido Patriciis,

Hierosolymis Constantinopolim delatas, & in Templo, quod postea in Blachernis ab Imperatore extructum est, depositas, docent Menæa ad 2. Iulij. Historiam fusiori Commentario narrat Theodorus Presbyter, seu quiuis alius Author Narrationis Historicæ in Depositionem vestis S. Mariæ, editus à Combefisio in Hist. Monothelit. qui in Æde Blacherniana factam disertis verbis tradit, κατὰ τὸ ἀρκτῷον μέρος, circa partem scilicet Septemtrionalem. Ex Palæstina pariter Constantinopolim asportatas, Leone M. imperante, autor est etiam Zonaras. Cedrenus vero, Glycas, & Ioelus Hierosolimis apud Hebræam quamdam virginem inuentas commemorant, indeque allatas Constantinopolim, & in sacra Theca depositas sub A. Leonis M. XVII. in qua quidem Theca, σορῷ, seu σηκῷ χρυσοπάστῳ, περισόλια τῆς παρθένου Μαρίας asseruata narrant Theophylactus Simocatta lib. 8. cap. 5. & Codinus de Offic. Aulæ CP cap. 15. Præterea μέρος τι τῆς αὐτῆς ἀξιαγάστου ζώνης, καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς ἐπικάλυμμα repositum testatur Nicephorus Callist. loco citato. Vestis Deiparæ materiam descripsit Autor Narrat. Historicæ in depositionem vestis Deiparæ: ἡ δὲ ἐσθὴς ἡ θεία ἐξ ἐρίων ἀφθάρτων ἐξυφασμένη, καὶ ὁ στήμων γὰρ καὶ ἡ κρόκη, ἔριόν ἐστιν τὸ αὐτὸ ὁμοειδὲς καὶ ὁμόχροον. Et in Leone M. Ioelus: καὶ σορὸν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευάσας, κατέθετο ταύτην, ἥτις ἐξ ἐρίων ἀφθάρτων ἐξυφασμένη, καὶ στημόνων ὁμοιοειδῶν, καὶ ὁμοχρόων, ἀδιάφθαρτός ἐστιν, καὶ ἀδιάλυτος μέχρι τοῦ νῦν, τῆς ἀειπαρθένου τὸ θαῦμα σαφῶς κηρύττουσα. At quod Ioelus περὶ ἀφθαρσίας zonæ Deiparæ scribit, id etiam habent Euthymius & Germanus Patr. CP. oratione mox laudanda. Synaxaria ad 2. Aug. vestem & zonam in eadem capsula, seu σορῷ reconditas notant. Sed errant, cum earum inuentionem & translationem Arcadio, Theodosij filio, adscribunt, quod ex ipso, quem ineunt, annorum calculo perspicuum est. Tradunt enim ab earum translatione elapsis CDX. annis, Zoem Leonis Philosophi Imperatoris vxorem, cum a dæmone vexaretur, diuino monitam oraculo, si sacra Deiparæ sibi apponeretur zona, fore vt liberaretur: mox Augusti præcepto adaperta capsa, in ea repertam Deiparæ zonam, aurea sigillatam bulla, cum codicillo, seu breui, annum, Indictionem & diem continente, quibus Constantinopolim allata, & in capsa ab ipso Imperatore deposita fuerat: qua quidem zona a Patriarcha supra Augustæ corpus expansa & explicata, in pristinam illa redierit sanitatem, quo facto sacra zona in capsam rursum relata fuerit. Ex hac, inquam, narratione manifeste patet perperam Synaxaria inuentionem vestis & zonæ Deiparæ Arcadio adscripsisse, a quo ad Leonem intersunt anni P. M. CDLXXX. Sed neque idem annorum CDX. numerus Pulcheriæ, cui eamdem translationem tribuit Nicephorus, conuenire potest, quæ excessit A. Ch CDLIII. a quo ad Leonis Principatum, quem ille iniit A. DCCCLXXXVI. numerantur anni CDXXIX. proinde satius Cedreno fidem habere, scribenti inuentionem & translationem factas A. Leonis M. XVII. quo ille obiit, hoc est, Christi CDLXXIV. a quo ad initium principatus Leonis Philosophi anni intersunt CDXII. Extat Theodori Presbyteri Magnæ Ecclesiæ λόγος διαλαμβάνων, καθ' ὃν ἡ τῆς Θεομήτορος ἐσθὴς τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐπεδήμησεν. Sed & Simeonis Metaphrastæ Homiliæ, quam in Deiparæ laudem conscripsit, titulus concipitur περὶ τῆς φανερώσεως τῆς τιμίας αὐτῆς ἐσθῆτος, καὶ ὅπως ὁ μέγας οὗτος θησαυρὸς Χριστιανοῖς τεθησαύρισται. Vtcumque ista se res habeat, id pro certo haberi debet festum depositionis zonæ Deiparæ, quod Græci agunt 31. Aug. esse de miraculo, quod in Zoe Augusta factum narrant: vel etiam quod eadem die Zela, Helenoponti oppido, sub Iustiniano Imperatore, in Ædem Blachernianam, vel Chalcopratianam, est relata. Menologium Sirleti Card. XXXI. *Aug. commemoratio zonæ sacratissimæ*

Allat. in Diatriba de Simeon.

Deiparentis Mariæ reposita in venerabili eius Æde, cum zona ipsa relata est ab Episcopatu Zelæ sub Iustiniano Imperatore, & factum miraculum per impositionem pretiosæ zonæ super Reginam Zoem coniugem Leonis Imperatoris. Vnde coniici daretur zonam tum primum Constantinopoli visam Iustiniano M. regnante, & vna cum eiusdem Deiparæ veste in Chalcopratianum Templum, & Ἁγίαν Σορὸν, illatam. Festum vero, quod Græci celebrant 2. Iulij, est de inuentione, seu depositione vestis in eadem Æde Blacherniana, facta sub Leone M. idque ἑορτὴν τῆς καταθέσεως τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς Θεοτόκου vocat Codinus de Off. Aulæ CP. cap. 15. N. 26. qua quidem die Imperator in Templum Blachernarum cum suis Palatinis itare consueuerat. Certe depositas primum in Æde Chalcopratiana sacras Deiparæ reliquias, vestem & zonam, vel vestis partem aliquam extitisse, testantur passim Menæa, ipsaque Treuirensis Crucis inscriptio: quæ quidem Ædes inde, vt Blacherniana, Ἁγία Σορὸς appellata fuit. Codin. de Orig. CP. τὴν Ἁγίαν Σορὸν τὴν ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἀνήγειρεν, — ἐκεῖσε γὰρ ἐναπόκειται ἡ τιμία ζώνη, καὶ ἡ ἐσθὴς τῆς Θεοτόκου. At Nicephorus Call. lib. 14. cap. 49. de veste silet, zonam vero in Templo Chalcopratiano agnoscit ab Eudocia ibi repositam: τὴν τιμίαν τῆς Θεομήτορος καὶ ἱερὰν ζώνην κατέθετο ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ἁγίας τραπέζης σορῷ· καὶ ἐξ ἐκείνου Ἁγία Σορὸς ὁ τῆς Θεοτόκου οἶκος οὗτος ἐπώνυμον ἐκληρώσατο. Et cap. 2. eiusdem libri: καὶ τὸ τῶν Χαλκοπρατείων αὖθις ἱερὸν τέμενος ᾧ Ἁγία Σορὸς ὄνομα. Editus est pronuper a R. P. Francisco *de Combefis*, Germani Patriarchæ Constantinopolitani Λόγος, εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῶν Χαλκοπρατείων, καὶ εἰς κατάθεσιν τῆς ἁγίας ζώνης, καὶ τῶν σεβασμίων σπαργάνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Laudatur ab Allatio Λόγος, seu Sermo alter Euthymij Monachi, εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς Σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατείοις. Prostat denique Andreæ Cretensis, vel alterius innominati Scriptoris ἐγκώμιον εἰς τὴν κατάθεσιν τῆς τιμίας ζώνης τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, ab eodem Combefisio publicatum in Hist. Monothelitarum. Verum integráne zona fuerit in hac Æde, dubium videtur, cum lib. 18. cap. 38. partem eiusdem zonæ, vna cum humerali sacratissimæ Virginis, in Blacherniana asseruatam fuisse tradat idem Callistus. Alia præterea Ædes extitit iuxta S. Romani Templum, Ἁγίας Σοροῦ appellatione extructa a B. Helena, vt autor est Codinus: sed an Deiparæ λείψανα possederit, omnino silet. Magna porro fuit Imperatorum erga has sacras reliquias veneratio, cuius præcipuum est argumentum, quod cum Heraclio imperante Sarbarus Persa, & Mysorum Chaganus vrbem graui obsidione premerent, Patriarcha muros obierit, circumferens ἀχειροποίητον τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, καὶ τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα, προσέτι δὲ καὶ τὴν τιμίαν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος, vt est in Triodio Græcorum: & Michael Balbus, cum a Thoma Tyranno terra marique in vrbe obsideretur, τότε ζωοποιὸν τοῦ σταυροῦ ξύλον, καὶ τὴν ἐσθῆτα τῆς παναγίου Θεοτόκου, supra mœnia, præeunte Patriarcha, circumtulerit: Romanus denique Lecapenus & Alexius Comnenus, hic contra Bulgari insidias, ille contra Patzinacarum incursus, his se reliquiis tutati sint. Vide Acrop. cap. 11. Andr. Saussaium in Martyrol. Gall. 25. Iul. Godefr. Henschen. in Act. SS 2. Febr. de Hypapante, §. 4. N. 26. & Honoratum Niquetium in Iconologia Mariana lib. 1. cap. 8.

V. Metaphr. in Orat. de Translat. manus S. Ioann. Bapt. cap. 11.

Εἰ γὰρ σωθείς] Cinnamus lib. 4. φυγὴν τε γὰρ ἔστιν ὅτε χρὴ μηδὲν αἰσχυνόμενον, εἰ τὸν ἀΐδιον καιρός. Encomium Emmæ Reginæ Angl. *Est procul dubio certa victoria ab fortiori hoste elabi fuga, cui nequit resisti per arma.* Hinc Petrus Chrysol. Serm. 150. *Bellicosus, quod in bello fugit, artis est, non timoris:* & vox illa Caroli M. apud Ditmarum lib. 7. Chron. *Carius mihi vt populi exprobrantes dicant me hinc fugisse, quam hic cecidisse: quia dum viuo iniuriæ pondus illatæ vindica-* Pag. 197. C

turum me ſpero. Tartari, autore Aithono cap. 48. *In pugna nec verentur fugere, ſi fuga proſit.* Idipſum de iis teſtatur Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 24.

Pag. 198. D Παρά τε] Monui ſupra in Edit. Hœſchel. haberi περὶ αὐτοῦ, vt ſenſus ſit, humerale Deiparæ ab Alexio amplius non viſum, proindeque deperditum in eo prælio. Sequuntur in eadem Edit. hæc verba: ἔστι δὲ διὰ τὴν νύκτα διεσώθη εἰς Γολόην, ὅτε καὶ ἔλεγον οἱ πολῖται, Ἀπὸ τὴν Δίστραν εἰς Γολόην καλὸν ἄπληκτον Κόμνηνε, i. *a Diſtra ad Goloem bella caſtra Comnene*: eſt enim ἄπληκτον caſtrorum locus, vnde idem quod φοσσάτον dicitur Leoni in Tact. cap. 11. §. 1. κυρίως φοσσάτον τὸ ἄπληκτον τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖται. Sic autem vocantur caſtra, quod foſſis vndique ad exercitus ſecuritatem circumcingantur. Poſtmodum tamen φοσσάτον pro ipſo exercitu vſurpatum paſſim obſeruare eſt: atque ita Conſtantinus de Adm. Imp. cap. 44. φοσσάτον ab ἄπληκτον diſtinguit: καὶ εἰσὶ φραγμὸς καὶ ἄπληκτα τῶν φοσσάτων. Dicitur autem ἄπληκτον a Latino *applicare*, quod eſt diuertere, hoſpitari. LL. Wiſigoth. lib. 8 tit 2. §. 3. *Qui in itinere conſtitutus, cuiuſcumque forſitan campo applicauerit, & ad coquendum cibum frigoris neceſſitate compulſus ignem fecerit.* & tit. 4. §. 25. *Viam per quam ad ciuitatem, aut ad prouincias noſtras ire conſueuimus, nullus — eam excludat vel adſtringat, ſed vtrimque medietas aripennis libera reſeruetur, vt itinerantibus applicandi ſtudium non vetetur.* Lex Burgund. tit. 38. §. 7. *Si quis in agro regio, vel colonica voluerit applicare, & non permiſſus fuerit, colonus fuſtigetur.* Lex Langob. lib. 3. tit 12. §. 5. *Neque per fortiam ſuam in manſione arimanni ſe applicet.* Quibus in locis *applicare* non hoſpitari duntaxat ſignificat, ſed & in campo ſub tentoriis degere, tentoria ipſa figere, quod ſatis oſtendunt hæc verba, *in campo, in via, in agro applicare.* Sub dio enim, in tentoriis noctes exegiſſe Francos & Germanos, cum iter agerent, par eſt credere, quod ſolenne fuit populis Septemtrionalibus, ὁπόσοι τὸν νομάδα βίον εἵλοντο, quod de Walachis dixit Anna lib. 8. proprie autem *applicare*, eſt ad locum aliquem diuertere, peruenire. Terent. in Andr. *Tum ille egens, forte adplicat primum ad Chryſidis patrem ſe.* Quintilianus Decl. 388. *Dum pirata applicat.* Regula Magiſtri cap. 57. *Ad manſionem cum applicauerit.* Charta Domini de Canneto in Prouincia An. MCCCXXVIII. *Quoties Dominus Prouinciæ, vel fratres, vel filij, vel officiales ad caſtrum ipſum applicant.* Vbi igitur in itinere exercitus applicat, hic locantur caſtra, quæ *Applicata*, Græcis ἄπληκτα, ſeu ἄπλικτα, vt ſcribitur apud Leonem loco citato, dicuntur. Gloſſ. Lat. Græc. *Applicatio*, καταγώγιον. Gloſſ. Gr. Lat. ἄπληκτον, *diuerſorium*; ἀπληκεύω, *maneo, diuerſor.* Vita S. Simeonis Mirabil. montis: καὶ ἐλθόντες τινὲς αὐτῶν εἰς Γάβαλα, ἠπληκεύσαμεν εἰς τινα ναὸν τῆς πόλεως. Perperam igitur Æmilius Portus ad Onoſandri cap. 9. ἄπληκτα, ſeu caſtra cenſuit dicta, quaſi τοὺς στρατιώτας φυλάσσοντα, καὶ ἀμοίρους ποιοῦντα τῶν κινδύνων καὶ πληγῶν. Gloſſ. Gr. Lat. ἄπληκτος, *impercuſſus.*

Pag. 200. D Ὀζολίμνη] Extitit palus illa vltra Iſtrum, in ea regione, quam Walachiam hodie vocant. Binas autem potiſſimum iis in locis obſeruat Strabo lib. 7. quarum alia mari, in quod effunditur, adiacet, (Tiagola forte Ptolemæi) altera meatu caret. Certe conſtat Hieraſſam fluuium, qui in Iſtrum haud procul a Doroſtolo, ſeu Driſtra, influit, quo loco bellum iſtud geſtum eſt, lacum permaximum efficere, qui idem fuerit cum Ozolimna.

Pag. 201. D Φλάντρας Κόμης] Fuit is Robertus, cognomento Friſius, Comes Flandriæ, qui ante duodecennium fere quam Proceres noſtri Hieroſolymitanum aggrederentur iter, cum multis opibus Hieruſalem, orationis gratia eſt profectus, redienſque per Thraciam, cum Alexio Imperatore locutus eſt. Hæc ferme Guibertus lib. 1 Hiſt. Hier. cap. 4. & lib. 7. cap. 34. Peregrinationem Hieroſolymitanam ſuſcepit Robertus A. MLXXXV. a qua necdum redu-

cem A. MLXXXIX. autor est Meierus lib. 3. Hanc, præter Andream Syluium in Chronic. Marcian. lib. 4. cap. 3. & aliquot alios, attigit Robertus Monachus, ex cuius Cod. MS. proferre hic lubet Epistolam, qua Alexius Imperator Flandrensem Comitem, cæterosque Orbis Christiani Principes, ad suppeditandum contra Saracenicas gentes promissum toties vrget auxilium, cuiusmodi plures eodem argumento scripsisse litteras ad Vrbanum Pontificem testatur Vspergensis. At cum illius stylus, & scriptionis character paulo humilior, Græcanicum minime redoleat fastum, iure fortasse addubitari potest, num eius sententiam bona fide reddiderit Robertus, siue alius quiuis Interpres: nam solenne erat Byzantinis istis Augustis, cum ad Principes, Latinos præsertim, scriberent, verbis vti *ampullosis, & quæ fastum regalem, Græcumque saperent tumorem*, vt est apud Radeuicum lib. 3. Hist. Frider. cap. 6. Verum eiusmodi fuit Græcorum ingenium, *vt cum timerent, nimia sui deiectione vilescerent, & frangerentur in fœminas: cum vero præualerent, graui subditorum deiectione superbirent.* Verba sunt Odonis de Diogilo lib. 3. quod de Gallis ipsis ait Anna pag. 402. Certe istius, aut similis Epistolæ meminit idem Guibertus.

Argumentum Epistolæ.

Hoc Exemplar Epistolæ quarto anno ante gloriosum Hierosolymitanum Iter a Constantinopolitano Imperatore omnibus Occidentalibus Ecclesiis directum est, præcipue tamen Flandrensi Comiti Roberto: ipse enim Comes iam redierat a Sepulchro Domini in baculo & pera, in quo itinere se viderunt, & affabile atque amicabile colloquium ad inuicem habuerunt. Jsdem vero Imperator, vt ipse in eisdem conqueritur litteris, nimis oppressus fuerat a nefanda gente paganorum, quorum principatum tenebat Solymannus Veteranus, pater Iunioris Solymanni, quem nostri postea (vt liber iste meminit) bellicoso conflictu deuicerunt, eumque fugere compulerunt. Vnde non parum miretur, cur dictus Imperator tam venenosum animum contra nostros semper habuerit, & reddere mala pro bonis non formidauerit.

Epistola ALEXII *Imp.*

DOMINO *& Glorioso* COMITI FLANDRENSIVM ROBERTO, *& omnibus totius Regni Principibus Christianæ Fidei amatoribus, tam Laicis, quam Clericis,* IMPERATOR CONSTANTINOPOLITANVS *Salutem & pacem in eodem Domino Iesu Christo, & Patre eius, & Spiritu Sancto. O Inclytissime* COMES, *& maxime Christianæ Fidei consolator, notificare prudentiæ vestræ volo, quantum Sanctissimum Imperium Christianorum Græcorum acquiratur fortiter a . . . . & Turcis quotidie & . . . . adquiratur sine intermissione . . . . Sed quia sunt multa mala quæ agunt, vt diximus, inenarrabilia, de multis dicemus pauca, quorum sunt auditu horribilia & . . . . ipsum aerem. Nam pueros & iuuenes Christianos circumcidunt super baptisteria Christianorum & circumcisionis sanguinem in despectum Christi fundunt in eisdem baptisteriis, & desuper eos . . . . . . compellunt, & deinceps in circuitu Ecclesiæ eos violenter deducunt, & nomen & fidem Sanctæ ciuitatis blasphemare compellunt. Jllos vero nolentes diuersis pœnis affligunt, & ad vltimum interficiunt. Nobiles autem matronas, & earum filias deprædatas inuicem succedendo, vt animalia ad . . . . deducunt. Alij vero corrumpendo rapiunt virgines, statuunt ante facies earum matres, compellentes eas nefarias & luxuriosas decantare cantilenas, donec compleant ipsa sua nefaria. Sic*

*enim legimus actum vt in Dei populo antiquitus quibus Imperij Babylonij post . . . . delubria deridendo dicebant, Hymnum cantate nobis de Canticis Syon, sic & stupro filiarum matres compelluntur nunc cantare cantilenas nefarias, quarum voces non cantum, vt credimus, resonant planctum, sicut scriptum est in matre Innocentium, Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos & noluit consolari quia non sunt. Sic licet matres Innocentium, quæ per Rachel figurantur, non valuerunt consolari in morte filiorum, valuerunt tamen consolari per salutem animarum. Illæ tamen nullatenus quod peius est consolari valent, quia & in corporibus & in animabus pereunt. Sed quod adhuc est, veniamus ad deteriora, totius ætatis & ordinis viros, id est, pueros, adolescentes, iuuenes, senes, nobiles, seruos, & quod peius & impudentius est, Clericos & Monachos, & heu, proh dolor! quod ab initio non dictum neque auditum est, Episcopos Sodomitico peccato deludunt, & etiam vnum sub hoc nefario peccato iam crepuerunt. Loca vero innumerabilibus malis contaminant & destruunt, & peiora eis minantur. Et ad hæc quis non plangit, quis non compatitur, quis non horret, quis non orat? Nam pene tota terra in Hierusalem vsque Græciam, & tota Græcia cum suis regionibus superioribus, quæ sunt Cappadocia Minor, alia Maior, Phrygia, & Bithynia, & Maior Phrygia, id est, Troia, Pontus, Galatia, Lydia, Pamphylia, Isauria, Lycia, & Insulæ principales * Chio & Mitylena, & multæ aliæ Regiones & Insulæ, quæ non valemus modo computare, vsque Troiam, quæ ab eis iam inuasa est. Et fere nihil remansit nisi Constantinopolis, quam ipsi minantur citissime nobis aufferre, nisi auxilium Dei, & fidelium Christianorum Latinorum celeriter subuenit. Nam Propontidem, quæ & Auidus dicitur, & ex Ponto iuxta eamdem Constantinopolim in Mare Magnum decurrit, cum ducentis nauibus inuaserunt, quas Græci ab eis deprædati fabricauerunt, & remigiis, velint nolint, deducunt, & minantur tam per terram, quam per eamdem Propontidem Constantinopolim (vt diximus) velociter capere. Hæc plura de innumerabilibus malis quæ hæc impiissima gens agit, diximus & scripsimus tibi, Comes Flandrensium, Christianæ fidei amator. Cætera vero ob legentium fastidium dimittamus. Igitur pro Dei amore, & pro omnium Græcorum pietate rogamus, vt quosque fideles Christi bellatores, tam maiores, quam minores cum mediocribus intra tua acquirere poteris ad auxilium mei & Græcorum Christianorum huc deducas, & sicuti Galatiam & cætera Occidentalium Regna anno præterito a iugo paganorum aliquantulum liberauerunt, ita & nunc ob salutem animarum suarum regnum Græcorum liberare tentent: quoniam ego, quamuis Imperator, nullum tamen remedium atque idoneum consilium scio inuenire, sed semper a facie Turcorum & . . . . fugio, & tamdiu in singula ciuitate maneo, donec aduentum eorum prope sentio, & melius * subiretur esse * nostris Latinis cupio, quam paganorum ludibriis. Ergo antequam ab eis capiatur Constantinopolis, certare totis viribus debetis, vt gloriosam & ineffabilem misericordiam in cœlo gaudentes recipiatis. Nam melius est vos habeatis Constantinopolim, quam paganos, quia in ea habentur pretiosissimæ reliquiæ Domini, id est, Statua ad quam ligatus fuit, flagellum a quo flagellatus fuit, Chlamys coccinea qua fuit indutus, Corona spinea qua fuit coronatus, Arundo quam vice sceptri in manibus tulit, Vestimenta quibus ante Crucem expoliatus fuit, pars maxima Ligni Crucis in qua fuit crucifixus, Claui quibus affixus fuit, Linteamina post Resurrectionem eius inuenta in Sepulchro, Duodecim cophini fragmentorum ex quinque panibus & duobus piscibus, Caput cum Capillis integrum & Barba Sancti Joannis Baptistæ, Reliquiæ & Corpora Innocentum quorumdam Prophetarum ac Apostolorum, Martyrum, & maxime S. Stephani Protomartyris, & Confessorum ac Virginum, quæ ob nimium incrementum scribere singulariter . . . . quæ tamen omnia Christiani magis quam Pagani habere debent, & munimen magnum erit omnibus Christianis, si hæc omnia habuerint,*

detrimentum

* Anna pag. 205. 206.

V. Gregor. VII. lib. 1. Ep. 49. & Berthold. Const. An. 1094.

* *subiectam*
* *vestris*

V. Syntagma nostrum de Capite S. Ioann. Bapt. cap. 7. N. 11.

*detrimentum vero . . . . si perdiderint. Nam si hoc . . . . noluerint. & aurum magis amauerint, in ea plus inuenient, quam in toto Mundo. Nam soli thesauri Ecclesiarum Constantinopolis in argento, auro, gemmis & lapidibus pretiosis, & pannis sericis, & cæteris palliis, sufficere possunt omnibus Mundi Ecclesiis: quos cum omnes thesauros inæstimabilis thesaurus matris Ecclesiæ Sanctæ Sophiæ, id est, Dei Sapientiæ, superare, & absque dubio thesauris Templi Salomonis coæquari potest, ... de infinito thesauro Nobilium dicam cum thesaurum negotiatorum rusticorum nemo æstimare * posse, quod inuenitur in præteri-* possit torum Imperatorum thesauris, id pro certo dico, non erit lingua quæ illum recitare valeat, quoniam non solum Constantinopolitanorum Imperatorum ibi thesaurus habetur, sed omnium antiquorum Romanorum Imperatorum ibi thesaurus & translatus & in Palatiis absconditus. Quid amplius dicam, quod certe patet oculis hominum, nihil est quod non sit illic absconditum. Currite ergo cum tota gente vestra, & viribus vestris certate, ne talis thesaurus in manibus Turcarum & . . . . cadat, quia . . . . infinita adhuc sexaginta millia exspectantur quotidie, & timeo ne per illum thesaurum nostros paulatim seducant cupidos milites, quemadmodum Julius Cæsar olim fecit, qui Regnum Francorum cupiditate inuasit. Et quoniam Antichristus capturus totum Mundum in finem Mundi est acturus. Agite ergo dum tempus habetis, ne Christianorum Regnum, & quod magis est Domini perdatis Sepulchrum, & inde non iudicium, sed mercedem habeatis in cælum.* Hactenus Alexij Epistola, quam genuinam, & non confictam esse, vel minime adulterinam, abunde probant quæ ex illa delibauit, scriptisque suis inseruit, sed longe elegantioribus vestita verbis, Guibertus lib. 1. Hist. Hier. cap. 4. scripta vero hic innuitur anno post redactas in Græcorum potestatem *, * Anna pag. 170. 176. Alexij arte & industria, Galatiæ & Paphlagoniæ vrbes, quas inter præcipuum locum obtinuit Sinope: proinde paulo ante Gelalolduli Sultani obitum, quem An. Chr. MXCII. contigisse supra a nobis est obseruatum.

Ορκον] Hominium, cuiusmodi eidem Alexio ab Gothofredo Bullionensi, cæterisque Proceribus Francis præstitum narrat Anna lib. 8. pag. 289. Pag. 202. A

Μαρκέλλων] Paulus Diac. lib. 23. Hist. Miscell. in Constantino Irenes filio: A *Julio mense exercitum mouit aduersus Bulgares, & construxit castrum Marcellorum.* Eodem libro *Marcella* dicitur, *Ego veniam ad Marcellam.* Pag. 203. B

Κύψελλα] Thraciæ vrbs ad Hebrum, de qua Geographi passim. Pag. 204. A

Βουλγαρόφυγον] *Bulgarofle*, Villharduino. Vide Notas ad eumdem Script. B

Αρχοντοπούλοις] Quemadmodum apud Gallos, Italos, Hispanos, Anglos, aliosve diuisus olim fuit Nobilium ordo in tres classes, Baronum scilicet, Militum, seu Equitum, & Domicellorum, seu Scutiferorum, ita apud Byzantinos, qui Latinorum mores, velut simiæ, æuo sequiori æmulati sunt, Nobilium ordo in tres pariter classes distributus fuit. Vniuersim vero Nobiles & Magnates Aulæ Constantinopolitanæ Αρχοντες appellantur, vt ex Luithprando lib. 3. cap. 9. Willelmo Tyrio lib. 20. cap. 18. & Byzantinæ Historiæ Scriptoribus colligere quiuis potest. Horum vxores Αρχοντίσσαι dicuntur Nicetæ in Isaacio lib. 3. N. 11. Ordo ipse Nobilium, Αρχοντικὸν ab Anna, Αρχοντικὴ τάξις appellatur a Cantacuzeno in Procemio Hist. Nobiles igitur qui sanguinis nexu Imperatoribus proximi erant, aut qui generis, officij & dignitatis prærogatiua cæteris præstabant, πρῶτοι Αρχοντες vocantur in Diplomate Andronici apud Phranzem lib. 3. cap. 24. προτερεύοντες τῶν Αρχόντων, apud Theophylactum Simocat. lib. 8. cap. 9. ὁπόσοι τῆς μείζονος τύχης, apud Annam pag. 221. συγκλητικοὶ Αρχοντες apud Scylitzem pag. 857. Cæteri quorum minor dignitas Αρχοντες nude ac simpliciter, Constantino Porph. in Nouel. περὶ δυνατῶν, &c. κατωτέρω Αρχοντες dicuntur. Erant præterea Αρχοντόπουλοι, seu

Αρχοντόπουλα, (neutro enim genere non ſemel vocem hanc efferunt Byzantini Scriptores, Codinus de Offic. cap. 6. N. 38. Cantacuzenus lib. 1. cap. 48. Conſtantinus in Hiſt. Apoll. Tyr. &c.) qua appellatione indigitabantur Nobiles, qui nullum Officium in Aula, aut Militia Byzantina obibant, præſertim vero Nobilium & Procerum filij, nulla propter ætatem dignitate inſigniti. Quemadmodum enim apud nos Milites, ſeu Equites, Domini: qui autem nondum Militari ordine donati erant, quantumuis Nobiles, & illuſtri natalium ſplendore, vel ſerie, conſpicui, *Domicelli* nuncupabantur, tamquam minores Domini, aut certe Dominorum liberi: ſic etiam Byzantini Nobilium ſuorum & Archontum filios, non Ἄρχοντας, ſed Ἀρχοντοπούλους appellarunt, vocabulo mixobarbaro, quo non tam Ἄρχοντες, quam Ἀρχόντων filij, quandoque etiam inferioris ordinis Ἄρχοντες indicantur. Terminatio enim πουλος, ſeu πωλος, vocabulorum notioni quidpiam detrahit, vimque habet minuendi. Plerumque etiam filium ſignificat; ita apud Zonaram in Bulgaroctono Κομητόπουλοι, ſunt Comitum filij, & Humbertopulus apud Annam, eſt Humberti filius: quæ loquendi formula Anglo-Normannis familiaris olim fuit, nomen patris, filij nomini præponentibus:, quod præterea de Hybernis obſeruat Camdenus. Enimuero Ἀρχοντόπουλοι, cuiuſlibet eſſent conditionis, aut generis, vel etiam dignitatis, in Palatio Imperatoris nudis ſtabant capitibus, cum cæteri Ἄρχοντες & Proceres ſciadiis pro ratione Officij, aut Ordinis, capita operirent, vti teſtantur Nicephorus Gregoras lib. 11. extremo, & Codinus de Offic. cap. 3. N. 12. & cap. 7. N. 32. Totum hunc Aulæ Conſtantinopolitanæ Procerum ordinem diſcimus ex ſupra laudato Andronici Diplomate: εἴτε τῶν προσμένων (leg. πρεσβυτέρων) ἀρχόντων τῆς Βασιλείας μου, καὶ τῶν λοιπῶν Ἀρχόντων, καὶ Ἀρχοντοπούλων αὐτῆς. Ex his igitur ſatis liquet quæ fuerit τῶν Ἀρχοντοπούλων Phalanx ab Alexio inſtituta, conflata ſcilicet ex nobilioribus adoleſcentibus Aulæ Conſtantinopolitanæ, quibus Ἀρχοντοπούλων nomenclaturam primus indidit: καὶ Ἀρχοντοπούλους ὠνόμασεν, ὡσανεὶ ἐξ Ἀρχόντων υἱοὺς γεγονότας.

D Ἀπρῶν] Apros, Thraciæ vrbs, Archiepiſcopali & Metropolitana dignitate inſignis, de qua Cantac. lib. 1. & Veteres Notitiæ.

Pag. 205. A Ἀγούρους] Hoc vocabulo Ephebos a Thracibus nuncupatos ex Euſtathio pridem docuit H. Stephanus, qua etiam, notione eadem, vſum Nicetam obſeruat Meurſius. Leo Grammat. pag. 460. Θεασάμενος οὖν αὐτὸν ἐπιάγουρον καὶ μεγάλην κεφαλὴν ἔχοντα, ἐπέθηκεν Κεφαλᾶν.

B Σατζάπην] Cliziaſthlanem, Solymanni veteris filium.

B Ἀπελχασήμ] Atqui e viuis ſublatus erat Apelchaſem, cui ſucceſſerat Cliziaſthlan Solymanni filius, ope Pulchaſis, Apelchaſemi fratris, qui hic intelligi debet; proinde lego, τὸν Ἀπελχασὴμ ἀδελφόν.

B Τζαχᾶς] Tzachæ (Zachatam vocat Glycas) Turcici Proceris in Helleſponti Inſulas irruptionem narrant etiam Zonaras & Glycas.

C Κλυζομένας] Eadem, opinor, quæ Clazomenæ, vrbs Ioniæ maritima: vt credam, facit Phoceæ & Mitylenes, ſeu Leſbi, Inſulæ vicinia.

C Εἰς ἔλεον] Græco idiomate Dei miſericordiam imploraſſe Turcos ait Anna, quod Turcicis hiſce verbis facere ſolent: Ἀλλὰ οὐὰ Κουβαρ ἀλλά, vt eſt in Saracenicis Sylburgij pag. 70. & apud Conſtant. de Adm. Imp. cap. 14. ſeu vt eſt apud Ioan. Cananum pag. 195. Ρασοὺλ, Ρασοὺλ Μαχουμέτη: vel, ἀλὰχ ταῖκρὺ Μαχουμέτη. Vide Scip. Ammirat. ad Tacit. lib. 14. cap. 5.

D Στιβάδας καὶ βύρσας] Vegetius lib. 4. cap. 25. *Aduerſum arietes vel falces ſunt plura remedia; aliquanti centones & culcitas fuſtibus calcant, & illis opponunt locis, qua cædit aries, vt impetus machinæ materia molliore fractus, non deſtruat murum.*

Leo in Tact. cap. 15. §. 48. καὶ πρὸς τοὺς κριοὺς δὲ ἀντίκεινται τυλάρια καὶ σακκία γέμοντα ἀχύρα καὶ ψάμμου. Willel. Tyrius lib. 8. cap. 13. *Ciues a propugnaculis stramine plenos & palea saccos suspenderant, vestes quoque & tapetia, trabes ingentis magnitudinis, & culcitas refectas bombyce a turribus & muro aliquantulum demiserunt, vt per eorum mollitiem & mobilitatem contortorum molarium ictus eluderent, & laborantium euacuarent conatum.* Adde cap. 18. & Albert. Aq. lib. 6. cap. 9.

Κουράτορα] Erant apud Byzantinos curatorum varia genera: interdum D
enim & sæpius, Curatores dicuntur Ædium publicarum Præfecti, seu *Prouisores*, vti vocantur in vita Ludou. Pij. Quandoque etiam Præfecti Ærarij. Gloss. S. Benedicti cap. de Magistrat. *Curator*, φροντιστής, λογιστής Gloss. Græcolat. λογιστής, *Curator*. In vet. Inscr. CVRATOR ÆRARII MEDIOL. Hac igitur functum dignitate in Lesbo Insula Alopum constat. Summus autem Ærarij Præfectus Μέγας Κουράτωρ dicebatur. Vide Tom. 1 Hist. Fr. pag. 869.

Πρωτονωβελισσίμων] Dignitas Palatina, quæ nomen dedit familiæ illustri Pag. 208. C
in Regno Neapolitano, forte quod Gentis autor ea donatus fuisset. Eius non semel mentio occurrit apud Scip. Ammiratum in Famil. Neapol. Tom. 2. vbi etiam illius Stemma perstrinxit pag. 233. 234. 297. 309. Meminit pariter illius Cæsar Nostradamus in Hist. Prouinc. A. MCCCXXV. Occurrit in Iure Græco-Rom. Πρωτονωβελισσιμοϋπέρτατος, adeo ingeniosi fuere Græculi isti in fingendis Dignitatum nominibus, quarum nullæ erant functiones, cum ex solis *rogis* annuis, & gradu in aliquo pretio haberentur. Vide Alamannum ad Procop. & Meurs. in Gloss. Nobilissimi dignitas occurrit infra pag. 274.

Βολκάνου] Fuit is Volcanus, seu vt a Diocleate nuncupatur, Belcanus, Pag. 209. C
Rassiæ Zupanus, quam prouinciam clientelæ iure Regno Seruiæ obnoxiam, obtinuerat a Bodino Dalmatiæ & Seruiæ Rege, cuius hoc loco meminit Anna. Vide Notata ad Pag. 40.

Ρούσιον] *Rusa* Roberto Monacho. Vide Not. ad Villhard. Pag. 210. B

Πολυβότου] Polybotus Thraciæ vrbs Cantacuzeno dicitur lib. 2. cap. 12. & B
lib. 3. cap. 76. Eiusdem nominis in Phrygia oppidum statuit Procopius in Hist. Arc.

Μανιακατῶν] Latinos, seu Normannos intelligit, qui Maniacæ olim in D
Italia & Sicilia meruerant, de quibus supra pag. 11. Autor est autem Lambertus Schafnaburg. ad A. MLXXI. Normannos Imperatoribus Constantinopolitanis militasse ante extinctum Robertum, post cuius mortem constat ex Orderico Vitali lib. 7. Plures ex eius comitatu in Græciam transiisse, & sub Alexij stipendiis meruisse.

Τῶν βασιλικῶν ἱεράκων] Fuit olim in Aula CP. dignitas τοῦ Πρωτοϊερακαρείου, D
cuiusmodi est M. Falconarij apud nos. Verum hic agitur de eo penes quem cura erat alendorum accipitrum.

Τεταρταίου ῥίγους] Apud Medicos, ἐπιβολὴ ῥίγους, est frigoris in febre ac- Pag. 212. D
cessio; ῥίγη περιοδικὰ, rigores febrium circuitu redeuntes: Marcello Empirico cap. 16. *horrores febrem præcedentes, quæ circuitum habent.* Celsus lib. 3. cap. 3. ait quartanas febres incipere semper *ab horrore.* Hic vero vniuersim ῥῖγος pro ipsa febri sumitur, quæ ῥιγοπύρετος dicitur apud Gregorium in vita S. Basilij Iunioris N. 7. Sic *frigores*, apud Latinos medij æui, dicuntur *febres, quæ faciunt homines frigere*, ait Balbus in Catholico. *Frigora* dixit eadem notione Gregorius Turon. de Glor. Confess. cap. 24 85. *Frigus febrium*, lib. 4. de Mirac. S. Mart. cap. 21. Hinc *Frigoreticus morbus*, apud Hepidannum in vita S. Wiboradæ lib. 1. cap. 27. pro ipsa febri: & *Frigoretici*, pro febricitantibus, apud Flodoardum lib. 2. Hist. Rem. cap. 14. lib. 4. cap. 44. Baldri-

cum in Chron. Camerac. eumdem Gregor. Turon. passim, &c. Etsi frigus, seu, vt tunc loquebantur, *frigorem* ab ipsa febri distinguere videatur Fortunatus Pictauiensis in vita S. Germani Episc. Paris. cap. 20. *Waddo — typum dupliciter incurrens febris & frigoris, expurgandus sancti viri præsentatur obtutibus.* Quo loco satis innuit *frigorem* esse febrem, quæ per ἐπιβολῶ ῥίγεις excitatur.

Pag. 215. Ξηρογύψου] Xerogypsi fluuij meminit Theophylactus Simoc. lib. 6. cap. 3.

IN LIBRVM VIII. ALEXIADIS NOTÆ.

Pag. 221. A ΧΟΙΡΟΒΑΚΧΩΝ] Chœrobacchorum oppidum extitit Constantinopolim inter & Adrianopolim, ad Melam fluuium. Adiacentes oppido campos explicandæ aciei, & castris locandis percommodos, eleganter describit Nicetas in Man. lib. 1. N. 5. Agunt etiam de iisdem Zonaras, Scylitzes, & Glycas in Constantino Duca, & Otho Frising. in Chron. Vide Notas ad Cinnami pag. 41.

B Παρασκευὴ τῆς ἀπόκρεω] Feria V. Hebdomadæ, quæ Latinis Hebdomada Septuagesimæ dicitur. Vide Allat. de Hebdom. Græcor. & Petauium ad Niceph. CP.

C Εβδομάδα τῆς Τυροφάγου] Hebdomadem, seu Septimanam Quinquagesimæ. Vide supra pag. 51.

D Δεκάτου] Locus fuit ab vrbe Constantinopolitana 10. stadiis dissitus, vnde, ait Anna, appellationem videtur sortitus. Huius meminit Theophanes A. XXXII. Iustiniani. Extitit præterea alius, eiusdem ferme nominis, intra vrbem, nisi quod pro Δέκατον, voce a Latio dicta, Δέκιμον nuncupatur: vnde Porta Decimi dicta, quæ in Hippodromum per cochleam ducebat. Autor Chronici Alex. tradit Gratianum Aug. cæsum fuisse ἐν τῷ ἀνέρχεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ ἱππικὸν Κωνσταντινουπόλεως θεωρῆσαι διὰ τῆς κοχλίου, κατὰ τὴν θύραν τῆς λεγομένου Δεκίμου. Ex quo loco emendandus alter in Zenone, apud eumdem Scriptorem: καὶ ἐσφάγη εἰς τὸ κοχλίον τῆς Παλατίου κατὰ τὸ Δέκιμον, ὡς ἀνέρχεσθαι εἰς τὸ ἱππικὸν θεωρῆσαι ὁ αὐτὸς Αρμάτος. Perperam enim editum Δόκιμον, quod fugit eruditum Interpretem. Porro vicos & oppida nonnulla a numero stadiorum & milliarium nomen sumpsisse notum est, vt fuere Hebdomum iuxta Constantinopolim, & alius eiusdem nominis locus iuxta Florentiam in Hetruria, vbi hodie Abbatia Septimiana, vt tradit Vghellus Tom. 3. Ital. Sacræ pag. 54. Castella duo *Quinti* nomine appellata, in Dardania vnum, in Mysia alterum, quorum Procopius meminit, & tertium iuxta Alexandriam, vbi S. Anastasia Patricia Monasterium extruxit, vt est in Synaxariis 10. Mart. Occurrit præterea *Nonum* iuxta eamdem vrbem Alexandriam apud Moschum in Prato Spirit. quod ita dictum innuit, quod ab vrbe nouem milliaribus distaret, c. 105. 177. 184.

Pag. 223. A Τὴν λίμνην] Paludem, quam Melas fluuius æstate arescens efficit. Nicetas loco citato, de Mela: ὅτε τοίνυν θέρεις μὲν λειψυδρεῖν εἰς χαράδραν συνάγεται τεναγώδη.

A Τοῦ Αὐχένος] Supra pag. 221. κατὰ τὸν συγκεκολλημένον τῷ τείχει τῶν χοιροβάκχων αὐχένα ἔστησαν.

B Σκυθῶν ἐσθῆτας] Simile stratagema recitat Polyænus lib. 1. in Cimone.

B Ῥέοντα ποταμόν] Melam. Vide Nicetam.

D Απόκρεω κυριακῆς] Dominica Sexagesimæ. Vide Allatium.

Pag. 225. D Βαθέως ῥυακός] Idem forte, qui βαθύκολπος Dionysio Byzantio dicitur. Adi, si placet, & confer Petrum Gyll. lib. 2. de Bosporo Thracio cap. 17.

Fuit etiam alius eiuſdem nomenclaturæ locus in Aſia, haud procul ab Euphrate & Tephrica, cuius meminit Scylitzes in Bulgaroctono A. II.

Θεοδώρου τεμένους] Ædem D. Theodoro Tironi ſacram a Sphoratio Coſ. Pag. 226.
in loco vrbis ex eius nomine appellationem ſortito, extructam habent paſſim Scriptores: ſed fuit hæcce Ædes iuxta Ædem Sophianam. Illa vero, de qua Anna, extitit in ſuburbanis Byzantij. Nec aliam reor ab ea, quam Procopius lib. 1. de Ædif. Iuſtin. conditam ſcribit ab eodem Auguſto, in ſuburbano nuncupato Raiſſio: ὃ τοῦ Θεοδώρου ἁγίου τέμενος πρὸ τῆς πόλεως κείμενον ἐν Χώρῳ καλουμένῳ Ῥαισίῳ.

Αἶνον] Vrbs Thraciæ, Villharduino *Aine*. Pag. 227. A

Ἐκ Νικομηδείας] Vbi milites Flandrenſes collocarat antea Alexius. B

Ἀμφιρύκῳ] Pag. ſeq. & 443. ἐν ἀμφιρύκῳ πλοίῳ. Quid ſi ἀμφιρύτῳ, ita vt B
ἀμφίρυτον, vel ἀμφίῤῥυτον πλοῖον ſcapha fuerit, quæ ex ſui exiguitate, vndis vndique ad oram vſque alluatur. ἀμφιρύτη νῆσος hac notione apud Homer. Od. α'. & Ἀκτὴ ἀμφιρύτη lib. 4. Anthol. cap. 24. ἀμφίῤῥυτος θάλασσα, apud Cinnamum lib. 6. pag. 305. Heſychius, ἀμφιρύτη, πανταχόθεν περιῤῥεομένη τῶν ὑδάτων. Vide Gloſſar. Annæum..

Βαλτώδης] Paluſtris. Conſtantinus de Adm. Imp. cap. 38. ἡ Βενετία ὃ μὲν D
παλαιὸν ἦν τόπος ἔρημος τις ἀοίκητος καὶ βαλτώδης. Leoni in Tact. cap. 11. §. 3. βάλτη eſt palus. Occurrit ſemel ac iterum apud Annam pag. 392. & 441. Hinc βαλτολιβὰς apud Scylitzem pag. 832. διαναπαύσαντες δὲ ἑαυτοὺς ἐν τῇ βαλτολιβάδι, ὡς ἐνὸν ὥρμησαν διὰ τῆς νυκτός. Vbi perperam Interpres, *in Baltolibade* vertit, mallem *in prato*, aut *loco paluſtri*, *&* *aquis irriguo*.

Μητρόθεν συγγενής] Quippe Ioanni Ducæ Cæſari, & Andronico filio Irenes Pag. 229. D
Auguſtæ patri, vxores fuere nobiles Bulgaræ. Vide Stemma Comnenicum.

Ἐκ τῆς Ῥώμης] Auxiliares copias Roma expectabat Alexius, forte ab Vr- Pag. 230. D
bano II. Summo Pontifice, a quo A. MLXXXIX. per Legatos ab excommunicatione abſolutus fuerat, vt ſcribit Bertholdus, quocum etiam, ſi non ea tempeſtate qua bellum iſtud geſtum eſt, ſaltem poſtea fœdera inita conſtat, ex Chronico Caſ. lib. 4. cap. 48. Vide Malaterram lib. 4. cap. 13.

Λύκου ἢ ἀρνίου κρέας] Hoc eſt, *experiemur cum lupiſne, an cum agnis cras no-* Pag. 231. A
bis res erit.

Φοσσάτου] Occurrit hæc vox rurſum pag. 281. 312. Eſt autem *foſſatum*, A
exercitus ipſe, vel caſtra ipſa. Gloſſ. Baſil. κάστρον, ἤτοι φοσσάτον. Chron. Alexandr. A. Heracl. XVIII. πλησίον γὰρ αὐτῆς τῆς πόλεώς ἐστιν ὃ φοσσάτον ἡμῶν. Idatius in Faſtis, *ipſo anno profectus eſt Valens Auguſtus ex vrbe ad foſſatum.* Conſule Gloſſaria.

Μιᾷ φωνῇ] Ea fuit veterum Tacticorum ſententia, *hoſtes terreri ſi cum telo-* Pag. 292. C
rum iactu clamoris horror acceſſerit, vt eſt apud Vegetium lib. 3. cap. 18. quibus conſona quædam habet Leo in Tact. cap. 20. §. 114. Erat autem *clamor* iſte *permiſtus exhortatione*, quemadmodum ait Salluſtius de Bello Iugurt. Vnde παρακελευσμὸς dicitur Conſtantino Manaſſæ pag. 231. Edit. Leyd. Interdum ἀλάλαγμος, & λαλαγὴ ἀρεϊκή; ἐνυάλιος κέλαδος, Heliodoro lib. 1. Barditum vocabant Galli antiqui noſtrates, vt autor eſt Tacitus. Verum ex quo in or- Anna pag. 247. b.
bem inuecta eſt Chriſtiana Religio, deſierunt confuſæ illæ & incertæ a militibus ad fiduciæ ſpecimen, vel notam, proferri ſolitæ voces, ſubiitque in earum locum vno omnium ore in cælum miſſa diuini auxilij deprecatio. Cuius moris autorem innuit Conſtantinum M. Euſebius lib. 4. de vita eiuſdem Conſtant. cap. 19. & 20. & in Orat. de ipſius laudib. dum ſcribit ſuis præcepiſſe militibus, vt in pugnæ procinctu hacce oratione Deum ſibi in præliis propitium conciliarent: σὲ μόνον οἴδαμεν Θεόν, σὲ Βασιλέα γνωρίζομεν, σὲ

βοηθὸν ἀνακαλούμεθα, παρὰ σου τὰς νίκας ἠρόμεθα, &c. Exhinc apud Christianos inualuit, vt prælia omnia a Dei inuocatione auspicarentur. Guntherus lib. 7. Ligur.

Sic pulchro felix acies instructa tenore,
Carmine belligero, longeque sonantibus hymnis,
Diuinam sibi poscit opem.

Quibus autem verbis concepta fuerit eiusmodi deprecatio, diximus in Dissert. 11. ad Ioinuillam.

Pag. 234. B Λύχνων ἀφὰς] Sic tempus vespertinum vocabant Græci, quod Latini æui posterioris *lucernarium*, quo scilicet prima pars vespertini officij obiri solebat, occaso Sole, & quando lucernas accendi mos est; quod & inde λυχνικὸν appellatum pluribus obseruatum a Meursio. *Horam incensi* vocat D. Ambrosius lib. 3. de Virginibus; *Lucernariam deuotionem*, Vranius Presbyter de obitu S. Paulini Episc. Nolensis N. 4. & Autor vitæ S. Seueri Episc. Nolani apud Vghellum. Fiebat autem istius officij vespertini introitus cum tribus cereis, vt est in Menologio Græc. canebanturque preces Eucharisticæ, quibus nimirum Deo gratiæ agebantur, vti testatur D. Basilius lib. de Spiritu S. ad Amphiloch. cap. 29. Has exhibent Euchologium Gr. Arcudius in Anthologio, & Vsserius Armachanus in Syntag. de Symbolo Apost. Harum etiam meminit Epiphanius contra Hæres. lib. 3. Cum vero accendebantur lucernæ, statim canebatur *Hymnus* iste *vespertinus*, φῶς ἀγαθὸν, &c. qui pariter describitur in Anthologio, & a Nicephoro Call. lib. 18. cap. 51. iam inde ab Apostolis per manus Ecclesiæ Christi traditus fuisse dicitur, ita vt paganos imitati quodammodo videantur Christiani, qui, vt autor est Varro, cum afferebatur lumen, exclamare solebant, φῶς ἀγαθὸν. Atque ad huius Græcanici Hymni exemplum Latini Patres quosdam concinnarunt metrica oratione, quos etiam Vespertinorum appellatione donarunt; cuiusmodi ille est qui ab Ennodio exaratus legitur carm. 10. & alter a Prudentio lib. Cathemer. Hym. 6. qui *ad incensum lucernæ* inscribitur. Autor est præterea Michael Psellus lib. de Operat. Dæm. in his vespertinis, seu lucernalibus officiis, Dominicæ Passionis actam memoriam: Ἑσπέρας γὰρ περὶ λύχνων ἀφὰς, ὁπόθ' ἡμῖν τὸ σωτήριον ἐξυμνεῖται πάθος, &c. Atque ex his perspicue patet non mediocriter lapsum Anastasium in Collat. S. Maximi Mart. cum Græca verba λύχνων ἀφῶν, seu λυχναφίαν, *tactum lucernæ* vertit, cui imposuit vox ἀφὴ, quæ Græcis *tactum*, perinde ac *accensionem* significat: *Eadem die, circa tactum lucernæ, Troilus*, &c. Verum in confesso esse debet longe ante Christianos hanc loquendi formulam in vsu fuisse, & vetustissimis Græcorum notam, ex Herodoto lib. 7. ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων ἀφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου. De lucernario erit alius dicendi locus. Anna lib. 13. pag. 393. λύχνων ἀφὰς metaphorice vsurpat pro operis cuiuspiam fine & exitu. Vide pag. 482. & Cinnamum lib. 4.

Pag. 235. C Μὴ μόνον ψεύδεσθαι] Eo tamen nomine passim a nostris perstringitur Alexius, tamquam dolosi vir animi, fideique ac verborum parcus obseruator. Vide Scriptores laudatos ab Hœschelio in Not. ad Annam.

Pag. 236. B Ἀριέβης] Ariebis Armenij, cuius iterum meminit Anna lib. 5. & Constantini Hermenopuli coniurationem enarrant pariter Zonaras & Glycas.

D Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας] Hoc est, Achridis Bulgariæ Metropoleos, cuius eo æuo Archiepiscopus erat Theophylactus, patria Constantinopolitanus, scriptis in sacram Scripturam & commentariis notissimus. Floruit enim Alexio Comneno imperante, non vero sub Romano Diogene, aut Michaele Duca, vti vult Cardinalis Baronius, quod ex ipsius Epistolis a

Meursio editis satis constat, quarum quædam ad Adrianum Alexij fratrem Nicephorum Melissenum Cæsarem, Gregorium Taronitam, Nicephorum Bryennium Alexij consocerum, Bryennium Alexij generum, & alios ex Alexiana & Comnena Familia Principes scriptæ sunt; vna etiam ad Nicolaum Patriarcham, qui Pontificatum iniit Indict. VII. A. Ch. MLXXXIV. Præterea ex Panegyrico Alexio Imperatori dicto, qui asseruatur in Bibliotheca Bauarica N. 116. cuius editionis spem nobis iniecit eruditus Annæ Interpres. De Theophylacti Scriptis multa habent Baronius A. MLXXI. N. 15. & seq. An. MLXXIII. Bellarminus & Labeus de Script. Eccles. & Leo Allatius de Eccl. Occid. & Or. consens. lib. 2. cap. 10. N. 2. Archiepiscopos Achridenses, qui Theophylactum præcesserant, aliquot recenset Scylitzes in Botaniata.

Γαυρᾶς] Constat illustrem inprimis fuisse hanc Familiam, quæ a Chal- Pag. 239. D
dæa migrauit Constantinopolim, ex qua recensentur a Scylitze, *Constantinus Gabras*, seu *Gauras*, imperante Basilio Porph. *Michael Gabras*, qui in Michaelem Paphlagonem conspirauit; *Theodorus Gabras* Sebastus, *Martyr* a Zonara ob quam nescio causam cognominatus, Dux Trapezuntis renuntiatus ab Alexio; *Gregorius* eius filius, cui idem Alexius Mariam filiam despondit, vt est apud Annam & Zonaram; *Constantinus Gabras* Philadelphiæ Præfectus, eidem Annæ lib. 14. Idem, opinor, qui Manuele imperante Tyrannidem inuasit, vt autor est Nicetas lib. 4. cap. 6. & *Michael Gabras*, qui Eudociam Comnenam, Andronici Comneni Sebastocratoris filiam, vxorem duxit, de quo idem Nicetas.

Δοῦκα Τραπεζοῦντος] Trapezuntinam Prouinciam a Præfectis Ducum ti- Pag. 240. A
tulo administratam docet infra Anna pag. 364. & Aithonus in Hist. Orient. cap. 13.

Ἐκ τῶν νόμων] Vide Balsamon. in Nomocan. Phot. tit. 13. c. 11. B

Τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν] Zonaras in Alexio: τῇ μὲν οὖν Μαρίᾳ τὸν τοῦ Γαβρᾶ ἐκεί- D
νου Θεοδώρου τοῦ Σεβαστοῦ καὶ Μάρτυρος υἱὸν τὸν Γρηγόριον ἐμνηστεύσατο, εἶτα τὴν μνηστείαν λύσας, οὕτω δόξαν αὐτῷ, κἀκεῖνον ἀποπεμψάμενος, ἕτερον μνηστῆρα τῇ θυγατρὶ ταύτῃ τὸν Εὐφορβηνοῦ υἱὸν τοῦ Κατακαλὼν τὸν Νικηφόρον εἰσεποιήσατο.

Φωκᾶ τέμενος] Celeberrimum Monasterium in sinistra Stheni ripa extru- Pag. 241. A
ctum a quodam Imperatoris cubiculario, eo loci vbi magnificum suburbanum ædificarat Arsauerus Patricius, Michaele Balbo imperante, quemadmodum narrat Scylitzes. A Basilio Macedone extructam D. Phocæ Ædem, vltra sinum (πέραν) autor est Codinus de Orig. Superest etiamnum, Græcique *Agion Phocam* vocant, vti tradunt P. Gyllius lib. 2. de Bosporo Thrac. cap. 8. & Leunclau. in Pand. Turc. N. 128. Illius meminit rursum Anna lib. 10. pag. 293.

Σωσθενίου] Locus est in Anaplo, seu Europæano Freti littore, veteribus B
Phonea dictus, vt autor est Ducas Hist. cap. 34. seu vt censet Gyllius lib. 2. de Bosp. Thr. cap. 14. *Leosthenes*, vel, *Lasthenes*. Huius positionem describit Leontius Scholasticus lib. 4. Anthol. cap. 25. Ibi Ædem magnificam D. Michaeli sacram extruxerat olim Constantinus M. vt tradunt Cedrenus & Nicephorus Call. lib. 7. cap. 50. quam a Iustiniano instauratam refert Procopius lib. 1. de Ædif. Iust. rursum a Basilio Macedone Scylitzes. Hanc tandem euertit Amurathes Sultanus, & ex ruderibus Castrum ad Ponti fauces erexit, vt autor est Ducas loco citato. Eademne quæ in Estiis apud Sozomenum lib. 2. cap. 2. in dubium vocat idem Gyllius. Monasterij Sosthenianі mentio est apud Constantinum in Basilio cap. 63. & Nicetam in Isaac. lib. 1. N. 6.

B Μετρὶ τοῦ φάρου] Extitit in extremo Freti littore Europæano, haud procul a Cyaneis petris, Pharus, ſeu turris, in qua noctu accenſæ faces nauigantium in oſtium ponti curſum regebant. Huius mentionem faciunt Dionyſius Byzantius in Anaplo, apud Gyll. lib. 2. de Boſp. Thrac. cap. 20. Leo Gramm. in Conſtantino Porph. & Manuel Chryſoloras de Laudibus Nouæ Romæ pag. 120. S. Martinus PP. in Epiſt. apud Anaſtaſ. in Collectan. *Poſtquam egreſſi ſumus ex eo, quod Ieron dicitur, a Conſtantinopoli nauigantes Sancta quinta feria Cœnæ Domini pertranſiuimus Pharum, per diuerſa loca tranſeundo, — & Cherſonem peruenimus.* Vide Leuncl. Pand. cap. 128. & Gyll. de Boſp. Thr. lib. 2. cap. 24.

C Αἰγίνου πόλεως] Stephanus Αἰγινήτην, πολίχνιον καὶ ποταμὸν Παφλαγονίας facit. Eamdem eſſe vrbem cum Ægini oppido, ſuadet Iter Trapezuntinum Gabræ, cui Paphlagoniæ littus legendum fuit, antequam Trapezuntem perueniret.

D Καράμβιν] Promontorium Galatiæ Ptolemæo, Paphlagoniæ Euſtathio, Oppidum Plinio, cuius etiam meminit Arrianus in Periplo.

Pag. 242. A Πιγκέρνην] Pincerna. Dignitas Palatina. Nicephorus Greg. lib. 6. Πιγκέρνης ἀξίωμα ὤν. Vide Gloſſaria.

B Τὸν ἅγιον ἧλον] Ἧλος, Annæ non clauus, ſed cuſpis & ferrum lanceæ dicitur hoc loco, & infra lib. 12. & 14. Interdum etiam ipſa lancea, vt lib. 11. Igitur Imperatoris miniſtri, quo Gregorium Gabram non tam fallerent, quam in caſſes coniicerent, darentque certius Alexio Gabræ conſilij de fuga argumentum, ſuadent adoleſcenti, vt ſacrum Lanceæ ferrum, quo Chriſti latus perforatum creditur, a Templo abſtrahat, colloque appendat fidei ipſis faciendæ cauſa, qui tum erat Encolpiorum vſus. Certe magna fuit eo æuo veneratione cultum Conſtantinopoli hocce Dominicæ Paſſionis inſtrumentum, quod Hieroſolymis in vrbem illatum eſt A. Heraclij 4. 27. Octobr. & in Æde Sophiana depoſitum. Chronicon Alex. τῇ κη'. τοῦ Ὑπερβερεταίου, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίου μηνὸς, ἡμέρᾳ ζ'. τῇ ἐπὶ κυριακῇ νυκτὶ, ἠνέχθη ἡ τιμία λόγχη ἀπὸ τῶν ἁγίων τόπων, &c. Vbi λόγχης vocabulo, ferrum lanceæ ipſius innui infra docemus. Inter Reliquias Conſtantinopoli in Franciam allatas, & a Balduino II. Imperatore D. Ludouico Regi conceſſas recenſetur in eiuſdem Balduini Diplomate A. MCCXLVII. *Ferrum ſacræ Lanceæ quo perforatum fuit latus Domini noſtri Ieſu Chriſti*, idque tradunt aſſeruari in Sancta Capella Pariſienſi. At certe Ducas in Monodia ſuper Vrbe a Turcis capta, Hiſtoriæ ſuæ cap. 41. videtur ſacram Lanceam eo æuo Conſtantinopoli aſſeruatam innuere, cum a Turcis expugnata eſt, eamque cum cæteris Diuorum Reliquiis expilatam: ποῦ τὰ τῶν Ἀποστόλων τοῦ Κυρίου μου σώματα, τὰ πρὸ πολλοῦ φυτευθέντα ἐν τῷ ἀειθαλεῖ παραδείσῳ, ἔχοντα ἐν μέσῳ τούτων τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον, τὴν λόγχην, τὸν σπόγγον, τὸν κάλαμον. Teſtatur etiam Chriſtophorus Bondelmontius, in Templo Studiano aſſeruatam Dominicam Lanceam, ſeu potius ferrum Lanceæ, ſuo æuo, & paulo ante expugnatam a Turcis Conſtantinopolim. Quod præterea adſtruit Theodorus Spanduginus in Hiſtor. Turc. ſcribit enim Baiazetem Sultanum ad Innocentium PP. quo eum demereretur, per Muſtapham Baſſam miſiſſe ferrum Lanceæ, quo Chriſti latus transfixum fuit, Spongiam, Arundinem, & alias Reliquias, quas Muchemetus parens ſummo ſtudio conſeruarat. Quod quidem Lanceæ ferrum Romæ in Eccleſia S. Petri in Vaticano ſeruari, & quotannis Feria VI. Maioris Hebdomadæ populo colendum exponi autor eſt Attilius Serranus lib. de 7. Vrbis Eccleſ. Summa vero religione, præcipuoque cultu a Conſtantinopolitanis habitam ſacram Lanceam hinc patet, quod cum morbo conflictarentur,

rentur, aut vulnere quopiam laborarent, a Sacerdote dolori ſacra Lancea, vel potius eius ferro, Dominicæ Crucis ſignum fieri poſtularent, quo leuaretur, aut curaretur dolor. Extant in Euchologio preces, quæ tum recitabantur: ὅταν σταυρῷ ὁ ἱερεὺς πάθος νοσήματος μετὰ τῆς Ἁγίας λόγχης. De ferro lanceæ Conſtantinopoli aſſeruato agit rurſum Anna lib. 13. & 14. pag. 415. & 419. cuius cuſpidem, Conſtantinopoli allatam, Centulenſi Monaſterio a Ludouico Pio conceſſam autor eſt Hariulfus lib. 3. Chronic. Centul. cap. 5. & 20. De ipſa vero Lancea quædam habent Browerus lib. 4. & 17. Annalium Treuir. & Malbrancus lib. 5. de Morinis cap. 63. lib. 7. cap. 38. Sed & inoleuit inſignis olim de ſacra iſta Lancea apud quoſdam Scriptores Germanicos error, qui lanceam, quam inter Regalia, ſeu ſacra κειμήλια Imperatorum Germanicorum aſſeruatam conſtat, illam eſſe putant, qua Chriſti latus transfixum fuit: atque in his eſt Henricus Rebdorff. in A. Chr. MCCCL. Verum lancea illa Alemannicorum Auguſtorum fuit Conſtantini M. vel vt quibuſdam placet, S. Mauricij Mart. quam a Rudolpho Burgundionum Rege obtinuit Henricus I. Imp. vt pluribus refert Conradus Abbas Vſperg. in eod. Henrico, vbi eius formam deſcribit. De ea etiam Chronic. Reicherſbergenſe An. MIV. De ſacra vero Lancea Hieroſolymis a noſtris inuenta agetur infra ad lib. 11.

Μεσοποταμίτην] Ille idem eſt, ni fallor, qui *Meſopotamius* dicitur in Bibl. C
Cluniac. pag. 563. Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi ex fratre nepos, cui Michael Ducas Imperator ex fratre aut ſorore neptem in coniugem dedit, & poſtmodum in ordinem actis eodem Michaele & Botaniata, ab Alexio tamen in honore habitus, illo adhuc imperante diem extremum obiit. Inſeſſa & mox capta a Turcis Cæſarea, Meſopotamita in vrbem reuerſus, tabellam Græcanici, & elegantis admodum operis, non mediocrem Dominicæ Crucis particulam continentem, ex Metropolitana Eccleſia, in qua tum Archidiaconi fungebatur dignitate, ablatam ſibi retinuit, coluitque quoad vixit. Hanc ferebant a Magno Baſilio Cæſarienſi Archiepiſcopo Eccleſiæ ſuæ olim conceſſam, a ſucceſſoribus ſummo cultu, & obſeruatione deinceps habitam. Extincto demum Meſopotamita, Mauricius Braccarenſis in Hiſpania Archiepiſcopus, dum Conſtantinopoli ex Syria redux moraretur, ab vxore magno redemptam pretio, ad Cluniacenſe Monaſterium tranſmiſit An. Chr. MCXII. Baſilium Meſopotamitam in caſtris Alexij ad Dyrrachenam obſidionem militaſſe memorat Guillel. Apul. lib. 4. Michaelis cuiuſdam Meſopotamitæ ſub Theodoſio Patr. CP. meminit Ius Græco-Rom. Tom. 1. pag. 232.

Δοῦκα τοῦ περὶ Δανουβίου] Id eſt, Regionum Iſtro adiacentium Ducem, D
qui Δοὺξ τῶν παριστρίων Scilitzæ dicitur, & Zonaræ in Michaele Duca: ἄρχων τῶν παριστρίων πόλεων, eidem Scylitzæ pag. 777. vrbium nempe & munitionum ad Danubij ripas extructarum, quarum meminit Procopius lib. 4. de Ædif. Iuſtin. pag. 38. & 39. prioris Edit.

IN LIBRVM IX. ALEXIADIS NOTÆ.

ZΥΓΟΥ] Meminit iſtius *Iugi*, ſeu Ζυγοῦ, Nicetas in Iſaac. lib. 1. N. 5. Pag. 245. A
in Not. Wolphian. vt & Cinnamus, & Anna pag. 274.

Καρύκη ἀποστασίαν] Caricæ & Rhapſomatis defectionem narrant etiam Zo- Pag. 248. D
naras & Glycas.

Κάρπαθον] Inſula haud procul a Creta, hodie, *Scarpanto.* D

Ad Annæ Comn. Alex. Notæ. Xx

Pag. 249. A Κυρλώω] Vrbs Cypri, cuius meminit Metaphrastes in Spyridone : *Ceronia*, vel *Ceraunia* Ptolemæo, *Cærinium* Plinio, hodie *Cerines* dicta. Vide Steph. Lusinianum in Hist. Cypr. cap. 7.

A Λευκωσιας] Oppidum itidem Cypri, hodie *Nicoßia*, de qua idem Lusinianus cap. 8. Est etiam Insula eiusdem nominis in Italico mari, de qua Canterus lib. 3. Nouar. Lect. cap. 10. & Cluuer. in Ital. Antiq. lib. 4.

Pag. 250. A Ἐξισωτὴν] Rebellauerant Cyprij, vt est vero simile, propter census intolerabiles, quibus pendendis sufficere vix poterant. Eapropter Alexius malo remedium afferre volens, Calliparium, virum iustitiæ & modestiæ laude commendatum, delegit, qui Iudicis, & Ἐξισωτοῦ munus in Insula obiret, libros censuales emendaret, & tributorum onus, habita ratione census, ex æquo inter ciues diuideret, quod fuit τῶν Ἐξισωτῶν officium : vnde *Peræquatores* dicuntur Senatori lib. 6. Epist. 6. Ennodio lib. 1. Epist. 6. in tit. Cod. de Censibus lib. 11. & Codic. Th. de Censitorib. Peræquat. & Inscriptor. Vetus Inscriptio, L. ARADIO. VAL. PROCVLO. PERÆQVATORI. CENSVS. PROVINCIÆ. GALLECIÆ. Ἐπόπται etiam, & *Inspectores* appellantur eod. tit. de Censib. Munus ipsum *Peræquatio* & *Inspectio*, Leg. 6. Cod. de Aduoc. diuers. Iud. & Nou. 16. Theodosij : ἐξίσωσις D. Basilio Epist. 278. Constantinus Porph. in Basil. cap. 68. ὑπέμνησέ ποτε καὶ τῷ γυναικὶ Βασιλεὺς ἀπὸ τοιαύτης γνώμης ὁ τὴν τοῦ Γενικοῦ διέπων ἀρχὴν, ἀποστάλῆναι εἰς τὰ ὑπὸ τὴν Ρωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἅπαντα τὰ θέματα τοὺς λεγομένους Ἐπόπτας τούτους καὶ Ἐξισωτάς, &c. Mox innuit Peræquatores istos a Magistris constitui solitos, quod & obseruat Senator. Vide Gregor. Nazianz. de calamitate animæ suæ.

D Γαμβρὸς] i. affinis, non gener : duxerat enim Solymannus, Cliziasthlanis frater, istius Tzachæ filiam in vxorem, vt est apud Annam pag. 313. 322.

Pag. 252. A Λιπένιον] Meminit huius loci Scylitzes.

Pag. 253. D Δαφνούτιον] Oppidum, inquit Anna, 40. stadiis ab Vrbe dissitum. Δαφνούτιον πρὸς τῷ Ῥηγίῳ habet Stephanus. Rhegium vero fuit ad oram Propontidis, haud procul ab Vrbe. Pontis Daphnutiani mentio fit apud Nicetam in Isaacio lib. 1. N. 9. proinde diuersa a Daphnutio fuit Daphnusia, quæ extitit in ora Pontica, mille stadiis a Constantinopoli distans, de qua Nicephorus in Breuiar. & Gregoras lib. 4.

Pag. 254. A Διογένης ὁ Νικηφόρος] Coniurationem hanc Nicephori Diogenis attigerunt etiam Zonaras & Glycas.

C Τὴν παιδίσκην] Martialis lib. 3. Epigr. 81.

Et æstuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello,
Fugatque muscas myrtea puer virga.

Xiphilinus in Seuero : καὶ αὐτοῦ τὰς μυίας παῖς εὐπρεπὴς ὡς δῆθεν καθεύδοντος πτεροῖς ταῶνος ἀπεσόβει. Propertius lib. 2.

Et modo pauonis caudæ flabella superbæ.

Claudianus lib. 1. in Rufinum :

Et cum se rapido fessam proiecerat æstu,
Patritius roseis pauonum ventilat alis.

Interdum etiam boum Indicorum caudæ in eum vsum adhibitæ, teste Æliano lib. 15. περὶ ζώων cap. 14. Vide eumdem lib. 11. cap. 14. & Theophrastum in Charact. cap. περὶ δειλίας.

Pag. 255. C Πέρνικον] Castellum Triaditzæ vicinum, Scylitzæ & Zonaræ in Bulgaroct.

Pag. 256. A Καὶ τὰ στέφη τούτων] Nicephorus enim & Leo Diogenes a patre Imperatores, statim atque in lucem editi, renuntiati fuerant : Anna hoc ipso loco, περιλαβὼν τούτους ἰδιώτας ἐκ Βασιλέων.

Ὀξύτερος ἀμφιστόμου ξίφους] Tradit Ioannes Villanus lib. 5. cap. 36. Comiti Pag. 257. C
Guidoni, a quo *Conti Guidi* Italici originem ducunt, *Bisacutæ* inditum cognomen, propter animum eius multiplicem. Est autem *bisacuta* ἀμφίστομος & δίστομος ἀξίνη, vt supra a nobis est obseruatum.

Θεοδώρου] Theodori Martyris & στρατηλάτου festum agunt Græci 8. Febr. Pag. 259. A
Tironis vero 17. eiusdem mensis.

Γαμβρὸν ἐπὶ ὑστάτῃ] Habuit Nicephorus Diogenes tres sorores vterinas, fi- B
lias scilicet Constantini Ducæ Imp. ex Eudocia Dalassena, quæ extincto coniuge, Romano Diogeni rursum nupsit. Ex quibus secundis Eudociæ nuptiis nati Constantinus, Leo, & Nicephorus Diogenes. Prima igitur filiarum Constantini & Eudociæ Anna, Ioannem Comnenum Curopalatam, Alexij Imperatoris parentem, maritum habuit; altera fuit Theodora; tertia denique Zoe, quam Nicephorus Botaniates vxorem ducere in animo habuerat, quæque postmodum Adriano Comneno Magno Domestico vxor data est. Ita materteram nepos vxorem duxit. Consule Familias nostras Byzantinas.

Σφαιρίζοντι] De Byzantinorum pila in equis ludendi more dissertationem D
instituimus ad Ioinuillam, quam consulas velim ad huius loci intelligentiam.

Γεώργιος ὁ Καματηρὸς] Ille idem qui Ioanne Alexij filio imperante rerum Pag. 261. A
administrationi præfuit. Camaterum obscuro atque ignobili ortum genere in Secretariorum ordinem allegit Alexius, & affinitate ex coniugio cognatæ cuiusdam deuinctum, tandem Logothetam Secretorum designauit, vt autor est Nicetas in Ioan. N. 3. Prioris dignitatis meminit Theophylactus Epist. 6. ad illum scripta: τῷ ἀνδρὶ, ὃν σμικρῶς περιεβόμβει Βασιλικῶν πραγμάτων, καὶ τὰ παρ' ἑτέρων γράμματα παρενοχλεῖ μὲν οὐκ ἧττον ἢ τὸ γράφειν ἑτέροις. Primum deinde obtinuit inter Secretarios locum, & Πρωτασηκρῆτις, denique Logotheta renuntiatus est. Idem Theophylactus alia ad eumdem Epistola, quæ est 71. ἡλίκον αὐτόν σε τότε τοῦ Λογοθέτου ἀξίωμα τέθεικε τοῦ πάλαι Βασιλέως συνεδρεύοντος, καὶ τὸ τοῦ Πρωτασηκρῆτις ὀφφίκιον τῷ ἀεὶ τοῖς αὐτοκράτορσιν ὑπογραμματεύοντος. Gregorij fortassis filius fuit Andronicus Camaterus, quem Vrbi præfectum, & Manuelis Imperatoris affinem fuisse testatur Cinnamus lib. 5. de quo, vt & de cæteris Camateris fusius agimus ad hunc Scriptorem.

Ζουπάνων] Ita appellabant Seruij & Dalmatæ Regionum Præfectos, seu Pag. 265. C
qui proximam a Rege potestatem habebant, inquit Cinnamus, voce Nicetæ nota in Isaacio lib. 3. N. 4. Porphyrogenito de Adm. Imp. cap. 29. & eidem Cinnamo lib. 3. & 5. *Zupani* dicuntur Gotefrido Monach. S. Pantal. An. MCCLXXXV. & MCCXC. *Suppani* Willelmo Tyrio lib. 12. cap. 4. Nec scio iidemne qui *Supparij* apud Polonos, de quibus Cromerus in Polon. & Chopinus in LL. Polon. ad calcem lib. 3. de Domanio. Autor incertus Historiæ Dalmaticæ, quem a natalium sede Diocleatem vulgo indigitant, Banorum & Giupanorum institutionem tribuit Suetopeleco primo Dalmatiæ Regi Christiano, qui in Concilio Dalmatico coacto, vt ait, sub Stephano P P. Prouincias, Episcopatus, & Archiepiscopatus regni sui diuisit, *& in ciascuna di queste prouincie instituì li Bani, ouerò Duchi, fece etiandio Giupani, cioe Conti.* Banorum dignitatis mentio occurrit apud Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 30. & 31. qui vocem expressit per Βοάνος, quod moneo, quia a Meursio non intellecta. Μπάνους vocat non semel Cinnamus. At qui Banis & Zupanis supremo iure imperabant, *Magni Iupani*, & *Megajupani* dicuntur Innocentio III. P P. lib. 1. & 2. Epist. in Actis eiusdem, & Thomæ Archidiac. in Hist. Salonit. cap. 26. & Ἀρχιζουπάνοι Nicetæ in Man. lib. 2. N. 7. apud quem

frustra vir doctissimus in Gloss. *Protouestiarium* vertit, vana & falsa Meursî sententia delusus, qui *Zupanos* putauit appellatos præfectos Vestiario, quia ζοῦπα apud Achmetem est chlamys, seu penula. Sed hic, ζοῦπα, est pura vox Gallica, *jupe, jupon*, sagum militare. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. *Est necessarium quod quilibet homo armatæ prædictæ habeat zuppam vnam aptam & dextram protinus ad ferendum. Zupa* vero, vnde deducta vox *zupanus*, aut *zupania*, populum Slauis sonat, vel regionem a populo cultam: atque hinc *Zupanus* Dux regionis, vt autor est Ioan. Lucius lib. 1. Hist. Dalm. cap. 13.

G Οὔρεσιν] Vresis & Stephani nomina Seruianis & Toparchis familiaria posthæc fuisse, aduertere est passim ex Cantacuzeno & Orbino.

IN LIBRVM X. ALEXIADIS NOTÆ.

Pag. 270. C ΚΑΘΥΠΕΒΑΛΕΝ ἀναθέματι] Recitatur Nili Anathematismus in Ecclesia Græca, die Orthodoxiæ sacro, legiturque in Triodio.

C Ενθουσιασταῖς] Qui & Εὐχῖται, & Βογόμιλοι, de quibus ad lib. 15.

Pag. 271. C Διογένους υἱόν] Pseudodiogenis rebellionem & excæcationem refert etiam Zonaras. Is autem Diogenis Imp. filius non Leo, vti habet Anna, sed Constantinus vocabatur. Ita enim diserte Bryennius lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 29. vbi eius ad Antiochiam interitum enarrat sub A. MLXX. Leo vero in prælio contra Scythas Alexio ipsi Imperatori merens cæsus fuit, vt refert eadem Anna lib. 7. pag. 196.

Pag. 272. C Ο χαρακηνός] Supra, ἐκ τοῦ χάρακος, gregarius miles.

Pag. 273. B Νικολάου] Nicolaus Monachus ad Patriarchalem Sedem euehitur Indict. 7. A. M. iuxta Græcos VI M DXCII. Christi MLXXXIV. Hinc corrigendum mendum quod in versionem irrepsit. Extant in Bibliotheca Regis Christianissimi Cod. DCCCCXII. Monachorum quorumdam extra ciuitatem Acoumiorum Quæstiones, & ad eas responsa Synodi sub Nicolao Patriarcha & Alexio Comn. Imp.

B Εν δυσὶ πυκτίοις] Στοιχειομαντείας, seu potius illusionis species, qua vsus Alexius, quo non tam sibi, quam populis & subditis imponeret, persuaderetque iustam ineundæ expeditionis esse causam, & titubantes, fractosque prioribus bellis militum animos firmaret, erigeretque; quam rursum artem adhibuit bello contra Turcos, vti tradit Anna lib. 15. pag. 471. Vide Notas ad Cinnami pag. 122.

C Ιδιον γαμβρόν] Sororis maritum, vt supra pag. 71.

C Αδελφιδοῦ] Ioannem Taronitam, filium Michaelis Taronitæ, qui cum Humbertopulo rebellauerat, quique Alexij sororem vxorem duxerat. Atque ex hoc loco Michaelem & Humbertopulum, qui ob coniurationem istam in exilium acti fuerant, reuocatos coniicere est. Vide pag. 364.

D Ιερὰ λίμνη] Iuxta Anchialum: illa forte de qua Plinius lib. 4. cap. 11. hodie *Stagnara*.

Pag. 274. A Θερμά] Θράκιον πόλισμα Suidæ. Vide Not. ad Villhard. N. 235.

A Ταρχανειωτῶν] Tarchaniotarum familiam ex Macedonia oriundam autor est Scylitzes. Ex ea viri aliquot dignitatibus illustres recensentur, Basilius sub Isaacio Comneno apud eumdem Scyl. Iosephus Magister sub Romano Diogene apud Zonaram & Scylit. & aliquot alij apud Acrop. Cantacuzen. Codinum, Ducam, &c. Vide Stemma Palæolog. in Familiis nostris Byzant.

Pag. 276. A Αδελφὸν εἰσποιήσασθαι] De adoptionibus in fratrem fuse disseruimus ad Ioinuillam Dissertat. 21.

Κομήτων] Gallorum forte, qui Alexio eo æuo merebant. C

Νορμαννόθεν] Eſt hæc, non Normannorum modo, ſed etiam omnium Pag. 277. A
Gallorum laus præcipua, quod equitandi peritia, & equitatus robore cæteris nationibus præcellerent. Anna lib. 5. pag. 140. καὶ γὰρ Κελτὸς ἀνὴρ πᾶς ἐποχούμενος μὲν ἀνύποιστος τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν θέαν ἐστίν.

Πεύτζης] Caſtrum in Adrianopolitano tractu, quod *Peutace* vocat Vil- Pag. 278. B
lharduiuus N. 186.

Σάγγαρις] Fluuius Aſiæ Minoris, ſeu Phrygiæ, de quo multa Philipp. Pag. 280. A
Mauſſacus in Notis ad Plutarch. de Flum. Pontem lapideum in Sangario fluuio extruxiſſe Iuſtinianum autor eſt Procopius lib 2. de Ædif. Iuſt. & ex eo Cedrenus A. XXXIII. Iuſt. Huius meminit etiam Scylitzes in Iſaacio, & Conſtantinus Porph. in Themate Obſequiano.

Χηλῆς] Chelem, locum inter Apolloniam & Sangarium habet Arrianus B
in Periplo Ponti Euxini.

Μαριανδυνῶν] Aſiæ Populi, quorum Metropolis Claudiopolis, vbi ſequio- B
re Græcia extitit Thema Buccellariorum. Porph. lib. 1. de Themat.

Τῆς ἐπινεμήσεως] Res ab Alexio parente præclare in bellis geſtas hactenus Pag. 283. B
proſecuta Anna, ad ea tandem peruenit tempora, quibus Franci noſtri per Thraciam, & Aſiæ prouincias in Palæſtinam penetrarunt. Incidit autem Hieroſolymitana iſta Expeditio in A. Ch. MXCVI. Mundi iuxta Græcos, VIMDCIV. Indict. IV. vnde ſupplendus hiatus apud Annam.

Τὸ τῆς γνώμης ἄστατον] Anna lib 11. pag. 319. τὴν παλίμβολον τῶν Λατίνων γνώμην B
ἐκ μακροῦ ἐπιστάμενος. & lib. 13. pag. 402. τοιοῦτον γὰρ τὸ Κελτικὸν γένος ἀνώμαλον, καὶ ἐφ' ἑκάτερα ἐν ὀξείᾳ ῥοπῇ μεταφερόμενον. Vide Not. ad pag. 163.

Κουκούπετρος] Ita vocatum ait Anna Petrum Eremitam, primum & præ- D
cipuum Hieroſolymitanæ Expeditionis autorem, vel potius incentorem, quod vitæ inſtituto Monachus & Eremita fuerit. Eſt enim vocabulum confectum ex nomine viri appellatiuo, & voce κουκούλλιον truncata, qua præterea vtitur pag. 486. quæ Latinis cucullam notat; vnde vero ſimile mihi videtur Petrum, vt tunc vulgo vocitabatur, Eremitam, ab ipſis Gallis militibus ioculari vocabulo *Petrum cucullatum*, indigitatum, quod cuculla monachica caput operiret, quemadmodum S. Aimilianus Confeſſor & Monachus Benedictinus in eius vita, & Petrus Abaelardus appellatur a Fulcone Priore Diogili in Epiſtola, quæ inſcribitur *Petro cucullato*. Enimuero Monachum fuiſſe Petrum ſcribunt Florentius Wigornienſis, Conradus Abbas Vſpergenſis, & Autor Chronici Hildesheim. Alij Sacerdotem & Eremitam faciunt; Albertus Aq. lib. 1 Hiſt. Hieroſ. cap. 2. *Sacerdos quidam Petrus nomine, quondam Eremita.* Willelmus Tyr. lib. 1. cap. 11. *qui re & cognomine cognominabatur Eremita.* Guibertus lib. 2. cap. 8. *quem ex vrbe, ni fallor, Ambianenſi ortum in ſuperiori neſcio qua Galliarum parte ſolitariam ſub habitu Monachico vitam duxiſſe comperimus.* Mox eiuſdem Petri cucullam & veſtes deſcribens, *lanea tunica ad purum, cucullo ſuper, vtriſque talaribus, byrrho deſuper induebatur.* Denique Petrus Angelius Bargæus lib. 1. Syriados:

——— *Nec ſanguine cretus*
Obſcuro, ſolum montis ſeceſſit in antrum,
Cum primum obduxit teneras lanugine malas.

Iam vero quod Petrum in ſuperiori Galliarum parte eremiticam duxiſſe vitam ait Guibertus, firmari videtur ex Chronico Canonici Laudunenſis, in quo narratur, *Petrum Eremitam de territorio Ambianenſi primo Monachum apud S. Rigaudum in Foreſio egiſſe, poſtea Prædicatorem effectum, tanta cœpiſſe populorum multitudine vallari, tot cæli muneribus donari, tantis denique ſanctitatis præ-*

coniis acclamari, vt multæ ætatis homines non meminerint honore simili quempiam habitum. Sed neque videtur improbanda eorum sententia, qui Petrum putant in ipsa Diœcesi Ambianensi, vnde ei natales, non vero ex Hispania, vt est apud Helmodum lib. 1. cap. 31. & Autorem incertum Historiæ Sclauon. cap. 14. vitam eremiticam induisse, cum doceat idem Guibertus lib. 3. de vita sua cap. 14. eadem ipsa tempestate Eremitas extitisse in Ambianensi territorio. Vitam, res gestas, & mortem Petri, præter rerum Hierosolymitanarum Scriptores, perstringunt Albericus in Chron. An. MCI. MCXVI. & MCCVIII. S. Bernardus Epist. 322. Ægidius Monachus Aureæ Vallis in Ep. Leod. cap. 16. & ibi Chapeauillus, Fr. Petrarcha lib. 2. de Vita solit. tract. 4. cap. 1. Molanus in SS. Belg. 15. Iul. & Petrus Doutremannus peculiari libello, quem de Vita & Genealogia Petri inscripsit, quam etiam attigit Adrianus Morlerius lib. 1. Antiquit. Ambian.

Pag. 284. A Ως ὀμφῆ θεία] Albert. Aq. lib. 1 cap. 5. Willelm. Tyr. lib 1. cap. 12.

B Σταυροὺς ἐπ᾽ ὤμων] Tudebodus lib. 1. *In dextra, vel inter vtrasque scapulas Crucem Christi baiulant.* Robert. Monach. lib. 2. *In fronte aut in scapulis dextris signum ferebant Sanctæ Crucis.* Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 1. *O quam dignum erat & amœnum vobis omnibus Cruces illas cernentibus vel sericas, vel auro textas, aut quolibet genere pallij decoras, quas in chlamydibus suis, aut birris, siue tunicis, peregrini —super humeros suos consuebant.* Sed hæc nota. De colore vero Crucium, quem phœniceum, seu coccineum fuisse hic ait Anna, idem testatur Walsinghamus in Richardo II. An. MCCCLXXXIII. pag. 301. *Lundoniis multi apprenticij, plures serui sumptis albis capuciis, & rubeis crucibus in parte dextra, —profecti sunt.* Postmodum tamen in illa quam A. MCLXXXVIII. Philippus Franciæ & Henricus II. Angliæ Reges inierunt Hierosolymitana Expeditione, *Statutum & prouisum est inter eos, vt omnes de Regno Francorum, cruces rubeas, de terris Regis Anglorum, albas, de terra Comitis Flandrensis, virides haberent,* vti scribunt Mathæus Paris. Rogerus Houedenus, Radulfus de Diceto, & Nicolaus Triuettus.

C Ἀκρίς] Baldricus Dolensis autor est Expeditionem istam nostrorum quædam præcessisse & prædixisse prodigia. De locustis, quas hic commemorat Anna, testatur Abbas Vsperg. A. MXCI. *Visi sunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti, non longe a terra volantes, hoc est, vt vel manu vel virga tangi possent, grossitudine quidem muscis æquales, sed longitudine satis deductiores, quorum tam infinitus extitit exercitus, vt vnum pene milliarium in latitudine, duo vel tria in longitudine viderentur occupare, densitate vero sua ipsam Solis lucem terris negare. Per quam prodigiosam visionem illam, quæ post quadriennium facta est, Hierosolymam tendentium profectionem quidam sunt interpretati.* Vspergensi plane consentanea tradit Zonaras, hanc nostrorum Expeditionem commemorans: ὧν τὴν συγκίνησιν θεοσημία τις προεμήνυσεν· ἀκρίδων γὰρ ἄπειρόν τι πλῆθος ἐκ τῆς Ἑσπέρας τὴν γένεσιν ἐσχηκὸς, καὶ τοσοῦτον, ὡς νέφεσιν ἱπταμένον ἀπεικάζεσθαι, καὶ συσκιάζειν τὸν ἥλιον, διὰ τῆς μεγίστης τῶν πόλεων, ἐκ ταύτης ὁρίων, τὴν πτῆσιν ποιούμενον πρὸς τὴν ἑῴαν ὥρμητο, κἀκεῖσε κατέπαυε. Similem locustarum multitudinem in Gallia & Germania visam A. DCCCLXXIV. narrant Regino & Annales Francorum Bertiniani: & Anno MXXXII. Fragmentum Hist. quod extat Tom. 4. Hist. Fr. pag. 86. Vide Paul. Warnefr. de Gest. Langob. lib. 4. cap. 2. sed & anno, qui insignem hanc Francorum Expeditionem præcessit, stellas in cælo visas aiunt in modum pluuiæ in terram descendisse. Codex MS. S. Albini Andegau. *A.* MXCV. IV. *Non. April. Luna* XXV. *Febr.* IV. *post Octauam Paschæ, nocte visæ sunt stellæ in modum pluuiæ de cælo in terra iuisse. Sol quoque octauo abhinc die toto cæruleus extans. Sed & Luna sequenti nocte similiter*

lucens orbi prodigio fuerunt. Id præterea obseruant Baldric. loco citato, Alberic. Anonymus Caſ. & Autor Geſtorum Triumphalium per Piſanos factorum.

Ἀστάρτην] De Aſtarte, ſeu Aſtarot, & Chobar, copioſe egerunt Ioſephus D
Scaliger in Notis ad Fragm. Veter. Scriptor. Gr. poſt libros de Emend. Temp. Seldenus in Syntag. 2. de Dîs Siris, cap. 2. & 4. Abraham Echellenſ. in Hiſt. Arabic. parte 1. cap. 11. & Salmaſius ad Solinum, a quibus lucem excipient quæ hic Anna de hiſce impuris Dæmonibus habet.

Λογγιβαρδίας πορθμὸν] Petri aduentum, Italorum, Ligurum, Longobardo- Pag. 285. A
rum præceſſerat agmen. Fulcher. Carnot. lib. 1. cap. 9. Baldric. Dol. pag. 89. Ridiculum porro quod ait Anna ſingulos exercitus locuſtarum agmen præceſſiſſe, quæ anno ante hanc initam Expeditionem quinto in futuri præſagium viſæ fuerunt.

Γοντοφρὲ] Gotofredus Lotharingiæ Dux *Princeps & Dominus Caſtri Bullio-* C
nis. Albertus Aq. lib. 2. cap. 22. Tyrius lib. 9. cap. 5. 6. &c.

Ἀπεμπολήσας] Quo impenſis tam operoſæ & longinquæ peregrinationis C
faceret ſatis Gotofredus, Caſtrum Bullonij, quod illi præcipuum erat, Otberto Leodienſium Epiſcopo mille & trecentarum argenti puri (non auri, vt habet Petrus Merſſæus) marcarum pretio vendidit. Inuadiatum & oppigneratum tantum pro VII. millibus marcis ſcribit Ordericus lib. 10. pia vero liberalitate conceſſum Eccleſiæ Leodienſi, Tyrius lib. 9. cap. 8. commemorat. Rem conciliat Nicolaus Canonicus Leodienſis, Scriptor coætaneus, in Triumpho S. Remacli de Caſtro Bullonio cap. 1. a quo hauſit quæ de hoc ipſo narrat Ægidius Monachus Aureæ Vallis cap. 13. *Adfuit,* inquit Nicolaus, *diuina miſericordia. Permouit* (Otbertus) *Ducem vt offerat B. Virgini & pio Martyri prædictum Caſtrum ob memoriam animarum prædeceſſorum ſuorum, conditione interpoſita, vt ſi intra tempus præfinitum, a ſe vel a ſuis ſucceſſoribus tribus, quos ipſe præſcripſerat, non redimeretur, deinceps poſſeſſio, ſicut dimiſerat, cum Caſtello in totum tempus Eccleſiæ aſſignaretur.* Mox refert, vt Epiſcopus conflatis MCCC. marcis argenti puri vndecumque corraſis Caſtrum a Duce emerit. Adde Albericum An. MXCVI. & Autorem Appendic. ad Chronicon Lobienſe Tom. 6. Spicileg. pag. 608.

Λογγιβαρδίας] Non Adriatico mari traiecto, quod vult Anna, ſed Lo- D
tharingia, Franconia, Bauaria, & Auſtria tranſcurſis in Hungariam & Thraciam peruenit Petrus. W. Tyrius lib. 1. cap. 19. & alij.

Χιλιάδων ὀγδοήκοντα] Exercitus Petri *copioſus fuit vt arena maris innumerabi-* Pag. 286.
lis, qui a diuerſis Regnis illi coniunctus aduenerat, ait Albertus Aq. lib. 1. cap. 8. At idem Scriptor cap. 13. & ex eo Tyrius lib. 1. cap. 19. quadraginta millium hominum numerum non exceſſiſſe ſcribunt.

Ἑλενούπολιν] Tranſmiſſo freto, Petrum ad Portum, qui vocatur *Ciuitot,* B
caſtra metatum ſcribit Albertus Aq. lib. 1. cap. 16. Eſt vero Helenopolis Bithyniæ vrbs ad Dracontis fluuij oſtium, in Nicomedienſi ſinu, Drepanum olim dicta, & ab Helena Conſtantini M. matre, quam ei natalem fuiſſe aiunt, nuncupata, vt eſt apud Cedrenum A. XX. Conſtant. Procop. lib. 5. de Ædif. Iuſt. Euſeb. lib. 4. de Vita Conſt. cap. 61. Philoſtorg. lib. 2. cap. 13. Socrat. Niceph. &c. Eiuſdem Oppidi meminit Porphyrogenneta in Themate Obſeq. vt & Scylitzes & Glycas in Romano Diogene.

Ξερίγορδον] Caſtrum vltra Nicæam, *Exerogorgon* nuncupatum Tudebodo, C
Baldrico, Guiberto, & Tyrio.

Ἔργον Μαχαίρας] Cladem hanc narrant Albertus Aq. Tyrius, & alij, quam Pag. 287. A
accidiſſe ſcribunt menſe Octobr. An. MXCVI. Tudebodus lib. 1. Guibertus lib. 2. cap. 11. Baldric. &c.

C Ἀποχρῶσαι δυνάμεις] Auxiliares copias Petro ſubmiſſas ab Alexio tradunt etiam Albertus Aq. lib. 1. cap. 23. & alij.

C Διασώζει] Διασώζειν, eſt conducere, ſaluum & incolumem præſtare. Chr. Alexandr. An. Heraclij XVIII. ἀπελύσαμεν πρὸς αὐτοὺς Ἠλίαν τὸν ἐνδοξότατον στρατηλάτην — μετὰ νεωτέρων καὶ κ΄. ἵππων ἀδιστράτων σελλαρίων ὀφειλόντων ἀπαντῆσαι καὶ διασῶσαι αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς. Epiſtola Conſtantini Pogonati Imper. ante Act. 1. Sextæ Synodi: καὶ καστελλάτοις καράβοις παραχωρηθῆναι εἰς διάσωσιν αὐτῶν, πρὸς τὸ πλῶτη ἀβλαβεῖς καὶ ἀκινδύνους — ἀποκαταστηθῆναι. Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 32. ἐπεζήτησεν εἰς διάσωσιν αὐτοῦ. Apud eumdem cap. 7. & Luithprand. in Legat. Διασῶσται & ἀποσῶσται ſunt, qui *Duces conductorij* dicuntur Gauterio de Bello Antioch. pag. 460. *Ducatus*, Gallis, *Saufconduit*, apud Gregor. VII. PP. lib. 1. Epiſt. 77. & Brunonem de Bello Sax. pag. 139. *Conductus*, apud Ioan. Sariſber. in Polycrat.

Dum tibi conductus fuerit, ſecurior ibis.

Vide infra pag. 405. C. 479. B.

D Αἴτιον τοῦ κακοῦ] Idipſum aſſerunt Tudebodus lib. 1. Albertus Aq. lib. 1. cap. 16. & Baldricus pag. 90.

Pag. 288. A Ἐπίφρασκον] In his recenſent Scriptores Harpinum Bituricenſem Comitem, Raimundum Sanctægidianum Toloſæ Comitem, Boemundum Principem Tarentinum, Robertum Normanniæ Ducem, & aliquot alios e Gallia Proceres. Vide Notas noſtras ad Ioinuillam pag. 52. 53.

A Οὖβος] Hugo, cognomento Magnus, Veromanduorum Comes, Philippi Francorum Regis frater, Henrici I. Regis filius. *Is*, ait Robertus Mon. lib. 2. *honeſtate morum & elegantia corporis, & animi virtute, Regalem de qua ortus erat, commendabat proſapiam: & licet aliorum Procerum*, addit Guibertus lib. 2. cap. 18. *multo maior quam ipſius apud nos reputaretur autoritas, apud exteros tamen, præſertim apud inertiſſimos hominum Græcos, de Regis Francorum fratre præuolarat infinita celebritas.* Οὖβος hic Hugo nuncupatur, non Οὖγος, quia Gallis *Hues* tunc vocitabatur.

B Βασιλεὺς Βασιλέων] Infinita ſane apud Græcos, vt ex mox laudato Guiberti loco conſtat, de Hugone præuolarat celebritas, non quod Rex Regum diceretur, aut hoſce ſibi titulos arrogaret; quomodo enim Regum ſe Regem appellaſſet, qui ne Regis quidem gaudebat appellatione? ſed quod Regis Francorum eſſet frater, qui iampridem tantæ habebatur apud omnes Nationes exiſtimationis, vt non a Græcis modo *Rex Regum* haberetur, ſoluſque inter Europæanos Principes Ῥὴξ per excellentiam indigitaretur, Suida teſte, ſed etiam apud Chriſtianos Romanos eamdem ſupra cæteros Monarchas obtineret prærogatiuam. Mathæus Pariſ. An. DCCLIV. *Dominus Rex Francorum, qui terreſtrium Rex Regum eſt, tum propter cæleſtem eius inunctionem, cum propter ſui poteſtatem, & Militiæ eminentiam, in medio ſedebat.* Et A. MCCLII. *Dominus Rex Francorum Regum terrenorum altiſſimus & digniſſimus.* Idem pag. 430. Regnum Francorum, *Regnum Regnorum* vocat. Charta Amedei Com. Sabaudiæ An. MCCCXCVII. in Probat. Hiſt. Sabaud. Samuel. Guichenoni. *Le Roy de France, qui eſt le plus grand & le plus noble Roy des Chreſtiens.* Froiſſartes 4. Vol. cap. 43. de Carolo VI. *Le plus digne, & le plus noble, & le plus puiſſant Roy du Monde.* Et eod. Vol. pag. 201. *Chef de tous les Roys Chreſtiens de ce Monde.* Denique quo haberetur loco, etiam ſeneſcente Græcia, Francorum Rex, docent hi Verſus mixobarbari ex Lamentatione MS. de capta a Turcis Conſtantinopoli:

Ὦ Κωνσταντῖνε Βασιλεῦ τύχης βαρέαν ὁποῦ ᾿χες,
Θέλω νὰ δώσω ἐνθύμησιν τῶν Αὐθέντων τῆς Δύσης,

Ῥῆγαν

Ῥῆγαν τὸν ἐκλαμπρότατον καὶ τοῦ Πάρης ὁ περῖτος,
Πρωτόαρχος τῶν Αὐθέντων τοπάρχων τῆς Δύσης,
Ω Φράτζα τιμιωτάτη καὶ πολιφουμισμένη,
Φρατζόρτζιδες πολεμισταὶ, ἄνδρες μου στρατιῶται, &c.

Regio apparatu & comitatu e Gallia profectum Hugonem testatur Anna pag. 297. Vide Dissertat. 27. ad Ioinuillam.

Τζερπεντεείου] Fuit is Willelmus Carpentarius, seu vt Gallico efferebatur tunc idiomate, quod suo reddidit Anna, *Charpentier.* De eius familia & cognomine, sic Robertus Mon. lib. 4. *Willelmus de Regali prosapia ortus fuit, & Vicecomes cuiusdam Castelli, quod Milidunum dicitur, olim extitit, qui ideo Carpentarius cœpit cognominari, quia in bello nullus valebat ei occursari. Nulla enim lorica erat, galea vel clypeus, qui duros lanceæ illius, siue mucronis sustineret ictus.* Guibert. lib. 4. cap. 7. hoc etiam cognomine donatum ait Willelmum, *non quia faber lignarius esset, sed quia in bellis cædendo, more Carpentarij, insisteret.* At non desunt qui Carpentarij cognomine donatum putant, propter eximiam eius in fabricandis bellicis machinis solertiam, quemadmodum Fulcherius primus Lemouicensium Comes *industrius faber in lignis* fuisse eadem de causa dicitur ab Ademaro Caban. in Chr. An. DCCCLXXVI. Robertus Comes Belismensis, *in extruendis ædificiis & machinis, aliisque arduis operibus ingeniosus artifex*, ab Orderico Vitali lib. 8. *Carpentarius* porro faber lignarius est Scriptoribus æui sequioris. Idem Ordericus lib. 12. *Carpentarios berfredum facientes docebat. Carpentarius seruus*, in L. Sal. tit. 11. §. 5. *Carpentata ædificia*, id est, lignea, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 20. *Carpentaria*, locus vbi fabri lignarij operis suis incumbunt, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epistola 55. Willelmi virtutes longe deprimit ac eleuat Guibertus loco citato, quo & eius in Hispaniam Expeditionem tangit, de qua etiam agunt Tudebodus lib. 1. & Beslius in Comit. Pict. cap. 18. & 30. Vna cum Hugone captum testantur Albertus Aq. lib. 2. cap. 9. & Tyrius lib. 2. cap. 5. De Helia hic memorato nihil succurrit, nullus enim, quod sciam, hoc nomine reperitur apud Scriptores rerum Hieros. D

Τὴν χρυσῆν τοῦ ἁγίου Πέτρου σημαίαν] Hinc dicitur Hugo *Signifer & Dux militiæ*, apud Robertum Mon. lib. 2. pag. 35. *Vexillarius*, apud eumdem lib. 6. & 7. pag. 58. & 64. *Signifer & Ductor*, apud Albertum Aq. lib. 4. cap. 47. Vetus id fuit Pontificum Romanorum institutum, vt ad Principes, Romanæ Ecclesiæ Vexillum mitterent, quo vterentur in præliis & bellis contra fidei hostes. Ita apud Anastasium Biblioth. legimus donasse Leonem PP. Carolo M. Ecclesiæ Vexillum, quod illius esset defensor & aduocatus: & in Gestis Innocentij PP. pag. 59. eumdem Pontificem simile misisse Vexillum ad Ioannitium Bulgarorum Regem, *quo contra illos vteretur qui honorant labiis Crucifixum: cor autem eorum longinquum est ab ipso:* hoc est, contra Græcos Schismaticos, vt est in Epistola Innocentij, ex qua præterea docemur Cruce & Clauibus geminis illud fuisse insignitum. *Prætendit autem*, inquit Pontifex, *non sine mysterio Crucem & Claues: quia B. Petrus Apostolus & Crucem in Christo sustinuit, & Claues a Christo suscepit. Repræsentat itaque Signum Crucis, vtpote in quo Christus qui vincit, regnat & imperat, debellauit aerias potestates, &c. Clauem autem geminam repræsentat, discretionis alteram, alteram potestatis.* Extat in Ceremoniali Romano formula benedictionis & traditionis eiusmodi Vexilli, lib. 1. sect. 7. Vide Philippum Mazerium in vita S. Petri Thomasi Patriarchæ CP. cap. 3. apud Boland. 29. Ianuar. D

Κλύδωνι μεγίστῳ] Atqui nulla apud Scriptores eiusce æui mentio occurrit naufragij, quo periisse Hugonis classem prodit Anna; imo imprudenter D

cum raro agmine Dyrrachium proſpera appuliſſe nauigatione refert. Guibertus lib. 2. cap. 19. *At Hugo Magnus non expectata ſuorum & militum Comprincipumque familia, inconſulte nimis præpropere adito Bari portu, nauigationeque proſpera deuehitur Dyrrachium.*

Pag. 289. B Οὐκ ἐλευθέρως] Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 2. de Hugone M. *Qui primus Heroum mare tranſiens apud Duratam vrbem in Bulgaria cum ſuis applicuit: ſed imprudenter cum agmine raro vadens, ibi ab ipſis ciuibus captus eſt, & vſque ad Imperatorem Conſtantinopolim perductus, vbi per aliquantum temporis non omnino liber moratus eſt.* De Hugone a Græcis capto agunt præterea Tudebodus lib. 1. p. 778. Edit. Du-Cheſn. Albert. Aq. lib. 2. c. 8. Robert. Mon. lib. 2. Baldric. Dol. lib. 1. Will. Malmeſb. lib. 4. Tyrius lib. 2. cap. 4. Math. Paris, Sanut. &c.

C Ανθρωπον] Quale fuerit, quod Alexio præſtitere Proceres Galli hominium, refertur a Scriptoribus Rerum Hieroſol. Albertus Aq. lib. 2. cap. 16. *Se in vaſſallum iunctis manibus reddidit.* Fulcher. lib. 1. cap. 4. *Facti ſunt homines Imperatoris.* Baldricus, *Iurauerunt Alexio Imperatori vitam & honorem, quod neutrum ei auferrent, quoad ipſe quod iurabat bona fide teneret.* Guibertus lib. 1. cap. 3. *Iurauerunt quod nunquam ſint ſibi nocituri, vel ſuis.* lib. 2. cap. 19. *Quod per eum vitæ ſuæ & honoris prorſus indemnis exiſteret.* Ægre primum & vix adduci potuerant *Palatini* noſtri *Comites*, vti vocantur ab eodem Guiberto, vt hominium Byzantino facerent Imperatori, cum nec eius eſſent Imperio ſubditi, nec prædia illius clientelæ obnoxia poſſiderent. Legitimus præterea illos inuaſerat metus, ne Franciæ Rex, aut Germanus Auguſtus, quibus plerique beneficiorum, aut fœderum nomine obnoxij erant, rem in ſui contumeliam & iniuriam factam interpretarentur. Atque id cauſæ fuit cur Raimundus Sanctægidianus Comes eiuſmodi ſacramento obſtringi abnuerit, vti narrant Fulcherius lib. 1. cap. 4. & alij eiuſce æui Scriptores, vt & poſtmodum Robertus Perticenſis, ſeu Drocenſis Comes, Regis Ludouici VII. germanus, qui ne Manueli Imperatori hominium, de quo enixe rogatus fuerat, profiteretur, clam ſe Conſtantinopoli ſubtraxerat, & inſalutato hoſpite, Propontidem emenſus, traiecerat in Aſiam. *Turpe quippe*, aiebat, *in præſenti tam glorioſum habere dominum, & infideli facere hominium. Alij vero quorum numerus & ratio ſuperauit, huiuſmodi reſpondebant. Ex conſuetudine poſt Regem plures dominos habere poſſumus, quorum feodos poßidemus, ſed illi fidem principaliter obſeruamus. Si iudicamus hoc eſſe turpitudinem, deleamus conſuetudinem. Nunc autem Imperator, ſibi timens, noſtrum requirit hominium. Si ergo turpe eſt nos ab eo timeri, ſi inhoneſtum quod minoribus facimus, nos facere Imperatori, dimittamus conſuetudinem. Si vero metus Imperatoris, vel mos noſtræ conſuetudinis, nec Regi facit iniuriam, nec nobis verecundiam, adquieſcamus noſtræ conſuetudini, pro noſtro commodo prouidentes itineris neceßitati. Nemo noſtrûm nouit hanc terram. Igitur opus eſt duce: contra paganos properamus, Chriſtianorum vtamur pace.* Verba ſunt Odonis de Diogilo lib. 4. quæ hoc loco proferre duximus operæ prætium, vt tandem conſtet, quibus fulti rationibus Proceres noſtri Alexio & Manueli Imperatoribus Conſtantinopolitanis hominium & clientelam præſtare non recuſauerint.

D Καβαλιωνος] Edit. Hœſch. habet Βουβαλιωνος. Locus, vt videtur Dyrrachio vicinus, in has enim plagas appuliſſe Boemundum teſtantur Tudebodus lib. 1. Albertus Aq. lib. 2. cap. 18. & alij.

D Κόμης Πρεβέντζης] Raimundus Prouinciæ & Toloſæ Comes, qui mox Annæ Ισαγγέλης, ſeu Comes S. Ægidij, Fulcherio lib. 1. cap. 2. *Comes Prouincialis*, aliis *Comes Toloſæ* appellatur. Profert Catellus Diploma eiuſdem Raimundi A. MLXXXVIII. *In quo Comes Toloſæ, Dux Narbonæ, Marchio*

Prouinciæ inſcribitur. At vnde poſtrema hæc dignitas, & quo iure, Raimundo acceſſerit, cum pridem ſummo cum ſtudio diſquiſierint qui res Prouinciales, aut Toloſanas aggreſſi ſunt, nemo tamen hactenus omnino videtur attigiſſe. Putauit Magnus Peireſcius, vt autor eſt in eius vita Gaſſendus lib. 3. Raimundum filium fuiſſe Gaufredi Prouinciæ Comitis, qui A. Chr. MLXVI. e viuis exceſſit, eoque poſſediſſe nomine Prouinciæ partem. At cum ex veteribus Tabulis, & omnibus ferme Scriptoribus conſtet Raimundum fratrem fuiſſe Guillelmi V. Toloſani Comitis, aliunde Raimundo in Prouinciæ Comitatum ius quæſitum oportet; cum prætere a Gaufredo filium vnicum Bertrannum tribuant eius æui Diplomata. Cenſet Antonius Rufius id acceſſiſſe iuris Toloſanis Comitibus ex coniugio Emmæ, Rotbaldi Prouinciæ & Forcalcarij Comitis filiæ, cum Guillelmo IV. Toloſano Comite: quæ quidem Rufij ſententia, nullis licet ab eo argumentis ex profeſſo fulciatur, haud omnino videtur reſpuenda. Nam ex iis quas laudat Chartis, ſeu Tabulis, diſcere eſt Guillelmum & Emmam coniugem aliquot prædia in Siſtaricenſi pago, & Manoſcenſi, conceſſiſſe Monaſterio S. Victoris Maſſilienſi A. MXXIV. Præterea Pontium Toloſanum Comitem, & Bertrandum fratrem, Guillelmi filios, in Comitatu Guillelmi-Bertrandi Prouinciæ Comitis fuiſſe An. MXXX. docet aliud Diploma. Ex quibus euincitur prædia varia & oppida poſſediſſe in Prouincia Toloſanos Comites ante Raimundum, qui non minimum poſt hæc ius auitum auxit, bello Forcalcarienſem aggreſſus, atque adeo ipſum Prouinciæ Comitem. Conſtat enim An. MLXXXVII. qua tempeſtate Guillelmus V. Raimundi frater, Toloſanum Comitatum adhuc poſſidebat, Prouinciam bellicis tumultibus & Principum diſſidiis ita fuiſſe conturbatam, & laceratam, vt quem populi dominum agnoſcerent vix ſcirent. Id haurire eſt ex Tabulis eiuſce anni, quæ extant in Tabulario Eccleſiæ Arelatenſis, quæ aliquot prædiorum donationem continent factam *cum conſilio Comitum, ſiue Comitiſſarum, qui tunc temporis regere videbantur Regnum Prouincialium hominum*, &c. *quia tunc temporis non erat Dux, nec Marchio, qui rectam iuſtitiam faceret*: adeo magna erat in eo tractu ex mutuis Comitum diſſidiis & bellis rerum perturbatio, quarum cauſa nulli alij videtur adſcribenda quam Raimundo, qui, vt autor eſt Willelmus Malmeſb. lib. 5. Caturcenſem Comitatum, quem a parente in hæreditatis partem acceperat, *vt erat viuacioris ſpiritus, immane quantum auxit Arelatenſi & Narbonenſi, & Prouinciali adiectis.* Quæ quidem excitata a Raimundo bella etiam poſt A. MXCV. duraſſe arguit Diplomatis, quod Hiſtoriæ ſuæ intexuit Catellus, ſubſcriptio; *quando R. Comes municipium & fortalitatem S. Maximini inuaſit.* Præſertim vero dominabatur Raimundus iſti Prouinciæ regioni quæ Rhodano imminet, tum in Arelatenſi, tum in Auenionenſi pago; quin & ipſum Auenionenſem Comitatum poſſedit, non pleno tamen iure, cum Forcalcarienſes Toparchas, qui Auenionenſes Comites ſeſe hactenus inſcripſerant, hunc ſibi aſſeruiſſe titulum, etiam poſt Raimundi exceſſum, teſtentur veteres paſſim Chartæ, ipſoſque Prouinciæ Comites ex Barcinonenſi familia Comitatus iſtius partem poſſediſſe doceat pactum initum inter Raimundum Barcinonenſem Comitem & Alphonſum Toloſanum Comitem A. MCXXV.

Μικρὸν περὶ κικλίνας] Iter arripuit Raimundus per Sclauiniam, vti teſtantur Raymundus *de Agiles*, ſeu *de Aguilers*, vti appellatur in MS. San-Victoriano, Tudebodus lib. 1. Fulcher. lib. 1. cap. 2. &c. De hoc nauali prælio ſilent noſtri; quam male vero ab Alexianis habitus fuerit Raimundus, pluribus narrat idem *de Agiles*. Pag. 290. A

B Δεύτερον Κόμητα] Qui ſint Comites in re nauali, cuiuis notum. Hos inter maximus Πρωτοκόμης dictus, proximus Amiralio: hunc ſubſequebatur Δεύτερος Κόμης. Vide pag. 336. 369. & Pachymer. lib. 4. cap. 26.

B Κατέργου] Κάτεργον eſt nauicula. Chronicon Veneto-Byzantinum editum a Bulialdo: ἐπέρασεν ὁ Κουρτούγλης μετὰ κατέργων καὶ φούστων τὸ μέρος τῆς Πουλίας. Conſtantinus in Hiſt. Apollon. Tyr.

Στὸ κάτεργον ἐμπήκασι καὶ διαβαίνουσιν τὴν ὁδόν.

Narratio MS. de Beliſſario, κατεργοκύρεοι, ἤτε φελκάλιοι. Hinc *Catergalimena* dictus portus quidam Conſtantinopoli, de quo Gyllius & Leunclauius.

D Ἐξκουσάτου] Anna lib. 12. pag. 369. τὸν καλούμενον δεύτερον τὸν Δρουγγάριον τοῦ στόλου μετὰ τῶν ἐξκουσάτου μονήρεις κατ᾽ αὐτὴν γλῶσσαν σκοπέα κατέλιπον. Ita appellatur a nautis, vt hic obſeruat Anna, quoddam nauigij genus. At cuiuſmodi illud fuerit, & vnde vocis origo, non ſatis hactenus exploratum. Scitum quid ſit ἐξκουσεύειν in Chronico Alexandr. pag. 730. ἐξκουσεία apud Theophylactum Bulgar. Archiep. Epiſt. 41. & Iuriſconſultos Græcos. Verum nihil videtur habere commune *excuſatio* cum naui: neque procliuius eſt diuinare quid ſit *Excuſaticum* in Capitulari Sicardi Principis Beneuentani, licet fortaſſis ab eodem deductum fonte, cap. 29. cuius lemma ſic concipitur, nam ipſum deeſt caput: *vt non tollatur a Tertiatoribus Excuſaticum & porcos.* Niſi forte idem ſit, quod ἐξκουσάτον, apud Iuſtinianum Nouell. 59. cap. 2. certum ſcilicet vectigal, quod penſitabatur pro quauis immunitate. Fuere denique *Excuſati* apud Venetos, vox a pleriſque nondum intellecta, ait Sanſouinus in Venetia, qui lib. 6. vetera profert Acta, in quibus horum fit mentio, hiſce verbis: *Excuſati de Mauriano, & eorum nomina, & ſunt* 44. *Excuſati de Mazorbo, & iſti ſunt de maioribus, & ſunt* 23. &c. *Hæc ſunt nomina Excuſatorum qui ſeruiunt in Palatio, & ſunt* 124. *Nomina Excuſatorum noſtri Palatij, & ſunt* 198. Vbi Sanſouinus *Excuſatos* dictos, quaſi *Scutatos*, eoſdemque eſſe cenſet, quos *Scutiferos* vocauit ætas poſterior. Sed vix eſt vt id probem, cum potius hac videantur appellatione donati, propter indulgentiam munerum ciuilium & perſonalium, qua gaudebant ex quadam officij & functionis prærogatiua, vti fuere *Beneficiarij*, & ij de quibus eſt titulus *de Excuſationibus artificum* Cod. Theod. lib. 13. quinetiam ſi fas eſt diuinationi indulgere, cenſuerim Venetos iſtos *Excuſatos* non alios fuiſſe a vectoribus nauiculariis, ſeu, vti vocant Veneti, *Gondolariis*, quorum magnus ſemper fuit apud illos numerus, qui iis gauderent priuilegiis, quibus Nauicularij apud Romanos, vt eſt in Tit. de Nauiculariis Cod. Theod. & Iuſt. nam ab omnibus oneribus & muneribus immunes erant L. 5. 7. & 17. Cod. Theod. eod. tit. Certum autem erat & definitum Nauiculariorum corpus, quorum præcipuum erat munus in Annonæ vrbis tranſuectione; vnde & *naues eorum, quantæcumque eſſent, ad aliud munus ipſis inuitis non tenebantur*, ait Lex 5. eod. tit. Agit præterea de eiuſmodi Nauiculariis publicis Paulinus Epiſt. 36. ad Macarium. Cum igitur Nauiculariorum naues iſta gauderent immunitate, nihil vetat *Excuſatas* inde appellatas opinari, onerarias nempe, & quæ annonariæ ſpeciei tranſuectioni potiſſimum addictæ erant: eiuſmodi enim ſunt κάτεργα & μονήρεις, nauiculæ, apud Annam ἐξκουσάτων nomine donatæ. Occurrit apud Nicetam in Man. lib. 5. N. 9. & lib. 7. N. 1. vocabulum ab illo, quo Anna vtitur, haud multum abludens, tametſi alia, vt videtur, notione. Eſt porro illud ἐσκουσῆτος, & ἐσκουσάτος. Priore loco de Venetis agens: ἄνδρας θαλάττης τροφίμους, κατὰ Φοίνικας ἀγύρτας, πανούργους τὸ φρόνημα illos vocat; quod hac verborum ſerie reddit Codex mixobarbarus: θαλασσόμαχοι, καὶ ὀρθοὶ ὡς Φοίνικες, πραγματείας ποιοῦντες, καὶ ἐσκουσῆτοι ὄντες. Rurſum de Anconitanis:

ἤτ]ονες κέρδεις ὄντες, καὶ ἀγυρτεύοντες, καὶ πρὸς τὸ λαβεῖν χεῖρα προτείνοντες, vbi Codex Barbarogræcus: πλέοντες καὶ πραγματείας ποιοῦντες, καὶ εἰς τὴν χώραν τῆς βασιλείας ἐξκουσάτοι ὄντες, καὶ ἐκ τούτων κερδαίνοντες; vbi Meursius ἐξκουσήτοις & ἐξκουσάτοις *onustos* vertit. Atqui Nicetas ita videtur appellasse πανούργους τὸ φρόνημα, & πρὸς τὸ λαβεῖν χεῖρα προτείνοντας, callidis præditos ingeniis, & ad turpia lucra, sordidosve quæstus procliues; quales sunt *Excusati*, qui fœnus nauticum, & onerariis nauibus mercimonia exercent.

Τζάγγρα] Ducas Hist. cap. 24. αὐτοὶ ἐκ τῶν τειήρεων ἐξαγαγὼν θώρακας, περικεφαλαίας, δόρυ, τζάγγρας, καὶ πᾶν εἶδος ὁπλμάτων. Ioann. Cananus: οἱ δὲ ἵνα μάχωνται ἐξ ἐκείνης, ὁποῦ θεν μετ τζαγγρῶν τε καὶ τόξων, &c. Narratio M S. de Belissario: φαλκόνες, καὶ πετεῖτες, τζάγγρας καὶ μπαλησρεείδας, τόξα, καὶ τοξαπόρις, σκοῦν καὶ πουμπαρδιεείδες, &c. Iam tandem percipimus, Anna præuia, quod genus armorum fuerit τζάγγρα; neque enim fuit arcus nudus, quod vult Meursius, neque *zagaia*, seu iaculum, vti apud Ducam interpretatur vir doctus, sed *arcus balearis*, nostris *Arbaleste;* cuius vsum, suo æuo, Græcis hactenus incognitum, a Latinis vero inuentum & excogitatum testatur Anna: vnde eidem id genus arcus, τόξον βαρβαρικόν, Cantacuzeno lib. 1. cap. 36. Λατινικὸν dicitur. Apud Latinos eius vsum antiquissimum fuisse docemur ex LL. Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 23. *Si quis — laqueos, vel arcus prætenderit, seu balistas.* Neque enim hoc loco *balista* pro maiori machina, qua muri quatiuntur, quam vulgo *ballistram* vocant, sumitur. Glossar. Lat. Gr. *ballistra*, σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν. Glossar. Græc. Lat βαλλίςρα, *tormentum murale*. καταπέλτης, *ballistra; ballistrari*, σφενδονῆσαι; tametsi ab eiusmodi machinarum fabrica & forma, balistarum inuentionem profluxisse constet, quod nemo inficiabitur, qui Rigaltium ad Onosandrum, & Lipsium in Poliorcet. consulet, & comparabit. Balistarum vero vsus sensim apud nostros desiit, qui bellis istis Saracenicis frequens fuit, seu quod a Summis Pontificibus, vna cum infectis veneno sagittis, vel gladiis, identidem interdictus sit in Christianorum præliis, vel quod iis vti viro strenuo indignum putaretur, qui nulla arte, nullave industria aut dexteritate hocce armorum genere hostem prosterneret. Eo spectant verba Ioinuillæi in Hist. S. Ludouici: *Et deués sçauoir que à cette fois là furent faiz les plus beaux faiz d'armes, qui oncques furent faiz ou veage d'oultre mer, tant d'vne part, que d'autre. Car nul ne tiroit d'arc, d'arbaleste, ne d'artillerie. Mais estoient les coups qu'on donnoit l'vn sur l'autre à belles masses, espées, & fusts de lances.* At istius armorum generis vsum reuocauit postmodum Richardus Anglorum Rex, & in Galliam induxit in bellis contra Philippum Aug. Nam, vt ait Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Pag. 291. A

Concil. Rom. A. 1139. Can. 29. lib. 5. Decret. Greg. tit. 15.

Francigenis nostris illis ignota diebus
Res erat omnino, quid Balistarius arcus,
Quid Balista foret, nec habebat in agmine toto
Rex quemquam sciret armis qui talibus vti.

Ioann. Bromptonus in Rich. *Ipse siquidem hoc genus sagittandi, quod Arcubalistarum dicitur, iamdudum sopitum in vsum, vt dicitur, reuocauit, vnde & in ea peritus plures manu propria peremit, quo & ipse postmodum in terra propria impræmunitus & inopinate periit.* Willelmus *Guiart* in Phil. Aug. obsidionem Acconensem commemorans, Richardum ait primum earum vsum in Galliam inuexisse:

Venus estoit nouuellement
Des arbalestes li vsages,
Richart qui de tiex fais iert sages,
Tant soit il d'autres deporté,
L'ot poi ains en France aporté,
Si con les Chroniques desquieurent.

Idem denique Willelmus Brito lib. 5. de Richardi cæde:

Porrige Guidoni baliſtam qui tenet arcum,
Vt ſua quæ miſit Richardo miſſa remittat,
Hac volo non alia Richardum morte perire,
Vt qui Francigenis baliſtæ primitus vſum
Tradidit, ipſe ſui rem primitus experiatur,
Quamque alios docuit in ſe vim ſentiat artis.

Verum vnde eiuſmodi baliſtas Græci τζάγγρας vocarint, plane mihi incompertum. Nam eiuſce æui Scriptores Latini, Albertus Aq. lib. 2. cap. 33. lib. 3. cap. 41. lib. 6. cap. 9. 16. & alij paſſim *arcus baleares*, Willelmus Brito locis citatis, Monachus Vallis Sarnaij cap. 42. Cæſarius Heiſterb. lib. 1. c. 16. &c. *Baliſtas* nuncupant. Deinde etſi variæ fuerunt baliſtarum ſpecies, quarum aliquot meminit Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. aliæ vero recenſentur apud Script. Vernaculos, *Arbaleſte de cor, & d'if, a tour, a hauſſepié & a vn pié, a baudrier, ou baudreer, & a tailler;* nihil tamen in his vocabulis deprehendas, quod ad τζάγγρα vocem accedat, quam etiam extrema retinuit Græcia, quæ inde τζαγγροβολίστας, & τζαγγράτορας, quos *Baliſtarios* noſtri vocant, confecit. Apud Pachymerem quidam Σγουρὸς στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόρων occurrit, quæ dignitas eadem fuit, quæ Scriptoribus noſtris dicitur, *le Grand Maiſtre des Arbalétriers.*

B Καὶ τῇ ἀφέσει] Willelmus Brito lib. 5.

Guido nucem voluit baliſtæ pollice læuo,
Dextra premit clauem, ſonat vna neruus, & ecce
In Regis ſcapula ſtabat fatalis arundo.

C Παχύτατα] Breuia illa quidem baliſtarum erant tela, ſed ſpiſſiora & forma quadrata; vnde *quadrellos*, noſtri *quarreaux* vocabant. Willelmus Brito libro 2.

Nec tamen interea ceſſat baliſta, vel arcus,
Quadrellos hæc multiplicat, pluit ille ſagittas.

G. de Podio Laur. cap. 37. *Mortuus eſt ictu quadrelli. Quarellos* dixit Rigordus non ſemel, & Math. Paris. *W. Guiart* A. MCCXIV.

A tant tendent de tous coſtez
Aus arbaleſtes deualer,
Et puis laiſſent quariaux aller.

Idem in S. Ludouico:

Meſſire Alſons vn iour ataignent,
Qui armez iert de ſon atour,
D'vn quarrel d'arbaleſte a tour.

Le Roman de Garin:

Volent pilet plus que pluïe par pré,
Et les ſajettes, & carriax empenez.

Pag. 292. B Λατῖνος] Id etiam Latinis obiectum a Græcis ſcribit Petrus Diacon. lib. 4. Chron. Caſin. cap. 117. apud quem Græcus ſic Latino infert: *In Occidentali climate Propheticum illud videmus impletum, erit vt populus ſic Sacerdos, cum Pontifices ad bella prodeant, vt Papa veſter Innocentius facit. Quod quidem*, vt ait Petrus Damianus lib. 4. Epiſt. 9. *ſatis videtur abſurdum, vt ipſi Domini Sacerdotes attentent, quod turbis vulgaribus prohibetur, & quod verbis impugnant, operibus aſſerant.* Et ſane non iniuria id noſtris obiectum: nam etſi Lege Eccleſiaſtica & Conciliorum Canonibus arma tractare vetarentur Sacerdotes, ſæpe tamen legimus ipſis interfuiſſe prælijs, in iiſque acriter dimicaſſe. Atque prauo mori iſti adſcribendum, quod arma tractare aut ferre Clericis interdicant paſſim Concilia Gallicana & Prouincialia, Ilerdenſe C. 1. Matiſ-

con. I. C. 5. Liptin. C. 2. Vermerienſe A. DCCLII. C. 16. Codex Carolin. Epiſt. 77. Capitula ſelecta Caroli M. A. DCCC. cap. 2. 3. 4. & 5. apud Sirmond. Tom. 2. Concil. Capitulare Epiſcopor. An. DCCCII. C. 18. apud eumdem, Concil. Mogunt. A. DCCCXIII. C. 17. Meldenſe A. DCCCXLV. C. 37. Capitul. Herardi Archiep. Turonenſ. cap. 50. 113. Concilium Metenſe A. DCCCLXXXVIII. C. 6. &c. Obſeruat porro Cardinalis Baronius A. DCCCLXXXVIII. execrandum plane diu iſtiuſmodi facinus inoleuiſſe in Galliis, vt tam Epiſcopi, quam Abbates ad bella procederent, in hoſtes irruerent, cæderent ipſos, & ab ipſis cæderentur; iureque conqueritur ab eius temporis Scriptoribus laudatos reperiri nomine bellicæ fortitudinis, cum tanquam ſacrorum Canonum violatores, & muneris paſtoralis, & nominis deſertores deteſtandi fuiſſent. Vide Obſeruat. ad Ioinuillæ pag. 50.

Θηρήκλειον] Nicetas in Man. lib. 3. N. 6. Adde Hœſchel. in Not. Pag. 293. C

Γουτζφρέ] Eodem An. MXCVI. ſub medium menſis Auguſti per Germaniam & Hungariam Expeditionem ſuam aggreſſus eſt Gothofredus. Alb. Aq. lib. 2. cap. 1. & alij. C

Μεγαλόπολιν] Peruenit Conſtantinopolim Gothofredus biduo ante Natalem Domini, & ad vrbis mœniorum conſpectum caſtra metatus eſt. Baldricus lib. 1. pag. 91. & Guibertus lib. 2. cap. 12. D

Γεφύρας] de hoc ponte pluribus egimus ad Villhard. N. 85. Huius prætera meminit Bryennius lib. 3. N. 11. & Cinnamus lib. 2. D

Ανεβάλλετο] Dilationis cauſam afferunt Scriptores, atque in iis Albertus Aq. lib. 2. cap. 4. 10. 11. 12. D

Εὐκαιρείαν] Robertus Mon. lib. 1. de Alexio: *Timebat enim ne tantus & tantorum exercitus in ſe conſurgeret*, &c. Pag. 294. A

Κατασχεθῆναι] Albertus Aq. lib. 2. cap. 7. 8. Baldric. Guibert. Malmeſbur. Tyrius, &c. agunt de hac Francorum Comitum detentione. C

Αργυρᾶν λίμνην] Huius paludis meminit Pachymeres lib. 7. At quæ fuerit Palatiorum ad Argyram paludem appellatio, haud conſtat, niſi in vniuerſum magnifica illa ædificia intellexerit Anna in Europæano Boſpori littore extructa, *Palatia nempe & turritas domos quæ ſpatium* XXX. *milliarium in littore maris comprehendunt*, ait Albertus Aq. lib. 2. cap. 11. Argyræ perinde paludis peculiarem ſitum, & nominis rationem nondum comperi. Haud procul tamen a Blacherniana Porta diſſitam fuiſſe aſſequor, ex eo quod Porta vrbis eadem, ſeneſcente Græcia, ab Argyra palude, vocabulo truncato, *Gyrolymne* dicta ſit Cantacuzeno lib. 1. cap. 51. 56. lib. 3. cap. 81. & Nicetæ in Alex. lib. 3. N. 10. & πύλη πρὸς τὴν Γυρολίμνην, Niceph. Gregoræ lib. 8. & 9. Aliud porro fuit Αργυρον, & Αργυρώνιον, locus ita dictus in littore Boſpori Aſiatico, de quo Procopius de Ædif. Iuſt. Gyllius de Boſp. Thrac. lib. 3. cap. 6. Leunclauius in Pand. cap. 128. & Hiſtoria Bucicaldi part. 1. cap. 33. C

Τῶν ἀνακτόρων πύλης] Portæ Palatij, non Magni, quod ad Propontidis littus extitit, ſed Blacherniani, quæ a vicino Palatio Blacherniana dicta fuit, vt ſupra obſeruatum. In eo enim tractu verſus Coſmidium & Argyram paludem caſtra poſuiſſe Gallos tradunt Scriptores omnes. D

Νικολάου] Proinde Ædes D. Nicolao ſacra, quam Portæ Blachernianæ vicinam fuiſſe indicat Anna, alia prorſus fuit ab ea, quam intra Magni Palatij ambitum, atque adeo Sophiano Templo proximam diximus ad pag. 52. Hanc DD. Priſco & Nicolao primitus ſacratam extra Vrbem, ad Blachernianum murum, a Iuſtiniano inſtauratam docet Procopius lib. 1. de Ædif. Iuſt. poſtmodum conflagraſſe Heraclio imperante, ignem immittente Auarum Chagano, tradit Chronicon Alexandrinum. Illam opinor eſſe Ædem, D

quam D. *des Hayes* in Itinerario Orient. a Dominicanis Patribus poſſideri hac tempeſtate ſcribit.

Pag. 295. A Πέμπτην] Vide ſupra pag. 54. Manſit vero Gothofredus cum vniuerſo exercitu in confiniis Vrbis a Natiuitate Chriſti ad Pentecoſten. Hoſtiles tamen Gallorum excurſus in medium Ianuarij A. MXCVII. videtur referre Albertus Aq. lib. 2. cap. 10. 11. & 16.

D Τὸν γαμβρὸν] Vix crediderim ea tempeſtate Nicephorum Bryennium Alexij generum fuiſſe. Anna enim Conſtantino Ducæ Porphyrogennetæ pacta, eodem præpoſtera morte ſublato, iam nubilis Nicephoro vxor data eſt, vt autor eſt Zonaras. Hoc autem Anno MXCVII. Anna vix X. ætatis annum exceſſerat, vtpote nata An. MLXXXVI. Iſtius porro Græcorum cum Gallis conflictus euentum longe aliter narrant Tudebodus lib. 1. Albertus Aq. lib. 2. cap. 13. Tyrius lib. 2. cap. 8. & alij.

Pag. 296. A Κατὰ τὸν ἅγιον Ῥωμανὸν πύλην] Portæ S. Romani crebra eſt mentio apud Autores Byzantinos, præſertim illos qui vltimam Vrbis expugnationem ſcriptis mandarunt; ex quibus conſtat Portam eſſe ad muros terreſtres. In Chronico Alex. A. Heraclij XIV. legimus Chaganum Vrbem obſidentem, ἀπὸ τῆς Πολυανδρίου πόρτας, ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ turres caſtellatas 12. appoſuiſſe. Apud Nicetam in Bald. Cantacuzenum lib. 1. cap. 56. Gregoram lib. 9. Laonicum lib. 7. Phranzem lib. 3. cap. 8. 9. 16. Ducam cap. 38. Hiſtor. Polit. &c. Portam S. Romani obſeruare eſt, nullo alio ſitus indicio, quam quod vna e Mediterraneis fuerit. Leunclauius in Pandect. Turc. cap. 200. & Cruſius in Turcogræc. tradunt illam eſſe, quæ hodie, vocabulo Turcico, *Topcapiſi* nuncupatur, quo ſignificatur Porta Bombardaria, ſiue tormentorum bellicorum, *ſic dicta*, inquit idem Leuncl. *quod vltimæ obſidionis tempore tormenta bellica fuerint huic oppoſita*, quod etiam a Duca, Laonico, Phranze, & aliis traditur: quam in vrbis partem paulo ante, A. ſcilicet MCCCCXXII. vrbem obſidens Amurathes tormenta ſua ſtatuerat, vt fuſe proſequitur Ioannes Cananus, ex cuius narratione Portam S. Romani Charſianæ Portæ proximam fuiſſe colligimus. Ædem vero S. Romani, a qua Portæ vicinæ nomen videtur inditum, a B. Helena ædificatam autor eſt Codinus in Originib. CP.

Pag. 297. C Οὖβος] Vide Guibertum lib. 2. cap. 19.

Pag. 298. B Ὥστε ὁπόσας] Albertus Aq. lib. 2. cap. 28. *Promiſerant enim iuramento nihil de Regno Imperatoris, non caſtra, non ciuitates, niſi ex eius voluntate, aut dono retinere.* Willelm. Malmeſb. lib. 4. de Alexio: *Tantum Græca facundia valuit, vt a ſingulis hominum ſacramentum exigeret, quod illi nihil mali machinarentur, quod vrbes Imperio ſuo appendices, ſi adquirere poſſent, redderent*, &c. Adde eumdem Albertum Aq. lib. 2. cap. 18.

B Χρήματα] Albert. Aq. lib. 2. cap. 16. Fulcher. lib. 1. cap. 4. Tyr. lib. 2. cap. 7.

B Πελεκανόν] Locus in Bithynia, cuius meminit Cantacuzenus lib. 2. cap. 6. Vide Alb. Aq. lib. 2. cap. 17.

C Ραοὺλ Κόμης] Miror Scriptores ſacrarum Expeditionum ſiluiſſe de Radulpho, & tam numeroſo eius exercitu, quem maritimo itinere ad Dominicum Sepulchrum recta deducendum curauerit Alexius. Certe narrat Raimundus de Agiles pag. 179. Anglos quoſdam percepta Gallorum Expeditione Hieroſolymitana, per mare Oceanum & Mediterraneum Portum Antiochiæ, atque Ciuitatem Laodiceæ, antequam noſter exercitus per terram illuc veniret, laborioſe obtinuiſſe. At Anglos Conſtantinopolitanum tractum attigiſſe ex itineris ratione non videtur vero ſimile. Varios eo ipſo æuo Proceres Radulphi, aut Rodulphi, nomine, quique in ea priore Expeditione fuerunt,

fuerunt, memorant Scriptores, atque in his Radulphum de Balgentiaco, Radulphum de Fontanis, Radulphum Gaer, Rodulphum Britannum, & Rodulphum de Claromonte. Occurrit præterea *Raul*, cognomento *Machabæus*, qui in charta A. MC. *Seniorem Montiſcabioſi & aliarum vrbium* ſeſe inſcribit, Rogerij Siciliæ Comitis ex filia Emma gener, apud Vghell. Tom. 7. Ital. Sacræ pag. 41. 42. *Rodulphus* alter cognomine *de Molitio, Comes Prouinciæ Biuinianenſis*, ſub A. MXC. apud eumdem Vghell. Tom. 6. pag. 496. Vtri horum Radulphus Annæus conueniat, non auſim ſtatuere.

Μονῇ τοῦ Πατριάρχου] Monaſterium Patriarchæ illud eſſe cenſuerim, quod alias Satyri dicitur, in quo ſepultum Stauratium Imp. tradit Cedrenus. Hanc porro appellationem poſtea ſortitum eſt de nomine S. Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui antequam hanc dignitatem adeptus eſſet, in eo Hegumenus, ſeu Abbas extiterat: ab illo enim inſtauratum, & D. Michaeli dicatum, denique in eo humatum Ignatium produnt Nicetas Paphlago & Michael Syncellus in illius vita & encomio. C

Ῥηγῶν] Atqui Reges nullos ea tempeſtate Hieroſolymitanum arripuiſſe iter legimus; Regum vero filios aliquot, Franciæ, Angliæ, Daniæ: niſi Edgarum Adelingum, quem in Regem Angliæ electum ait Ordericus lib. 5. intelligat, aut Ericum Daniæ Regem, qui circa ea tempora Conſtantinopolim peruenit, indeque in Cyprum appulit, vbi & vitæ diem clauſit extremum, vti narrat Saxo Grammaticus lib. 12. Pag. 299. C

Ἱεροῦ] Hoc eſt, a Coſmidio, ad ipſum vſque Ponti Oſtium diſtributa erant caſtra Gallorum. Ἱερὸν enim locus fuit, ſeu Promontorium in ipſo Ponti oſtio, in littore Europæano; vnde a ſitu ϛόμα τοῦ Πόντου vocitatum olim fuiſſe autor eſt Nicephorus Gregoras lib. 5. Scylax Caryandenus in Periplo ait ἀνάπλους καλεῖσθαι τὸν τόπον ἀνὰ Βόσπορον μέχρις ἂν ἔλθῃ ἐφ' Ἱερόν. A Templo 12. Diis ab Argonautis dicato & ædificato appellatum ſcribit Scholiaſtes Apollonij lib. 2. Argonaut. Verſ. 534. Cantacuzenus lib. 3. cap. 80. & 91. Ἱερὸν pariter ſtatuit κατὰ τὸ ϛόμα τοῦ Πόντου. Ad Petras Cyanæas, Procopius lib. 1. de Bello Vandal. πορθμὸν facit Gregoras lib. 11. & Anaſtaſius in Collectaneis, pag. 106. Ibi olim portoria & vectigalia ſoluta pro mercibus, quæ e Ponto importabantur Byzantium, ſcribit Theophanes, & ex eo Cedrenus. His conſentanea ſunt quæ habet Cantacuzenus lib. 3. cap. 85. Vnde euidens eſt quam grauiter impegerit vir doctiſſimus Nicolaus Alamannus in Notis ad Anecdota Procopij, qui Theophanis verba de Blacherniano Templo accipienda cenſuit, quod etiam aduertit Maltretus. Extitit aliud Ἱερὸν in oppoſito littore Aſiatico, ἵναπερ τὸ ϛόμα τοῦ Πόντου, perinde ac Europæanum Hierum, ſic nuncupatum a Templo Διὸς Οὐρίου, Portus, ſeu ἀφετήριον τῶν εἰς Πόντον πλεόντων, vt eſt apud Artemidorum Epheſium in Geogr. de quo etiam Arrianus in Periplo Ponti Euxini, & Tabulæ Peutingerianæ. Veneri dicatum fuiſſe ſcribit Ptolemæus lib. 5. Pag. 300. A

Λοχαγίαν] Apud Leonem in Tacticis: λοχαγὸς λέγεται ὁ πρῶτος τοῦ ϛίχου, ἤτοι ὀρδίνου. Conſule Gloſſaria, & Annam pag. 379. A. C

Βαλδουῖνος] Balduinus Gothofredi frater, poſtmodum Rex Hieroſolymitanus. D

Ἴδε ποῖος] Id ille opinor muſſitabat, indignatus, & ægre ferens, Francis Proceribus Palatium ineuntibus non aſſurrexiſſe Alexium. Albertus Aq. lib. 2. cap. 16. *Sedebat autem Imperator more ſuo potenter in throno Regni ſui, non Duci, (Gothofredo) non alicui aſſurgens ad porrigenda oſcula.* Vide infra pag. 317. 401. Pag. 301. A

Φράγκος] Sum, inquit ille, vere Francus, & in ipſa Galliæ, quam proprio B

nomine Franciam vocant, prouincia, ex Nobilibus natus: sic enim ea verba capienda, produnt quæ infra pag. 317. scribit Anna, ventosum hunc & arrogantem Gallum in prima stetisse acie, ac dimicasse in eo prælio, quod Solymannum inter & Boemundum commissum est, statim post expugnatam Nicæam, grauique accepto vulnere, hostibus terga dedisse. Vnde probabilis admodum est coniectura eum esse, quem Albertus Aquensis lib. 2. cap. 39. & ex eo Tyrius lib. 3. cap. 14. *Robertum Parisiensem* vocant, & miseris volentem succurrere, sagitta volatili confixum & extinctum tradunt. Cum igitur Roberto Lutetia Parisiorum natale solum esset, iure se purum putum Francum iactitabat, cum vrbs illa non modo Regni totius, sed esset etiam caput istius Prouinciæ, quam peculiari appellatione *Franciam* dicimus.

B Τέμενος] Nostram de Latini, seu Franci istius ostentatoris patria coniecturam non minimum firmant, quæ ille subdit, dum ait esse nimirum intra istius Prouinciæ, vnde ei origo & natales, terminos, τέμενος, seu tractum, vel potius pagum, aut regionem, (Galli dicimus *vn Quartier*) vbi inædificatum ab antiquo Templum, quo, qui monomachiam singulareve certamen obire solent, priusquam in arenam descendant, orationis causa secedunt, & in eo pernoctant. Hoc enim verborum circuitu Templum Deiparæ Suessionense, Monasterio Virginum insigne, ab Ebroino Maiore Palatij olim extructum, procul dubio denotauit, in quo D. Drausij Episcopi Suessionensis corpus religiose asseruatur & colitur, quem duello dimicaturi solebant inuocare. Fuit autem tractus, seu pagus Suessionensis iam olim, vt & etiamnum, intra Prouinciæ Franciæ limites, quod diserte testatur Villharduinus N. 6. Gallorum vero, aliorumve erga D. Drausium in hisce occasionibus religionem & cultum prædicat in primis Ioannes Sarisberiensis Epist. 159. *Est autem S. Drausius gloriosissimus Confessor, qui sicut Franci & Lotharingi credunt, pugiles qui ad memoriam eius pernoctant, reddit inuictos, vt & de Burgundia & Italia in tali necessitate confugiatur ad ipsum. Nam & Robertus de Monteforti ei pernoctauit aduersus Henricum de Essexia dimicaturus.* Cuius quidem piæ in D. Drausium religionis originem Henrico Duci nescio cui videtur adscribere vetus Poeta Vernaculus, qui Ludouico VII. regnante vixit, in prolixiori illo Poemate, quod *de Guarino Lothareno* inscripsit; qui fusis & deletis ad Augustam Suessionum Hunnis, vel Saracenis, fluuium, abstergendi pulueris & sanguinis causa, ingressus, atri Crucem coloris aduersa aqua innatantem subito conspectam, & concitato in medias vndas equo, inde eductam, nullo perfusus madore, ad Monasterium S. Drausij detulit. Deinde subdit natam inde religionis & cultus originem erga sacram hanc Ædem, ad quam passim confluunt duello dimicaturi:

Si l'emporta au montier Saint Drosin,
Encor i est, onques puis n'en parti,
Tres-bien le leuent & vieillart & meschin,
Veiller i vont encor li pelerin,
Cil qui bataille veulent fere & fournir.

Istum præterea sibi Deum ante duella conciliandi, & Sanctorum patrociniis sese committendi morem attigit idem Poeta non semel, variisque in locis; vbi enim de singulari certamine Bononiensem inter & Bouonem Burgundiæ Comites Parisiis inito agit:

A Nostre Dame en est Buës alés,
La nuit veilla, & Cheualiers assés.

Alibi duellum Fromondini cum Bouone Vaſconum Duce enarrans:

Alés veiller Fromondin biaus des fuis,
En la nom Dex qui en la Crois fu mis,
Qui vos defende de mal & de peril,
Et li Valés s'en vait à S. Seuerin,
En ſa compagne de Cheualier ſet vint,
La nuit veilla, grant luminaire fit, &c.

Alio denique loco, vbi de eiuſdem Fromondini cum Gerberto Lotharingiæ Duce pugna ſingulari:

Cele nuit veillent à Sainte Crois moutier,
Deuant Girbert ardent trois cierges entier.

Huc etiam ſpectant verba Ademari Cabanenſis: *Permanſit Stephanus vero & exiliens corpore inlæſus, eadem hora venit, currens pedibus gratias Deo referre ad Tumulum B. Eparchij, vbi nocte præterita peruigil excubuerat.* Id quoque actitare conſueuerant in ludicris certaminibus, ſiue Torneamentis decertaturi, vt autor eſt Ioannes de Beka in Ottone II. Epiſc. Traiect. quinetiam qui in arenam duelli cauſa ineundi deſcendere cogebantur, quo ſeſe ab obiectis purgarent criminibus, Deum ſibi propitium conciliabant, collatis in Eccleſias & Ædes ſacras donis, quæ *Oblationes Campionum* dicuntur in Charta Manaſſæ Epiſc. Lingon. A. MCLXXXV. apud Rouerium in Reomao. Chronicon Beſuenſe: *Milo cum Odone Diuionenſi Præpoſito, qui neptem eius in coniugio habebat, monomachi certaturus pugna, attribuit S. Petro terram quam habebat in Luco.*]

Μήτε δυνάμεις πολλάς] Atqui habebat ſecum Boemundus in hac Expeditione decem millia Equitum, & plurimas copias peditum, vt autor eſt Albertus Aq. lib. 2. cap. 18. Maxima enim pars exercitus qui Amalfim obſidione cinxerat, relicto Rogerio, Boemundum ſecuta erat. Ita Vrbanus II. PP. in Epiſt. ad Alexium apud Baron. A. MXCVII. N. CXXV. Tudebodus lib. 1. & alij. Boemundus igitur, dimiſſis copiis, cum paucis comitibus CPolim perrexit, ait Guibert. lib. 3. cap. 3. icto prius cum Alexio pacis fœdere, cum quo bellum annis proxime elapſis geſſerat in Illyrico. Order. lib. 9. *Coactus eſt itaque ſagax Boemundus conſiliis Francorum, vt pacem faceret cum Imperatore Græcorum.* Qua facta, Alexius quemdam e ſuis admodum ſolertem ad Boemundum miſit, qui & eum, & eius copias ſecure deduceret. *Corpalatium, Corpolacium,* & *Coropalaſium* appellant Tudebodus lib. 1. Baldricus lib. 1. Ordericus loco cit. & Petrus Diac. lib. 4. Chronic. Caſin. cap. 11. hoc eſt, Curiæ Procerem, qui Κουροπαλάτου dignitate fungebatur; qua tum inſignis erat Ioannes Thraceſius Drungarius Vigiliæ, vt conſtat ex Nouella Alexij A. Mundi VI. M. DC. Chr. MXCII. Illius meminit præterea idem Diacon. lib. 4. cap. 17. D

Κοσμίδιον] Robertus Mon. lib. 2. præparatum ait Boemundo hoſpitium *extra vrbem:* Baldricus *in ſuburbio ciuitatis:* Guibertus lib. 3. cap. 3. *in ipſius ciuitatis burgo:* Anna *in Coſmidio*, quod fuit Monaſterium SS. Coſmæ & Damiani extra vrbem, verſus Blachernas, & ab hac Boemundi in eo mora poſtmodum a noſtris *Caſtellum Boemundi* appellatum fuit. Nam & Φρούριον ibi extiſſe diſerte ſcribit Bryennius lib. 3. cap. 11. Pachymeres lib. 9. cap. 5. πρὸς ὃ τοῦ Κέρατος τέλος Coſmidium ſtatuit. Conſule quæ in hanc rem obſeruamus ad Villhard. N. 86. Pag. 302. B

Ο γὰρ δεινός] *Boemundus nullo modo Alexio fidere poterat*, inquit Albert. Aq. lib. 2. cap. 18. D

Ἐζήτει ὅρκον] Albertus Aq. lib. 2. cap. 18. Fulcher. lib. 1. cap. 4. Robertus Monach. lib. 2. pag. 38. Tyrius, & alij. Pag. 303. B

B Χαράγματος] Albertus Aq. lib. 2. cap. 18. *Statimque allata ſunt Boemundo, ſicut Godefrido, munera miri & inauditi theſauri in auro & argento; vaſa quoque pretioſa opere & decore multo ampliora, quam vt ab aliquo poſſit æſtimari.*

Pag. 304. B Μηδὲ χώραν κεκτημένος] Non omnino verum, quod ait hoc loco Anna, regiones nullas poſſediſſe Boemundum, cum non modica oppida, atque adeo ipſum Tarentinum Principatum & Barenſem in Apulia & Calabria poſſederit, inita cum fratre Rogerio concordia, vti tradunt Malaterra lib. 4. cap. 4. Alexander Abbas Celeſin. lib. 1. cap. 13. & Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 677.

B Βασιλείας Ῥωμαίων] Nec iniuria id metuebat Alexius; nam, vt eſt apud Ordericum lib. 9. pag. 727. Boemundus Francos Proceres ad obſidendam Conſtantinopolim viriliter incitauerat, antequam veniſſet ad Alexij conſpectum.

Pag. 305. A Σαγγέλω] *Sangeles* Interpreti, & Tollio apud Cinnamum; rectius *Sancti Ægidij Comes*, hoc enim vocabulo, vt & Cinnamus, expreſſit Gallicum *Saint Gilles*, ſeu *le Comte de Saint Gilles*, qua tum appellatione gaudebat Raimundus Toloſæ & Prouinciæ Comes. Willelmus Brito lib. 3. Philipp.

Qui Sancti Comes Ægidij, Toloſæque vocatur.

Eſt autem Comitatus S. Ægidij Septimaniæ, ſeu Occitaniæ, vrbs ad Rhodanum, S. Ægidij Abbatia inſignis, a qua ſumpſit appellationem, quam cum in hæreditatis ſortem obtinuiſſet Raimundus, ſuperſtite adhuc fratre, Comes inde Sanctægidianus vocitatus eſt, etiam poſt adeptum Toloſanum Comitatum. Vide Catellum lib. 1. Hiſt. Tol. cap. 3. & lib. 2. cap. 1. Oppidum peruetuſtum eſſe, & ſtante Romano in Galliis Imperio notum in confeſſo eſt apud omnes, & ex ruderibus, & antiquorum ædificiorum parietinis abunde colligitur. At quo nomine olim, & ante receptam S. Ægidij nomenclaturam, indigitaretur, ambigunt, nec inuicem conſentiunt Scriptores. Poldus in Antiq. Nemauſ. credidit *Heracleam* eſſe, de qua Plinius; quidam *Vindomagum* Ptolemæi: Catellus lib. 3. Rerum Occit. *Rhodam* putat, cuius mentio apud eumdem Plinium, ſeu *Rhodanuſiam*, Marciani Heracleotæ, a qua Rhodanus dictus fluuius. Verum ſi cum aliis licet hariolari, cenſuerim potius vetus Ægidianæ vrbis nomen *Vrgenum* fuiſſe, vel *Vrgernum*, vt habent M S S. Strabonis Codices, Sidonius in Paneg. Auito dicto, iuxta Sirmondi coniecturam, Cyprianus Diacon. in vita S. Cæſarij Arelat. Gregorius Turon. lib. 8. Hiſt. cap. 30. lib. 9. cap. 7. & Tabulæ Pentigeri; vel denique, vt Notæ Tyronis, *Vggernum.* Diuinationis meæ fundus eſt Benjaminus Tudelenſis in Itiner. vbi oppidum S. Ægidij *Nogheres* vocat, ſeu vt habet Editio Conſtantini *l'Empereur*, *Nogres*, vocabulo haud multum ab Vgerno abludente: *Nogheres*, inquit, *Oppidum dictum S. Ægidij*, quo loco, ſi criticam liceat manum apponere, *Vgheres* potius reponendum putauerim. Huic porro coniecturæ fauent Tabulæ Peutingerianæ, quæ in Itinere a Toloſa Arelatem *Vgernum* ſtatuunt, a Nemauſo octo ab Arelate ſex milliaribus diſparatum. Neque alio ſtatuere videtur loco Gregorius Turon. dum ſcribit Recaredum Gothorum Regem ab Hiſpaniis egreſſum apud Caput Arietis (*Caſtelnaudari*) caſtra obtinuiſſe, mox direpto Toloſano pago, inuaſiſſe *Vgernum*, Arelatenſe caſtrum, reſque cunctas diripuiſſe, ſicque ſeſe infra vrbis Nemauſenſis incluſiſſe muros. Gregorio concinit Ioannes Biclarienſis in Chron. vbi agit de eadem Recaredi in Gallias irruptione, ſcribens caſtrum, quod *Vgerno* vocatur, tutiſſimum valde in ripa Rhodani fluminis cepiſſe. Quæ quidem *Orgoni* nullo modo poſſunt conuenire, vti Papyrius Maſſonus, Catellus, & alij, qui Vgernum cum Ernagino per-

peram confundunt, interpretantur. Ernaginum quippe ad Druentiam fluuium ſtatuunt Antoninus in Itiner. & vetus hæc Inſcriptio: PATRONO. NAVTARVM. DRVENTICORVM. ET. VTRICVLARIORVM. CORP. ERNAGINENSIVM. Belle vero deſcribitur Orgoni ſitus in Itinerario Gregorij XI. PP.

In Orgone terra abundans lapidibus, die tertia Petrus iacitur,
Sed in humo petrea ſpinoſaque granum inane ſeritur,
Arcta eſt via, ex vno latere alueo Druentiæ clauditur,
Ex altera ripa ſaxea macerie inexpugnabili modo protegitur.

Prædictis addo locorum interualla; nam Ægidianum oppidum tribus Francicis milliaribus ab Arelate diſtat, quæ ſex milliaribus Peutingerianis conueniunt, numeratis in ſingula duobus, aut amplius, Romanis milliaribus. Deinde ſicut Vgernum in Rhodani ripa collocatur a Scriptoribus, ita conſtat Ægidianam vrbem haud procul ab Hiſpanienſi Rhodani alueo, ſeu potius oſtio, quod hodie *la Robine* Incolæ vocant, diſtare. Scio aliter videri de Vgerno viro docto, & in Geographicis peritiſſimo, qui Bellocadrum, ſeu *Beaucaire*, interpretatur. Meminit Catellus lib. 4. Rerum Occit. pag. 580. caſtri *Vgern* dicti in Septimania, ſed an ad *Vgernum* pertineat, non temere definio.

Τῆς ψυχῆς ἐπανοίξας πύλας] Comitem S. Ægidij propter egregias animi C
dotes cultum impenſius ab Alexio teſtantur, præter Annam, Albertus Aq. lib. 2. cap. 20. lib. 8. cap. 5. & 7. Tudebodus lib. 5. & Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 779. Ab eo tamen nequaquam adduci potuit, vt quod verbis conceptis Alexio præſtiterant hominium Hugo, Gothofredus, cæterique Francorum Proceres, ipſe perinde profiteretur, *Contentus iuraſſe Alexio vitam & honorem, quod nec per ſe, nec per alium auferret*, vti habent Raymundus de Agiles pag. 141. Robertus Monach. lib. 2. Baldricus, Tudebodus, Willelm. Gemetic. &c.

Ἐδεδίει γάρ] Sollicitatus a Raimundo & aliis Comitibus Imperator, vt Pag. 306. A
vna cum Francis in ſacram Expeditionem proficiſceretur, ſicut conuenerat, hac ſe texit excuſatione: *ſe nimirum præmetuere Alemannos & Hungaros, & Comanos, aliaſque feras gentes, quæ Imperium ſuum depopularentur, ſi ipſe tranſitum cum peregrinis faceret.* Raym. de Agil. Robert. Mon. lib. 2.

IN LIBRVM XI. ALEXIADIS NOTÆ.

KIBΩTON] Vide Not. ad pag. 174. Pag. 309. A
Πλῆθος ἀναρίθμητον] Fulcher. Carnot. lib. 1. cap. 4. de Obſidione Nicæ- A
na: *Tunc de exercitibus plurimis vnus illic exercitus effectus eſt, quorum centum millia loricis & galeis muniti erant: quem qui de numero ſapiebant, ſexies centum millia ad bella valentium eſſe æſtimabant, exceptis inermibus, videlicet Clericis, Monachis, mulieribus & paruulis.*

Καὶ τὰς μεταξὺ κορτίνας] Raymundus de Agiles pag. 141. *Hanc igitur talem* B
ciuitatem Boemundus obſedit a Septentrione, Dux & Alemanni ab Oriente, Comes (S. Ægidij) & Epiſcopus Podienſis a meridie, &c. Cæterum *Cortinas* appellant noſtri, vt & Græci recentiores, murorum loricas inter binas turres, vti hic vſurpat Anna, a Cortibus, ſiue ruſticis areis, quæ muris incingebantur, fortaſſis dictas. Has *Curtes clauſas* vocant Chartæ Alemannic. apud Goldaſt. N. 60. 64. *Cortina* N. 33. & aliud Diploma in Bibl. Sebuſ. Centur. 1. cap. 78. Thwroczius in Salom. cap. 52. *Milites autem Ladiſlai agmina Salomonis*

tanquam in cortinis concluserunt. Atque inde ipsi qui areas claudunt muri *Cortinæ* dicti videntur, vt & ab iis aulæa, peripetasmata, vela quibus aut lecti ambiuntur, aut loca circumcluduntur. Anastas. in Leone 3. *Fecit Cortinam sericam habentem periclysim*, &c. Vide Meurs.

B Τὸ δὲ λάχος] Alb. Aq. lib. 2. cap. 24.

C Σουλτάνον] Solymannum. Alb. Aq. lib. 2. cap. 21. Tyr. lib. 3. cap. 2. 3.

Pag. 310. C Κομητοῦρας] Apud Græcos I. C. κομητοῦραι sunt districtus & præfecturæ vicorum. Constantinus Porph. Nou. περὶ δυνατῶν, &c. πρὸς τὰ ἀπὸ τῆς αὐτῆς μητροκωμίας χωρία, ἤτοι ἀπὸ τῆς αὐτῆς κομητούρας. Hic vero Stationes intelliguntur Comitibus, Proceribus, & potissimis exercitus ductoribus in castris ad Nicæam assignatæ: Galli dicimus *Quartier*; vnde censet eruditus Interpres a Comitibus κομητοῦρας dictas, & hocce vocabulo intellexisse Annam militiam propriam cuiusque Comitis, ad obsidionem Nicænam: cui sententiæ fauet vox ipsa cum, ο, scripta. Sic *Comitias*, & *Cometias*, Comitum districtus, seu ipsos Comitatus vocant non semel Scriptores Latini ætatis mediæ, Specul. Saxon. lib. 3. art. 64. Ius Feudale Sax. cap. 36. Arnoldus Lub. lib. 2. cap. 8. Chronicon Aulæ Reg. cap. 1. 5. 9. &c. Cæsarius Heisterb. lib. 8. cap. 26. Historia Archiep. Brem. A. MCXXXIII. MCXLIV. & MCCCL. & Diplomata varia apud Browerum lib. 15. Annal. Treuir. & Freherum in Orig. Palat. part. 1. cap. 11. & pag. 81. 82. At Iurisconsultis Græcis, seu potius, Græculis Byzantinis, videntur dictæ κωμητοῦραι, pagi & vici aliquot vni Metrocomiæ subditi; nam vt Metropolis caput materve est Prouinciæ, ita Metrocomia mater vicorum. Igitur cum a Comitibus inferioris & tertij ordinis regerentur illæ, eorumque essent obnoxiæ Iurisdictioni, inde Comituræ appellatæ sunt: nam & Metrocomias a Comitibus seu Iudicibus gubernatas probabile est, vt sunt etiamnum illi quos *Comites Parochiales*, & *Parochianos* vocant Decreta Calomani, Andreæ, & Sigismundi Regum Hungariæ, & *Comites Pagi* Lupus Abbas Ferrar. Epist. 24. Proinde κομητοῦρα erit districtus Comitis Pagensis, seu Vicani, vel potius conuicanorum cœtus & conuentus, vti Metrocomia accipitur *tit. non licere habit. Metroc.* &c. *lib.* 11. *Cod. Iust.* Dicuntur autem & Conuicani κωμῆται *in Nou.* 38. vnde & κομητοῦρας etymon posset accersi, si cum, ω, scripta vox reperiretur. Verum vt sese res habeat, Anna κομητοῦραν vsurpauit μεταφορικῶς, pro Statione militari certo in loco assignata, certisque limitibus, vt sunt Metrocomiæ, definita & circumscripta.

Pag. 311. A Τὴν νίκην] Tudebod. lib. 2. Alb. Aq. lib. 2. cap. 27. Tyr. lib. 3. cap. 4. & al.

B Μανουὴλ] Vide Nicephorum Bryennium lib. 1. N. 1. & Stemma Comnen.

D Χελώνην] Vide Albert. Aq. lib. 2. cap. 31. & Rigalt. ad Onosandr. pag. 57.

Pag. 312. A Κλιθῶναι] Tudebodus lib. 4. pag. 781. Albert. Aq. lib. 2. cap. 36.

D Λίμνης] Rem narrant Albertus Aq. lib. 2. cap. 32. Raymundus de Agiles pag. 141. 142. Robert. Mon. lib. 7. pag. 40. Baldric. lib. 1. pag. 96. Guibertus lib. 3. cap. 8. Tyrius lib. 3. cap. 6. & 7.

Pag. 313. A Κίου] An Κιβωτοῦ? ita Albertus Aq. lib. 2. cap. 32. Guibertus, & alij.

A Βύκινα] Infra pag. 314. μετὰ βυκίνων καὶ τυμπάνων. Occurrit non semel apud Nicetam.

D Γυναῖκα τοῦ Σουλτάνου] Quæ a Gallis post turris casum, dum per lacum vrbe elabi niteretur, capta, cum duobus filiis, Constantinopolim ducta fuerat. Alb. Aq. lib. 2. cap. 36. 37. Tyr. lib. 3. cap. 8. 10. 12.

Pag. 314. B Εἴσω Νικαίας] Capta est Nicæa post 7. Hebdomadum & 3. dierum obsidionem. Robertus Monach. lib. 1. 20. Iunij An. MXCVII. Albertus Aquensis lib. 2. cap. 37. Tudebodus lib. 2. Tyrius lib. 3. cap. 12. & al.

Αὐτῷ ἐπιδῶσαι] Ex Turcis Nicæensibus, qui tum Alexio fidem dederunt, eiusque adhæserunt partibus, fuere parentes Ioannis Axuchi, qui cum Ioanni Alexij filio, cui æqualis erat, datus esset in collusorem, posthæc Ioanne imperante ad præcipuas Imperij dignitates peruenit. Nicet. in Ioan. N. 3. Pag. 316. A

Δουκὸς Νικαίας] Nam Ducis titulo gaudebat Nicææ Præfectus. Vide Not. ad Villhard. A

Δορεῶν] Robertus Mon. lib. 3. pag. 40. Tudebod. lib. 2. pag. 785. Fulcher. lib. 1. cap. 4. C

Ταγκρῆς] Albertus Aq. lib. 2. cap. 19. Guibertus lib. 4. cap. 4. Tancredus Odonis Bonimarchisi filius, Boemundi ex sorore nepos, vt & Rogerij Siciliæ Comitis, cuius Diploma pro fundatione Ecclesiæ Cathedralis Scylacensis A. MXCIII. subscribit, apud Vghellum. D

Τὰς λόχας] *Christiani post biduum itineris copias partiuntur.* Alb. Aq. lib. 2. cap. 38. Fulcher. lib. 1. cap. 4. Guibert. lib. 3. cap. 9. Baldric. lib. 2. Robertus Mon. lib. 3. Tyrius, &c. Pag. 317. C

Δορυλαίου] Dorylæum, Phrygiæ oppidum Geographis. In Doylæi campis impetitum a Solymanno Boemundum ait Anna. At Albertus Aq. lib. 2. cap. 38. *in valle Dorgoganhi;* quæ eidem cap. 43. & Tyrio *Gorgon* nuncupatur. C

Μετεπέμπετο] Albert. Aq. lib. 2. cap. 40. 41. & alij. D

Τῶν νικώντων] Alb. Aq. lib. 2. cap. 42. 43. Fulcher. lib. 1. cap. 5. Tudebod. lib. 2. &c. Commissum hoc prælium Kal. Iul. A. MXCVII. autor est Baldricus lib. 2. & Tudebod. pag. 783. D

Κατὰ τοὺς Ἑβραϊκούς] Haud procul ab Iconio alteram hanc Turcorum cladem accidisse narrat Tudebodus lib. 2. pag. 784. De tertia ad Agrustopolim silent Scriptores. Pag. 318. A

Τανισμάν] Idem qui pag. 365. Τανισμάν, Solymanni Nicææ Principis frater. Nec enim diuersus est a Donimanno Nixandriæ vrbis Principe, cuius meminit Albertus Aq. lib. 9. cap. 35. quo quidem Nixandriæ vocabulo Neocæsaream intellexisse eumdem Albertum recte coniectat Rineccius. *Dalimannum* vocat Ordericus Vital. lib. 10. pag. 796. & seq. *Danisman* Tyr. lib. 9. cap. 21. & Autor Gest. Expugn. Hierust. pag. 579. 596. Idem etiam cum Tanismane Turco seu Persarmenio, qui tum Cappadocia potiebatur, de quo Nicetas in Ioan. N. 5. & 6. & Cinnamus lib. 1. A

Ἀζάν] Qui Tyrio lib. 5. *Axianus*, Raimundo de Agiles & aliis, *Cassianus*. Vide Annam lib. 14. A

Ἀγρουστόπολιν] Ita Editio Hœsch. An Αὐγουστόπολιν, quam in Phrygia statuit Suidas. Vide Annam pag. 478. B

Ὀξέως δρόμου] Fernam fluuium, seu *Farfar*, qui & *Orontes* dicitur, intelligit, qui eo loco quo Galli copias suas traduxerunt, rapidissimus est. Conferendus Albertus Aq. lib. 3. cap. 32. Porro Antiochiam peruenerunt nostri 12. Kal. Nouemb. 4. Feria A. MXCVII. Tudeb. lib. 2. Robert. Mon. lib. 3. Albert. Aq. lib. 3. cap. 38. C

Σελευκιακῆς τελοῖ] Atqui per 9. menses durasse obsidionem Antiochenam tradunt Albertus Aq. lib. 4. cap. 25. Otho Frising. lib. 7. cap. 2. & alij; seu, vt habet Robertus Mon. lib. 7. octo menses, diem vnum. Sane obsessam ciuitatem 11. Kal. Nouemb. captam vero 3. Non. Iun. refert Raimundus de Agiles. C

Ἀρμένιος] Pyrrhus nomine, seu vt est apud Tyrium lib. 5. cap. 11. & 19. *Emir Feirus*, id est, Dominus Pyrrhus. Hunc de genere Turcorum fuisse scribunt Tudebodus lib. 2. pag. 792. Fulcherius lib. 1. cap. 9. Robertus Mon. lib. 5. pag. 53. Albert. Aq. lib. 4. cap. 16. & Baldricus lib. 2. pag. 109. contra C

quam Anna, quæ Armenium facit. Sed hæc conciliat Raimundus de Agiles pag. 148. & 149. qui *Pyrrhum vnum de Turcatis* fuisse ait, hoc est, *de Armeniis & Græcis Antiochiæ incolis, quos Turcæ capta paulo ante vrbe, pro penuria domesticorum Turcauerant, datis ex sua gente vxoribus*. Adde Guibertum lib. 6. cap. 17.

Pag. 319. A Κουρπαγάμ] Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 19. *Corbagath, quem nostri vulgariter Corbaran appellant*. Robertus Monachus lib. 6. Tyrius lib. 5. cap. 14. Fulcherius lib. 1. cap. 14. Albertus Aq. & alij *Corbaham* & *Corbalam*, Haytonus *Corbanam*, Vincentius Bellou. *Corbegath* vocant.

A Τατίκιον] Fugam Tatticij, & discessum ab obsidione Antiochena narrant Albertus Aq. lib. 3. cap. 38. & 40. Robertus Mon. lib. 4. pag. 48. Baldricus lib. 2. pag. 103. Raimundus de Agiles pag. 146. Tyrius lib. 4. cap. 23. Guibertus lib. 4. cap. 10. De Boemundi consilio silent omnes.

B Λιμὸν] De difficultate annonæ in castris Francorum agunt Albertus Aq. lib. 4. cap. 50. Rob. Mon. lib. 4. Guibertus lib. 4. cap. 6. & alij.

B Χρυσίνοις] Χρύσινος, nummus aureus. Concil. Chalced. Act. 12. Τροφῆς ἕνεκα καὶ παραμυθίας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀνὰ διακοσίους χρυσίνους λαμβανέτωσαν. Ita Dositheus lib. 3. Synes. Epist. 129. Constant. Manasses pag. 101. 224. Edit. Meurs. Vide Leuncl. Pand. N. 18.

C Σουδὶ] Sic vocant Orontis fluuij ostium. *Portus Soldini* dicitur Sanuto lib. 3. part. 3. cap. 1. *Castellum & Portus Souhaidiæ* Aldherisio 5. part. clim. 3. & 4. Σουέτιον eidem Annæ pag. 412. Postmodum a S. Simone Stylite Iuniore, quem Θαυμαστορείτην vocant Græci, *Portus S. Simeonis* appellationem sumpsit, quod in vicino Tauri monte Monasterium olim idem Diuus extruxerit, & in eo cum discipulis vitam exegerit, vti narrat Ioannes Phocas in Descr. Terræ Sanctæ N. 2. quo nomine donatur passim a Scriptoribus, Alberto Aq. lib. 3. cap. 42. lib. 4. cap. 27. 36. Tyrio lib. 4. cap. 10. Arnold. Lubec. lib. 2. cap. 4. Atque ex his emendandus Eugesippus de Distantia Locor. Terræ S. *Pharphar per Syriam tendit Reblatam, id est, Antiochiam, labensque secus muros eius decem milliaria ab Antiochia in portu Solim ortu scilicet S. Simeonis, Mediterraneo mari se commendat*. Vbi loci nemo non videt legendum, *portu Sodin*, aut *Soldin, portu scilicet S. Simeonis*. A Francis *Golfum Antiochiæ* appellatum autor est Willebrandus ab Oldenborg in Itin. Vide Annam pag. 341.

Pag. 320. A Κείσθω καὶ ἆθλον] Tudebodus pag. 792. Baldric. lib. 2. pag. 108. 109. Tyrius lib. 5. cap. 16.

B Κουλὰ] Acropolis Antiochena, infra pag. 321. *Præsidium magistræ arcis in monte situm*, apud Albertum Aqu. lib. 3. cap. 38. lib. 4. cap. 24. *Castrum quod ciuitati imminet*, apud Robertum Mon. lib. 6. pag. 55. Adde Tyrium lib. 6. cap. 1. & Benjaminum Tudel. pag. 34. Edit. Plantin. Acropolis Antiochenæ nomen pariter prodit Raimundus de Agiles: *In colle autem Septentrionali castellum quoddam est, & in medio collis castellum aliud, quod lingua Græca Colax vocatur*. Vt & Scylitzes in Nicephoro Phoca: ἴσχυσε λαβεῖν τὸ μέτρον ἑνὸς τῶν πρὸς δύσιν τῆς Ἀντιοχείας πύργων Καλὰ τοὔνομα. Sed legendum Κουλὰ Anna nostra satis conuincit. Verum fueritne propria Acropolis Antiochenæ appellatio, iure controuerti potest, cum eamdem Anna arci Laodicensi pag. 339. & 340. Theorianus in Legat. statim initio, quibusuis arcibus, seu potius *Clusuris*, Nicetas in Bald. N. 3. Acropoli Thessalonicensi, Chronicon denique Veneto-Byzantinum pag. 198. arci Patrensi tribuant. Hinc enim patet κουλὰ in vniuersum Acropoles Græcis dictas; voce fortassis mixobarbara a Latio ducta, a colle scilicet, quia in collibus & editioribus tumulis ædificantur potissimum Acropoles & Castella; vnde & nostris sequioris æui *motæ*, id est,

tumuli

tumuli & colles, quæuis castra aut castella dicuntur. Acropolim Antiochenam Orocosiadem olim appellatam videtur innuere Procopius lib. 2. de Bello Perſ. pag. 54. prior. Edit. Mons vero cui imminebat adeo altus esse traditur a Willebrando ab Oldenborg, *vt suo cacumine nubibus innitens cursum Planetarum putetur impedire.* Duos intra Antiochenæ ciuitatis ambitum montes miræ celsitudinis existere autor est S. Antoninus 2. part. Hist. tit. 16. cap. 13. qui valle profundissima, sed angustissima separantur, per quam torrens dimissus per mediam influit ciuitatem. In horum alterius vertice, qui videtur eminentior, situm est præsidium munitissimum, inquit Fr. Quaresmius lib. 7. Elucidat. Terræ Sanctæ.

Τὼ Ἀντιόχου] Capta est a nostris Antiochia 3. Iun. An. MXCVIII. vti habent Albertus Aq. lib. 4. cap. 25. & alij passim: nam falli constat Lupum Protospatham, qui mense Aprili captam refert. C

Πολιορκεῖν] De obsessa a Turcis Antiochia agunt Scriptores omnes. C

Τὼ νικῶντι] Albertus Aq. lib. 4. cap. 27. C

Κουλᾶ] Capta enim vrbe, Turci in Acropolim fugerant, a qua non pauca Francis illata damna ab obsidentibus. D

Λάμπην] Paulus Episcopus Λάμπης interfuit Concilio Ephesino, vt ex Actis constat; sed vrbs ista in Cretensi Prouincia fuit, vt ibi innuitur parte 2. Act. 1. Pag. 324. A

Φιλομήλιον] Vrbs Phrygiæ, Geographis nota. Hinc tandem docemur oppidi nomen, quod mire deprauatum legitur apud Scriptores Rerum Hierosolym. Tudebodo enim lib. 4. *Philemia* dicitur; Alberto Aq. lib. 4. cap. 40. lib. 8. cap. 38. & Tyrio lib. 4. cap. 20. lib. 6. cap. 10. *Vrbs Finiminis:* Roberto Monach. lib. 6. Baldrico lib. 3. Guiberto lib. 5. cap. 26. Sanuto lib. 1. part. 2. cap. 6. & Epist. 17. *Philomela:* denique Iacobo de Vitriaco lib. 1. cap. 99. & Autori Hist. Exped. Asiat. Frider. *Philomena.* B

Γρεντεμανῆ] Willelmus *de Grentemaisnil*, Hugonis ex Aleide Yuonis Bellimontani Comitis nata filius, Nobilis Normannus, cui vxor fuit Mabilia Roberti Wiscardi filia, Boemundi soror. Cognominis etymon prodit Epitaphium Hugonis, Willelmi parentis, apud Ordericum Vitalem lib. 8. C

Mansio Grentonis munitio dicitur eius,
Vnde fuit cognomen ei multis bene notum.

De Willelmo agunt Tudebodus lib. 4. pag. 796. Albert. Aq. lib. 4. cap. 37. Ordericus lib. 8. & 9. Baldricus lib. 2. pag. 114. Guibertus lib. 5. cap. 15. Tyrius lib. 6. cap. 5. 10. 11. Malaterra lib. 4. cap. 21. & Raimundus de Agiles pag. 152. vbi perperam *de Granduna* cognominatur. Extant Mabiliæ, & Guillelmi Grantimaisnilij filij, Diplomata A. MCXXII. & MCXXXII. pro Monasterio Deiparæ Ὀδηγητρίας, quod *de lo Patire* vocant Itali, Ordinis S. Basilij, haud procul a Rossano, quod Rogerius Comes Siciliæ, ipsaque Mabilia, multis beneficiis ditarunt. Habentur illa apud Vghellum Tom. 9. Italiæ Sacræ pag. 387. & 680.

Στέφανος] Stephanus Comes Blesensis & Carnotensis, de cuius discessu ab Antiochia agunt Fulcherius lib. 1. cap. 8. Tudebodus pag. 799. Albertus Aq. lib. 4. cap. 13. Robertus Mon. lib. 6. pag. 59. Fulco lib. 1. Viæ Hier. pag. 892. Baldricus lib. 3. pag. 1118. Guibertus lib. 5. cap. 25. & Tyrius lib. 5. cap. 10. lib. 6. cap. 10. Cur vero vocetur ab Anna Κόμης Φραγκίας, multis diximus ad Ioinuillam Differt. 14. C

Διαβεβαιοῦνται] Robertus Monach. lib. 6. pag. 59. Tyrius lib. 6. cap. 11. & alij. C

Διὰ τὸ ὅπλων βάρος] Vide Not. ad Villhard. N. 212. Pag. 325. B

C Μὴ προσωτέρω χωρεῖν] Albertus Aquenſ. lib. 4. cap. 40. 41. Baldricus lib. 3. & alij.

Pag. 326. B Παίπερτ] Vrbs in Armenia, apud Scylitzem.

C Πέτρῳ] Petrum Eremitam cum altero Petro perperam hic confundit Anna; Petro enim, cui reuelata eſt Lancea Dominica, Clericus fuit de terra Prouinciæ, cognomento Bartholomæus, vti paſſim aſſerunt Scriptores Rerum Hieroſol. Raimundus de Agiles pag. 150. 151. 152. 156. Albert. Aq. lib. 4. cap. 43. 47. 52. lib. 5. cap. 32. Guibertus lib. 7. cap. 31. Fulcherius lib. 1. cap. 10. 15. Tyrius lib. 6. cap. 14. & Ordericus Vitalis, qui Petrum, Abraham cognominatum tradit lib. 9. & 10. pag. 739. 741. 779.

D Τὸν ἅγιον ἧλον] Atqui ſacra Lancea, qua Chriſti latus perforatum fuit, aſſeruabatur eo æuo Conſtantinopoli, ſi qua fides Scriptoribus Byzantinis, niſi λόγχης, ſeu lanceæ vocabulo, ferrum ipſius lanceæ intellexerint, quod ſua tempeſtate extitiſſe Conſtantinopoli profitetur diſerte Anna, quod admodum probabile eſt. Neque enim ſi lancea ipſa extitiſſet Conſtantinopoli, omnino ſiluiſſet. Vide Not. ad pag. 242. & 415.

Pag. 327. A Σαγγέλη] Sacram Lanceam in præliis a Comite S. Ægidij prælatam tradunt præterea Raimundus de Agiles, Albertus Aq. & alij.

A Ο Φλάντρας] Vide Albertum Aq. lib. 4. cap. 55.

B Ο Θεὸς μεθ' ὑμῶν] Vide Diſſertat. 11. ad Ioinuillam.

D Τῶ Ἀντιόχου] Cruce ſignati, inquit Albertus Aq. lib. 5. cap. 2. vt & Robertus Mon. lib. 7. *Boemundum Dominum & Aduocatum vrbis conſtituerunt, eo quod multum in traditione vrbis expendiſſet, plurimumque laboris pertuliſſet.* Cuius quidem vrbis *Princeps* appellatus eſt, *quoniam*, ait Tyrius lib. 6. cap. 23. *apud ſuos nomine dignitatis Princeps dictus fuerat*, Tarenti ſcilicet, vt eſt in libro vernaculo, *les Familles d'outremer*, & apud Sigonium lib. 9. de Regno Ital.

D Διὰ μέσης] Capta eſt Hieroſolyma 15. Iul. Feria 6. A. C. MXCIX. obſeſſa vero die 6. Iun. Tudebodus lib. 5. Albert. Aq. lib. 6. cap. 6. Tyrius lib. 8. cap. 24. Vrbis autem Gubernator erat Zahradaula filius Gajuſci, qui timore perculſſus fugit, vt eſt in Chronico Orientali.

Pag. 328. A Ῥῆγα ὀνόμασθαι] Verum Rexne appellatus fuerit Gothofredus, iure ambigitur. Certe a pleriſque Scriptoribus hoc titulo donari palam eſt, quibuſdam etiam coæuis. Quippe Robertus Mon. lib. 9. *Regem* perpetuo vocat. Baldricus lib. 4. *Et ecce te Regem poſt Deum deſignamus.* Tudebodus lib. 5. pag. 815. *Dux autem Gothofredus, qui iam electus erat ad Regem in Hieruſalem.* Nec diſcrepant Raimundus de Agiles pag. 179. Baldricus lib. 7. cap. 13. Autor Geſt. Exp. Hier. cap. 30. Willelmus Malmeſb. lib. 4. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 757. & alij non pauci. At cum Balduinus, Gothofredi frater & ſucceſſor, primus Hieroſolymorum Rex dicatur apud Iacobum de Vitriaco lib. 1. cap. 38. ipſeque *primum Francorum Regem in Hieruſalem* ſeſe inſcribat in Diplomate, quod extat apud Tyrium lib. 11. cap. 12. iure, inquam, ambigitur an Regem ſe Hieroſolymitanum inſcripſerit Gothofredus. Conſtat præterea Regum Hieroſolymitanorum ſeriem ab eodem Balduino vulgo auſpicari Scriptores; Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 26. de Balduino II. Rege, Balduini I. ſucceſſore, *Rex quidem Hieroſolymorum futurus, & a primo Rege ſecundus.* Sic Fulco Andegauenſis, Balduini II. ſucceſſor, *tertius Rex Hieroſolymitanorum* dicitur apud Willelmum Gemetic. lib. 8. cap. 34. Sic etiam Balduinus III. Fulconis filius & ſucceſſor in Diplomate A. MCLI. quod extat apud Ducheſn. in probat. Hiſt. Bethuneæ pag. 370. *Per Dei gratiam in Sancta Hieruſalem Latinorum Rex quartus.* Amalricus denique Balduini frater, *per Dei gratiam in Sancta ciuitate Hieruſalem Latinorum Rex quintus*; in altero A. MCLXIX.

quod ab Vghello refertur in Archiepiſcopis Piſanis, inſcribuntur. Rem conciliat Tyrius lib. 9. cap. 9. ſcribens Gothofredum, Regem quidem fuiſſe electum, *promotum autem, humilitatis cauſa, corona aurea, Regum more, in Sancta ciuitate noluiſſe inſigniri, ea contentum, & illi reuerentiam exhibentem, quam humani generis reparator in eodem loco vſque ad Crucis patibulum pro noſtra ſalute ſpineam deportauit. Unde quidam,* ſubdit idem Tyrius, *in catalogo Regum, non diſtinguentes merita, eum dubitant connumerare.* Et ſane admodum vero videtur ſimile Gothofredum Regium abnuiſſe nomen, memorem conſilij ab Epiſcopis dati, qui poſt captam vrbem vrgentibus noſtris, vt aliquis in Regem eligeretur, qui eam cuſtodiret, reſponderunt, *non debere ibi eligi Regem vbi Deus paſſus & coronatus eſt,* &c. *ſed eſſet aliquis, Aduocatus, qui & ciuitatem, cuſtodiret, cuſtodibus ciuitatis tributa regionis diuideret & reditus.* Hæc Raimundus de Agiles, quibus conſentanea ſunt quæ habet vetus Scriptor To. 4. Hiſt. Franc. pag. 92. *Factis itaque crebris letaniis & ieiuniis, vnanimi conſilio eligunt Ducem Gothofredum ſibi præeſſe, qui promptior cæteris Ducibus & manu & conſilio probatus fuerat; cauti in hoc quod nequaquam ei licere iudicant, Regium Diadema infra eamdem vrbem portare. Solus enim Chriſtus eius vrbis Rex digne iudicatur, qui pro peccatis noſtris in eadem ſuſcepit coronam ſpineam.* Denique Geruaſius Tilleberienſis in Otiis Imperial. part. 2. *Dux quoque Godofredus Regnum ſuſcipiendum in excuſationem duxit, prætextu ſanctæ humilitatis, aſſerens ſe indignum illic corona aurea inſigniri, vbi Chriſtus corona ſpinea pro noſtra ſalute voluit coronari.* Nec alia videtur motus ratione Regnum Hieroſolymitanum ſibi a Proceribus primum delatum recuſaſſe Raimundus Sanctægidianus Comes, cum, vt Autor eſt idem Raimundus de Agiles, illis repoſuerit, *nomen Regium ſe perhorreſcere in illa ciuitate, præbere tamen ſe illis conſenſum, ſi id alius acciperet.* Abſtinuit igitur a Regio titulo Gothofredus, & vt eſt in illius Epitaphio apud Rineccium,

Rex licet electus, Rex noluit intitulari,
Nec diademari, ſed ſub Chriſto famulari.

Vnde euidenter patet adulterinum prorſus & ſuppoſititium eſſe Gothofredi ſigillum, quod proferunt Doutremannus in vita Petri Eremitæ, & Malbrancus in libb. de Morinis, in quo Regis titulo donatur. Verum non ab omnibus æque probatum, quod Gothofredus corona Regia inſigniri abnuerit; vnde re prudentius conſiderata, poſt eius exceſſum, Balduinum fratrem in Regem honorifice ſub ſacra vnctione ſublimandum & coronandum decreuerunt Proceres Galli, *quod fratri ſuo non fecerant, quoniam noluit,* inquit Fulcherius lib. 2. cap. 5. *quid enim obeſt,* aiebant illi apud eumdem, *ſi Chriſtus Dominus noſter in Hieruſalem tamquam ſceleſtus aliquis conuitiis dehoneſtatus, & ſpinis eſt coronatus, cum etiam ad vltimum mortem pro nobis pertulit volens? Corona quidem illa, quantum ad intellectum eorum, non fuit honoris, nec Regiæ dignitatis: immo ignominiæ & dedecoris. Sed quod illi truces ad improperium ei fecerunt, gratia Dei ad ſalutem noſtram & gloriam verſum eſt,* &c.

Βαβυλῶνος Ἀμεελμνῆ] Ἀμερμουμνῆς dicitur Cedreno & Zonaræ in Theophilo, & Conſtantino Porph. de Adm. Imp. cap. 25. qui Annæ Ἀμεελμνῆς. Sic autem ſupremos, quibus parebant, Principes indigitabant Turci & Saraceni, quos inter primum obtinuit locum Amermumnes Aſiaticus Bagdatenſis, ſeu Babylonius, qui imperabat vniuerſæ Africæ, Ægypto, Syriæ, & Arabiæ Felici, quibus Prouinciis totidem Præfecti erant Amerades, ſeu Amiralij. Ab illius Imperio auulſa primum Africa, deinde Perſis, ſeu Chorozan, denique Arabia Felix, quarum Amerades, excuſſo Bagdatenſis iugo, Amermumnes ſe inſcripſerunt. Ita Porphyrogenitus loco citato. At Alexij A

æuo, Syria partim Principi Bagdatensi, seu Chorozano, partim Ægyptio Sultano parebat. Vnde in Historia Belli Sacri passim Principis vtriusque mentionem fieri obseruare est. Hierosolymam enim & vrbes adiacentes paulo ante Francorum in has plagas Expeditionem, Persico, vel Chorozano, ademerat Ægyptius, seu Babylonius, vt pluribus narrat Albertus Aq. lib. 6. cap. 31. 32. & 33. Otho Frising. lib. 7. cap. 4. Tyrius lib. 1. cap. 2. 3. & seq. & lib. 7. cap. 9. Is *Babyloniorum Amirabilis* dicitur eidem Alberto lib. 3. cap. 59. & Mathæo Paris. An. MCCXXXVI. *Amirauisus* Tudebodo lib. 5. pag. 814. *Admiraldus* Othoni Frising. Antiochia vero & Damascus adhuc Chorozano Principi suberant, qui promiscue *Soldanus & Princeps Turcorum* vocitatur ab Alberto Aqu. lib. 4. cap. 2. a Chalipha Bagdatensi diuersus, penes quem titulo tenus summa rerum erat, vel saltem Religionis Mahumetanæ, vti pluribus narrant Tyrius lib. 4. cap. 11. & Benjaminus Tudel. in Itiner. Vnde *Apostolicus Turcorum* dicitur Tudebodo, & *Papa Turcorum* Raimundo de Agiles & Iacobo de Vitriaco lib. 3. eoque nomine Alcoranum e collo pendentem torquis instar gestabat, vt autor est idem Porphyrogenitus. Habitabat ille in Bagdat, perinde ac Sultanus. Ita Albertus Aqu. lib. 8. cap. 7. Hinc est quod non semel legimus ab his Principibus Antiochenorum auxilio missum Corbagath. Quemadmodum igitur Bagdatenses Sultani Αμερμουμνῆς nuncupati sunt, seu vt habent Annales Franc. A. DCCCI. & DCCCII. *Almiralmumminin*, vbi de Aarone Persarum, seu Chorozani Rege, vel Sultano, ita eadem appellatione Africanos Principes, excusso Persici, seu Chorozani, Imperio, postmodum donatos constat ex Zonara in Michaele Balbo: quam vocem varie efferre solent Scriptores. Nam *Amiralmuminin* dicuntur apud Isidorum in Chron. *Mirammemini*, apud Rodericum Tolet. lib. 3. de Reb. Hisp. cap. 20. *Murmelini*, Mathæo Paris. *Miramomelini*, vel contractius, *Miramolini*, apud cæteros Hispanicos Scriptores. Fredegarius Schol. A. DCCLXVII. *Amermuni* habet, vocabulo magis ad Græcum accedente. Denique Chronicon Orientale *Amir-almumanina* præfert, notatque primum Homarum Chalipham hancce sibi arrogasse appellationem. At cum variæ diuersæque hæ appellationes vnum idemque sonent, constat etiam eiusdem esse originis, & *Credentium Principem*, seu *Fidelium Imperatorem* significare apud Arabes: quod pridem docuerunt Rigordus A. MCXCV. Sanutus lib. 3 part. 3. cap. 5. Io. Mariana de Reb. Hisp. lib. 6. cap. 11. Leunclau. in Pand. Turc. Victor Caietan. in Paradigm. quatuor Linguar. Watsius in Gloss. D. de Marca Tolosan. Archiep. in Hist. Beneharn. lib. 2. cap. 2. N. 2. & Abraham Echellensis.

A Σωαγηοχώς] Vide Albertum Aq. lib. 6. cap. 41. Fulcher. lib. 1. cap. 19. Baldric. lib. 4. Guibert. lib. 7. cap. 15. Othon. Frising. lib. 7. cap. 5.

B Ιάφα] Quæ & *Ioppe*. Vrbs nota.

B Ράμελ] Rama, quæ *Ramula*, & *Rames* promiscue Scriptoribus dicitur. *Miliariam* olim cognominatam docet vetus Inscriptio Treuirensis, apud Brouuer. in Proparasc. Annal. Treuirens. cap. 16. FL. GORDIO. RVFINO. ƎLIB. H. HORTIS. RAMAE. MILIARIAE. IN. SYRIA. GENITVS. IN. ASIA. TRALLIS. DEFVNCTVS. AVG. TR. LVCIA. AFRANIA. VALENTINA. CONIVGI. KARISSIMO. VIVA. FECIT. Desertam a Turcis Ramam paulo ante ceperant Franci, vti habent Albertus Aq. lib. 5. cap. 42. Guibertus lib. 8. cap. 1. Baldricus lib. 4. pag. 130. & Tyrius lib. 10. cap. 16. 17. De Rama vrbe, quædam obseruant non contemnenda Benjaminus in Itiner. Edit. Plantin. pag. 48. & 49. & Belonus lib. 1. Obseruationum cap. 80.

Γεώργιος] Haud procul a Rama vrbe Martyrio ſublatus fuit D. Georgius, quo in loco, qui vno ab vrbe milliari diſtat, extructum poſtmodum Templum Diuo ſacrum, quod deſcribitur a Ioanne Phoca in Deſcript. Terræ S. N. 29. Epiphanio Hagiopolita de Locis Sanctis, Anonymo de Locis Hieroſol. & Willebrando ab Oldenborg in Itiner. Terræ Sanctæ. Agunt etiam de eo Robertus Mon. lib. 8. extremo, Baldricus lib. 4. pag. 130. Guibertus lib. 7. cap. 1. Albertus Aq. lib. 9. cap. 2. Fulcherius lib. 2. cap. 13. Tyrius lib. 7. cap. 22. Willelmus Malmeſbur. lib. 4. de Geſt. Angl. Glaber Rodulfus lib. 3. cap. 7. Geſta Franc. Expug. Hier. cap. 22. & 46. Franciſcus Quareſmius lib. 4. Elucidat. Terræ Sanctæ cap. 3. & 4. denique Ioannes Seldenus libro vernac. *Titles of honor*, 2. part. cap. 5. § 42. & ſeq. vbi quæ de hocce Diuo ab antiquis Scriptoribus obſeruata ſunt, fuſe pariter ac erudite ſuo more congeſſit. B

Καὶ τὴν νικῶσαν] Commiſſum hoc prælium prid. Id. Aug. An. MXCIX. haud procul ab Aſcalona refert Albertus Aq. lib. 6. cap. 1.

Τῇ δὲ μετ' αὐτήν] De hac Gallorum poſtridie commiſſi prælij clade ſilent Scriptores noſtri, quam ex iis quæ proxime ſequuntur perperam confundere Annam conſtat cum ea quæ accidit circa feſtum Pentecoſtes A. C. MCII. poſt extinctum Gothofredum, Balduino tunc regnante, quo vix fuga elapſo Saraceni, Ramam obſidione cinxerunt. Albertus Aqu. lib. 9. cap. 2. & ſeq. Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 18. Geſta Franc. Exp. Hier. cap. 48. Tyrius lib. 10. cap. 20. & ſeq. B

Πολιορκεῖν τὴν Ἰάφε] De obſeſſa Ioppe poſt prædictum prælium agunt Albertus Aq. lib. 9. cap. 23. 25. Fulcherius lib. 2. cap. 20. Geſta Francor. cap. 50. Tyrius, &c. C

Ἤδη ποτε] Albertus Aq. lib. 9. cap. 12. Tyrius lib. 10. cap. 18. C

Πλὴν τὸ Γοντοφρέ] Hic pariter hallucinatur Anna; Gothofredus enim a Saracenis captus nuſquam legitur. C

Ἄπερ τιμῆς τοὺς Κόμητας] In his Arpinum Bituricenſem Comitem in Ramenſi prælio captum, Alexij opera liberatum, ſcribit Order. lib. 10. pag. 795. D

Λαοδικείαν] Laodiceam, Syriæ oppidum, expugnarat paulo ante Winemarus Pirata, de terra Bononienſi, & de domo Comitis Euſtachij, captamque Comiti Toloſano tradiderat. Ita Albertus Aqu. lib. 3. cap. 14. lib. 6. cap. 55. 59. & Tyrius lib. 3. cap. 23. lib. 7. cap. 21. Græcis ademptam a Winemaro ait idem Tyrius cap. 16. ſed probabilius, a Turcis, Albertus Aquenſ. lib. 6. cap. 55. cui Anna videtur conſentire. At Guibertus lib. 7. cap. 34. & Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 778. ſcribunt Edgarum Edwardi Danorum Regis filium, cum ea quam regebat Winemarus claſſe appuliſſe Laodiceam, eiuſque loci incolas Edgari tutelæ ſeſe commiſiſſe, qui oppidum poſthæc Normanniæ Duci Roberto tradiderit; Roberto vero Hieroſolymam profecto, Laodiceam a Græcis expugnatam, fauentibus ipſis incolis. Verum iſtiuſmodi narrationi repugnat hoc loco Anna, quæ Alberto Aq. omnino conſentit. De Laodicea, eius origine, & deſcriptione nonnulla habent Benjaminus in Itiner. pag. 34. Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 44. Robertus Mon. lib. 8. pag. 72. Geſta Ludouici VII. cap. 2. Cinnamus lib. 1. initio, & Willebrandus ab Oldenborg pag. 130. Pag. 329. A

Μαρακλέως] *Maraclea*, Scriptoribus Rerum Hieroſ. *Maraccas* perperam dicta in Itinerario Hieroſol. quæ prima de vrbibus Phœnicis a Septentrione venientibus occurrit, haud procul ab Antarado & Caſtello Arcas. Tyrius lib. 7. cap. 17. lib. 22. cap. 3. Hanc autem Turcis dedentibus paulo ante expugnarant noſtri, vt pluribus narrant Robertus Mon. lib. 8. Baldricus lib. 4. Guibert. lib. 6. cap. 20. Maracleæ dominorum ſeriem damus in Familiis Hier. A

A Βαλανέως] *Valenia*, Tyrio lib. 7. cap. 17. lib. 10. cap. 5. lib. 11. cap. 14. & Iacobo de Vitriaco lib. 1. cap. 44. Vrbs sub oppido Margat, haud procul a Maraclea sita, *Balanicus* Alderisio, *Valenium* Fulcherio lib. 1. cap. 21. *Valonia* Sanuto lib. 3. part. 14. cap. 2.

B Ἀνταράδον] Antaradum, quæ postea Tortosa dicta, nobilis ciuitas in Phœnice Prouincia sita, iuxta se Insulam habens modicam, quasi per duo distantem milliaria, vbi antiqua & per multa sæcula insignis ciuitas Arados nomine fuit. Hæc Tyrius lib. 7. cap. 15. 17. lib. 10. cap. 14. lib. 22. cap. 3. Describitur præterea a Iacobo de Vitriaco lib. 1. cap. 44. Willebrando ab Oldenborg in Itiner. T. S. pag. 130 Roberto Mon. Autisiod. An. MCCII. & Rogero Houed. pag. 708. A Constantio Imp. conditam, & de eius nomine Constantiam nuncupatam autor est Cedrenus. Hanc autem obtinuit, expulsis Saracenis, Raimundus Sanctægidianus Comes post captam Antiochiam, vti narrant Fulcherius lib. 2. cap. 16. Albertus Aq. lib. 5. cap. 31. Raimundus de Agiles pag. 169. Robertus Mon. lib. 8. pag. 72. Tyrius locis citatis, & Gesta Franc. cap. 47.

Pag. 329. B Ἀτζπάχας] Malim Ἀπαπάχας, sic enim legendum censeo apud Annam & Nicetam. Imperabat enim ea tempestate, hoc est, ante Gothofredi excessum, Damascenæ vrbi *Ababacas Tegtakin Dahiroldin*, non supremo quidem iure, & tanquam Dominus principalis, sed Præfecti loco, seu *Procuratoris*, quemadmodum Damascenorum Principum Vicarios & Ministros non semel vocat Antistes Tyrius lib. 15. cap. 7. lib. 16. cap. 7. lib. 18. cap. 27. aut *Amiralis*, vt Ordericus Vitalis. Damasco vero imperarunt circa ea tempora *Tageoldulus Nisus*, qui Annæ *Tutuses*, Gelaloldulæ Magni Turcorum Sultani frater, pulso & exacto Isaro Principe A. Heg. CDLXXII. Chr. MLXXXIX. Cæso & sublato e viuis Tageoldulo, successit in eumdem Principatum *Phacherolmaduc Rodoan*, Tageolduli filius, A. Heg. CDLXXXVIII. Christi MLXXXV. quo in ordinem acto, Damascum obtinuit eodem anno *Sansolmaluc Decac*, Phacherolmaduci frater. Is Soubequino primum, cuius opera vrbem inuaserat & Principatum, supremam rerum administrationem commisit, quo interfecto, *Ababacam Tegtakin*, cognomento *Dahiroldin*, Vicarium & Procuratorem constituit. Obiit autem Decacus A. Heg. CDXCVIII. Chr. MCIII. ante quem annum expugnatam Tortosam Scriptores nostri commemorant. Decaci meminit Fulcherius lib. 1. cap. 14. & lib. 2. cap. 1. cui *Melec-Ducac*, & *Duchat*, seu potius *Duchac* nuncupatur. Extincto Decaco Principatum Damascenum arripuit *Ababacas*, cuius frequens occurrit mentio apud Scriptores Rerum Hierosf. varie tamen huius elata Principis nomenclatura. *Tuldequinum* enim vocat Fulcherius lib. 2. cap 51. *Daldequinum* Tyrius lib. 11. cap. 20. 23. 25. lib. 12. cap. 6. 8. 12. 16. lib. 13. cap. 9. 16. 26. lib. 15. cap. 7. *Doldequinum* Gauterius de Bell. Antioch. vocabulis haud multum a Tectakini voce abludentibus. Interdum *Meieredin* eidem Tyrio lib. 16. cap. 8. *Hertoldin* Alberto Aq. lib. 11. cap. 1. *Duodechin* & *Dochin* eidem Scriptori lib. 12. cap. 7. 9. & 19. appellatur, quæ videntur nomina ad *Dahiroldin* spectare. Denique *Tegel-Melec* interdum dicitur Tyrio lib. 14. cap. 17. Vide eumdem Tyrium lib. 27. cap. 26. lib. 21. cap. 7. & Nicetam in Ioan. N. 8.

D Τριπόλεως] Tripolitanæ vrbis situm, & adiacentem oppido regionem pluribus describunt, præter rerum Hierosf. Scriptores, Ioann. Phocas & Willebrandus ab Oldenborg in Descript. T. S. Gabriel Sionita & Ioan. Hesronita in Syntag. de nonnullis Oriental. Vrbib. cap. 10. post Georg. Nub. vt & Dom. *de Breues* in Itiner.

Pag. 330. A Ὀχύρωμα] Raimundus, capta Tortosa, anxius quomodo Christiani no-

minis hoſtes a finibus iſtis propulſaret, conſilium cepit de obſidenda Tripoli, cumque parum in eo conatu proficeret, quod ciuibus ſubinde auxilium ſubmitteretur a Babylone, Aſcalone, & Sagitta, & Sur, nouum præſidium, ſecundo ab vrbe milliari, in colle quodam fieri decreuit, a quo ſemper vrbi aduerſaretur, & ad quod ſui aſſidue protectionis cauſa ab hoſtili impetu repedarent. Præſidio nomen inditum *Montis Peregrinorum*, eo quod peregrinis & Chriſtianis militibus illic maximum contra gentilium vires ſemper haberetur. Hæc ferme Albertus Aq. lib. 9. cap. 32. Tyrius A. MCIII. lib. 10. cap. 27. Fulcher. lib. 2. cap. 33. Græcos Raimundo in illo ædificando operam ſuam locaſſe ſilent prorſus noſtri.

Κατὰ τῆς Λαοδικείας] Laodiceam Græcis redditam tentarat Boemundus, vt autor eſt Albertus Aq. lib. 6. cap. 55. 56. & ſeq. eamque tandem, dum idem Princeps detineretur in vinculis, expugnauit Tancredus ſub A. MCII. Albertus Aqu. lib. 10. cap. 9. Guibertus lib. 7. cap. 34. Fulcher. lib. 2. cap. 12. Geſta Fr. cap. 51. 53. Hiſt. Hieroſ. pag. 605. Tyrius lib. 10. cap. 23. Iacob. de Vitr. lib. 1. cap. 44. D

Μετεκαλοῦντο τὸν Σαγγέλην] Poſt Gothofredi mortem Regnum Hieroſolymitanum Raimundo delatum non tradunt noſtri, ſi bene memini, ſed captis ſtatim Hieroſolymis, quod ille reſpuerit, vti narrant Raimundus de Agiles, Albert. Aq. lib. 6. cap. 33. & Tyrius lib. 9. cap. 3. At Villharduinus N. 136. Regio iſti titulo inhiaſſe Raimundum ſcribit, antequam Gothofredus in Principem electus eſſet. D

Εἰς τὴν Μεγαλόπολιν] Quo vna cum Normanniæ & Flandriæ Comitibus, qui reditum in patriam parabant, ſeceſſerat ſub A. MC. paulo ante extinctum Gothofredum. Albertus Aq. lib. 6. cap. 53. lib. 8. cap. 5. 6. 7. Fulcher. lib. 1. cap. 20. Orderic. Vital. lib. 10. pag. 779. D

Φλάντρας] Expeditionem Longobardorum intelligit, quibus adiuncti non pauci e Germania & Gallia Comites, qui ea tempeſtate Conſtantinopolim peruenerunt. De hac Albertus Aqu. lib. 8. cap. 5. 6. & ſequ. Tyrius lib. 10. cap. 12. & 19. Mathæus Pariſ. & alij. At nullos ibi e Normannia Comites agnoſcunt Scriptores, neque exercitus Ductores Flandrenſes duos, quos hic Anna comminiſcitur; niſi fortaſſis in iſta fuerint Expeditione Philippus & Willelmus, Roberti Comitis Flandriæ fratres, de quibus Meierus A. MCIV. & MCIX. D

Χοροσάν] Albertus Aq. lib. 8. cap. 7. *Dicentes ſe etiam Regnum Chorozan vi intrare, ac Boemundum de captiuitate Turcorum, aut extorquere, & liberare, aut in virtute ſua ciuitatem Baldach, quæ eſt caput Regni Chorozan, obſidere & deſtruere.* Pag. 331. A

Σαγγέλην] Conſulendus præter Albertum Aqu. lib. 8. cap. 7. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 789. & ſeq. vbi totam hanc Longobardorum & Aquitanorum Expeditionem, variaſque a Turcis, noſtris illatas clades accurate commemorat. A

Δευτέρα δὲ τῶν] Accidit clades iſta circa Iunium menſem An. MCI. Albert. Aq. lib. 8. cap. 15. & ſeq. C

Τὴν βασιλεύουσαν] Albertus Aqu. lib. 8. cap. 17. 22. Ordericus pag. 792. lib. 10. Pag. 332. B

Νόσῳ θανασίμῳ] Moritur Raimundus Comes Toloſanus in Caſtro Montis Peregrinorum pridie Kal. Mart. A. MCV. Tyr. lib. 11. cap. 2. Albert. Aq. lib. 9. cap. 32. Fulch. lib. 2. cap. 29. & 38. Geſta Franc. cap. 54. Hiſt. Hieroſ. A. MCV. Catellus lib. 2. Hiſt. Toloſ. cap. 1. C

Γελίελμον] Willelmus, cognomento Iordanis, Raimundi Toloſani Co- C

mitis ex forore nepos, ab auunculo in Montis Peregrini dominio hæres conſtituitur. Albert. Aq. lib. 9. cap. 50. Geſta Fr. cap. 54. Hiſt. Hieroſ. An. MCV. Tyrius lib. 11. cap. 2. Willelmi familiam attigit idem Albertus dum *Comitem de Sartengis* nuncupat: hoc enim vocabulo expreſſit Gallicum *de Cerdaigne*, vel Hiſpanicum *de Cerdaña*, ſeu *Ceritaniam*. Duxerat quippe in vxorem Willelmus-Raimundi, Ceritaniæ in Hiſpaniæ limite Comes, Pontij III. Toloſani Comitis filiam, Raimundi Sanctægidiani ſororem. Ex quibus nuptiis nati Willelmus-Iordanis Dominus Montis Peregrini, & Bernardus-Willelmi Ceritaniæ poſt fratrem Comes. Obiit vero Willelmus A. MCVIII. vti habent Albertus Aq. lib. 11. cap. 15. Fulcher. lib. 2. cap. 39. Hiſt. Hieroſ. A. MCVIII. Tyrius lib. 11. cap. 9. Surita in Ind. A. MCIII. & Andreas *Boſch* lib. *del Titols de honor de Catalun*. lib. 2. cap. 22. Miror viros eruditos & oculatos, qui Stemma Comitum Toloſanorum contexuerunt, de Comitis Sanctægidiani ſorore ſiluiſſe. Comitatus vero Ceritaniæ terminos hic damus, vti deſcribuntur in Charta Iacobi Regis Aragonum 10. Kal. Sept. An. MCCLXII. qua Iacobo filio Regnum Majoricarum & Comitatus Roſſilionis & Ceritaniæ concedit: *Eſt etiam ſciendum quod termini Ceritaniæ ſunt iſti, videlicet de Pincen, vſque ad Pontem de la Corba, & tota Vallis de Rippis cum ſuis terminis & baiulia eſt de dominatione Ceritaniæ, & extenditur ex parte Barguadani vſque ad Rocam Sanczam, & totum dominium de Valeſpir cum pratis eſt de pertinentiis Comitatus Ceritaniæ, & extenditur vſque ad Collem Bares, & ſicut Serra hoc ſcindit vſque ad Collem de Pauiſſars, & de ipſo Colle de Pauiſſars vſque ad Caput de Crucibus.*

Pag. 333. A Ὑποσχόμενος] Sponderat enim Alexius Cruce ſignatos aſſecuturum ſe cum idoneo exercitu, vt eſt apud Guibertum lib. 3. cap. 3. idque Alexio non ſemel obiectum a noſtris, & quod pacta conuenta violauerat prior, narrant Baldricus lib. 4. pag. 122. Tyrius lib. 7. cap. 20. & Petrus Diac. lib. 4. Chron. Caſin. cap. 11.

A Ἀντιοχείαν] Albertus Aq. lib. 5. cap. 2. *Iurauerunt enim ſibi* (Alexio) *vt ſi caperetur Antiochia, quia de Regno eius erat, ſicut Nicæa, cum omnibus Caſtellis & Vrbibus ad Regnum eius pertinentibus ſibi ſuæque Maieſtati reſeruarent.* Hinc falli conſtat Guibertum lib. 3. cap. 3. ſcribentem Boemundo promiſſam ab Alexio Antiochiam, dum adhuc Conſtantinopoli moraretur. Vide Tyr. lib. 14. cap. 23. & infra pag. 405.

D Μιχαήλ] Dignitate Pincernam, de quo pag. 242.

Pag. 334. A Τῶ Ἀττάλου] Ἀτταλείαν, Pamphyliæ Metropolim in Themate Orientali apud Conſtant. Porphyrog. quam demum expugnauit Iconienſis Sultanus An. MCCXII. vt eſt in Chron. Altiſiod. Deſcribitur vero a Tyrio lib. 16. cap. 26. Vide Leunclau. Pand. cap. 180.

C Τὸ Μαρέσιν] *Maraſis*, Guiberto lib. 4. cap. 2. *Maruſis*, Tudebodo lib. 2. *Maraſis*, Baldrico lib. 2. pag. 101. & Tzetzæ Chil. 12. N. 652. *Maraſia*, Tyrio lib. 3. cap. 18. *Mareſch*, in Hiſt. Hieroſ. A. MCXIV. & apud Albertum Aqu. lib. 3. cap. 27. *Mariſcum*, Fulcherio lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. 50. Denique Μαραύσιον, Cinnamo lib. 1.

Pag. 335. A Ἐπισκόπῳ Πίσσης] Dagoberto, Daimberto, ſeu Daiaberto Piſano Epiſcopo, qui poſtmodum captis Hieroſolymis, in Patriarcham electus eſt. De Dagoberti ad Laodiceam appulſu agunt Albertus Aq. lib. 6. cap. 56. & ſeq. Geſta Fr. cap. 33. Fulcherius lib. 1. cap. 21. Tyr. lib. 11. cap. 14. Multa etiam de hoc Pontifice habet Vghellus in Archiep. Piſan. Tom. 3. Ital. Sacræ.

B Κατασκευάζων] Hos Dagoberti & Piſanorum, priuſquam Laodiceam appellerent, cum Alexianis conflictus & hoſtilitates attigit Tyrius libro 11.

cap.

cap. 44. *Iter ergo aggreſſi, & oram ſequuti maritimam, nonniſi hoſtium reperiunt vrbes, vnde cum maxima difficultate & alimentorum inopia viam poterant incœptam conficere.*

Ετέρϛς δύο] Piſanis adiuncti erant duo ex eadem maris ora populi, Etruſci ſcilicet, qui & Toſcani, & Genuenſes. Fulcher. lib. 1. cap. 21. Hiſt. Hier. pag. 594. A

Ζώων κεφαλὰς] More veterum fecit Alexius, qui belluarum capita auro exornata nauium roſtris aptabant. Virgil. lib. 10. Æneid. B

——— *Ærata Princeps ſecat æquora tigri.*

Hoc eſt, ait Seruius, *cuius roſtrum erat in ſimilitudinem tigridis: namque ſolent naues nomina accipere a Tutelarum pictura.* Sed de Tutelis multa Vowerenus ad Petron. Meurſius ad Lycophr. Delrius ad Senec. Trag. Turnebus, Alexander ab Alex. cæterique criticorum filij commentati ſunt. Tantum addo quæ habet perelegans Scriptor in Encomio Emmæ Reg. Angl. lib. 1. *Aggregati tandem turritas aſcendunt puppes, æratis roſtris Duces ſingulos videntibus diſcriminantes. Hinc erat cernere leones auro fuſiles in puppibus, hinc autem volucres in ſummis malis venientes, auſtros ſuis ſignantes verſibus, aut dracones varios minantes incendia de naribus: illinc homines de ſolido auro, argentove rutilos, viuis quodammodo non impares, atque illinc tauros erectis ſurſum collis, protenſiſque cruribus, mugitus curſuſque viuentium ſimulantes. Videres quoque delphinos electro fuſos, veteremque rememorantem fabulam de eodem metallo centauros*, &c. Idem lib. 2. *Ardebat aurum in roſtris, fulgebat quoque argentum in variis nauium figuris.*

Πεειφανεςάτlω κεφαλlω] Noua dignitas inuenta ab Alexio admodum ſolerti in excogitandis iſtiuſmodi dignitatibus Palatinis. C

Λανδούλφῳ] Occurrit Landulfus iſte non ſemel infra cum perhonorifica mentione, cuius nomenclatura natione & origine Latinum prorſus fuiſſe arguit. Nec ſcio an idem qui Falconi Beneuentano *Landulfus de Græcia* dicitur in Chr. ad An. MCXIII. *Landulphus Græcus* M. Antonio Marſilio Columnæ in vita & rebus geſtis S. Mathæi cap. 8. qui reuerſus poſtmodum in Apuliam, *Comeſtabilis Beneuentanorum* creatus eſt: quam quidem ſortitus ſit appellationem, quod diu in Græcia, & apud Alexium moratus fuerit. Verum, ne id affirmem, facit ipſum Landulphi cognomen, quod in pleriſque Codd. Falconis, *de Græca*, ſcribitur; qua appellatione occurrit, ni fallor, Caſtrum aliquod in agro Beneuentano. Vide Vghellum Tom. 6. Italiæ Sacræ pag. 457. C

Κόμης ὑς Πελοποννήσιος] Non Comes in Peloponneſo, ſed dignitate, ſeu officio in claſſe Comes, origine Peloponneſius. Vide ſupra pag. 291. Pag. 336. A

Σεύθλῳ] *Seutlos*, Ioniæ inſula circa Rhodum, Plinio *Seutluſa*, Stephano Τεύτλουσσα. C

Βαϊμούντου ἀδελφιδοῦ] Quis ille Boemundi nepos, vel affinis, quem cum Piſanis nauigaſſe ait Anna, ex noſtris Scriptoribus haud liquet. Vide pag. 394. D

Συκῶν] *Sycæ*, hodie *Galata*, & *Pera*, olim vrbis C P. XIII. Regio. Vide Hiſt. noſtram Gallo-Byzant. lib. 5. N. 32. Pag. 337. C

Κούρυκον] Ciliciæ vrbs, in qua Iuſtinianus Imp. balneum & πτωχεῖον renouauit, vt autor eſt Procopius lib. 5. de Ædif. Iuſt. extremo, *Curcum* Sanuto lib. 2. part. 4. cap. 26. *Curca*, Tagenoni Patau. *Corycus*, in notitia Græc. *Curc*, Willebrando ab Oldenborg in Itiner. T. S. vbi deſcribitur: hodie *Curco*. Eiuſce oppidi, quod ſub Armeniæ Regibus munitiſſimum fuiſſe teſtantur Scriptores, dominus fuit Aithonus, autor Hiſtor. Orientalis ſub A. MCCCV. pater, ni fallor, Oſſini Comitis Curchi, qui Leone IV. Armeniæ Rege D

imperante florebat. Vide Odoricum Raynald. A. MCCCXXII. N. 33. & 46. & Iosephum Barbarum in Itinerario Persic. pag. 461.

Pag. 338. A Τοῦ Κανικλείου ἀξίας] Ὁ ἐπὶ Κανικλείου dictus, penes quem erat vas, in quo asseruabatur sacrum Encaustum, quo Imperatores Diplomata vel Epistolas subscribebant. Anastasius Bibliothecarius ad Act. 10. Octauæ Synodi: *Præpositus Caniculi apud Græcos est qui curam & custodiam gerit Caniculi, id est, Atramentarij, ex quo Imperator fœniceas literas scribit in chartis.* Ita vero dictum Κανίκλειον, quod Caniculi formam effigiemque præ se ferret, vti supra obseruatum ad pag. 62. Huius dignitatis crebra est mentio apud Scriptores Byzantinos, apud Scylitzem in Michaele Rhang. & Constantino Leonis F. Zonaram in Theophilo, Leonem Grammatic. in Constantino, Nicetam in Man. lib. 1. N. 3. in Alex. Man. F. N. 18. in Alex. Ang. lib. 2. N. 4. Acropol. cap. 79. & Codin. de Orig. CP. pag. 52. Edit. Reg. & lib. de Offic. Extat, inquit Seldenus lib. de Titul. honor. part. 1. cap. 6. N. 6. in Bibliotheca Regis Christianiss. Ἰωάννου τοῦ Καματηροῦ τοῦ ἐπὶ Κανικλείου περὶ τῆς οὐρανίας τῶν ἀστέρων διαθέσεως ἐν συνόψει, διὰ στίχων ἰαμβικῶν, πρὸς τὸν Βασιλέα τὸν πορφυρογέννητον. Codice nempe 149. & 559. Κανικλείων dicitur Gregentio in Disputat. pag. 201. Κανίκλης Leoni Grammatico pag. 461. 491. *Caniclinus*, Tyrio lib. 22. cap. 6. & Gunthero lib. 8. Ligur. Nec diuersus fuit ὁ ἐπὶ Κανικλείου a Logotheta, penes quem autor est Nicetas in Man. lib. 4. N. 4. fuisse vas illud Purpuramentarium, gemmis & auro distinctum, in quo scilicet asseruabatur Encaustum, quo Aureas Bullas obsignatas & subscriptas testatur Codinus de Off. cap. 5. N. 18. quo Nicetæ loco Codex Barbarogræcus habet, Χρυσόβουλλον μετὰ λίθων λαμπρῶν, hoc est, Bullarium, seu Typum Sigillarium, quo Bullæ ipsæ imprimebantur: vnde colligitur, & *Encaustarium*, & *Bullarium* penes Logothetam fuisse. Id præterea obseruo ex Leone Grammatico & Scylitze scribentibus in Michaele, Bardam, Theoctisto Logotheta extincto, Caniclei dignitatem in se transtulisse, hoc est, Logothetæ Dromi, qua functus fuerat Theoctistus, ad quam, officij iure, Aureæ Bullæ subscriptio spectabat. Vnde recte Radeuicus lib. 3. de Gest. Frid. *Caniclinum*, Nicetas vero in Man. lib. 7. N. 1. Logothetam, *Cancellarium* interpretantur. Quippe penes Cancellarium Atramentarij Regij cura extitit: Concilium Duziacense I. parte 2. cap. 33. *Ego autem iussi Odonem ire ad Cancellarium Regis, & accipere ab illo Pergamenum, & Atramentarium, & scriberet illum cito.* Atque ex iis emendandus Rogerus Houed. pag 596. *Qui fuerat Cancellarius Imperatoris, quem Græci vocant Laucete.* Legendum enim *Logothetam.* Sed & videtur idem fuisse cum *Protoasecretis* in VIII. Synodo, Act. 10. Τὸ δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγραφότος Χειροφόρου Πρωτοασηκρήτου καὶ ἐπὶ Κανικλείου. Vide præterea Cujac. ad Leg. 2. Cod. de Petit. bonor. subl. lib. 10. Meurs. in Gloss. Gretzer. & Goarum ad Codinum.

A Σελευκείαν] De hac vrbe, præter Geographos, consulendus Guibertus lib. 6. cap. 16.

C Γενούσιος στόλος] Will. Tyrius lib. 10. cap. 28.

Pag. 339. C Μαρκάπην] Legendum Μαρκάπιν, est enim vrbs maritima, vicina Maracleæ, Valeniæ, Gabulo, &c. quam *Castrum Margath* vulgo vocant Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 44. Tyrius lib. 7. cap. 17. Sanutus lib. 3. part. 14. cap. 2. & Aithonus cap. 59. Describitur vero sat pluribus a Willebrando ab Oldenborg in Itiner. pag 130. Eiusce Castri Dominos damus in Famil. Hieros.

C Γάβαλα] *Gabulum*, vrbs Cœlesyriæ maritima, a Laodicea 12. milliaribus dissita, vt habent Iacobus de Vitr. lib. 1. cap. 44. & Tyrius lib. 7. cap. 17. lib. 13. cap. 27. lib. 18. cap. 4. lib. 20. cap. 19. *Giabala* dicitur Alderisio pag. 195.

& in Chronico Orient. *Gebal*, Benjamino Tudel. *Gauala*, in Itiner. Hier. & Arnoldo Lubec. lib. 5. c. 3. *Gabelum*, Iacobo de Vitr. lib. 1. cap. 99. *Gibellum*, *Gibel* eidem, & Roberto Mon. lib. 8. pag. 72. Tudebodo pag. 808. Alberto Aq. lib. 5. cap. 34. lib. 6. cap. 55. Guiberto lib. 6. cap. 21. *Zibellum*, Raimundo de Agiles pag. 165. & Ioanni Phocæ N. 7. *Zebel* eidem Annæ pag. 413. vnde *Pelles Zebellinæ*, quod inde Marturinæ pelles in Europam a mercatoribus inueherentur. Ex laudatis porro Scriptoribus constat Gabuli obsidionem a Duce Gothofredo & Flandrensi Comite tentatam, posthæc omissam propter superuenientes Saracenos, ob idque cum Principe ciuitatis inita fœdera. Proinde recte Anna dixit Saracenis ablatum ab Alexianis Gabulum, quod in Francorum ius nondum venerat. Est præterea in eodem tractu oppidum aliud *Gibelet*, seu *Gibelot* iisdem Scriptoribus dictum, *Byblus* olim appellatum, cuius dominium adeptus est Hugo Embriacus Nobilis Genuensis. Gabulum vero, seu *Giabalensem vrbem*, concessit postmodum Raimundus-Rupini Princeps Antiochenus Hospitalariis Militibus, a quibus in recuperando Principatu auxilium non mediocre submissum fuerat, vt est in Tabulario Monoscensi in Prouincia.

Κόμητος] Erat ea tempestate Laodiceæ Comes Martinus. Albert. Aq. lib. 6. cap. 41. D

Λογγινιάδα] Longinias, Tarsus, Adana, Mamista, vrbes Ciliciæ, quas D
Boemundo ab Alexianis ereptas intelligit Autor Gestor. Franc. Exp. Hier. cap. 52. Longiniadem, quæ Alberto Aqu. *Longinach* nuncupatur, regebat Bernardus, cognomento Extraneus, gente & familia, ni fallor, Anglica, cuius Stemma delibauit in Aspilogia eruditus Spelmannus, aut etiam forte Gallica; nam & apud nos extat etiamnum pernobilis hac appellatione.

Ἄδαναν] De Adana, Ciliciæ vrbe, quædam habent Scylitzes pag. 656. D
Constant. lib. 1. de Them. cap. 2. Zonaras in Rom. Diog. pag. 226. Nicetas in Ioan. *Athena* dicitur Tudebodo pag. 784. Roberto Mon. pag. 44. Guiberto lib. 3. cap. 12. *Addena* Raimundo de Agiles pag. 146. Adanam & Tarsum accurate describit Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. Vide Ioseph. Barbarum in Itiner. Persic. pag. 461. Leuncl. Pand. N. 61. & Godefr. Henschenium in vitam S. Theophili Vicedom. 4. Februar.

Μάμισαν] *Mamista* etiam Glycæ in Niceph. Phoca, & Raimundo de Agi- D
les pag. 146. 151. *Mamistra*, Baldrico lib. 2. pag. 100. Gauterio de Bell. Ant. A. MCXV. Alberto Aq. lib. 3. cap. 59. Tyrio lib. 3. cap. 21. *Malmistra*, Sanuto lib. 2. part. 4. c. 26. (vbi totum hunc Ciliciæ Tractum describit) & Benjamino Tudel. pag. 39. *Massisa*, Alderisio part. 5. clim. 5. eadem quæ olim Μοψουεστία, vt autor est Glycas. Perperam vero *Manistere*, pro *Mamistere* dicitur Willebrando, qui eam describit. Porro Tarsum, Mamistam, & alia Ciliciæ oppida, a Saracenis antea occupata, expugnarant Balduinus Gothofredi frater & Tancredus, vt pluribus narrant Albertus Aq. Tudebodus, & alij locis citatis. Hæc postmodum Boemundus in Ciliciam profectus receperat, & custodes singulis imposuerat, vt habet Tyrius lib. 7. cap. 2. Taticio illa Boemundo Principi concedente, vt autor est Raimundus de Agiles pag. 146. Ast illa rursum in Græcorum potestatem redierunt Ioanne imperante, qui iis Calamanum Hungarum consanguineum Præfectum statuit, vti refert Tyrius lib. 14. cap. 24. lib. 19. cap. 9. & Nicetas in Ioan. N. 6. vnde *Mamistrensis Dux* appellatur in Epistolis aliquot, quæ extant in Gest. Dei, &c. pag. 1182. & Tom. 4. Hist. Franc. pag. 695. & 701. Fuit autem Calamanus filius Boritij, Calamani Hungariæ Regis nothi, cuius mentio est apud Thwrocz. part. 2. cap. 61. Vide Not. ad Cinnamum.

Pag. 341. A Τῷ τοῦ Μαρκέσῃ Ταγκρέ] Boemundus de captiuitate post biennium redux, vt habet Albertus Aqu. lib. 9. cap. 16. seu quadriennium, vt Tyrius lib. 10. cap. 25. dum de adeunda Italia & Gallia cogitat, Tancredo ex sorore nepoti Antiochiam tuendam committit. Fulcherius lib. 2. cap. 25. Tyrius lib. 11. cap. 1.

A Μαρκέσῃ] Tancredus *sororis Boemundi filius* dicitur Alberto Aq. lib. 2. cap. 19. *Marchisi filius* Tudebodo lib. 1. & 2. *Odonis Boni Marchisi filius* Orderico lib. 8. pag. 717. & lib. 9. pag. 724. qui quidem Odo Bonus Marchisus, *Sororius Willelmi de Grentemaisnil* nuncupatur eidem Orderico lib. 7. pag. 645. Idemque ille est qui subscribit Diploma Rogerij Siciliæ Comitis A. MXCIII. pro fundatione Ecclesiæ Scyllacensis, apud Vghellum Tom. 9. Ital. Sacræ pag. 593. Duxerat autem Willelmus Wiscardi filiam, vt supra a nobis indicatum. Falluntur igitur qui Tancredum eiusdem Willelmi filium faciunt, aut Wiscardi ipsius, vt Houedenus pag. 710. Vide infra pag. 366. & Familias nostras Normannicas.

A Λάρναξ] De hoc Boemundi stratagemate, & vt de illo mortuo in vulgus fama sparsa sit, silent nostri, attigerunt vero Zonaras & Glycas ab Anna mutuati. Sed nec etiam videtur probabile Boemundum in sarcophago inclusum, vt mortuum, Antiochia excessisse, quæ nullis premebatur ingruentibus hostibus; nisi forte id tentauerit, ne, qua ille in Italiam vehendus erat, nauis ab Alexiana classe impeteretur, a qua forte commeatus impetratus fuerat a suis, specie efferendi Boemundi cadaueris in Italiam, ibique auito tumulo recondendi. Arte simili expugnatum ab Alamannis Casinense Castrum tradit Mathæus Paris A. MCCXXXIX. *Per excogitationem qua se mortuum simulauit, in feretro in illum delatus, castra Monachorum subito occupauit.* Eodem stratagemate vsum Tancredum Siciliæ Regem videtur innuere Ioannes Monachus in Chronico Ceccanensi A. MCXCII.

Rex Capuam venit, feretro se ponere fecit,
Et Dux multorum lecto defertur equorum.

Eodem denique dolo, Hastingus Normannus Episcopum, a quo baptizatus fuerat, fefellit, apud Math. Westmonasteriensem An. DCCCLXXXVII. Vide Guillel. Apul. lib. 2. de Gest. Norman. pag. 17. 18. & Othonem Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 33.

IN LIBRVM XII. ALEXIADIS NOTÆ.

Pag. 346. A ΓΥΝΑΙΚΑ] Boemundus multo æris alieni pondere fatigatus, vt ad debiti solutionem se pararet, & vt de partibus vltramarinis maiores militum secum traheret copias, Principatus sui cura Tancredo commissa, in Apuliam transiit An. Chr. MCIV. vt pluribus narrant Tyrius lib. 11. cap. 1. Fulcherius lib. 2. cap. 25. Albertus Aq. lib. 9. cap. 47. Hist. Hierosf. hoc A. Gesta Franc. cap. 52. Ex Apulia deinde in Galliam transiit, & Constantiam Philippi I. Francorum Regis filiam obtinuit in vxorem. Nuptias post Pascha Carnuti magno apparatu celebratas A. MCVI. tradunt passim nostri, Sugerius in Lud. VI. cap. 9. Ordericus lib. 5. & 11. Guibertus lib. 3. cap. 2. lib. 7. cap. 34. Fulcher. lib. 2. cap. 28. Tyrius lib. 11 cap. 1. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Caf. cap. 50. Chron. Andeg. apud Labeum Tom. 1. Biblioth. pag. 289. & vetus Scriptor Tom. 4. Hist. Franc. pag. 94. & 98. Perperam igitur Albericus nuptias Boemundi in A. MCIII. coniicit. Vide Eadmerum lib. 4. Hist. Nouor. pag. 88.

Τὴν ἑτέραν] Tyrius loco laudato, de Boemundo: *Qui postquam in Apuliam peruenit, modico tempore in sua regione moram faciens, assumpto de suis fidelibus honesto comitatu, Alpes transiens ad Dominum Philippum Illustrem Francorum Regem peruenit, a quo inter cætera, duas eius obtinuit filias, vnam de legitimo natam matrimonio, Constantiam nomine, quam sibi fœdere coniugali sociauit in vxorem: alteram, nomine Ceciliam, (quam ei Andegauensium Comitissa, quæ spreto marito ad eumdem Dominum Regem se contulerat, vxore adhuc viuente pepererat) quam Domino Tancredo nepoti suo ex Apulia missam destinauit vxorem.* Nupsit illa post Tancredi mortem Pontio Tripolitano Comiti. Albertus Aq. lib. 12. cap. 19. Vide Sammarth. in Hist. Geneal. Fr. Reg. & Notas Acherij ad Guibert. pag. 590. A

Κόμητας] Conferendus Albertus Aq. lib. 10. cap. 38. & 39. B

Παγαίου] Vide Not. ad pag. 367. Pag. 347. D

Λαοδίκειαν] Nam Laodicea ab Alexianis paulo ante capta fuerat, Gallis Acropolim adhuc obtinentibus: supra lib. 11. pag. 339. Pag. 348. B

Τὰς Μόψου] Mopsuestiam, seu Mamistam, Alexius pariter expugnauerat, supra pag. 340. Pag. 349. B

Σάρωνι] Saron, qui & Sarus Ptolemæo lib. 5. & Procopio lib. 5. de Ædif. Iust. Ciliciæ fluuius Mopsuestiam veterem, seu dirutam, & nouam suo cursu dirimebat. Alsheriph Alderisius 5. part. clim. 4. *Massisa, Græce dicitur Mamistera, estque hæc duas in vrbes diuisa, positas in ambabus ripis fluminis Gihon, &c.* A Sarone fluuio dictus Saronius sinus, de quo Eustathius ad Dion. pag. 60. & 61. B

Ἐπινεμήσεως ιδ'] Alexius Byzantio proficiscitur Indict. 14. mense Sept. hoc est, ineunte Indictione, quam a Kal. Sept. auspicabantur Græci. Cadit autem Indictio 14. hoc mense in An. Chr. MCV. quo Boemundus adhuc in Gallia morabatur, vt & proxime sequenti, vbi auxilia conquirebat. At perperam scripsisse videtur Anna hanc Indictionem fuisse vicesimum Imperij Alexij annum, qui illud iniit Indict. 4. A. MLXXXI. vt ipsamet tradit pag. 64. etsi in eodem errore versetur Codin. de Orig. pag. 24. Edit. Meurs. vbi 4. Indictionem A. M. iuxta Græcos VIMVICXIV. εἰκοστὸν ἔτος τῆς βασιλείας τοῦ Κυρίου Ἀλεξίου fuisse perinde obseruat. Cæterum miror viros eruditissimos in Exegesi præliminari ad 3. Tom. Martij cap. 4. Indictionem apud Græcos, seu Byzantinos Scriptores, non alia voce, quam ἰνδικτιῶνος efferri, nequaquam vero ἐπινεμήσεως: quod non modo ex pluribus Annæ, sed & aliorum Scriptorum locis haud ægre refelli potest. Pag. 351. A

Νόσημα τῶν ποδῶν] Vide Zonaram pag. 239. D

Κομήτης] Apparuit Cometes iste A. C. MCVI. a mense Febr. in Martium, vti passim referunt Scriptores, Codinus loco cit. Albericus & Sigeb. hoc A. Gesta Franc. cap. 58. Hist. Hierosf. pag. 607. Tyrius lib. 11. cap. 5. Willel. Gemetic. lib. 8. cap. 13. Fragm. Hist. Tom. 4. Hist Fr. pag. 94. Ordericus lib. 5. pag. 589. lib. 11. pag. 816. Chron. Andeg. Tom. 1. Bibl. Lab. pag. 282. 283. 289. Pag. 355. A

Ἐπαρχίας τοῦ Βυζαντίου] Edit. Hœsch. Βυζότου, Vrbs ne Byzotus, & cuius Prouinciæ, incompertum prorsus. Proinde probabilius Basilium vrbis Constantinopolitanæ Præfectum egisse, qua dignitate functum posthæc sub Alexio Xerum scribit pag. 360. Nam Præfectum vrbi Byzantinæ instituit Constantinus, vti habent Sozomenus lib. 2. cap. 41. Nicephor. Callist. lib. 9. cap. 44. & Chron. Alex. pag. 666. de cuius officio est tit. 28. lib. 1. Cod. Iust. B

Τέμενος δὲ] Duo potissimum Templa D. Ioanni Euangel. sacra recensent Scriptores Byzantini; prius in Dihippio, alterum in Hebdomo. Alterutrum intelligit hic Anna. C

Pag. 356. B Στρουμπίτζαν] Strumpitza, vrbs Macedoniæ munitiſſima, in prærupto & editiore colle ædificata. De hac agunt Gregoras lib. 8. & 9. Cantacuzenus lib. 1. cap. 48. 55. lib. 4. cap. 21. Scylitzes pag. 712. Nicetas in Alex. Ang. lib. 3. N. 1. Theophylact. Epiſt 32. & Excerpta Georg. apud Allat. in Not. ad Acrop. cap. 24.

C Πρωτοτόκους] Ioannes Comnenus, Alexij filius, vxorem duxit, parente ſuperſtite, filiam Regis Hungariæ, vt autor eſt Zonaras. Ex his nuptiis plures prodiere maſculi, quorum primogenitus fuit Alexius, natus Indict. 14. circa Balabiſtam, eodemque partu nata filia, Maria nempe, quæ Ioanni Rogerio Cæſari nupſit. Vide Stemma Comnenicum.

D Ανδριάς] Vrbem exornaturus Conſtantinus M. & de vetere Byzantio Nouam Romam conditurus, Forum extruxit, quod ex ſuo nomine appellari voluit Conſtantinianum, in ea vrbis parte, vbi antea mœnia & portæ Byzantij veteris erant, Porticibus, Fornicibus, Statuis, aliiſque illuſtrioribus Antiquitatis monumentis vndecumque aduectis, & e variis Gentilium Templis ablatis exornatum, vt pluribus produnt Themiſtius Orat. 13. Zozimus lib. 2. & Euſebius lib. 3. de vita Conſt. cap. 52. In medio Foro ingentem ſtatuit Columnam ex lapide Thebaico & purpureo, Roma aduectam, non ex vnico tamen lapide, quod falſo quidam, atque in iis Glycas, credidere. Columnæ prægrandem Apollinis ex ære Statuam, in cuius vertice eminebant radij, impoſuit; quam, vt autor eſt Cedrenus, Phydiæ opus, Athenis, ſeu vt eſt in Chronico Alex. ex Phrygia; vel denique, vt ſcribit Zonaras, Ilio, vel Heliopoli, in eadem Prouincia, allatam, in ſuum ipſius nomen transfudit. Geſtabat illa manu dextra σκῆπτρον, ſecundum Annam, ſeu vt habet Cedrenus, λόγχην, vel haſtam, quam terræmotu A. XIV. Iuſtiniani collapſam idem Scriptor teſtatur: læua vero σφαῖραν, ſeu globum, in cuius vertice infixa Crux eminebat, vt eſt apud Nicephorum Call. lib. 7. cap. 49. lib. 8. cap. 4. Statuam ipſam profano prius cultui dicatam purgauit Conſtantinus, immiſſis in eam variis Reliquiis. In capite enim ex clauis, quibus transfixus eſt Chriſtus, poſitum vnum ſcribunt Cedrenus, Zonaras, Codinus in Orig. Anonymus de Inuent. S Crucis apud Gretzerum Tom 2. de S. Cruce, & Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 6. Particulam præterea Dominicæ Crucis a matre Helena Hieroſolymis inuentæ in eadem Statua reconditam teſtantur Socrates lib. 1. cap. 17. & Paulus Diac. lib. 11. Hiſt. Miſc. Locum deſignat in vola manus Scriptor incertus vitæ Conſtantini & Helenæ. Addit Nicephorus in Statuæ baſi ab ipſo Imperatore poſitos 12. cophinos, & 7. ſportas, & reliquias 7. panum, quibus benedictione conſecratis Chriſtus multitudinem pauit, & Dolabram, qua Noe Arcam conſtruxit. Denique vrceolum vnguenti, quo Chriſtus vnctus eſt, poſitum refert Suidas. Statuæ pretioſis adeo munitæ reliquiis, inſcriptionem poſuit, qua Vrbem Chriſti tutelæ committit, quæque apud Cedrenum deſcripta legitur. Atque inde manaſſe arbitror piam, ſed futilem, & credulam nimis opinionem, quam recitat Ducas Hiſt. cap. 39. ad hanc ſcilicet Columnam deſcenſurum Angelum de cælo, qui Turcos in vrbem irrumpentes fugaret, & in Perſidem vſque perſequeretur. Ab his Reliquiis, ſeu ab eo potius, quo Conſtantinum, vt Diuis adſcriptum, proſecuti ſunt cultu Byzantini, veneratio illa profluxit in Columnam purpuream, ad quam quotannis Kal. Sept. Patriarcha cum Clero & Imperatore procedere ſolebat, vti refert Codinus de Off. cap. 15. N. 1. Cuius ſupplicationis meminit etiam Gregoras lib. 8. ſub. fin. Ad Statuam Conſtantini peractas preces, & non modica patrata miracula, variaſque factas morborum curationes ſcribit Nice-

phorus lib. 8. cap. 55. quam quidem Christianorum θρήσκειαν in Constantini Imaginem Porphyreticæ impositam Columnæ arguit Philostorgius lib. 2. cap. 18.

Ανθήλιον] Quasi ἀντὶ ἡλίου. Hesychius: Milesius de hac Columna, ἐφ' ᾧ φασὶ Pag. 357. A
ἱδρύσθαι Κωνσταντῖνον ὁρώμενον δίκην ἡλίου προσλάμποντα τοῖς πολίταις.

Ἐῤῥίφθη] Durauit & stetit Constantini M. Statua, vsque ad Alexij tem- A
pora, quo imperante, vento vehementiori perflante, decidit, diffractaque & in multas partes comminuta obuios aliquot interemit. Quem Statuæ casum obseruant etiam Zonaras in Constantino M. & in Alexio, & Michael Glycas, qui id sub vernum tempus accidisse narrant, Sole, vt ait Anna, tum in Tauro posito. Diem vero & annum tantæ ruinæ indicat Codinus in Orig. Meursianis, 5. videlicet April 14. Indict. A. M. iuxta Græcos VIMDCXIV. Chr. MCVI. Τοῦτο γοῦν τὸ ἄγαλμα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κίονος, καὶ φόνον τῶν ἐκεῖσε εὑρεθέντων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ὡσεὶ δέκα εἰργάσατο, κατὰ τὴν πέμπτην δηλαδὴ Απριλλίου μηνὸς, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης Ινδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους, εἰκοστὸν ἔτος ἀγούσης τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου Αλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη, ὅτε γνόφος ἐγένετο, καὶ βίαιος νότος ἔπνευσε σφοδρὸν, τοῦ κομήτου ἀστέρος τοῦ ἀκοντίου ὀλυθέντος, καὶ τὸν τοιοῦτον τοῦ ἀέρος τάραχον ἐξεργασμένου, τοῦ φανέντος κατὰ τὴν Εσπέραν τῆς παρασκευῆς τῆς πρώτης ἑβδομάδος. Columnæ Porphyreticæ ζωστῆρας, seu circulos, quibus illa continebatur, paulo ante, sub Botaniata scilicet, fulmen dissecuerat, vti tradunt Scylitzes & Zonaras. Hos Theodosio imperante positos docemur ex Chronico Alexandr. ad 9. eiusdem Theodosij. Cum enim ex inferiore Columnæ parte, noctu auulsus fuisset lapis grandior, ne vniuersa lapidum dissolueretur compages, circulis ferreis reuincta atque illigata est. Loco igitur disruptarum zonarum Manuel Comnenus (non Palæologus, vt opinatur vir doctus) Spondylum eiusdem crassitudinis ex multis lapidibus superædificauit, & in summo Inscriptionem posuit, quæ extat apud Ioann. Dousam in Itiner. CP. & Suidgerum in Hodœpor. lib. 2. Ab eodem etiam, ni fallor, Manuele erecta, quæ post Statuæ Constantinianæ casum stetit, Crux supra ipsam Columnam. Vide præterea quæ de Columna Purpurea habent Gyllius lib. 3. Descript. CP. cap. 3. & Augerius Busbeg. in Itiner. CP.

Εἰρήνη] Veget. lib. 3. cap. 1. *Qui desiderat pacem, præparet bellum.* Themi- Pag. 358. A
stius Orat. 10. πολέμου ἆθλον, εἰρήνη. Hinc Nummis Augustorum non semel inscriptum, MARTI PACIFERO, & Cromwelli Anglici Tyranni, PAX QVÆRITVR BELLO. Prudentius in Psychomachia:

Pax belli exacti pretium est, pretiumque pericli.

Sanctus Augustinus Epist. 205. *Non pax quæritur, vt bellum excitetur: sed bellum geritur, vt pax acquiratur.* Thuanus lib. 3. de Re Accipitraria:

Martis opus pax alma, tibi pax quæritur armis.

Ανεμάδες] Genus ducebant Proceres isti Byzantini, vt opinor, ab Ane- Pag. 359.
made Curupa, Cretensis Ameræ filio, qui Ioanni Zimiscæ Imperatori merens, in prælio contra Rossos cæsus est. Eius virtutem insignem bellicam mire extollit Scylitzes pag. 678. 681. Meminit præterea Theophanes Bardanij Spatharij, cognomento Anemæ, vel Anemadis, A. 5. Theophili. Michaelis & fratrum coniurationem narrant pariter Zonaras & Glycas.

Ξηρὸς] Bardas, cognomine Xerus, Proedrus & M. Hetæriarcha, de quo Pag. 360. A
in Nouell. 2. Alexij apud Balsam. in Nomoc. Phot. cap. 13. & in Iure Græco-Rom. lib. 2. pag. 138.

Ζατρίκιον] Latrunculorum ludus, vt recte obseruant viri docti. Ducas D
cap. 16. ἐκάθητο μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἔνδον τῆς σκηνῆς παίζων ζατρίκιον, ὃ οἱ Πέρσαι Σαν-

τράτζ καλοῦσιν, οἱ δὲ Λατῖνοι Σκάκον. Sed & ipsam vocem *Scacus*, vel Σκάκος, barbaram & Turcicam esse constat; Turcis enim & Persis *Scach*, Rex est. Ita Leuncl. in Pand. Turc. N. 1. 102. 179. Latrunculorum vero præcipua persona (Achmeti cap. 241. πρόσωπον) Regis titulo donatur. Vide Dissertat. Ioann. Franc. Sarazini de ludo Scachorum.

D Ἀσυλείων] Vide Iacobum Guysium in Chron. Hannon. 1. Vol. pag. 53.

Pag. 361. A Θεομήτορες] Ædem Deiparæ intra Palatij septa extruxerat Basilius Macedo, vt autor est Scylitzes. Vide Not. ad Villhard. N. 136.

A Δημητρείου] Transiit postmodum eadem Deiparæ Ædes Palatina in D. Demetrij nomen. Sane Cantacuzenus lib. 3. cap. 6. & 9. Ædem D. Demetrij in ipso Palatio statuit. Meminit etiam Codinus de Off. cap. 15. Templi D. Demetrij, quod Palæologorum nuncupat; illius forte quod a Basilio Macedone renouatum tradit Scylitzes, eratque, opinor, in extremo vrbis angulo, vbi olim Acropolis, hodie Sarajum Sultanicum, a quo Angulus S. Demetrij dictus. Vide Ducam cap. 38. & 39. Bondelmontium, & Leuncl. Pand. N. 139.

Pag. 363. C Τῶν λεγομένων χειρῶν] Manus æneas Constantinopoli commemorant Scriptores, eas videlicet, quas Valentinianus Imperator ad Horreum statuit, cum Modio perinde æneo. Tradit quippe Suidas Valentinianum Lege sanxisse, vt numismate modij 12. venderentur, quemdam contra facientem dextræ mulctatum fuisse abscissione; hinc manus æneas ibi affixas a Valentiniano cum modio. At Codinus in Orig. CP. autor est eumdem Valentinianum sanxisse, vt modius, non ad regulam, (*hostorium* & *radium* Latini dicunt) sed ad cumulum venderetur, cuidam contra Legem facienti manus fuisse præcisas, & in pœnæ memoriam manus æreas cum modio positas. Sed hæc meræ nugæ. Modium enim æneum, seu Ἀρχιμόδιον, vt habent Origines Constantinopolitanæ Combefisij, ad horreum statuit Imperator, vt esset ἔξαμον, inquit idem Codinus, seu examen cæterorum modiorum, quibus in vrbe frumentum venderetur, & *ad quem fides mensuræ comprobaretur*, vt est in vet. Inscript. apud Gruter. DCXLVII. 7. nec in vrbe duntaxat, sed & per mansiones, singulasque ciuitates, modios æneos & lapideos, cum sextariis & ponderibus collocari iussit idem Valentinianus, *vt vnusquisque tributarius sciret quid deberet susceptoribus dare*. L. 9. Cod. de Suscept. & Arcar. lib. 10. quæ etiam extat in Cod. Theod. eod. tit. Idipsum statuitur Nouella Majoriani de Curialib. *A Prætoriana sede ad singulas non solum Prouincias, sed etiam ciuitates pondera* EXAMINATA *mittantur, quibus tam omnis exactor, quam negotiator vtatur.* Quod habetur etiam in Nou. Iustiniani 128. §. 15. vetus Inscriptio: IMP. CAESARE. VESPAS. VI. T. CAES. AVG. F. IIII. COS. MENSVRAE. EXACTAE. IN. CAPITOLIO. P. X. Neque aliud fuit ἔξαμον Ἡρακλείου, cuius meminit Autor τῶν Θεαμάτων ΚΠ. cap. 1. A Romanis & Byzantinis transiit inde, qui idem mos seruatur apud omnes fere Nationes, mensurarum examina publicis in locis proponendi. Sane in Anglia Richardus I. An. MCXCII. *iussit*, vt est apud Bromptonum, *huiusmodi regales mensuras apud singulos Prouinciarum Præfectos, vel vrbium Præpositos fideliter conseruari, & ad probandum veras & falsas, & cum necesse fuerit, comminuendas eis tribuit potestatem.* Vide Nicolaum Triuettum An. MCXCIV. Sauaronem in Orig. Claromont. pag. 279. & Innocent. Cironum lib. 4. Obser. Iur. Canon. cap. 3. Manus vero æneæ iuxta Modium positæ sunt, in pœnæ argumentum, cum ex legibus & vsu receptum esset, iis qui falsis & illegitimis vendebant mensuris manus præcidi. Sic in Legibus Æthelstani Anglorum Regis cap. 14. cautum legimus, vt præcisæ monetam adulterantium manus

Monetæ,

Monetæ, ſeu Officinæ Monetariæ affigantur. Erant porro Manus iſtæ æneæ ἐπὶ τινος ὑψηλοτάτης περιωπῆς, καὶ μετεώρου λιθίνης ἁψῖδος, ait Anna: in Amaſtriano, vt habet Codinus: τὸ λεγόμενον ὥρξον (ſic enim legendum, non ὡρο-λόγιον) ἦν, ἤγουν τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου· ἵσταντο δὲ ἐπάνω τῆς ἁψῖδος τοῦ Ἀμαστριανοῦ, μέσον τῶν δύο χειρῶν, κατασκευασθεὶς ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ. Defixas, & haſtis, ſeu pilis impoſitas indicat Autor τῶν Πατρίων ΚΠ. apud Meurſium V. ὥρδον. Ἔνθα ἵσταντο καὶ μόδιος χαλκεῦς καὶ ὥρδον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπὶ ἀκοντίων. Vbi nemo non videt legendum ὥρξον, pro ὥρδον, quod magnum virum fugit: de qua voce conſulendus Salmaſius ad Spartianum pag. 27. Cum igitur ad Amaſtrianum malefici punirentur, vt docemur ex Cedreno in Theodoſio, & Leone Grammat. in Michaele, & Baſilio, & in fornice Amaſtriani defixæ eſſent manus æneæ, neceſſario reis prætereundæ illæ erant, dum ad ſupplicium ducebantur, quas qui prætergreſſus erat, nulla ratione a ſupplicio poterat eximi, vt qui ad ipſum ſupplicij locum iam peruenerat. Vix eſt enim vt Annæ commentum amplectar, eo loci poſitas manus, tamquam Princeps expanſas ad liberandos reos & damnatos vlnas adhuc protenderet, ſi veniam & gratiam iis indulgendam cenſeret. Regionem vrbis in qua fuit Amaſtrianum, cuius præterea meminit Autor τῶν Θεαμ. ΚΠ. cap. 5. ac proinde Modius cum manibus æneis, vix perciperemus, niſi doceremur a Suida V. ὥρξον, ſtetiſſe Modium æneum verſus domum Crateri, quæ poſthæc Myrelæi dicta eſt. Extat in Anthol. lib. 4. cap. 23. Epigramma Iuliani Ægyptij in Suggeſtum Crateri Sophiſtæ, qui idemne ſit cum Cratero, cuius nomine inſignis domus fuit, haud facile eſt diuinare. Ædem Myrelæi Monaſterium fœminarum fuiſſe indicat Glycas, traditque in illud ſeceſſiſſe Iſaacij Imp. vxorem Æcatherinam cum Maria filia, poſtquam coniux purpuram abdicaſſet. Quo loco Scylitzes habet ἐν τοῖς παλατίοις τοῦ Μυρελαίου. Situm vero Myrelæi hiſce deſignat verbis Gyllius in CPoli lib. 3. cap. 8. *Supra hortorum Blanchæ* (Βλάχα Nicetæ) *nuncupatorum, olim portum Theodoſiacum continentium, extremam partem ad ortum Solis pertinentem, cliuus a Septemtrione eminet, in quo eſt Templum, vulgo nominatum Myrelæos, habens intra ſe Ciſternam, cuius camera lateritia ſuſtinetur columnis marmoreis circiter* LX. Meminit præterea Myrelæi Scylitzes in Romano Lecapeno, quem vna cum Theodora vxore, tumulo conditum in eo ſcribit, vt & Theuetus lib. 19. Coſmogr. cap. 3.

Ὁ τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενος] Turris Anemæ non ſemel occurrit apud Scriptores Byzantinos, & in ea vice carceris incluſos ſæpe Conſtantinopolitanos Proceres, paſſim habent. Nicetas de Andronico lib. 2. N. 2. εἶχε τοίνυν τοῦτον ἡ τοῦ Ἀνεμᾶ λεγομένη φρουρὰ δυσὶ παχείαις ἁλύσεσι τὸν ὑποτενῆ βαρούμενον τράχηλον. Pachym. lib. 5. cap. 13. καὶ εἰς φυλακὴν τὴν τοῦ Ἀνέμου πύργου τοῖς Κελτοῖς σωματοφύλαξι δέδοται. Apud Cantacuzenum lib. 2. cap. 4. Syrgiannes ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου, ἐν ᾧ ἐφρουρεῖτο, εἰς τὸν τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενον πύργον transfertur. Denique Andronicus Ioannis Palæologi Imp. filius, ipſeque viciſſim Ioannes, & Manuel eius filius in ea turri incarcerati leguntur apud Ducam cap. 12. Sed de illius poſitione audiendus inprimis Leunclauius in Pand. Turc. N. 206. *Apud Leonardum Archiep. Chienſem leguntur in Epiſtola de capta C P. turres Aueniades, de quibus interrogatus a me Zygomalas, quænam ſcilicet eſſent, reſpondebat dicendas eſſe non Aueniadas, ſed turres Anemanis, cuius eſt in Hiſtoriis Græcorum mentio, planeque volebat has illas eſſe* V. *turres in altera vrbis Acropoli, quæ Pentapyrgij nomen habuere. Id autem verum eſſe vel ex hoc intelligitur, quod Chienſis turribus adiungit Xyloportam, quæ veteribus Xylocercos dicta fuit.* Verba Leonardi ex Sanſouini Italico ſunt iſta: *Girolamo Italiano, Leonardo di Langaſio Genoueſe,* Pag. 364. A

insieme con molti altri compagni difendeuano Esiloporta, e le torri che chiamauano Aueniada, rifatte & riparate alla spesa del Cardinale. Atqui Pentapyrgium olim Magnauram dictum autor est Scylitzes. Xyloporta vero vltima fuit e Mediterraneis portis ad sinum Ceratinum, vt ait diserte Ioannes Cananus, (cuius familia, vt hoc obiter moneam, quod omisit illius editor, Byzantio Ferrariam transiit, vt est in Epitaphio Iulij Canani Cardinalis & Episcopi Mutinensis, quod refertur ab Vghello) proinde proxima Blacherniano Palatio, vbi statuitur ab Anna & Phranze lib. 1. cap. 16. Turris Anemæ.

B Γρηγόριος] Gregorius Taronites, Gabræ & Dabateni in Ducatu Trapezuntino successor, defectionem contra Alexium molitus est Indict. 12. A. Chr. MCIV. tandemque captus in Turri Anemæ custodiæ mandatus est Ind. 14. A. MCVI. sed postmodum pristinæ dignitati restitutus est. Gregorij in rebus bellicis peritiam, variasque in Colchidem & Pontum Expeditiones prædicat Theophylactus Bulg. Archiep. Epist. 4. 26. & 37. sed & Francos ab illo non semel profligatos scribit: καὶ τὸ τῆς Περσικῆς ἀπονοίας πύργον συγκαθεῖλες τὸ τῆς Φραγκικῆς ἀπονοίας ὕψωμα. Et alibi: ὁ δὲ Φραγκὸς ὁ τὸν τράχηλον τέως σιδήρεος, κηροῦ χλιαροῦ φανεὶς μαλακώτερος, ἐκ πολιορκίας σε προσκυνεῖ. Vide Baronium An. MLXXIII. N. 77. De Taronitarum familia pluribus agimus in Stemmate Comnenico.

B Τήβενναν] Vrbem Ponti Galatici, Τεβένδαν Ptolemæo dictam.

Pag. 365. A Κολώνειαν] Porphyrogenneta lib. 1. de Them. ἡ δὲ Κολώνεια κάστρον ἐστὶν ὀχυρώτατον καὶ κρημνῶδες. Taxara postea dictam scribit Nicetas in Man. lib. 1. N. 2. Ab hoc castro nomen inditum Themati, quod Minorem Armeniam includit. Vide Scylitz. pag. 814.

Pag. 366. B Εἰς Ὑδροῦντα] Quod oppidum Boemundi proprium erat. Alexander Celesin. lib. 1. cap. 13. de Rogerio Siciliæ Rege: *Deinde Tarentum perueniens, ciuibus sese dedentibus, mox eam obtinuit. Cuius post obsidionem Hydruntini ciues pertimescentes, ciuitatem & ipsi seseque submittunt. Hæ quippe vrbes Boemundi iuris fuerant, quas ipse omnemque terram suam, cum ad potiendum Principatum Antiochiæ transmarinum peteret iter, Apostolicæ prius fertur tutelæ commisisse*, &c. Tancredi vero fuit Brundusium, vt idem Scriptor tradit.

B Παζέθην] Vide Not. ad pag. 341.

Pag. 367. B Τῷ Πάπᾳ] Paschali II. non Vrbano, vt vult Allatius.

C Παγάνους] Scythas, inquit Anna, Latinorum more, seu recepto apud Latinos idiomate & vocabulo *Paganos* appellabat. Verum voxne Latia sit, vt dubitem facit Constantinus, qui libro de Admin. Imp. cap. 29. a Slauis etymon accersit, quibus ita indigitabantur baptismi expertes: Παγανοὶ, κατὰ τὴν τῶν Σκλάβων γλῶσσαν, ἀβάπτιστοι ἑρμηνεύεται. Atque hinc forte manauit, vt apud nos infantes, quorum certis ex causis differebatur Baptismus, Pagani vulgo nuncuparentur, quibus posthæc in ioculare id nominis transiit. Lambertus Ardensis: *Qui Norchoutensis Domini filium iam decennem, & sine Baptismo patrum negligentia ad Gentilis imitationem squaloris adhuc permanentem, & vsque ad hoc, & ob hoc Paganum vocatum baptizauit, & eum nomine suo vocauit Abraham.* Diploma A. MXCVI. in Tabul. S. Martini Paris. *Vir quidam egregius & Miles strenuus, Paganus appellatus, a Baptismate Walterius.* Sed an Pagani vox Slauorum propria fuerit, eamque ab illis Latini hauserint, iure controuerti potest, cum longe ante Slauorum auditum nomen vsurpent Scriptores Christiani, etsi in confesso sit ante Constantinum M. & Constantium vix vsurpatum hac notione pro Gentilibus & Idololatris, vt pridem obseruatum a Baronio in Not. ad Martyrol.

Pag. 368. C Χιμάρας] Chimera, vrbs maritima Epiri, in Cerauniis Plinio, haud

procul a Corcyra Insula, hodie *Chimara*. Vide Leunclauij Pand. N. 220.

Τοῦ Βάρεως] Brundusio soluisse Boemundum scribit præter Albertum Aq. & Fulcherium, vetus Scriptor Tom. 4. Rer. Francic. pag. 94. Pag. 369. D

Τοῦ Αὐλῶνος] Fulcherius lib. 2. cap. 36. *Eo siquidem anno* (MCVII.) *postquam Boemundus de Galliis regressus est, congregata gente quantumcumque potuit, in portu Brundusio, qui est in Apulia, classem suam parauit, qui cum tempus ad transfretandum expectasset opportunum,* VII. *Id. Octob. naues ingressi Bulgariam nauigauerunt, & Aualonis portum occupauerunt.* Eadem habent Albertus Aq. lib. 10. cap. 38. & Autor Hist. Hierosl. A. MCVII. apud quem perperam irrepsit *Ascalone*, pro *Aualone*. Adde Rob. de Monte An. MCVII. & MCXIX. D

Ἀπὸ τῆς Θούλης] Anglos intelligit, quos Boemundo tunc meruisse scribit. Videtur tamen innuere Ordericus Vitalis libro 11. pag. 316. cauisse Anglorum Regem, ne ex Anglia educeret milites Boemundus: *Qui antequam Gallias attingeret, Legatos suos in Angliam direxerat, & de aduentus sui causa in Ausoniam Regi mandauerat, & quod ad curiam eius transfretare vellet, insinuauerat. At contra prouidus Rex metuens ne sibi electos Milites de ditione sua subtraheret, mandauit ei ne discrimen hybernæ nauigationis subiret, præsertim cum ipse Rex in Neustria ante Azymorum celebria transfretaret, ibique satis secum colloqui valeret, quod & ita factum est.* Certe Rotomagum venisse Boemundum autor est etiam Eadmerus. Pag. 370. A

Κήτῃ] Vide Notata ad pag. 99. C

Πρὸς τοὺς Οὐέτονας] Nouum, opinor, & hactenus inauditum gentis nomen nobis aperit & obtrudit Anna, quam diserte oras Dalmaticas incoluisse innuit, dum ait Dyrrachinum tractum, qua Orientem & Septentrionem spectat, *Wetones*, seu *Oüetones*, barbaros qui terram incolebant Apuliæ e diametro respondentem, vbi & sinus Adriaticus traiici solet, vicinos habuisse & conterminos. Quo verborum circuitu Narentanos indubie Piratas intellexit, qui eo æuo Mare Adriaticum & Mediterraneum incursabant, Græcis perinde ac Venetis infestos. Quod & testatur Anna lib. 14. vbi dum Græcanici Imperij hostes recenset, qui parentem lacessebant vndique, Scythas nempe a Septemtrione, Gallos ab Occidente, & Saracenos ab Oriente, hæc subdit: χωρὶς τῶν ἀπὸ θαλάσσης κινδύνων, αὐτῶν τῶν θαλασσοκρατούντων βαρβάρων, αὐτῶν τῶν πειρατικῶν ἀναριθμήτων νηῶν, ἃς ἡ Σαρακηνῶν ἐτεκτόνησε μῆνις, ἃς ἡ τῶν Οὐετόνων συνεπλέξατο πλεονεξία, καὶ κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας δύσνοια. Erant porro Narentani ex gente Slauorum, (vnde Barbaros vocat Anna) eamque Illyrici oram insederunt, quam Paganiam vocat Constantinus Porphyr. de Adm. Imp. cap. 29. & 37. in qua sitam refert *Arentam* vrbem, *Naronam* dictam Plinio lib. 3. cap. 20. Æthico, Tabulis Peutingeri, & Vatinio in Epist. ad Cicer. demum *Narentam* nuncupatam, vt autor est Volaterranus lib. 8. de qua Salmasius pluribus ad Vopiscum pag. 479. Hanc autem occupasse aiunt Sclauos, cum a Longobardis Italia, quam ingressi erant, exacti, regnante Arioaldo Rege, vti narrat Paulus Warnefridus lib. 4. cap. 46. Liburnicas & Dalmaticas regiones maritimas, ipsumque oppidum Narentanum peruaserunt, vel certe paulo ante, quod innuere videtur D. Gregorius lib. 8. Epist. 36. vbi viribus adeo sunt in immensum aucti, vt vicinis terrori essent, maria latrociniis, continentem terrestribus infestarent Expeditionibus; & quod mirandum in modica, vt perhibent, gente, de Adriatici pelagi dominatu cum Venetis per CLXX. annos decertauerint, atque iis non semel deletis & profligatis, tributum imperauerint, quo Dalmaticum littus negotiatores Veneti tuto & impune nauigarent, quod passim narrant Orbinus, Sabellicus, Petrus Iustinianus, Blondus, Paulus Morosinus, Ioannes C

Lucius lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 3. 4. & alij rerum Venetarum Scriptores. Varias autem Narentinorum maritimos & terrestres incursus & excursus sub Alexij tempora recitat Petrus Luccarus lib. 1. Annal. Ragusinor. At vnde Narentani Slaui *Wetones* appellati sint, plane incertum, cum inter tot quæ a Scriptoribus recensentur Slauicarum Gentium nomina, nullum occurrat fere, quod ad id vocabuli accedat. Neque enim a *Winitis*, quos & *Winedos*, & *Winetes* dictos constat, Slauica Gente populosissima, quæ, vt autor est Helmodus lib. 1. cap. 6. & 15. Hamburgensem in Germania tractum incoluit, affirmare ausim appellatos; ita vt *Wetones* vocati sint, quasi *Wenetones*, cum in eiusmodi dubiis incertæ sint plerumque admodum diuinationes. Longobardos vero ipsos Winitos, & Winidos antea dictos scribit Warnefridus. De Sclauorum porro in Adriatico mari latrociniis agit Ludouicus II. Imp. apud Baron. An. DCCCLXXI. 73. Sed & Anastasius Bibliothecarius in Notis ad Actionem I. Octauæ Synodi, *Exdauenos* videtur appellare Piratas istos Adriatici maris, vocabulo haud multum abludente ab *Wetonibus* Annæis: etsi in eo forte mendum subsit. Ita ille: *Missi vero Sedis Apostolicæ a Dyrrachio simili modo nauim ingressi Anconam petebant: sed Exdauenorum Piratas incurrentes, omnia quæ possidere videbantur, penitus amiserunt.*

Pag. 371. A Δρύμωνι] Drymon Dalmatiæ fluuius, qui olim Drinus & Drinius, hodie *Drino*, ad Elyssum in mare Adriaticum euoluitur.

B Λιχνίτιδος λίμνης] Vibius Sequester: *Drinus a palude Lignisti abluens Scodram oppidum Illyricorum.* Λιχνιδία dicitur Polybio, Λίχνιτος Stephano, Λίχνιδος Nicephoro Call. hodie *Lago di Locrida*, ab Achride oppido vicino, Lichnido olim nuncupato, vti notatum ad pag. 109.

B Ἀπὸ Μόκρου] Achridem, seu vrbem, vel paludem oppido adiacentem, a Mocro Bulgarorum Rege appellationem sumpsisse docemur ex Anna. At Theophylactus Epist. 65. in qua Boemundi irruptionem in Illyricum narrat, tractum Achridensi regioni, vel vrbi, conterminum, Μόκρον appellatum testatur hisce verbis, quæ ideo hic damus, quia egent explicatione: Τὰ γὰρ κατὰ τὴν Ἀχρίδα πάντα φόβου μεστὰ, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Μόκρου μέρος (ὁ δὲ Μόκρος τῆς Ἀχρίδος τμῆμα) παρὰ τοῦ δούλου καὶ ἀποστάτου λελῄσται. ἡ δὲ Βάγορα (ὄρος δὲ αὕτη παμμέγα, καὶ τοῖς Βουλγαρικοῖς καὶ Δυρραχικοῖς ὄρεσι μεσιτεῦον) παρὰ ἀντάρτου φυλάττεται, καὶ συνόλως εἰπεῖν, πάντη κακὸν κακῶς ἐσήρικται. Quippe Boemundus describitur, qui Alexio fidem & clientelam cum sacramento professus erat, eoque posthabito, in Imperatoris fines, Apostata & fœdifragus factus, irruperat. Addit posthæc Imperatorem accepto irruptionis nuntio misisse in Illyricum sororium suum Michaelem Ducam Protostratorem, qui collectis militibus, Boemundi conatibus obsisteret, quod silet Anna: Ὁ γάρ τοι πανσέβαστος Σεβαστὸς καὶ Πρωτοστράτωρ Κύριος Μιχαὴλ παρὰ τοῦ Βασιλέως ἐστάλη ἐφ' ᾧ συλλέξαι τε ἄνδρας, καὶ τῷ καθάρματι ἀντιτάξασθαι, &c. Porro *Bagora* mons apud Theophylactum, idem ille est, qui *Bagulatus* dicitur Fulcherio lib. 1. cap. 3.

C Ἀς γεφύρας] Mendum indubie hisce subest verbis, nemo enim pontis nomine donari fossas credat. Repono igitur, vt supra pag. 135. ἃς στρουγὰς ὀνομάζουσιν.

C Δεύρων] Meminere istius oppidi Scylitzes pag. 745. Cantacuzenus lib. 2. cap. 25. & Barletus lib. 8. de Gest. Scanderbegi. Nec scio an idem cum Deuritza, de qua eodem libro Cantacuzenus cap. 20. Extat Epistola Theophylacti inscripta τῷ Ἐπισκόπῳ Δέβρης, quæ est 67. ex Meursianis.

Pag. 372. Τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος] Romanæ fuisse consuetudinis calceos soleis mutare, cum accumberent mensæ, pridem obseruarunt Benedictus Balduinus nostras in Calceo antiquo & mystico cap. 11. & Salmasius ad Hist. Aug. pag. 55.

IN LIBRVM XIII. ALEXIADIS NOTÆ.

ΕΠΙΝΕΜΗΣΕΩΣ ἑορτῆς] 1. Nouemb. A. M. iuxta Græcos VIMDCXVI. Chr. MCVII. Pag. 376. A

Γεράνιον] Occurrit hic locus apud Codinum in Origin. CP. pag. 31. Edit. Meursianæ. A

Ερυθρόβαφῆ] Imperatorum & Regum tentoria purpurei fuisse coloris ostendimus ad Villhard. N. 127. Vide Chron. Rotomag. apud Labeum An. MCCCXL. A

Τὸ συνήθες θαῦμα] Multa olim in Blacherniana Æde, ad Ἁγίαν Σορὸν, patrata miracula autor est Theodorus Presbyter Orat. in Depositionem Vestis Deiparæ: πᾶσα μὲν νόσος, καὶ πᾶσα λύπη, καὶ πᾶσα κατήφεια λαμβάνει τὴν ἴασιν. & Codinus in Orig. CP. pag. 48. Edit. Reg. vbi de hoc Templo: πολλῶν γινομένων θαυμάτων καὶ ἰάσεων ἐν αὐτῷ. At de consueto isto miraculo, nihil occurrit, quod sciam, apud Scriptores; nisi forte eo referendus sit Michaelis Pselli λόγος ἐπὶ τῷ ἐν Βλαχέρναις γεγονότι θαύματι, cuius meminit Leo Allatius in Diatriba de Simeonibus: vel miraculum illud sit, quod Eleusius in vita S. Theodori Syceotæ Episcopi Anastasiopolitani commemorat, apud Surium 22. April. de lucerna perpetuo ardente in Deiparæ Æde Constantinopolitana, ita vt Ædes ista Blacherniana fuerit. Narrat D. Aug. lib. 21. de Ciuitate Dei fuisse in quodam Veneris Templo candelabrum, quod lucernam haberet ardentem sub diuo, quæ nulla tempestate vel imbre posset extingui. *Sed & a multis habemus compertum*, subdit Geruasius Tilleberiensis Decis. 3. de Otiis Imperialib. cap. 4. *quod sunt cerei, quos refert antiquitas cum Christo a Beata Virgine præsentatos in Templum, qui sine consumptione, lucendique intermissione perpetuo lucent.* Ex quibus patet τὰ συνήθη θαύματα, seu consueta miracula appellari, quæ omni die & semper, vel in quibusdam occasionibus, aut etiam quotannis, certis diebus, aut Diuorum recurrentibus festis operari solet Deus ad Sanctorum gloriam, seu Templorum in quibus adoratur, vel ij coluntur, sanctimoniam publicandam. Eiusmodi vero miraculorum consuetorum duæ species sunt: *Aliud enim est*, inquit idem Tilleberiensis, *Miraculum, aliud Mirabile, etsi vtriusque finis sit admiratio. Porro Miracula dicimus, quæ præter naturam diuinæ virtuti adscribuntur, vt cum Virgo parit, cum Lazarus resurgit, cum lapsa membra reintegrantur. Mirabilia vero dicimus, quæ nostræ cognitioni non subiacent, etiam cum sint naturalia. Sed & Mirabilia constituit ignorantia reddendæ rationis quare sic fit.* Mirabilibus igitur adscribendum quod Iosephus lib. 7. de Bello Iudaico cap. 24. & Plinius lib. 31. cap. 2. de Sabbatico flumine, quod die tantum Sabbati fluebat: Autor Itinerarij Hierosolymitani de Piscina Siloæ, Arnoldus Lubecensis lib. 7. cap. 10. de quodam puteo, & alij alia similia commemorant. E contra Miraculum consuetum dici potest illud quod Adamamnus lib. 1. de Locis Sanctis cap. 17. Beda, Belethus cap. 51. Leo Ost. lib. 3. cap. 30. Willelmus Malmesb. lib. 4. Albericus An. DCCCCLX. & MXCIX. Anonymus de Locis Hierof. cap. 1. Autor vitæ S. Seueri Episc. Rauennatis, & alij passim tradunt de diuino igne & cælitus emisso, quo ad sanctum Christi sepulchrum appensæ lampades Magni Sabbathi die accendi solebant sub horam vespertinam. Eiusdem perinde generis sunt ea quæ referuntur a Paschasio Episcopo Lilybitano de Miraculo in Paschate fieri solito in Sicilia, Euagrio lib. 2. cap. 14. de Stella quæ in Templo S. Simeonis Stylitæ die eius festo visebatur, Sanuto lib. 3. part. 14.

cap. 34. de D. Ioannis Bapt. Reliquiis, Tilleberiensi part. 3. cap. 8. de Fonte Baptisterij Terdonensis, & cap. 49. de Vexillis apparentibus in die festo S. Constantini in Taurinensi Diœcesi. Denique eiusmodi sunt miracula, quæ a Scriptoribus passim describuntur, Gregorio Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 24. 31. 32. 69. 74. 83. 103. lib. de Gloria Confess. cap. 51. 69. lib. 5. Hist. Fr. cap. 17. lib. 6. cap. 45. lib. 10. cap. 22. Philippo Eystetensi in vita S. Willibaldi cap. 33. 34. Ioanne Moscho in Prato Spirit. cap. 214. & 215. Bolando in Ianuario Tom. 2. pag. 1159. Buzelino in Gallofl. lib. 1. pag. 85. & aliis.

B Ἰωάννην Ταρωνείτην] Alterum & diuersum a Ioanne Taronita Alexij Imp. ex sorore nepote, quique bello Dux eximius fuisse ab Anna perhibetur. Istius vero dotes præcipuæ, Legum fuere scientia & eloquentia, officium autem Secretariatus, a quo ad ἐπάρχου, seu Præfecti vrbis dignitatem promotus est ab Alexio, dum Chœrebacchis ageret, qua paulo ante functum Xerum scripsit. Proinde illum esse arbitror Ioannem Taronitam, qui Σεβαστός, Δικαιοδότης & Ἔπαρχος dicitur in sententia depositionis Cosmæ Patriarchæ, cui interfuit A. MCXLIV. apud Allat. lib. 2. de Eccl. Occid. & Orient. perp. consens. cap. 7.

D Ψύλλου] *Ipsola* videtur Sophiani, ad fluuium Marizam.

D Ἀρωνίους] Aroniorum, seu Aaronum, Familiæ Constantinopolitanæ perillustri originem dedit Aaron, quibusdam Araon dictus, Bulgariæ Princeps, quem Mocrus, seu Samuel, illius successor, interfecit. Extincto quippe Araonis filio Ioanne Sphendosthlauo, seu Wenceslao, qui cæso Gabriele Samuelis filio, Regnum Bulgariæ occupauerat, Achridem & alias quasdam vrbes, Basilio Porphyrogenneta expugnante, perdiderat, Maria vxor cum liberis sese, & quas reliquas adhuc possidebat vrbes, eidem Basilio certis conditionibus tradidit, quo pacto vniuersa Bulgaria in Byzantini Imperatoris potestatem concessit. Ioannis filius primogenitus Prusianus Magister appellatus est; postea a Romano Argyro, quod cum Theodora, Zoes Augustæ sorore, occultà agitare deprehensus esset consilia, oculorum adempto vsu, in carcerem coniectus est. Alter Aaron, seu Araon, dignitate Vestes, a Monomacho Aug. Baaspracaniæ Præfectura donatus, bellis ibi præclare gestis inclaruit. Ab isto igitur Araone originem duxit nobilis Aroniorum familia.

Pag. 377. B Φάμουσα] Glossæ verb. Iur. φαμούσοις λιβέλλοις, περὶ ἀνωνύμων βιβλίων τῶν δηλούντων φλυαρίας. Φάμουσος, ἄτιμος, ἀνώνυμος. Vide Salmasium ad Histor. Aug. pag. 71.

D Ἐπὶ τραπέζης] Præfectus mensæ Imperatoris, dignitas Palatina, de qua Codinus de Offic. cap. 5. N. 33. cap. 7. N. 21. 23. 30. 33. Constant. Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 51. Pachymeres lib. 4. cap. 28. & alij.

Pag. 378. B Τοῦ ἀνθρώπου] Qui supra οἰκέτης. Est etiam ἄνθρωπος Constantino Porph. & Codino famulus. Galli *homme* dicimus eadem notione Symmach. lib. 2. Epist. 54. *Vtor in ea re testimonio hominum tuorum, qui dudum sibi Epistolam traditam tabellarij vitio distulerunt.*

Pag. 379. D Μετὰ βαρυτάτου στόλου] Fulcher. Carnot. lib. 2. cap. 26. *Habebat quidem Domnus Boemundus* V. *millia Militum, &* LX. *millia peditum.* Albertus Aqu. lib. 10. cap. 39. *Erant illi* XII. *millia equitum pugnatorum, &* LX. *millia peditum virorum bellatorum.* Anonymus Barensis, *A.* MCVIII. *Indict.* I. MCVIII. — *deinde perrexit ad portum Brundisinum cum* XXXIIII. *millia inter equestres simul & pedestres, & Naues magnæ vel paruæ* CC. *&* XXX. *Galeæ.*

Pag. 380. A Ἐπιδάμνου] Fulcherius: *Qui cum tempus ad transfretandum expectasset opportunum,* VII. *Id. Octob. naues ingressi Bulgariam nauigauerunt, & Aualonis por-*

tum applicuerunt, & Aualone citißime capta, Duratium vrbem adeuntes III. *Id. Octob. obsederunt.* Anonymus Barensis, *decimo die intrante Octob. transfretauit pelagus, deuenitque in ipsa Valona, intrauit in ea pacifice, similiter & ipsa Canina, deinde perrexit Durachio, & obsedit ea, nec potuit capere, fecit pacem cum Imperatore.*

Ἔαρος] A. MCVIII. B

Ποταμοῦ Διαβόλεως] Macedoniæ fluuius, qui *Diabolus* dicitur Willelmo C
Malmesburiensi lib. 4. de Gest. Angl. pag. 136. *Multi in vado, quod pro rapiditate Diaboli dicitur, intercepti.* Guillelmus Apuliensis:

——— Dux hac digressus ab vrbe,
Peruenit ad quemdam, cui nomen Diualus, amnem.

Dæmoniorum fluuium vocat Malaterra lib. 3. cap. 27. *Dæmonis flumen*, Fulcherius lib. 1. cap. 3. *Itaque Bulgarorum regiones per montium prærupta & loca satis deserta transiuimus, Dæmonis ad flumen conuenimus omnes, quod sic ab incolis terræ vocitatur, & merito: vidimus enim in illo flumine diabolico, quamplures, dum vadare pedetentim sperabant, torrentis impetu diro, quod nullus cernentium iuuare poterat, mersu repentino perire.* Fluuij istius fontes haud procul ab Achridis palude, vbi oppidum Diabolis, vel Deabolis, de quo supra egimus, & a quo nomen sumpsit, statuit Sophianus, qui inde in sinum Thermaicum effluit.

Χελώνας] Χελώνας χωστρίδας habet Onosander cap. 42. κριοφόρους descripsit C
Athenæus Mechanicus apud Turnebum in Aduers. & Rigaltium ad Onosandrum. Vide Lipsij Poliorcetica.

Σφοδρῶς ὠθοῦντες] Robertus Mon. lib. 7. *Præcipiuntur fieri arietes, ferratæ* Pag. 381. D
scilicet trabes, quæ manibus militum funibus appensæ & tractæ in murum impellerentur, & sic crebris earum percußionibus muri destruerentur.

Οἱ περὶ τὰ Γάδειρα] Arietem, machinam oppugnatoriam, in obsidione Pag. 382. A
Gadium a Carthaginensibus repertam scribunt Vitruuius lib. 10. cap. 19. & Athenæus Mechan. Plinius inuentionem tribuit Epeo ad Troiam lib. 7. cap. 56.

Ἀσπάλακες] Hinc machinæ ad suffodiendos muros *Talpæ* dictæ Tudebodo lib. 3. Giloni Paris. lib. 5. & Gotefrido Viterb. in Frider. I. interdum *Scrofæ*, D
vt Fulcherio lib. 1. cap. 4. & 18. Tyrio lib. 3. cap. 5. lib. 8. cap. 6. lib. 17. cap. 14. lib. 18. cap. 19. Autori Gest. Franc. Expugn. Hier. cap. 25. *Sues*, Galberto Notario in vita Caroli Comit. Flandr. N. 96. *Truies*, Froissarti 2. vol. cap. 2. 102. *Troiæ*, Turpino, apud quem frustra Meursius restituendum censet *Stoæ*. Guntherus lib. 2. Ligurini:

Quæ leuibus subiecta rotis, aut fraude latenti
Suffodiat validos, aut pulset turbine muros.

A Talpis *Talparij* dicti Fossores & Cunicularij apud Monachum Altisiod. A. MCLXXXVIII. *Habebat quippe quosdam artifices, quos Fossores, vel Talparios vocant, qui ad modum Talpæ subterranea fodientes, quaslibet murorum & turrium firmitates ferramentis validißimis perrumpebant.*

Χελώναις ἀκροστέγοις] Στοαῖς, *Galeries.* Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

——— Testudo texitur, vt sub Pag. 383. A
Illis tuta latens muri queat ima subire
Fossor, & erectis ipsum succidere parmis.

Vide Vitruuium lib. 10. cap. 12.

Στύλοις πᾶσιν] Lignis & trabibus, quibus exustis tota quæ imminebat ca- A
uatæ terræ congeries dissolueretur & rueret: qui erat cuniculorum effectus. Vide Cinnamum lib. 4. N. 11. Albertum Aqu. lib. 2. cap. 36. Tudebodum lib. 2. pag. 781. Tyr. lib. 3. cap. 10. lib. 13. cap. 11. Rigord. A. MCXI. Willel. Briton. lib. 2. pag. 115. Tactica Ducis Cliuens. pag. 57. 119. Hist. Arturi Ducis Brit. pag. 94. &c.

B Ἀπό τε τῆς πεύκης] Albertus Aq. lib. 2. cap. 36. *Faculas ardentes cum pice & adipe iactant super machinam.*

Pag. 384. B Πύργος ξύλινος] Eiusmodi ligneæ turris descriptionem sic repræsentat Robertus Monachus lib. 7. *Facta est lignea turris, lapideis turribus satis altior, & machinis omnibus quæ introrsus erant eminentior. Habebat autem tria solaria, quæ erant bene scutis & trochleis præmunita. In duobus superioribus erant loricati cum telis & sudibus, & sagittis, & lapidibus, & pilis & facibus. Subtus erant nihilominus armati, qui rotas impingebant, super quas ipsam turrem constituerant.* Vbi *Solaria*, seu Tabulata, vocat Robertus, quæ στέγας Anna, proprio vocabulo: nam & inde *Tristegæ* dicuntur turres, quæ tribus constant Solariis, apud Sugerium in Lud. VII. cap. 10. & Will. Britonem lib. 4. & 7. Philipp. *Stationes* vocantur in Epist. Bald. Imp. CP. de Expugnatione Constantinopoleos. Describuntur præterea eæ turres, quas *Phalas*, & *Berfredos* interdum appellant, a Guiberto lib. 6. cap. 18. Tyrio lib. 8. cap. 15. 18. lib. 20. cap. 16. Anonymo in Hist. Hierosol. pag. 1168. Vegetio lib. 4. cap. 17. 18. Vitruu. &c. Vide Notas nostras ad Ioinuillam.

Pag. 387. A Πανουργίαν] Ordericus Vitalis lib. 9. de Alexio: *Erat enim callidus & facundus, largus, & fallendi artifex ingeniosus.*

B Τὸν ἐκ Νεαπόλεως Μαρῖνον] Euocauit Alexius Marinum Neapolitanum, vti appellatur pag. 400. qui tum in castris aderat, non e Neapoli, quod velle videtur eruditus Interpres. Erat ille, ait Anna, ex genere τῶν Μαΐστρομιλίων, vel potius Μαΐστραμίλτων, hoc est, ex familia Principum, qui Neapoli in Italia dominabantur eo æuo, *Magistri militum* nuncupati, quæ suprema tum fuit in vrbe dignitas, qua olim insignis erat qui Neapolitano tractui præficiebatur ab Imperatoribus Constantinopolitanis, vt qui Militiæ Italicæ Dux esset, & Στρατηλάτης, id est, *Magister militum*, vti hocce vocabulum interpretantur Latini Scriptores. Constantinus Porph. de Adm. Imp. cap. 27 de Ducibus Neapolitanis scribens: ἰστέον ὅτι ὁ Μαΐστρομέλης ἑρμηνεύεται τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ Κατεπάνω τοῦ στρατοῦ. Magistri isti militum Neapolitanum posthæc sibi asseruerunt dominatum, excusso Græcorum Augustorum iugo, retentâ nihilominus dignitatis appellatione, vti passim obseruare est ex Gregorio M. PP. lib. 7. Indict. 2. Epist. 75. Ioanne Diacono Neapol. in Chron. Episcop. Neapolitan. Erchemberto cap. 26. 27. &c. Petro Damiano Card. lib. 1. Epist. 9. Authore Chronici S. Vincent. de Vulturno lib. 3. Alexandro Abbate Celesino lib. 1. 2. 3. & 4. Leone Ost. lib. 2. cap. 59. & 62. & aliis. Erat autem hac tempestate Sergius Princeps Neapolitanus, quem origine & natione Græcum fuisse testatur Rogerius Siciliæ Comes in diplomate, quod extat apud Sur. 6. Octob. cuius etiam crebra apud Abbatem Celesinum occurrit mentio, apud Falcon. Beneu. A. MCXXXVII. & in Chron. Casin. lib. 4. cap. 89. qui quidem Sergius vltimus fuit è Neapolitanis Ducibus; huic enim successit Rogerius Siciliæ Comes. Magistrorum Militum Neapolitanorum seriem & genealogiam habet Capaccius lib. 1. Hist. Neapol. & ex eo Vghellus Tom. 6. Ital. Sacr. p. 113. Porrò *Marinus* iste Annæus ille idem est, ni fallor, qui subscribit Diploma Rogerij Ducis Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ A. MXCIII. pro Ecclesia Cusentina, apud eundem Vghellum in Ital. Sacra Tom. 9. hisce verbis: *Ego Marinus Imperialis Magister atque Stratigo.* Ex quibus patet Magisteriam dignitatem ab Alexio, & aliquam Præfecturam obtinuisse. Certe Sebasti dignitate ab Anna infra donatur p. 416.

B Ῥοσμίκω] V. notata ad pag. 34.

Pag. 388. B Ὅτε Γίδος] vetus Scriptor in Philippo Rege Fr. *Guido autem frater Ducis post tempus breue in langorem incidit, ita vt distitutus omnibus membris ad extrema duceretur.*

retur. Ascito denique fratre, orat vt parcat quæ in ipsum peccasset. Interrogante quæ essent commissa, confessus est Imperatorem sibi filiam suam spopondisse cum Dyrrachio, & aliis donis: sæpius vrbem vi aut deditione subactam, nisi ciues retardasset suo animatos consilio, &c. Consentit Ordericus lib. 11 p. 823. 824. *Magnanimus Dux multimodis conabatur oppidum expugnare, sed impediebant qui maximè debuissent illum adiuuare. Guido enim frater eius, & Robertus de Monteforti, in quibus confidebat præ cæteris, fraudulenter conuersi erant ad partes Imperatoris, & excæcati ab eo, missis ingentis pecuniæ xeniis, sed callidè, frustrabantur molimina sui Principis, &c.* Ex quibus patet, non confictas fuisse ab Alexio Epistolas, quo Comites suspectos Boemundo redderet, sed re vera iis ad defectionem sollicitasse Guidonem, & alios proceres.

Κοπριζιάνος] Conuersanum forte Comitem intelligit Anna: floruit autem sub Normannis Apulis *Triscamus* Conuersani Comes, cui ex bello quæsitis in sortem *Monspilosus* obtigit, vti narrat Leo Ost. lib. 2. cap. 68. Ille idem, ni fallor, quem Malaterra lib. 1. cap. 39. lib. 3. cap. 34. filiam Tancredi, Guiscardi sororem duxisse vxorem scribit. Ex iis nuptiis prodiere *Gaufredus* Conuersani Comes, *Guiscardi* ex sorore *nepos* dictus Orderico Vitali lib. 7. pag. 645. & *Robertus* Comes Montiscaueosi, de quo Willelmus Apul. lib. 3. pag. 31. b. 33. b. Gaufredus in Rescripto Rogerij Apuliæ Ducis & Boemundi fratrum A. MXC. Apud Baronium, *Comes Cupersanus* nuncupatur. Interfuit ille morti Guiscardi, vti narrant idem Ordericus lib. 10. pag. 780. & Willelmus Gemeticensis lib. 8. cap. 14. & Cœnobium in vrbe Cupersanensi a fundamentis extruxit, ac bonis ditauit. Gaufredi filiam *Sibyllam* vxorem duxit A. MC. Robertus Normanniæ Dux, cum ab Hierosolymitana Expeditione rediret. Gaufrido alij præterea extitere liberi, *Guillelmus* nempe Conuersani Comes, *Robertus*, *Tancredus de Conuersana*, qui in Rogerium Siciliæ Comitem & Regem bellum mouit, de quo Abbas Celesinus lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 21. 33. 46. Ordericus lib. 13. pag. 898. & Diploma Constantiæ Principissæ Antiochenæ A. MCXVII. apud Vghell. Tom. 7. pag. 868. Præterea *Alexander*, cuius Diploma A. MCII. pro Barensi Ecclesia extat apud Vghell. Tom. 7. Ital. Sacr. pag. 863. in quo *Comes Cupersanensis* nuncupatur. Interfuit etiam Alexander iste donationi Boemundi II. Principis Antioch. factæ Abbati S. Anastasij Carbonensi A. MCXXVI. Apud Paulum Æmilium Sanctorium in Hist. Monast. Carbon. Descripsit præterea idem Vghellus in Archiepisc. Barens. aliud Diploma *Roberti* Conuersani Comitis A. MCXI. Indict. 4. qui Alexandri Comitis forte frater fuit. Denique alterius *Alexandri de Conuersana*, qui Manueli Imp. meruit A. MCLXVIII. & MCLXX. W. Tyrius meminit lib. 20. cap. 14. lib. 21. cap. 16. Iam vero vt Conuersanum aliquem, seu Alexandrum Comitem, seu Alexandri fratrem intellexisse Annam putem, facit Κοπριζιάνου nomen, quod haud multum abludit a *Cupersano*, qua appellatione vocantur hi Comites in veteribus Tabulis. Occurrit etiam, ne id dissimulem, nobilis Normannus alter in eo Diplomate A. MCII. de quo supra, cuius nomen, aut dignitas, Κοπριζιαίου appellationi Anneæ satis videtur conuenire. Sic autem illius initium concipitur, vti editum est ab Vghello: *Nos Alxander Cupersanensis Comes, & Canc. Capersi, & Gauus Cantazarij Comes, & Robertus Grumi, iuramus ex præcepto & voluntate Domini nostri Rogerij Siciliæ & Italiæ Regis*, &c. Quis autem ille *Canc. Capersi*, fateor mihi esse plane incognitum.

Ῥικάρδος] Quis iste Ricardus Annæus haud constat. Tres potissimum hoc nomine sub hæc tempora bellis Hierosolymitanis interfuisse tradunt Scriptores, Ricardum Præfectum Maresch, alterum filium Marchisi, Tancredi

fratrem, tertium *de Principatu* cognominatum, cuius hic Anna meminit. Vnde lubens in eam sententiam irem, Ricardum hunc eumdem esse cum Ricardo de Principatu, ita vt ex viri nomine appellatiuo & cognomine binos fecerit, nisi quatuor in conspiratione illa Comites fuisse assereret. Proinde Ricardus, si alius fuit a *Principato*, aut ille est, quem infra Hugonis fratrem nominat, qui in prælio nauali captus est a Cantacuzeno, aut Ricardus Comes Andriæ, qui vna cum Boemundo rescriptum Rogerij Apuliæ Ducis pro Bantino Monasterio subscribit apud Baron. A. MXC.

A Πελσκιπάτος] Idem qui fœdus Alexium inter & Boemundum ex parte Alexij subscripsit, ad quem cum Willelmo Clareto transfugerat, pecunia & blanditiis Imperatoris corruptus, vt infra narratur. Ricardum hunc *Principem Salerni*, de genere Normannorum, & proximum Boemundi & Tancredi fuisse scribit Albertus Aq. lib. 3. cap. 15. lib. 7. cap. 28. Robertus Mon. lib. 1. *Principem* vocat. Baldricus lib. 1. & Tyrius lib. 2. cap. 13. lib. 3. cap. 17. 24. *de Principatu* cognominant. Guibertus denique lib. 3. cap. 2. & 9. *de Prima ciuitate*, quibus verbis reddidisse Italicum videtur *de Princittà*; nam & Ριντζαρδον τὸν Πελντζίπλων, (nisi mendum subsit, legendumque sit τὸν Πελντζίπλων) sese ipsemet videtur appellare in prædicto fœdere. Ricardum Willelmi cognomento Ferrebrachij, Roberti Viscardi fratris primogeniti filium perperam facit Tyrius, cui imposuit Willelmi Ricardi patris nomen. Nam Ferrebrachius absque liberis extinctus est, vt autor est Malaterra istius sæculi Scriptor. Fuit vero Ricardus filius Willelmi alterius, Capitanatæ Comitis, Wiscardi perinde fratris, qui a fratre Vmfredo Principatus Comes creatus est, liberosque aliquot superstites reliquit, vt constat ex Malaterra, quos inter, præter Ricardum, fuit *Robertus* Comes Principatus, pater Guillelmi, qui in Charta A. MCI. pro Monasterio S. Trinitatis Venusino, *Gulielmus Comes Principatus, filius bonæ memoriæ Roberti Comitis de Principatu* inscribitur, apud Vghellum Tom. 7. Ital. Sacræ pag. 222. Guillelmus vero pater fuit Nicolai Comitis Principatus, qui suo Diplomate A. MCXXXI. in quo cognatus Rogerij Regis Siciliæ dicitur, multa beneficia contulit Cauensi Monasterio. Idem Nicolaus in aliis Tabulis An. MCXLI. sese *Comitem de Principatu & Guillelmi Comitis hæredem* nuncupat. Extant illæ apud Vghellum eodem Tomo pag. 562. in quibus meminit Guillelmi Comitis fratris sui. Ex Willelmo præterea Roberti Guiscardi fratre prodiit Ranulfus, qui cum fratre in Expeditionem Hierosolymitanam profectus est, de quo Baldricus lib. 1. & Petrus Diac. lib. 4. Chronic. Casin. cap. 11. Denique filia elocata a Wiscardo patruo, Dominico nobili Veneto in mercedem proditi Dyrrachij. Vide Malat. lib. 1. cap. 15. 24. 31. 32. lib. 3. cap. 28. Ricardi filius fuit Rogerius Antiochiæ post Tancredum Princeps. Sed de Gulielmi Comitis Principatus posteris agimus fusius in Familiis Normannicis.

D Τὰ πεμπόμενα βιϐλία] Βιϐλίον, pro γραμματεῖον, seu *Tabellis* vsurpari annotant Grammatici; Suidas, βιϐλίον, ἐπιστολή. Sic Themistius Orat. 14. Epistolam Constantij ad Senatum βιϐλίον vocat. Vide Cinnamum lib. 5. N. 10. sub finem. Hic vero *Schedulam* significat, quam inde *billam* appellant Scriptores ætatis mediæ. Willelmus Thorn. cap. 41. *Porrectæ fuerunt billæ & petitiones Domino Regi. Billa excusatoria*, apud *H. de Knighton* A. MCCLXII. Hinc *Billeta* in Monast. Anglic. Tom. 1. pag. 654. nostris *Billet*. Spelmannus a Saxonico *Bille* deducit, Somnerus ex *Libellus* corruptum putat; ego ex βιϐλίον.

Pag. 389. C Κονοσταύλους] Comites Stabuli vulgo Franci vocant supremos exercituum Duces. Marbodus Diaconus, postmodum Episcopus Redonensis, in vita S. Licinij Episcopi Andegauensis: *Factum est vt a Rege flagitantibus cunctis*

Tribunus militum crearetur, qui nunc more noſtro Comes Stabuli nuncupatur. Vide Ducheſnium in Hiſt. Gentis Monmorenciacæ. At Κονοσταύλων vocabulo innuit hoc loco Anna, non totius exercitus Præfectos, vti hodie vox iſta vſurpatur, ſed Centuriones, & quos Tactici Τουρμάρχας, Δρουγγαρίους, Κόμητας, Κεντάρχους vulgo nuncupant, notione apud Gallos iſtius æui paſſim recepta. Willelmus *Guiart* A. MCCCIV.

Et chaſcun ſuit ſon Conneſtable.

Hinc *Coneſtablie*, pro cohorte, ſeu turma militari, apud eumdem non ſemel. A. MCCV.

Des Reaus ot cinq Coneſtablies.

Idem A. MCCXCVI.

Tuit ſe queurent apareillier
Par diuerſes Coneſtablies,
Li grant Seigneur & leur meſnies.

Froiſſartes 2. vol. cap. 67. *Et les ſachées de Pain furent departies par Coneſtablies.* Et cap. 142. *Ils s'eſtoient tous partis par Coneſtablies.* Vide Litletonem Sect. 379. & ibi Cokum, & Monſtrelet. 1. vol. cap. 195. Nec alia notione Duces Francorum, qui in Palatina cuſtodia militabant, Κονοσταύλους vocabant Byzantini, vt qui erant Capitanei Francicæ cohortis, Palatij & Imperatorum cuſtodiæ addictæ, *Capitaines des François*, quod ita Centuriones & Turmarum militarium Præfecti apud Gallos indigitarentur. Vide Notas ad Villhard. N. 210.

Σαρακηνόν] De Comite Saraceno diximus ſupra ad pag. 137. Pag. 390. A

Κοντοπαγάνου] Κοντὸς Græcis interdum eſt *Comes*, interdum *breuis*, ita prima vocis notione, Contopaganus erit Comes Paganus, Italice, *il Conte Pagano*: altera, *paruus Paganus*, *il piccolo Pagano*. Paganos aliquot ſub hæc tempora recenſent Scriptores Rerum Hieroſ. *Paganum Beluacenſem*, Robertus Monach. lib. 7. *Paganum de Garlanda*, Albertus Aq. lib. 2. cap. 27. *Et Paganum de Sororgia*, idem lib. 11. cap. 22. A

Φόνου] De hac Alexianorum clade, Albertus Aq. lib. 10. cap. 41. B

Ἐξουσιοκράτορα] Dignitas, vt videtur, Palatina, qua Alanorum fœderatorum, qui Byzantinis Auguſtis merebant, Duces donabantur. Nam vt Acoluthi Barangorum, Primicerij Bardariatorum, Conoſtauli, vel Coneſtabiles Francorum; ſic Exuſiacratores Alanorum Præfecti appellati ſunt, quod videlicet ita indigitarentur ipſi Alaniæ Principes, quos τῆς Ἀλανίας Ἐξουσιάζοντας vocat Bryennius lib. 2. N. 1. Ἐξουσιάζοντα, *Poteſtatum*, vt Itali nuncupant, interpretatur alicubi Acropolita. Alanos vero conductitios Græcis militaſſe teſtantur etiam Claudianus de Bello Getico, Godefridus Mon. S. Pantal. A. MCLXXXIX. & Anonymus de Expedit. Aſiat. Frider. I. Imp. apud Caniſium pag. 71. Pag. 393. A

Τρέπει κατὰ κράτος] Albertus Aq. lib. 10. cap. 42. A

Τόν τε Οὖβον καὶ ἀδελφὸν Ριτζάρδον] Hugonem forte cognomento Buduellum, qui cum Richardo & cæteris fratribus, ob cæſam a ſe Mabiliam Rogerij de Montegomerico, Comitis Beliſmenſis, vxorem, exul de Normannia in Apuliam fugerat. Vide Ordericum Vital. lib. 5. & 9. pag. 578. 584. 753. B

Τιμόρην] Φρούριον vicinum Balagritis, nec procul a Caninis, Cantacuzeno lib. 2. cap. 32. Pag. 394. B

Γλαστῆν] Vide Gloſſar. Annæum. C

Βαϊμούνδου ἐξάδελφον] Illius forte, cuius meminit pag. 336. C

Χιτὼν σιδηροῦς] Lorica annulis & maculis contexta, noſtris, *Cotte de maille.* Pag. 397. A

Θυρεός] Θυρεοὶ dicuntur σκουτάρια μεγάλα ἐπιμήκη, apud Leonem in Tact. D

cap. 5. §. 3. cap. 6. §. 25. 32. 37. cap. 14. §. 103. Expressit Anna lib. 5. pag. 140. Scuti Gallici magnitudinem, hic formam exhibet, qualem Scuto Samnitum tribuit Liuius lib. 9. *Scuti summum latius qua pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali, ad imum cuneatior mobilitatis causa.* Certe Scuti Gallici longiorem formam fuisse autor est Diodorus Siculus, cuiusmodi fuit illius, quod Græci θυρεὸν vocabant, quod Polyænus lib. 4. Strateg. Gallis attribuit. Addit Anna ἀπὸ πλατυτάτου εἰς ὀξύ, a latiore forma in acutam desinere, quod firmatur præterea ex Hygino Fab. 277. dum ait, Cypri insulæ figuram similem esse Scuto Gallico. Quippe Cyprus, vt diserte habet Constantinus Porph. lib. 1. de Themat. litteræ Δ speciem præfert: est enim triangularis figuræ, quæ fuit Scutorum Gallicorum, quam repræsentant passim sigilla cerea Militum, seu Equitum Francicorum Diplomatibus appensa. Vide Gossellinum in Histor. vet. Gall. cap. 48. Cluuer. lib. 1. Germ. Antiq. cap. 44. & Marcum Zuerium Boxhornium in Orig. Gallic.

Pag. 398. A Στίλβων] Albertus Aqu. lib. 2. cap. 41. *Iam dies clarissima illuxerat, Sol radiis fulgebat lucidissimis, cuius splendor in clypeos aureos, & vestes ferreas refulsit.* lib. 3. cap. 37. *In splendore clypeorum coloris aurei, viridis, rubei, cuiusque generis.* lib. 4. cap. 6. *Horum ferreæ vestes, clypei auro & gemmis inserti, variisque coloribus depicti.* Atque inde forte colorum in insigniariis Scutis origo. Vide Dissertat. 1. ad Ioinuillam.

A Κελτὸς γάρ] Vide pag. 140.

Pag. 399. A Τὰ περὶ εἰρήνης] Ordericus lib. 11. pag. 824. Albertus Aqu. lib. 10. cap. 41. 42. 43. 44.

A Γελίελμος ὁ Κλαρέλας] Agunt de hac Comitum Boemundi ad Alexium defectione Albertus Aq. lib. 10. cap. 43. & 44. & Ordericus loco citato. Addit Albertus Willelmum *Claret*, qui Κλαρέλας Annæ, & Widonem filium sororis Boemundi, Willelmi *de Grentemaisnil* forte ex Mabilia, Boemundi sorore, filium, pecunia & blanditiis Imperatoris corruptos, Boemundum ad sanciendam cum Alexio pacem fuisse cohortatos; in castra vero Alexij transiisse illos ante initum fœdus, non tradit. Willelmus *Claret* in Franciam postea reuersus pactis interfuit Alfonsum Tolosanum inter & Raimundum Barcinonensem Comites sancitis A. MCXXV. vt est in Historia Comitum Tolos. Catelli lib. 2. pag. 190. Nam Willelmus Raimundi vel Alfonsi vassallus, seu cliens erat, propter Comitatum & Marchionatum Prouinciæ, in quo situm est Castrum *de Claret, infra Bailliuiam Sistarici*, vt est in veteri Charta An. MCCCX. transiit illud postmodum in Familiam *de Agouto.*

Pag. 401. C Πρὸς τῇ κεφαλῇ] Vide Notata ad Cinnami lib. 2. N. 17. & Dissertat. 27. ad Ioinuillam.

C Μετὰ δύο χλαμύδων] Interpres ad verbum, *cum duplici chlamyde.* At chlamys hoc loco sumitur pro milite sagato. Instabat porro Boemundus, vt sibi liceret in conspectum Alexij admitti in comitatu duorum militum, seu equitum, Galli dicerent, *auec deux cottes d'armes;* qua loquendi formula vtitur Froissartes 4. Vol. cap. 77. *Car à la bataille de parauant, il auoit perdu trente-trois cottes d'armes de son lignage;* hoc est, 33. Milites, seu *Cheualiers*, ex sua cognatione. Monstreletus 2. Vol. An. MCCCCL. *Et furent pris plusieurs autres Capitaines, & Gentilshommes Anglois, portans cottes d'armes.* Solis quippe Militibus, vel saltem Nobilibus, sagum militare deferre licebat. Vnde Masuerus in Practica Tit. de Talliis N. 19. nobilitatis esse argumentum dixit, *si ipse nobilis, & alij prædecessores sui, consueuerant portare vestes en deuise*, id est, saga militaria armorum insignibus distincta, cuiusmodi vulgo Franci no-

ſtri loricati ſuperinduebant. Quod vero eiuſmodi ſagis militaribus ab inuicem diſcernerentur Milites, & per ea innoteſcerent, *Cognitiones*, noſtris *Cognoiſſances*, Anglis *Cognizance*, vulgo ſaga iſta appellabantur, quemadmodum Græcis δείγματα dicebantur *ſigna clypeorum*. Vegetius lib. 1. cap. 18. De militibus: *diuerſis coloribus diuerſa in ſcutis ſigna pingebant, vt ipſi nominant, δείγματα, ſicut etiam nunc moris eſt fieri.* Oraculum Leonis Imp. de Andronico Comneno Tyranno, qui Agnetem Philippi Regis Franciæ filiam vxorem duxerat:

Ο τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος.

Id eſt, vt monemus in Notis ad Cinnamum, *qui familiæ extraneæ ſe commiſcuit.* Mathæus Paris A. MCCL. *Cum viderent hoſtes Chriſti armis, vexillis, & cognitionibus picturatis, quas bene nouerant, cum deriſionibus ſuperbire*, vbi *cognitiones picturatæ*, ſunt ſaga ipſa armis & inſignibus diſtincta. Willelmus Brito lib. 11. Philipp.

Quæque armaturæ veſtis conſueta ſupremo
Serica, cuique facit certis diſtinctio notis.

Willelmus Guiart in S. Ludouico, vbi de Manfredo Siculo Rege occiſo:

En la chace eſt Mainfroi tué,
Mes onc nus hom ne pot à dire
Pour certin qui le pot ocire,
Car le jour de celes nuiſances
Porta eſtranges connoiſſances.

Id eſt, ea die qua cæſus eſt, Manfredus non ſuum ac ſolitum, ſed alterius ſagum induerat, ne agnoſceretur. Et infra, vbi de Henrico Coſentino, qui Caroli Regis arma induerat in prælio, in quo Conradinus fuſus eſt:

El premerain pour le conduire
Eſt le preus Henris de Coſances,
Cel jour porta les connoiſſances
Du Roy, parquoy pluſtoſt peri.

Nam Regibus, quoties in prælia procedebant, adeſſe ſolebant egregij & fortiſſimi Milites, iiſdem quibus ille, induti ſagis, tum vt eſſent *ad eius cuſtodiam in ipſo prælio ſpecialiter deputati*, vt loquitur Rigordus A. MCCXV. vbi de pugna Bouinenſi, tum etiam ne in Regem, ſi ex ſago & inſignibus ſingulariter agnoſceretur, tota prælij vis incumberet. Idem Guiartus de Stephano de Longo Campo, vno ex iis qui Philippum Auguſtum in eo prælio comitabantur:

Toſt aprés, ce diſt la Chronique,
Fut d'vn cop, qui li fut rué,
Eſtienne de Longchamp tué,
Qui le jour auoit fait merueilles,
Ses armes eſtoient pareilles,
A celles du Roy proprement.

Quæ quidem de ſago militari intelligenda ſunt; nam alia huius vſus in noſtrate Hiſtoria proſtant exempla. Vide Diſſertat. 1. ad Ioinuillam.

Σεργεντίων] Laudat hunc Annæ locum Cujacius ad L. 7. Cod. de Iure fiſci lib. 10. vbi quos vulgo appellamus *Sergeants* & *Serians*, ſeu Apparitores, a *Cæſarianis* deducit. Sed vox eſt pura puta Gallica, vel potius a Latio deducta, *ſeruire*, noſtris *ſeruir*. Apparitores enim famuli ſunt quodammodo Iudicum, cum eorum Decreta exequuntur; vnde in Edictis Principum & Regum noſtrorum *Seruientes* dicuntur, qua appellatione indigitantur etiam bellatores pedites, & milites infimi ordinis, quod Equitibus vel Armigeris D

deseruirent, seu potius militarent. Sunt igitur Σεργέντιοι hoc loco Pedites. Sed hæc nota.

Pag. 402. A Οὖβος] Hugo Buduellus, de quo supra

B Τῶν εἰρηνῶν] Consentit Ordericus pag. 824. dum Proceres Francos ab Alexio corruptos Boemundum alloquentes inducit: *Fac igitur, quæsumus, pacem cum Imperatore, antequam comprehendaris, vel morte condemneris.*

Pag. 404. B Ἐπεκτετμημένῃ] Nam Normanni cæteri, vt & Franci, teste Orderico Vitali lib. 8. *Capillos a vertice in frontem discriminabant, longos crines veluti mulieres nutriebant, & summopere curabant.* Idem An. MXCII. *Eo tempore Militares viri mores paternos in vestitu & capillorum tonsura dereliquerunt, quos paulo post burgenses & rustici, & pene totum vulgus imitati sunt.* Et lib. 11. *In nutrimento autem comarum, mulierum sequaces æstimantur.* Gallos veteres & Francos comam nutriuisse palam est ex Cedreno pag. 453. & ex iis quæ notant Salmasius ad Solinum, Gosselinus in Histor. veter. Gall. Hotomannus & Matharellus in Francogall. contra quam Græci, qui caput tondebant, vt est in Epist. Adriani PP. ad Carol. M. ex iis quas edidit Gretzerus. Angli etiam ea tempestate comam nutriebant, quo nomine ab Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo non semel carptos autor est Eadmerus lib. 1. 3. & 4. Hist. Nouor. & ex eo Willelmus Malmesburiensis.

Pag. 406. A Εἶχε δὲ οὕτω] De pace firmata inter Alexium & Boemundum agunt præterea Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 37. Albertus Aq. lib. 10. cap. 44. Ordericus & Mathæus Paris A. MCIX. Vetus Scriptor Tom. 4. Hist. Fr. pag. 95.

C Λίζιον] *Vassallus Ligius*, nostris vox nota. Ioan. Cinnamus lib. 2. καὶ λίζιον αὐτὸν ἐποιήσατο. Idem lib. 5. καὶ δοῦλος, οὐ βίᾳ τὸν ζυγὸν ὑποδύς, — ἀλλὰ δοῦλος ἐθελόδουλος· ἑρμηνεύεται δέ σοι τοῦτο ὁ λίζιον. Eiusmodi seruos, δούλους ἐν ὅρκοις apposite vocat Pachymeres lib. 6. cap. 6. quos lib. 5. cap. 10. λιζίους appellat: ἄλλως δὲ καὶ πρέσσα, καὶ ἰδίους ἐποίει, λυσίους (scrib. λιζίους) εἶπεν ἄν τις, ἐκείνων ταῖς εὐμενείαις; vbi ἴδιος idem sonat ac *solidus homo*, in eo hominio quod recitatur in vita Beati Oldegarij Episc. Barcinonensis: *Iuro ego Robertus Tarraconensis Princeps tibi Domino meo Oldegario eiusdem ciuitatis Archiepiscopo, quod ab hac die & deinceps fidelis homo & solidus ero tibi & Ecclesiæ tuæ.* Iacobus I. Rex Aragonum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. quæ extant in Bibliotheca Thuana fol. 61. *Duplex est homagium, videlicet homagium solidum, & non solidum. Homagium solidum est quasi gerens legalitatem & fidelitatem: nam homo solidus aduersus omnes gerit fidelitatem Domino suo, & ita in homagio solido nullus excipitur, &c. Homagium autem non solidum est, quando aliquid excipitur faciendo homagium, cum dicitur; Facio tibi homagium, excepta fidelitate, quam debeo Domino meo solido, &c.* Ligium a ligando dictum sunt qui putant; quo sane videtur allusisse Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Esse tenebatur homo ligius atque fidelis,
Et tamquam Domino iurando iure ligari.

Et Dudo lib. 2. de Morib. & Gest. Norm. *Dedit omnem terram suæ ditionis filio suo Willelmo, atque inter manus Willelmi adolescentis manus suas mittentes Principes conligauit illi coniurationis sacramento.* De aliis vocis etymis consulendus Brodæus in Consuet. Paris. interim dum alius de iis disputandi sese offerat locus.

Pag. 407. A Ῥητῶς] Nominatim, expresse. Occurrit sæpius apud Harmenopulum.

Pag. 410. D Διὰ τεσσαρακονθημέρου] Iuxta nempe feudorum receptas apud Latinos Leges, quibus delinquens vassallus a Domino superiore, seu feudi, bello impeti non poterat, nec feudo priuari, nisi post 40. dies, intra quos ab ipso Domino requisitus noxam expiare tenebatur. *In omnibus enim negotiis*, vt

ait Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. I. cap. 34. *apud Francos solent quadraginta fere dies & quadraginta noctes præscribi.* Fori Bigorrenses Art. 6. apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 9. cap. 5. *Quod si in neutro profecerit, audito quod patitur in communi, quadraginta dies postea præstoletur, vt legali inquisitione & expectatione peracta, legaliter si voluerit discedere, discedat.* Sed & duplicem interdum quadragesimam ad purgationem & excusationem vassalli concessam a Dominis obseruo in Pacto, quod inter Rogerum Episcopum Bellouacensem & Franconem de Gerboredo sancitum est, vbi Episcopus sic ait: *Franco, non tibi ero in damno de Castello Gerboredo, vt tu illud perdas me sciente, nisi contra me forisfeceris: & si contra me forisfeceris, postquam nomine huius sacramenti emendare te submonuero, aut per me, aut per meum missum, duabus quadragesimis emendationem tuam expectabo, aut emendationem tuam accipiam, aut tibi perdonabo.* Binas istas quadragesimas obseruatas docet præterea vetus Charta Hugonis Cameracensis Castellani A. MLXV. apud Ioan. Carpentarium, 4. part. Hist. Cameracensis pag. 9. *Et si Hugo consanguineus noster contra te peccauerit, & ni infra duas quadragesimas emendauerit,* &c. vt & alia Sancij Reg. Aragon. apud Marcam lib. 9. Hist. Beneharn. cap. 5. N. 3. Vide Loisellum lib. 5. Institut. tit. 3. art. 51. & Brodæum in Consuet. Paris. art. 7.

Καβαλλαρίοις] A Caballo, *Caballarij* Equites dicti, apud Monachum Egolism. in Carolo M. cap. 18. Hincmarum Tom. 2. opusc. 5. & al. Καβαλλάριοι, Simocattæ lib. 5. cap. 13. Hic vero intelliguntur, non Equites, sed militari cingulo donati, quos Galli vulgo *Cheualiers*, Latini Scriptores proprio vocabulo *Milites* nuncupant; qua ratione Καβαλλαρίους dixit Pachymeres lib. 4. cap. 31. Cantacuzenus lib. 1. cap. 20. 42. lib. 3. cap. 27. Idem Pachymeres lib. 12. cap. 11. καὶ γὰρ τινες ἐξ ἐκείνων καβαλλαρικῆς τιμῆς ἐτιμῶντο παρὰ Βασιλέως; i. *Militiæ cingulo donati fuerant ab Imperatore.* Θρῆνος τῆς ΚΠ. MS. Ρηγάδες, Κόντοι, Πεζίκιποι, Δουκάδες, Καβαλλάριοι. Neque enim Equites omnes apud nos Caballarij erant. Fulcher. lib. 2. cap. 31. *Milites nostri erant quingenti, exceptis illis qui militari nomine non censebantur, tamen equitantes.* Pag. 411. C

Η στρατηγὶς μετὰ τῶν, &c.] Crebrius hocce in fœdere obseruare est voces, στρατηγὶς & στρατηγάτον; eiusdemne vero notionis plane incertum, etsi vero simile: mox enim pag. seq. τότε στρατηγάτα Βαλανέως καὶ Μαραχέως, ὃ ἡ Ανταράδος μετὰ τῆς Ανταρτοῦ, στρατηγίδες γὰρ ἀμφότερα. Certe constat στρατηγάτα fuisse præfecturas maiorum oppidorum, quibus varia suberant castra, seu, vt vocat Anna, πολίχνια; his enim qui præfecti erant, *Stratigati* dicuntur Scriptoribus æui medij. Gesta Innocentij III. PP. *Confœderabat Comitatus & Baronias, instituebat Iusticiarios, Camerarios, & Stratigatos.* Quæ quidem vox vt & Stratigatorum dignitas, occurrit passim apud Malaterram, Leonem Ost. Hugonem Falcandum, & cæteros Rerum Neapolitanarum Scriptores. Sed & hodie adhuc in Sicilia Stratigotos esse palam est. Pag. 412. C

Λαρισσῶν] quæ Syris Ζίζαρα, teste Stephano. Fulcherius lib. 2. cap. 43. *Contra Turcos progressi sunt, qui ante vrbem, quam dicunt Sisaram, castra metati sunt, quam vrbem litteratorie nominare nescio, sed Cesar incolæ regionis eam vulgariter vocitant, quæ ab Apamia* VI. *millibus distat. Saisar* etiam dicitur Alsheripho Aldrisio in Geograph. 5. part. Clim. 4. pag. 195. *Seser*, Nicetæ in Ioanne N. 8. & Cinnamo lib. 1. *Cæsarea*, Tyrio lib. 15. cap. 1. C

Καυκᾶ] *Caucabam* in hoc tractu habet Chronicon Orientale pag. 100. Verum idemne locus cum *Cauca*, non ausim affirmare. C

Λούλου] Occurrit locus iste apud Constantinum Porph. lib. 1. de Themat. cap. 2. & in Basilio cap. 32. & 35. C

Ρουπενίων] Leonem & Theodorum, seu Thorusem Armeniæ Toparchas D

intelligit, cognomento Rupenios, a quibus Armeniæ Regum familia prodiit, quam damus in opere nostro de Famil. Hierosolym. Cum Leone, qui aliis *Leuo*, Nicetæ & Cinnamo Λεβούνης, bellum gessit Ioannes Comnenus Alexij filius, Ciliciam ingressus. Alter Theodorus, Tyrio *Toros*, eidem Nicetæ Τορούσης dictus vtramque Ciliciam Manueli abstulit. Sed de iis, pluribus in laudato opere.

Pag. 413. A Πατριάρχης] Vel inde patet eiusce pacti pleraque capita nusquam fuisse executioni mandata; præsertim quod de eligendo & instituendo in vrbe Antiochena Patriarcha Græcanico cautum in eo legitur. Nam Bernardus, natione Gallus, qui abeunte hinc Ioanne Græcorum Patriarcha, ad hanc fuerat promotus dignitatem, ea potitus legitur vsque ad Annum MCXXXIV. qui fuit XXXV. promotionis eiusdem, vt ex Tabulario Manoscensi discere est: vnde electum fuisse colligitur A. MXCIX. Idipsum Manuel Alexij ex filio nepos a Renaldo Antiocheno Principe, quem ille in ordinem redegerat, obtinuit: καὶ δὴ καὶ ἀρχιερέα ἐκ Βυζαντίου εἰς Ἀντιόχειαν κατ᾽ ἔθος πέμπεσθαι τὸ παλαιόν, vt autor est Cinnamus lib. 4. Verum idne præstitum sit, iure controuerti potest, cum constet Patriarchas Antiochenos ex Romanis Latinis semper electos fuisse, Græcanicos vero ab ipsis Augustis institutos, nomine tenus dignitate potitos. Vide Notas ad Cinnamum.

B Ποδανδόν] Podandum vicinum Tarso statuit etiam Constantinus in Basilio, & a nomine fluuij, loco appellationem inditam scribit, cap. 36.

Pag. 414. A Τοῦ Δουκάτου] Ducatus Antiocheni; nam Antiochiæ Præfectos Ducum titulo insignes fuisse ostendimus ad lib. 1. Δουκάτον neutro genere non semel efferunt Scriptores Græci, Porphyrogenneta de Adm. Imper. cap. 50. lib. 1. de Themat. cap. 1. Nilus Doxapatrius, τὸ Δουκάτον πάσης Λογγιβαρδίας. *Ducatum* neutro etiam genere dixit Leo Ost. lib. 1. cap. 6. *Comitatum*, Ioannes VIII. PP. in Epist.

C Ετήσια τάλαντα] Talenti vox varie apud æui medij Scriptores accipitur; interdum enim pro Centenario, hoc est, centum libris auri signati, vt apud Theophanem A. IX. Nicephori Logoth. τάλαντα δὲ ὡς ιγ΄. γινόμεναι λίτραι χίλιαι τριακόσιαι, *Erant autem talenta tredecim, mille & trecentas libras conficientia.* Apud Annam vero pro libra vsurpari, ex iis quæ mox sequuntur, satis colligitur: cum enim dixisset Boemundus ab Alexio promissa sibi annua talenta, τὰ ἐτήσια τάλαντα, subdit; λέγω δὴ τὰς διακοσίους λίτρας τῆς Μιχαηλάτου χαραγῆς. Quas quidem ducentas libras infra Talentorum vocabulo donat: ὀφείλω λαμβάνειν κατ᾽ ἐτησίαν δόσιν ἀπὸ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν τάλαντα διακόσια, τοῦ προβεβασιλευκότος Κυροῦ Μιχαὴλ ποιότητά τε καὶ χαραγὴν ἀποφέροντα. Sic apud Latinos Scriptores non semel eadem vsurpatam notione Talenti vocem obseruare est. Tabularium Monast. Bellilocensis in Lemouicibus N. 66. *Coactus iudiciali potestate secundum Legem componat auri talentorum pondera centum:* quod in aliis passim Chartis his concipi verbis solet, *sociante fisco auri libras centum*, &c. *argenti pondera*, &c. *coactus soluat.* Charta A. DCCCCXCIII. apud Duchesn. in Hist. Luxemb. pag. 8. & 9. *Coactusque thesauro Regis centum libras auri & mille talenta persoluat argenti.* Alia ibidem: *Coactusque ærario Regis* X. *auri &* C. *argenti libras persoluat.* In quibus chartis, *pondus*, *libra*, & *talentum* idem sonant. Ita apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 108. *Ideo homines dicti communis — in* L. *libris duximus condemnandos soluendis hinc ad diem* X. *Martij — sub pœna duplici moderata pœna* C. *talentorum*, &c. In Speculo Saxon. lib. 3. artic. 45. §. 3. art. 51. §. 2. art. 64. § 2. 3 & in Iure feudali Saxon. cap. 26. §. 1. talentum pro libra & *marca* promiscue sumitur, & XX. solidos, quot libra & marca, appendere dicitur. Qua porro significatione accipiendum constat apud Greg. Tur.

Tur. lib. 7. Hist. cap. 40. Vspergens. A. DCCCCXXXVII. in Tradit. Fuld. lib. 3. cap. 35. apud Cæsarium Heisterbach. lib. 2. Miracul. cap. 7. in Epist. Adelberti Abbat. Heidenheimensis pag. 356. & in vita B. Mariani Abbatis Ratispon. cap. 4. N. 19. apud Bolandum 9. Febr. At secus de Talenti pretio scribit Chronicon Laurisham. pag. 84. 89. & 95. vbi Talenta 14. & dimidium, marcas 15. tantum confecisse annotatur.

Μιχαηλάτου] Nummi aurei, Michaelis Ducæ Imper. imagine insignes, τοῦ C
προβεβασιλευκότος Μιχαήλ, vt infra ait. *Michaelitas* nuncupat Tyrius lib. 11. cap. 12. *Quærit quæ sit debiti summa, cui responsum est* XXX. *millium Michaelitarum, quod genus Aureorum tunc in publicis commerciis erat celebre, a quodam Imperatore Constantinopolitano, qui eam monetam sua fecerat insignem imagine, Michaele nomine, sic nuncupatum.* & lib. 13. cap. 15. *Dicitur autem summa pro se pactæ pecuniæ fuisse centum mille Michaelitarum, quæ moneta in regionibus illis, in publicis commerciis, & rerum venalium foro principatum tenebat.* *Michalati* dicuntur in Diplomate Rogerij Siciliæ Regis An. MCXXXIII. apud Vghellum in Archiepisc. Brundusinis N. 19. in altero Radulphi Comitis Montiscabiosi & Seuerinæ A. MCV. apud eumdem in Archiep. Acheruntin. N. 1. & Leonem Ost. in Chron. Casin. lib. 3. cap. 57. lib. 4. cap. 17. cuius nuperus editor Angelus a Nuce, & ante eum Brolius haud bene diuinarunt, dum censuere ita nuncupatos, quod D. Michaelis Archangeli effigiem præferrent, eosque esse, aut sane iis persimiles, quos *Angelots* appellamus. Vidi qui *Michaelatum* effictum putarent ab Octauio Strada a Rosberg pag. 355. vbi perperam nescio cui Michaeli Palæologo adscribitur, cum esse Michaelis Ducæ videatur arguere Inscriptio hisce characteribus concepta, ωIXAHL. S. CONSTANT. i. *Michael & Constantinus*, quorum in nummo conspiciuntur effigies, ita vt prior, maior & altior, Michaelem, altera breuior, Constantinum infantem & adolescentulum, quem superstes pater corona donauerat, vt Anna lib. 3. & Zonaras tradunt, repræsentent. In auersa nummi parte Crux visitur gradibus insistens, cum hisce characteribus, VICTORIA AVGGGh. CONOB. Verum quominus hanc amplectar sententiam, prohibent & nummi effigies & characteres, ipsaque auersæ partis Inscriptio, quæ non sunt seculi Michaelis Ducæ. Sed potius Michaeli Theophili & Theodoræ filio adscribendum suadet nummus alter simili conspicuus Inscriptione, quem in Familiis Orientalibus enucleamus. Profert idem Strada pag. 330. nummum alium, in quo tres figuræ stantes, media cæteris altior, cum Stemmatibus Crucigeris, dextra gladio innituntur, cum hisce characteribus; . . . . IOANN . . . CONSTAN. quem quidem nummum, si tamen est genuinus, Michaeli Ducæ, cuius nomen erasum est, adscribendum censuerim; ita vt ab illo cusus sit, postquam Romano Diogene in ordinem acto, Ioannis Ducæ Cæsaris patrui opera Imperij gubernacula rursum adeptus est. Ex quo forte haud ægre a Michaele Ioannes obtinuerit, vt effigies sua in nummis repræsentaretur, vna cum Michaelis & Constantini Porphyrogennetæ Michaelis filij figuris. Sed id meræ coniecturæ est, qua vt plurimum in hisce postremi æui Imperatorum Monetis enucleandis vtendum constat. Vt Michaelis Ducæ nummi *Michaelitæ* appellati sunt, ita Constantini Ducæ Michaelis parentis, *Constantinati* hac ætate nuncupabantur. Horum passim mentio habetur in veteribus Chartis, quæ extant in Chronico Monasterij Beneuentani Sanctæ Sophiæ. Vna Meinardi Arianensis Episcopi A. MLXXX. *Ad partem eiusdem Monasterij pro parte mille solidos Constantinatos componere*, &c. Alia Roberti Guiscardi Ducis Apuliæ A. MLXXV. *Aut si hoc remouere non quæsierimus, octoginta solidos Constantinatos aureos bonos — ad partem eiusdem Ec-*

clesiæ & ad eius Rectores componere obligamus. Occurrit denique in alia Eremberti Comitis A. MXCIX. in eodem Chronico.

C Εφεῖταί μοι παραπέμπειν] Si in feudum, seu beneficium, ab Alexio concessus est Boemundo Ducatus Antiochenus, potuit illum Boemundus ex vsu in eiusmodi feudis recepto transferre, siue in hæredem, siue alium, iisdem possidendum conditionibus, quibus ipsi infeodatio facta est. Sed hæc pugnare videntur cum iis quæ paulo ante habentur, concessum Boemundo vsufructuario iure, post illius obitum ad Imperij ius rediturum. Id constat, in Germania præsertim, hac tempestate feudorum hanc fuisse legem, vt a Principe omnino dependerent: primusque Henricus II. Imperator, vti scribit Geruasius Tilleberiensis in Otiis Imperialibus parte 2. *Legem instituit apud Teutones, vt Militiæ, more Gallorum & Anglorum, successionis iure deuoluerentur ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex Principis gratia.*

Pag. 415. B Τῷ νῷ] Iurabat nempe Boemundus, præstito ad hæcce sacra Christi Passionis λείψανα, quæ tum, vt videtur innuere Anna, aberant, mente illa comprehendens tantum. Asseruabantur quippe Constantinopoli Crucis Dominicæ particulæ variæ, Spinea Corona, Claui, ac Lancea qua Christi perforatum fuit latus: quod satis superque indicat, cum ait, sacramentum sese præstare manibus sacra Dei Euangelia *corporaliter*, vt aiebant, contingentibus, mente vero Passionis Christi comprehendentem mysteria. At vetus Scriptor in Philippo Rege Franc. Tom 4. Hist. Fr. ab Alexio ad id, & consulto, Byzantio allata scribit: *Statuta ergo die qua hæc iuramento corroborarentur, Imperator vrbe regia egressus, venit obuius Boemundo & Ducibus via dierum fere* XV. *Impositis itaque manibus ipse &* XII. *primi suæ ciuitatis sacris pignoribus, Cruci videlicet Dominicæ, cum aliis quæ secum attulerat, astante Ioanne filio eius, iurauit omnia quæ proposita sunt, absque fraude conseruaturum omni quo superstes tempore foret, Boemundo illi se subdente, & fidem promittente, quandiu iurata seruaret.* Nec omnino abnuit Anna lib. 14. pag. 419. quæ sacramentum a Boemundo præstitum ait, τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων προτεθέντων, καὶ τῆς λόγχης, &c. vt & Fulcherius lib. 2. cap. 37. *Jurauit Boemundo Imperator super reliquias pretiosissimas*, &c. Crucem, Coronam Spineam, Clauos, Ferrum Lanceæ, & alia Dominicæ Passionis instrumenta ea tempestate Constantinopoli in Palatio asseruata testatur Willelmus Tyrius lib. 12. cap. 25. & 26. quibus tactis sacramenta præstabantur in rebus maioris ponderis ac momenti. Raimundus de Agiles: *Imperatori iurauimus super Dominicam Crucem, & Spineam Coronam, & super multa alia Sancta.* Vide Gretzer. Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 12. & Ioannem Ferrandum lib. 2. Disquisit. Reliquiariæ, cap. 3. art. 4. quæ quidem sacrosancta λείψανα in Galliam, S. Ludouico regnante, postmodum allata constat. Vide Historiam nostram Gallobyz. lib. 4. N. 11. 12. 13.

D Κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον] Firmata pax Alexium inter & Boemundum in vrbe Diaboli, mense Septembri Indict. 2. ineunte Anno M. iuxta Græcos VIMDCXVII. Christi MCVIII.

Pag. 416. A Παρὰ τοῦ Πάπα] Paschali II. quocum ea tempestate magna erat & Henrico Imperatore simultas. Vide Petrum Diac. lib. 4. cap. 48.

A Σεβαστὸς ὁ Μαρῖνος] Qui supra Μαΐστρομίλιος, & Neapolitanus appellatur.

A Ρογέρης ὁ Τακουτέρτου] Scribendum Τακουπέρτου, vt sit Rogerius Dagoberti, de quo nos quædam ex Alberto Aq. ad pag. 35. *Tagobertum* enim vocat Ratbertus lib. 1. de Orig. Monasterij S. Galli, quem cæteri Scriptores Dagobertum; id etiam nominis ita scriptum in Diplomatibus Dagoberti I. Regis Fr. obseruare est apud Coccium in Dagob. cap. 15. & Henschenium de tribus Dagobertis, quod alias *Tagabreht*, *Tagapreht*, *Tagebret*, *Tagabrhat*, & *Tagapret*,

efferebant veteres Germani, vt est in Catalogo propriorum nominum, quem ex Codice S. Galli descripsit Goldastus.

Ο Γάνζη] An Willelmus *de Gant*, seu de Gandauo, frater Balduini *de* A
Gant, qui Gothofredum in Expeditionem Sacram pergentem comitatus est, vti scribunt Albertus Aq. lib. 2. cap. 2. & 29. & Tyrius lib. 3. cap. 5. De vtroque agit Duchesnius in Hist. Gandau. lib. 3. cap. 3. An vero Gislebertus *de Gant*, quem sub ea tempora memorat Willelmus Gemeticensis lib. 7. cap. 38. nam Gallum fuisse satis constat.

Πριντζίτζας] Qui alias *Principatus*. Vide Not. ad pag. 388. A

Ιοσφρὲ Μαλῆς] Forte *Ioffroy de Mailli*. Tres porro nobilissimas Familias B
hocce cognomine agnoscimus in Gallia, primam in Picardia, alteram in Burgundia, tertiam in Turonibus, vel Andibus.

Γερούλ] Malim Ραούλ, vt sit Humfredus, Radulphi, de quo ad p. 35. filius. B
Porro floruit eo æuo Radulphus de Loretello, frater Guillelmi de Altauilla, qui subscripsit Diplomati Rogerij Siciliæ Comitis An. MXCVIII. pro fundatione Ecclesiæ Scyllacensis apud Vghellum, cuius filius Raimundus viuebat A. MCXVIII. vterque ex eadem familia & stirpe qua cæteri Loretelli Comites, de quibus supra egimus. Rodulphi meminit Malaterra lib. 4. cap. 10. 11. sed malim *Comitem* istum *Raulem* hic intelligi, a quo *Comites de Molisio* originem duxere. Meminit enim Petrus Diaconus lib. 4. Chronic. Casin. cap. 25. sub A. MCIII. *Vgonis Comitis de Molisio, filij Comitis Raulis.*

Κεράλη] De voce Κεράλης consulendi Sigismundus Herbersteinius in Com- B
ment. Rer. Moscouit. pag. 11. & Leunclauius in Pand. Turc. N. 54. Aderant in comitatu & castris Alexij, cum pax ea inita est, Legati Regis Hungariæ, qui συμπένθερος Imperatoris dicitur, quia paulo ante Hungariæ Regis filiam in vxorem duxerat Ioannes Comnenus, Alexij filius primogenitus, vti narrant Zonaras & Cinnamus. Imperabat autem Hungariæ eo anno MCVIII. Rex Calamanus, seu Calomanus, vnde sequeretur Ioannis vxorem, filiam fuisse Calamani, qui regnum adiit An. MXCV. obiitque An. MCXIV. At cum Calamanus Busillam Rogerij Siciliæ Comitis filiam A. tantum MXCVII. vxorem duxerit, vt autor est Malaterra lib. 4. cap. 25. Ioannes vero ante A. MCV. nuptias inierit, sequenti filium procreauerit, non potuit Ioannis vxor ex Calamani coniugio prodiisse, quæ eo, quo primum enixa est partum, anno, vix decennium attigerat. Chronicon Weingartense cap. 10. sororem eiusdem Calamani, Ioannis vxorem facit. Sed potior videtur eorum sententia qui filiam fuisse Ladislai Regis asserunt, in quibus sunt Cinnamus lib. 1. Thwroczius parte 2. cap. 63. Bonfinius Decade 2. lib. 4. & ex iis Pistorius, qui Pyriscam nuncupatam scribunt. Cinnamus vero Irenes nomen tribuit. Sic nempe solebant Græci barbara, vel quæ suo ægre poterant efferre idiomate Augustarum nomina aliis mutare. Fuit autem Ladislaus Belæ Regis, cognomento *Benin*, filius, Geizæ Regis frater, Calamani & Almi Regum patruus, excessitque e viuis A. MXCV. vt est in Chronico Hildeshemensi, & apud Thwroczium: ex quibus perspicuum fit perperam ab Anna Regi Hungariæ, qui tum regnabat, συμπενθέρου Βασιλέως titulum tribui.

Ῥισκάρδου Σινισκάρδου] De Riscardo, aut Ricardo, cuius Legati huic inter- B
fuere fœderi, sæpius animo reuoluenti, nihil sani fere primum subiit quod augurari liceret. Nullus siquidem hac tempestate Princeps ista nomenclatura mihi occurrebat, qui eiusmodi & tantæ fuerit dignitatis, vt Legatos & Apocrisiarios ad Imperatorem mittere potuerit: si tamen Ricardus II. cognomento Iunior, Capuæ Princeps, & Auersæ Comes excipiatur, qui eo æuo, perinde ac cæteri Normannici Principes, supremo iure in ista Italiæ

parte imperitabat. Verum ne protinus coniecturam hanc, seu sententiam amplecterer, non pauca videbantur remorari. Primo enim iure potest in dubium reuocari, idemne sit Ρισκάρδος, ac Ρικάρδος, seu *Ricardus*; cum id nominis Annæ efferatur per Ριντζάρδος, verbi gratia in Ricardo Principatus Comite, qui huic perinde fœderi subscripsit, & in Ricardo Hugonis fratre pag. 393. Deinde quid sibi vellet Siniscardi cognomen, quod a nemine, vt opinor, Scriptore Ricardo Capuano Principi attributum constat, haud plane percipiebam. *Juniorem* appellatum testatur Willelmus Gemeticensis lib. 7. cap. 43. *Secundum* non semel indigitat Petrus Diaconus, ipseque Ricardus in Diplomate, quod descripsit Vghellus in Episcopis Puteolan. ita se inscribit: *Nos Secundus Ricardus Capuanus Princeps, proles bonæ memoriæ D. Iordani magnifici Principis.* Sed error irrepsit in annum, qui perperam fuisse MCXXXV. annotatur. At Siniscardi appellatio Ricardo Capuano attributa non legitur. Non minimum præterea scrupulum mouebat Ricardi obitus, quem in mensem Ianuarium anni MCVI. quidam ex Scriptoribus coniiciunt, proindeque multo ante hoc pactum fœdus. Denique cum Basilios, Constantinos, Nobilissimos, Eunuchos, & Notarios hic commemoret Anna, nemo erit qui prima fronte istiusmodi nomina & dignitates Græcum Principem sapere non statim profiteatur. Hæc etsi haud leuioris viderentur momenti, ne Ricardum Capuanum Principem intellexisse Annam existimarem, ab hac tamen sententia non omnino demouebant præallata. Nam vt priorem soluam nodum, constat Ριτζάρδος, & Ρικάρδος idem esse; quippe Ricardus Principatus Comes priore, hic, altera appellatione donatur ab Anna pag. 388. quæ prima Gallicum *Richard*, altera Italicum *Ricardo* extulit. Iam vero quod Ρισκάρδου, scribitur, procliuis Librariorum lapsus ex vnius additione elementi coniici potest, vt & in voce Σινισκάρδου; nam legendum Σινισκάρδος censebam, vt Siniscardus ille nobilis Italus, quo cognomine occurrit alter in Historia nostra Gallo-Byzantina lib. 8. N. 23. primus fuerit ex Ricardi Legatis. De anno demum quo excessit Ricardus haud bene constat. Serius enim quam A. MCVI. mortuum par est credere, cum A. tantum MCVIII. sub mensem Iunium, Robertus, fratre demum improle extincto, vniuersam illius ditionem occuparit, & suo iuri addixerit, vt est in Chronico Ceccanensi. Quo quidem anno, quo fœdus istud Alexium inter & Boemundum initum est, potuerunt Ricardi, recens demortui, Legati adhuc apud Alexium morari. Iam vero quod spectat ad Græcanicas appellationes & dignitates Ricardi Legatis attributas, nemo nescit non Apuliam modo & Calabriam, haud multo ante Alexij tempora, Græcis paruisse, sed & a Longobardis & Normannis posthæc expugnatas seruasse in plerisque Græcum idioma, in dignitatibus præsertim & Palatinis officiis, quod longe postea sub Germanicis & Andegauensibus Principibus obtinuit, vt in Logothetis, Stratigotis, Catapanis, Protonotariis, Sebastis, Spathariis, Nobilissimis, Protonobilissimis, Dishypatis, & aliis eiusmodi Dignitatibus, vt videre est apud Vghellum Tom. 7. Italiæ Sacræ pag. 411. 412. 559. 977. 1071. &c. Denique de Eunuchis ita Melchior Incoferus in Dissertatione de Eunuchismo ad Allatium: *Ethnicum fuit iuuentutem euirare, fluxit hæc Secta ab Assyriis ad Persas, a Persis ad Græcos, ab his demum ad Latinos, hodieque late in Europa viget: tametsi apud Septemtrionales haud dum obtinuerit, turpe existimantes nisi bruta castrare.* Hæc etsi primo intuitu haud improbabilis videretur sententia, non omnino tamen arridebat, cum Siniscardi cognomen vnico contextu, nullaque præuia virgula, Ricardo tribuatur apud Annam, ita vt vnus idemque fuerit Ricardus & Siniscardus.

Cum igitur anceps animi, dubiuſque hærerem, commode occurrit *Ricardus Seneſcallus*, qui eo æuo floruit, maximæque fuit autoritatis inter Normannicos Apuliæ Principes, quos proxima attingebat affinitate, adeo vt inter Siniſcardum & Seneſcallum, vel Seneſcalcum, nullum eſſe diſcrimen exiſtimari poſſe confidam. Fuit porro Ricardus iſte Drogonis Comitis filius, proindeque Guiſcardi Ducis Apuliæ, & Rogerij Siciliæ Comitis ex fratre nepos. Drogo vero Ricardi pater Ducatum Apuliæ obtinuerat poſt exceſſum Guillelmi Ferrebrachij fratris primogeniti, vt eſt apud Guillelm. Apul. lib. 2. pag. 11. 13. Malaterram lib. 1. cap. 12. 13. Ordericum lib. 3. pag. 472. Leonem Oſt. lib. 2. cap. 68. 73. 81. lib. 3. cap. 15. & Guillelmum Gemeticenſ. lib. 2. cap. 30. Vnde in Charta A. MLV. pro Monaſterio Venuſino S. Trinitatis: *Dux & Magiſter Italiæ, Comeſque Normannorum totius Apuliæ atque Calabriæ* inſcribitur; in ſubſcriptione vero *Vir Imperialis* nuncupatur, propter ſupremam dominationis, qua pollebat, autoritatem. Occurrit igitur primo Ricardus Seneſcallus in Tabulis A. MC. Indict. X. apud Vghellum in Anglonenſibus Epiſc. in quibus *Albenda* illius vxor, & *Robertus* filius ſubſcribunt. Proſtat apud eumdem Vghell. in Epiſcopis Neocaſtr. Diploma ipſius Ricardi, in quo *Comitis Drogonis filium, atque Roberti Guiſcardi Calabriæ & Apuliæ & Siciliæ Ducis, atque filij eius Rogerij & ipſius hæredis Dapiferum* ſeſe inſcribit, & Guiſcardum Ducem & Rogerium Comitem patruos vocat. Ex quibus patet vnde Seneſcalli ei dignitas, quæ ſuprema ſemper fuit apud Reges & Principes, acceſſerit, nempe ex conceſſione Roberti patrui. In alio Diplomate An. MCVIII. Indict. VII. apud Vghellum in Archiepiſcopis Barenſibus, *Ricardus Seneſcalcus filius bonæ memoriæ Domini Drogonis magnifici Comitis* dicitur, in quo etiam mentio fit *Altrudæ* vxoris, & *Dominæ Roccæ* ſororis Ricardi, & Domini Alexandri ſtrenui Militis filij eiuſdem Roccæ. Nec ſcio an *Altruda* eadem ſit cum *Albenda*, quæ Ricardi vxor fuiſſe dicitur in Charta laudata A. MC. Idem in alia Guillelmi Ducis Apuliæ, Rogerij Ducis filij, A. MCXIII. pro Eccleſia Cuſentina, apud eumdem Vghellum, ita ſubſcribit: *Ego Richardus Seneſcalcus me ſubſcripſi.* Iam vero cum magnæ adeo fuerit dignitatis Ricardus, ſeu forte ob eas quas poſſidebat ex paterna hæreditate ciuitates, quemadmodum cæteri Normannici Proceres, ſeu ob natalium ſplendorem, vt qui ſupremi Normannorum Ducis filius, & Boemundi ipſius, Rogeriique Ducis patruelis eſſet, nihil ſane videtur obſtare, quominus Legatos ſuos ad Alexium mittere potuerit, eaque tempeſtate ſimultatem cum ipſo Boemundo exercere, adeo vt Alexij partes amplexatus fuerit iis in bellis Dalmaticis; præſertim cum Rogerij Ducis Apuliæ vaſſallus & cliens eſſet, quocum & Boemundo ob paternam hæreditatem non minima intercedebat controuerſia, vti narrant Malaterra, Willelmus Apul. Malmeſburienſis, Vitalis, & alij. Quod vero ſpectat ad nomina appellatiua Græco more efformata, nemo ignorat in ea Italiæ parte, quam Magnam Græciam vocabant, non modo iſta, ſed etiam hac ipſa qua viuimus ætate, linguam Græcam vt plurimum viguiſſe, etiamque hodie vigere; ita vt pleraque Ducum Apuliæ, Comitum & Regum Siciliæ Diplomata eo idiomate conſcripta in Eccleſiarum & Monaſteriorum Tabulariis paſſim reperiantur. Denique coniecturam noſtram non minimum firmant, tum Ῥισκαρδου nomen, quo Ricardi, vel Richardi appellatio exprimitur, tum illud Σινισκαρδου, quo Seneſcalli, vel Seneſcalci, (varie enim ea vox in laudatis Chartis ſcripta reperitur) dignitas; quin & forte Codex Annæus Σινισκάλδου, aut Σινισκάλλου prætulit. Sed omnem ſcrupulum, aut dubitationem adimit ipſum de quo egimus Diploma ipſius Ricardi An. MCVIII.

Indict. I. mens. April. quod subscribitur a *Basilio Imperiali Protonobilissimo*, qui ille idem est qui hoc ipsomet anno fœderi, quod Alexium inter & Boemundum mense Septembri Indict. 2. ineunte initum est, interfuit, tamquam Legatus Ricardi. Nec est quod quis opponat Græca nomina & dignitates Græcanicas, quibus apud Annam donantur Ricardi Legati, cum ea tempestate & Neapolitani Duces, & aliquot alij Apuliæ Proceres Imperatorem Constantinopolitanum vt Dominum agnoscerent, prætereaque Augusti Byzantini in eiusmodi honorariis appellationibus concedendis haud parci fuerint, præsertim erga Italos, in quibus sibi conciliandis, & in suas partes alliciendis operam suam semper collocarunt, cum recuperandæ Italiæ spem numquam abiecerint. Memoratur denique Ricardus iste Senescallus in Diplomate A. MCXXV. apud Vghellum Tom. 7. pag. 116. & alio A. MCXXXV. Tom. 9. pag. 205.

IN LIBRVM XIV. ALEXIADIS NOTÆ.

Pag. 419. B XPHMATA λαβὼν ἱκανὰ] Albertus Aq. lib. 10. cap. 44. de Boemundo: *Et sic Imperatori in magnitudine & pondere ineffabili auri & argenti & ostri pretiosi reconciliatus est.*

C Ἐξ μηνῶν] Boemundus, icto fœdere cum Alexio, in Apuliam reuersus, dimissaque Peregrinorum turba, quæ ex voto tenebatur iter Hierosolymitanum adimplere, ipse domi familiaribus adhuc curis detentus remansit. Æstate vero sequente, præparatis iam ex parte ad iter necessariis, & congregato nauigio, dum ad iter accingeretur, copiis vndecumque conuocatis, valida correptus ægritudine, in fata concessit. Hæc Tyrius lib. 11. cap. 6. qui Annæ concinit, tradenti, sexto post solutam Dyrrachij obsidionem mense excessisse Boemundum, proindeque Anno MCIX. nam pax icta cum Alexio mense Septembri A. MCVIII. At Albertus Aq. lib. 11. cap. 48. mortuum scribit Boemundum apud Barim ciuitatem, & ad B. Nicolai Ædem sepultum, *eo tempore quo Henricus V. Rex, Imperator IV. Romæ plurimos sibi resistentes hostili impetu in ore gladij crudeliter edomuit.* Qua tempestate Rogerium Apuliæ Ducem & Boemundum fratres defunctos autor est etiam Petrus Diaconus lib. 4. cap. 42. Henrici vero Expeditionem Italicam ad An. MCX. & MCXI. referunt Scriptores. Certe Boemundi mortem sub A. MCX. ponit Mathæus Paris; in Indictionem 4. An. MCXI. reiiciunt Chronicon Ceccanense, Chron. Malleacense, & Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 824. Sed errat Ordericus, cum Antiochiæ obiisse scribit. Nec dissentit Falco Beneuentanus, qui extinctum tradit mense Februario A. Chr. MCX. Indict. 4. quæ cadit in annum sequentem. Vnde, vt recte obseruat Camillus Peregrinus, Falconi mensis Februarius anni MCX. est vltimus eiusdem anni, cum solenne sit eidem Scriptori annos Christi a mense Martio auspicari. Anonymus denique Barensis ad mensem Martium anni MCXI. Boemundi obitum refert, cui astipulantur Emortualia Monasterij Casinensis, a Caracciolo edita. Guibertus lib. 7. cap. 34. & Willelmus Malmesbur. lib. 4. Hist. Angl. pag. 151. veneno occubuisse narrant. Denique Canusiæ in Apulia, in Ecclesia S. Sabini sepultum asserunt alij, ad cuius sepulchrum leguntur etiamnum Inscriptiones, seu Epitaphia aliquot, quæ extant apud Baronium A. MCXI.

C Διαθέμενος] Sequitur in Editione Hœschel. καὶ ἀπὸ Διαβόλεως ἀναστὰς (ἐκεῖ γὰρ ἐσκήνου, ὅτε τὰς μετὰ τοῦ Βαϊμουνδου συμφωνίας πεποίηκε) τὴν πρὸς τὸ Βυζάντιον, &c.

Ἀσπώ] Cuius meminit pag. 318. Vide Notas. Pag. 421. A

Κερβιάνου] Regio, vt videtur, Thracensi Themati (in quo erat Smyrna, D
vt est apud Porphyrogennetam) vicina, *Celbianum* dicta Paulo Diac. lib. 22. Hist. Misc. Nicetæ in Isaac. lib. 1. N. 4. & Acropolitæ pag. 398. Edit. Geneu. Vide Leuncl. N. 39.

Νυμφαῖον] Lydiæ vrbs Nicephoro Gregoræ lib. 3. & 6. Acropolitæ, Ducæ D
cap. 21. Waddingo A. MCCXXXIII. N. 13. Vide Leuncl. N. 153.

Χλίαρα] Vrbs nota Nicetæ in Man. Acropolitæ, Ducæ, &c. D

Ἐξέπεμψεν] Meminit istius Legationis Albertus Aq. lib. 12. cap. 7. 8. Pag. 424. C

Δοῦκα Κύπρου] Quem circa ea tempora, aut sane statim post Tancredi C
mortem, factione suorum interemptum tradit Ordericus lib. 11.

Πλεκτεδώνου] Bertrannum, seu Bertrandum, Comitem Tripolitanum, D
Raimundi Sanctægidiani Comitis filium nothum, vti habent Guibertus & Malmesburiensis, qui paulo ante Tripolim adiuuantibus Genuensibus & Balduino Rege expugnarat; & priusquam in Palæstinam perueniret, Alexio Constantinopoli fidei sacramentum præstiterat, vti habent Albertus Aqu. lib. 11. cap. 3. 4. & seq. Fulcherius lib. 2. cap. 38. Tyrius lib. 11. cap. 3. & seq. Hist. Hieros. A MCVIII. & Willel. Malmesburiensis lib. 4.

Ἐπισκοπείῳ] Ἐπισκοπὴ non est Arx, sed Palatium Episcopale; Ἐπισκοπεῖον Pag. 425. C
Theophani An. VIII. Constantij; *Episcopium* Leoni Ost. lib. 2. cap. 29. 51. lib. 3. cap. 22. Orderico lib. 5. pag. 551. & aliis, *Domus Ecclesiæ*, Cypriano & Messiano in vita S. Hilarij, & Gregorio Turon. lib. 1. Hist. cap. 39. lib. 2. cap. 18. *Domus Ecclesiastica*, eidem Gregorio lib. 1. de Mirac. cap. 32. de Glor. Confess. cap. 28. 80. *Domus Episcopi*, D. Augustino de vita Cleric. Serm. 2. Erant autem vt plurimum Episcopia iuxta Cathedrales Ecclesias; Concil. Carthag. IV. Can. 14. *Ut Episcopus non longe ab Ecclesia hospitiolum habeat.* Est etiam Ἐπισκοπὴ, *Episcopatus*, in Cod. Canon. Afric. can. 124.

Σιμοῶντον] Fuit is Simon, quem Anna Balduini Regis ἐξάδελφον fuisse ait, D
idem qui *filius Ducis* Tyrio nuncupatur lib. 11. cap. 12. quique in Comitatu Balduini erat hac ipsa tempestate, anno scilicet MCXI. Ideo vero Ducis filius dicitur, quod (si bene auguror) filius esset Henrici Limburgensis Ducis inferioris Lotharingiæ, qui Iuntham Friderici Comitis Luxemburgensis filiam, Balduini consobrinam, vxorem duxerat. Constat enim ex Sigeberto A. MCVII. plures liberos procreasse Henricum, tametsi vnicum Walerannum nominent Scriptores. Totam hanc cognationem exhibebit subiectum Stemma.

EVSTACHIVS Comes Boloniæ.

Eustachius II. Comes Boloniæ. | *Lambertus.* | *Gotofredus Episcopus Parisiensis.* | *Gerberga vxor Frederici Comitis Luxemburg. Ducis Lotharingiæ.*

(ex Eustachio II.:) *Gotofredus Dux Lotharingiæ.* | *Balduinus I. Rex Hieros.* | *Eustachius Comes Boloniæ.*

(ex Gerberga:) *Iuntha vxor Henrici Ducis Limburgensis & Lotharingiæ.*

(ex Iuntha:) *Walerannus Dux Limburgensis.* | *Simon Ducis filius nuncupatus.*

Floruit etiam eo ipsomet æuo Simon alter, filius Theoderici Ducis Lotharingiæ Superioris, filij Geraldi Alsatij, ex Gertrude filia Roberti Flandren-

ſis; qui quidem Simon patri A. MCXV. mortuo ſucceſſit, ita vt *Ducis filius* dici potuerit A. MCXI. quo nondum Ducatum adeptus erat. Vide Galbertum in vita S. Caroli Comit. Flandrenſ. cap. 15. N. 109. & Vignerium in Originib. Alſat. pag. 112. & ſeq.

Pag. 426. A Τύρον] De obſeſſa Tyro A. MCXI. machinis noſtrorum incenſis, & hoſtium arte conflagratis, de ſoluta denique obſidione, multis agunt Albertus Aq. lib. 12. cap. 1. &c. Fulcherius lib. 2. cap. 44. & Tyrius lib. 11. cap. 17. Vide etiam Chron. Orientale.

A Ὑποδεξάμενος] Albertus Aq. lib. 12. cap. 7.

Pag. 427. B Ἄκε] Quæ veteribus Ἄκη, vt autor eſt Strabo, deinde *Acon* & *Ptolemais* dicta. Fulcherius lib. 1. cap. 17. *Poſt has tranſierunt Ptolemaidem, prius Acon dictam, quam quidam erranter ſolebant Accaron legere, quod nos etiam faciebamus, cum primitus terram Palæſtinorum intrauimus. Sed Accaron vrbs eſt Philiſtæa, inter Azotum & Lamniam, prope Aſcalonem. Acon vero, id eſt, Ptolemaida, ab Auſtro habet Carmeli montem.* Sane *Accaron*, & *Acra* dicitur Alberto Aq. lib. 5. cap. 41. lib. 9. cap. 30. *Achon*, Tyrio lib. 10. cap. 26. vbi de eius conditore nonnulla commemorat: *Acca*, Alderiſio 5. part. Clim. 3. Ἄκη Ptolemæo, vt obſeruauit Scaliger, Suidæ & Nicetæ in Iſaacio lib. 3. N. 8. Porro Balduinum ſoluta Tyri obſidione Aconem ſe recepiſſe tradunt etiam Albertus Aqu. lib. 12. cap. 7. & Fulcherius lib. 2. cap. 44.

B Ἀπέλυσεν] Albertus loco citato: *Legati vero Regis Græcorum benigne commendati, doniſque magnificis ampliati, Conſtantinopolim remiſſi ſunt.*

Pag. 428. A Ἀγίαν πόλιν] Albertus loco laudato.

B Ἰατζουλίνῳ] Ioſcelino *de Courtenay*, qui citra Euphratem ſua habebat præſidia, inquit Tyrius lib. 11. cap. 8. & poſtmodum Geruaſio de Baſilica, ſeu *de Bazoches*, in Principatum Tabariæ, ſeu Tiberiadis, demum Balduino Regiteſtenſi, Regi Hieroſolymitano effecto, in Comitatum Edeſſenum ſucceſſit. Vide Familias noſtras Hieroſol.

B Πλεκτεδώνῳ] Exceſſit igitur e viuis Bertrandus Comes Tripolitanus eo anno, quo ſoluta Tyri obſidio, MCXII.

B Ὁ δὲ υἱός] Pontius Comes Tripolitanus, Bertrandi ex nepte Mathildis Comitiſſæ, vt eſt apud Malmeſburienſem, ſeu vt Ordericus, ex Aleide filia Odonis I. Burgundiæ Ducis filius. Vide Familias Hieroſol.

D Εἰς σώαν πίστιν] Annales Franc. A. DCCLXXXVIII. *Et cœperunt fideliores Baiwariorum dicere, quod Taſſilo fidem ſuam ſaluam non haberet.* i. quod fidem, quam Carolo profeſſus erat, integram non ſeruaret, ſeu, vt habet Chronicon Reicherſpergenſe, *quod fidem promiſſam violaſſet.* Id porro a Pontio expetitum, vt quam Bertrannus parens Alexio fidem præſtiterat, ſaluam & inlæſam ſeruaret. Ita fidei ſaluæ, *fides mentita* opponitur; nam *fidem mentiri*, vel etiam *mentiri* ſimpliciter dicebantur, *qui poſt præſtitum ſacramentum* in Dominum inſurgebant, vt eſt in Epiſt. Lud. I. Tom. 3. Hiſt. Franc. pag. 891.

Pag. 429. A Καὶ αὐτῆς Ἀραβίας] Equos Arabicos commendant Nicetas in Ioan. in Man. lib. 1. N. 1. lib. 3. N. 3. lib 6. N. 4. in Iſaacio lib. 1. N. 6. in Alexio lib. 1. N. 2. Zonaras in Romano Diogene, Ducas cap. 16. 29. & 33. Theodorus Prodrom. Carm. εἰς πρόνοιαν, & εἰς Βαρέα, Ioannes Leo in Deſcr. Afric. lib. 9. Poeta Vernac. *Le Roman de Garin:*

Hue s'en retorna ſur le roux Arabi.

Et alibi:

Bien fu armé, s'ot le rox Arabi.

Equos Arabicos φάρας & φαρίους vulgo appellant Scriptores, a voce *Faras*, quæ Arabibus *Equum generoſum* ſonat. Achmes cap. 233. ἵππος ὁ φάρας ὁ εὐγενής.

θηλής. Ita rursum cap. 152. & 159. φάρας Αραβικὸς apud Nicetam in Isaac. lib. 1. Leo Imper. in Tacticis cap. 18. §. 137. ait Saracenorum equos φαρίους appellari. *Equos Farios* non semel commendat Raimundus de Agiles, & Saracenis fuisse proprios autor est: *Assumptis omnibus pecuniis suis Cæsaream & Camelam adibant, vt ibi equos Farios mercarentur.* Infra: *Cœperunt ostendere illi de parte Comitis equos Farios, & diuitias suas.* Eadem pag. *Qui cum accepisset a Comite Raimundo 5000. solid. & duos equos Farios optimos*, &c. Non desunt qui Arabes vocem hanc accepisse a Græcis censent, quibus φορὰς est equa. Gloss. Gr. Lat. φορὰς, ἡ θήλεια ἵππος, *equa*. Verum putant alij ita nostros appellasse equos integros, *admissarios*, quos Germani *Waran*, vt autor est Goldastus, nuncupant, Hispani, Occitani, & Prouinciales *Guaragnons*, qui iidem sunt quos Lex Salica tit. 4. §. 2. & 4. *Waranjones* vocat, voce forte ab Arabica *Faras* deducta. Denique non multum abludit vox Cambrobritannica *Farch*, equus, vnde *Cadfarch*, equus bellicus, vt est apud Marcum Zuerium Buxhornium in Originibus Gallicis. Hinc a Francis nostris *Equos Ferrandos*, Arabicos nuncupatos fuisse, voce efficta a *Faras*, probabile est. Lambertus Ardensis: *Optimum equum Ferrandum liberaliter obtulit. Cheual Ferrant*, in Testamento Balduini Comitis Guinensis A. MCCXLIV. apud Duchesnium. *Le Roman de Garin:*

Emmi la place li ont Ferrant forsmis.

Idem:

Prenés vos garde de moi & de ma gent,
Ne tendés mie as cheuaus, as Ferrans,
A belle robe, a or, ne a argent.

Eidem Poetæ dicuntur interdum isti equi *Auferrans:*

Mult par fu liés, quand vint a l'auferrand.

Alio loco:

En destre menent les auferrans de pris.

Rursum:

Et enseller maint auferrant coursier.

Hinc denique equos omnes, etiam indigenas, qui Arabicorum colorem haberent, *Ferrandos* vocarunt nostri. Rigordus An. MCCXV. de Ferrando Flandrensi Comite in prælio Bouinensi capto, & Lutetiam adducto: *Nec verecumdabantur illudere ei rustici, vetulæ, & pueri, nacta occasione ab æquiuocatione nominis, quia nomen eius tam equo, quam homini æquiuocum erat: & casu mirabili duo equi eius coloris, qui hoc nomen equis imponit, ipsum in lectica vehebant.* Albericus: *Accidit etiam casu mirabili, quod equi lecticam Fernandi trahentes, essent coloris ferrandini.* Willelmus Guiart:

Ferrant portent dui auferrant,
Qui tous deus sont de poil ferrant.

Infra:

Li auferrant de fer ferré,
Emportent Ferrant enferré.

Cuiusmodi autem fuerit color ille equorum Arabicorum, qui *Ferrandinus* dicitur Alberico, docet Historia Francorum MS. ex Bibl. Memmiana in Philipp. Aug. *Nul ne porroit dire, ne deuiser la grant joie que ceus de Paris firent au Roy Phelippe leur Seigneur, aprés cele victoire, lequel emmenoit Ferrant aueucques lui en vne litiere, que portoient deus cheuaus pommelés. Si crioit le peuple, quand Ferrant passoit, par maniere de gaber & moquer, que deus Ferrans portoient Ferrant, mais Ferrant estoit enferrez.* Vide Iulium Scaligerum Exercit. 206. in Cardanum, & Menagium de Ling. Franc..

C Θρακησίου] Thraceſij Thematis, quod Lydiam, Cariam, Ioniam, & aliquot alias Prouincias complectebatur. Conſtantin. de Themat. lib. 1. & in Baſilio cap. 15. & 16.

D Μαδύτου] Oppidum in Cherſoneſo Thraciæ, hodie *Maïtos*, teſte Leunclauio N. 24. Nec procul aberant τὰ Κοῖλα, portus memoratus Nicetæ in Man. lib. 5. cap. 4.

Pag. 432. A Μουσουλμάνων] Vim vocis prodit Leunclauius in Pand. N. 22. & 59.

Pag. 433. C Καθ' ὃν καιρὸν] Vide Notas ad Villhard. N. 39.

Pag. 434. B Δεύτερα] His duabus, Ποδαλγίας, ſeu Podagræ Alexij parentis cauſis, tertiam addere poterat Anna, quam Nicephorus Calliſt. lib. 18. cap. 40. refert, Conſtantinopolim nempe incolentes hac maxime vexari ſolitos: ἧς γὰρ τῆς νόσου ὀδυνία καθέστηκε δυστυχὴς τοῖς τὸ Βασίλειον ἄστυ κατοικοῦσι διαπαντός. Quod de Alexandria & Caria Cœlius Aurelianus Sicciensis lib. 5. Tardar. Paſſionum cap. 2. de Athenienſi vero tractu, ſcripſit Lucretius lib. 7.

Attide tentantur greſſus, oculique in Achæis
Finibus.

Pag. 435 C Τὴν γλῶσσαν ἀσύμμετροι] Anna lib. 10. pag. 294. τεθορυβημένου δὲ τοῦ καιροῦ διὰ τὸ φύσει λάλον τε καὶ μακρηγορώτατον τῶν Λατίνων. Mathæus Weſtmon. A. MCCXXXIX. Francos, vt *impetuoſos & magniloquos* perſtringit. Britonum Armoricanorum garrulitatem ſugillat Glaber Rad. lib. 2. cap. 3. Normannorum Mathæus Paris A. MCXCVII. & Willelmus Brito lib. 5. Philipp. Prouinciales etiam hoc nomine carpit Guibertus lib. 2. cap. 18. vbi de Raimundo Sanctægidiano: *Erat autem præfatis noſtris Principibus ætate maturior, & exercitus, niſi quantum ad garrulos hominum Prouincialium mores ſpectat, nulli inferior.* Horum mores graphice etiam deſcripſit & expreſſit Geruaſius Tilleberienſis lib. 2. Otiorum Imper. *Eſt enim Gens quam Prouincialem appellamus, conſilio perſpicax, promiſſis fallax, opere cum vult efficax, ſine armorum pondere bellicoſa, pro ſua paupertate in cibando larga, in nocendo inſidioſa, inter probra taciturna, cum locus aut tempus ſuppetit malefecta memorat, bello nauali circumſpecta, & victorioſa, caloris patiens ac frigoris, famis, ac ſaturitatis, Gens in ſubſtantia tenuis, quia vult, & abundantia pacis affluens quando vult. Si Dominum continuum haberet quem timeret, nulla gens citius frangeretur ad bonum, nec vlla, quia non eſt a quo regatur, ad malum.*

Pag. 438. B Τῶν μεσαζόντων] Dicuntur μεσάζοντες, qui rebus gerendis in Palatio præſunt, ſeu quibus veluti ſequeſtris Principes res ſuas peragunt, *Miniſtri aulæ*, Mamertino in Paneg. *Rerum Miniſtri* Manilio lib. 5. nuncupati. Nicetas in Man. lib. 1. N. 3. ἐφρόντιζε δὲ ὁ Βασιλεὺς καὶ εἰς τὰ τῶν δημοσίων πράγματα καταστῆσαι μεσάζοντας. Et infra: μελεδωνὸν δὲ μεσάζοντα τῶν οἰκείων ὑποθέσεων. Cantacuzenus lib. 3. cap. 15. τὴν μὲν τοῦ μεσάζειν ὑπηρεσίαν ἐνεχειρίσθη. Vnde frequentes adeſſe Palatio ex officij debito neceſſe habebant. Idem Cantacuzenus lib. 4. cap. 39. παρόντος δὲ καὶ Κυδώνη, ὃς ἔνδον βασιλείων διέτριβεν ἀεὶ, οὐ μόνον διὰ τὴν εὐμένειαν, ἣν πολλὴν παρὰ Βασιλέως ἐκαρποῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς πράγμασι μεσάζων, ἀνάγκην εἶχεν ἀεὶ συνεῖναι Βασιλεῖ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, &c. Eiuſmodi Μεσαζόντων meminit etiam Pachymeres lib. 5. cap. 6. Summus vero rerum Miniſter Μέγας Μεσάζων dicebatur, cuius proinde dignitas in Palatio ſumma, cui Ducas cap. 21. 22. & 28. Veſiriorum Turcicorum dignitatem æquiparat. *Mediatores* dicuntur S. Cypriano, ſeu Autori de Cardinalibus operibus Chriſti, in Prologo: *Vnde hæc ſitis diuitiarum miſeris pectoribus aſſidet, & ambitionis ſalſugo bibulum animum occupat, vt per fas & nefas ad loca ſuperiora, etiam de latebris eremi, nonnulli ſe ingerant: & de omni gradu vbi aliquis aditus patet anheli prodeant, diſcurrant ad Iudices, blandiantur mediatoribus, conducant auxiliarios, & modis omnibus elaborent, vt ſedeant cum Principibus.* Μεσίται, Pachymeri lib. 6. cap. 26.

lib. 9. cap. 8. iidem qui *Mediatores* hoc loco. Vide eumdem lib. 4. cap. 3.

φρυάγμων ὀργίλων] Nicetas in Andronico lib. 1. de Latinis, seu Normanno-Siculis: μόνῳ οἱ τοῦ γένους τούτου τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι οἴδασι, καὶ οἷς οὕτως ἐπιτάσει ὀργίλως ἐπεναδιδόναι πεφύκασι. Tudebodus lib. 1. *Franci pleni erant inuidia & tumida superbia.* Tyrius lib. 16. cap. 23. *Francorum fastus non ferens.* Ordericus lib. 9. *Superbi Francigenæ.* Abbo lib. 2. de Obsid. Paris.

Quippe supercilium, veneris quoque fœda voluptas,
Ac vestis pretiosæ elatio te tibi tollunt.

Mathæus Westmon. An. MCCLXXII. *Galli igitur, qui nunquam indignatione & iactantia caruerunt, quorum superbia ad exterminium perueniet,* &c.

Λόγον] Locus, ni fallor, luxatus. Quid enim est Alexium Nicæam contra Turcos profectum esse, & cum iis bellum initurum τῇ δεξιᾷ χειρὶ λόγον κατέχοντα. Nam quod vult eruditus Interpres Alexium currus, quo vehebatur, habenas dextra moderatum, nec est simile vero, neque ex Annæ verbis elici potest. An igitur reponenda ea verba, quæ habet lib. 7. pag. 196. τῇ δὲ δεξιᾷ χειρὶ τὸ τοῦ λόγου μητρὸς τὸ ὠμόφορον σημάδιον aut εἰκόνα, κατέχων; vt sensus sit, Alexium in Expeditionem illam profectum, dextra tenentem Deiparæ humerale, vel imaginem; quo casu, ὠμόφορον Deiparæ in priore contra Scythas prælio deperditum haud fuerit. Sed an probabilis sit coniectura, aliis diiudicandum relinquo. Pag. 438. C

Αἰγύαλλος] Locus in Bithyniæ ora, qui Αἴγυλος Zonaræ in Michaele Theophili F. pag. 131. & Scylitzæ pag. 552. D

Καμύτζου] De hac Eustathij Camytzæ clade agit Zonaras. Pag. 440. A

Μελαγγίνων] Oppidum ad Olympum montem (qui Mysiæ cognominatur a Ptolemæo, & Constantino lib. 1. de Themat.) olim Μελάγγια, æuo recentiori Μαλάγινα nuncupatum, vt est apud Zonaram in Michaele, seu Μαλάγινα, vt est in VII. Synodo Oecumenica pag. 475. Edit. 1618. Occurrit prior appellatio apud Theophanem A. 1. Nicephori General. Nicetam in Man. lib. 1. N. 2. lib. 3. N. 2. in Alexio. lib. 1. N. 3. & Pachymerem lib. 2. cap. 8. Posterior apud Annam lib. 15. Landulfum Sagac. lib. 23. & 24. apud quem male editum *Malagma*, pro *Malagna*. Montem fuisse opinatur vir magnus, at Nicetas diserte oppidum vocat. Pag. 441. A

Πύλαις] Portam Magni Palatij, de qua Tyrius lib. 20. cap. 25. Pag. 443. C

Ἀριστήριον] Recte coniectat doctus Interpres Ἀριστήριον esse eam Magni Palatij Exedram, in qua epulabatur Imperator, quam in celsiore Palatij parte extitisse innuit, Bucoleontis appellatione donata, vti obseruatum supra. *Pransorium* dicunt Latini, si Ioanni de Ianua fides: *Pransorium, Domus, vel locus vbi prandetur.* Ita Δειπνιστήριον, *Cœnaculum* vertit vetus Glossarium. In Originibus CP. a Combefisio editis: ἀπετμήθη εἰς ἐν τῶν σκαλίων τοῦ αὐτοῦ φόρου, ἔνθα τὰ ἄριστα τὰ δημόσια ὑπῆρχεν, *quo loco prius prandia erant*, id est, locus in quo publicæ plebi præbebantur epulæ. Nec, opinor, alij fuit vsui locus in circo Πρανδιάρεα dictus in Chron. Alexandrino A. XII. Arcad. quod ibi nempe publica agerentur conuiuia & *Prandia*. *Delphicum*, hanc Palatij Exedram, proprio & genuino vocabulo, nuncupabant Græci, a voce *Delphica*, quæ abacum, seu mensam significat, in qua reponebantur vasa & pocula, de qua Cujacius lib. 10. Obseruat. cap. 13. & Turnebus lib. 27. Aduersar. cap. 15. Id diserte docemur a Procopio lib. 1. de Bello Vandal. τότε δὲ Βελισάριος ἐπεὶ ὁ καιρὸς εἰς τοῦτο ἧκε, ἄριστον σφίσιν ἐκέλευε φέρεσθαι, οὗ δὴ Γελίμερ τοῖς τῶν Βανδίλων ἡγουμένοις θοίνην εἰώθει. Δέλφικα τὸν τόπον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, οὐ τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ, ἀλλὰ κατὰ τὸ παλαιὸν ἑλληνίζοντες. ἐν Παλατίῳ γὰρ ἐπὶ Ῥώμης ἔνθα ξυνέβαινε στιβάδας τῶν βασιλέων εἶναι, τρίπους ἐκ παλαιοῦ εἱστήκει, ἐφ᾽ οὗ δὴ τὰς κύλικας οἱ βασιλέως οἰνοχόοι

ἐτέθειτο. Δέλφικα δὲ τὸν τρίποδα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ ἐν Δελφοῖς ἔκειτο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ ὅπη Βασιλέως ἐπὶ στιβάδα ξυμβαίνῃ, Δέλφικα καλοῦσι τοῦτο τὸ οἴκημα. Hinc lumen accipit Victor Tunnensis in Chron. *Vitalianus Constantinopoli intra Palatium, loco quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Iustiniani Patricij factione dicitur interfectus fuisse.*

Pag. 447. A Τείπου] Inde patet Annam ad Manuelis Augusti tempora, viro superstitem, exacto ad minimum ætatis sexagesimo, vitam produxisse, quod etiam ex Niceta docemur; quando vero e viuis excesserit, incertum. Illius sepulchrum in Patriarchio extare scribit Martinus Crusius in Not. ad Histor. Politic. *Annæ*, inquit, *sepulchrum adhuc extat in Templo Patriarchatus a D. Gerlachio visum. Est id lapideum, non insistens quatuor basibus, sed integro lapide a terra surgens altius quam mensa, ad parietem Templi, sicut alicuius Germani Principis sepulchrum, incisam habet aquilam.* At vnde habuit Gerlachius Annæ nostræ esse tumulum? potuit enim esse alterius Annæ: nam nisi aliunde constet, ex iis probari vix potest.

Pag. 448. A Κοσμικῆς τύρβης] Secularis turbæ. Mirum quod Anna, quæ tantopere barbara se respuere vocabula passim profitetur, Historiæ suæ venustatem hisce mixobarbaris vocibus interdum, nulla præeunte necessitate, aspergat.

D Τῇ Θεομήτορι] Deiparæ forte Hodegetriæ, cui non modo supplicabant Imperatores in Expeditionem profecturi, vt est apud Zonaram & Scylitzem in Michaele Theophili F. sed & post adeptam victoriam, resque rite & belle confectas, gratias referebant, vt est apud Cantacuzenum lib. 3. cap. 50. & 59. Gregoram lib. 4. &c. Neque enim bene coniectarunt viri docti de hac appellatione, in Notis ad vitam S. Basilij Iunioris N. 40. Vide Historiam nostram Gallobyzant. lib. 2. N. 5.

Pag. 449. C Ὀγδόης ἐπινεμήσεως] Alexius bellum in Comanos parans, ex vrbe proficiscitur mense Nouemb. Indict. 8. quæ cadit in A. Chr. MCXIV.

D Βουρανιτζόβης] Malim Βρανιτζόβης, de qua vrbe ad Istrum sita non semel agunt Cinnamus & Nicetas.

Pag. 450. A Φιλιππούπολις] Eadem habent Cedrenus, Zonaras, & Ioel in Philippo. Sed hallucinatur Anna, dum scribit Philippopolim Κρηνίδας olim vocatam; id enim conuenit Philippis, Thraciæ perinde oppido, cui id nominis inditum a fontibus, qui circa collem, cui inædificatum est, scaturiunt, vti diserte tradunt Appianus lib. 4. de bello ciuili, Diodorus Sicul. & Plethon. Vide Not. ad Villhard. N. 238.

D Ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου] De Paulicianorum origine & autore similia narrant Balsamon ad Canon. XIX. Synodi Nicænæ, & Cedrenus pag. 432. Porro Anna Paulicianos appellatos velle videtur, vocabulo ex Paulo & Ioanne confecto, quasi Παῦλοι καὶ Ἰωάννοι. Sic etiam Zonaras in Michaele: κατὰ τὴν ἑῴαν δὲ τὸ τῶν Μανιχαίων πλῆθος ἦν πολύ, οἳ καὶ ἀγροικότερον παρὰ τοῦ δημώδους ὄχλου καλοῦνται ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου, τῆς κλήσεως συγκειμένοις αὐτοῖς. Hos ætas inferior *Publicanos* nominauit, interdum *Populicanos*, vt Villharduinus N. 208. qui illos pariter Philippopolitanum tractum incoluisse scribit. De hisce Hæreticis pluribus egimus ad hunc Scriptorem.

Pag. 451. B Ὁ Τζυμισκῆς] Zonaras & Glycas in Alexio.

Pag. 452. C Ἀρμενίων] De Armeniis Thraciam incolentibus agit Gotofredus Monachus S. Pantal. An. MCLXXXIX. De Iacobitis, multa habent Iacobus de Vitriaco, Miræus in Notit. Orb. Christ. Quaresmius, & alij passim.

Pag. 453. B Κωνσταντίνῳ] Constantinum Ἰσαποστόλου nomine donatum a Græcis testantur Menæa, Euchologium Græc. pag. 374. ipseque Eusebius lib. 4. de vita Constant. cap. 71. *Apostoli* denique, præter Annam, Ioan. Damascenus in Syno-

dica ad Theophilum Imp. & Cinnamus lib. 1. quibus dicitur, ὁ ἐν Βασιλεῦσιν Ἀπόστολος. Neque soli Constantino Ἰσαποστόλου titulum concessit Ecclesia Græcanica, sed & Helenæ matri, D. Theclæ, D. Albercio Episcopo Hierapolitano, Mariæ Magdalenæ, & aliquot aliis, vt constat ex eorum Menæis. Sic appellatum a nostris *Parem Apostolis* D. Martinum narrat præter Odonem Cluniacensem, & Petrum Damianum, Belethus lib. de Diuin. Offic. cap. 163. & ex eo Durantus in Ration. lib. 7. cap. 27. quo spectat illud Sulpitij Seueri in illius vita lib. 2. *Est enim ille, vbi est, consertus Apostolis ac Prophetis, & quod pace Sanctorum omnium dixerim, in illo iusto grege nulli secundus.* Sic Regi Recaredo in Concilio Toletano acclamatum legimus: *Ipse mereatur veraciter Apostolicum nomen, qui Apostolicum impleuit officium.* Petrus Blesensis Epist. 46. de S. Thoma Archiepisc. Cantuariensi: *Non laboro Martyrem Apostolo comparare, cum Apostolus sit maior Martyre. Sed gloriosum est nos habere Martyrem, qui Apostoli nomen habeat, & Apostolum miraculis aut imitetur, aut vincat.* Licet vero ab Ecclesia Græcanica relatus sit in Diuorum numerum Constantinus, & a Græcis velut Ἰσαπόστολος colatur, secus tamen in Ecclesia Latina obseruatur. Berengosius Abbas lib. 3. de Inuent. & Laude Sanctæ Crucis cap. 2. vbi de B. Helena: *Vnde cum virtus sanctitatis eius sit tanta, vt merito inter alios Sanctos & ipsa numeretur Sancta, mirum non est, quod sicut Catalogus Sanctorum solet vbique testari, festiuitas eius a nobis annua semper debet reuolutione celebrari. Sed quoniam in eodem Catalogo filij eius nulla est mentio, sed magis memoria illius omnibus modis inibi obteratur silentio: ideo vt in regione viuorum, & ipse complaceat Deo, necesse est vt oratio fiat ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cum enim præsentis Ecclesiæ domicilio, festiuæ solennitatis officium matri potius debeatur, quam filio: ideo in Agendis mortuorum prouidendum est cunctis, vt memoriam filij studeant habere cum defunctis.*

Εὐστράτιος] De quo, & eius Scriptis consulendus omnino Leo Allatius lib. 2. de Eccl. Occid. & Or. perpet. consens. cap. 10. N. 11. C

Βιδύνην] Bidynæ mentio est apud Zonaram & Scylitzem in Bulgaractono, & Suidam. Pag. 454. C

Περιδρόμοις στοαῖς] Porticus Palatium ambientes, in quibus excubabant Prætoriani milites, ad Regiæ & Imperatoris ipsius custodiam delecti, quas eleganti carmine descripsit Corippus lib. 3. de Laudibus Iustini. Has inter erant Porticus Scholariorum, quarum meminit Chronicon Alexandrinum A. Iustin. v. *Excubita* in vniuersum dictæ omnes Zonaræ, Scylitzæ, & Codino in Orig. CP. *Excubitoria*, Autori de Exilio S. Martini PP. Vide pag. 494. Pag. 455. C

Ἐλεφαντίνην] Carceris Palatini nomen Scylitzæ in Monomacho notum: τὸν μὲν Κεγένην ἀγει παρὰ τὰ Βασίλεια, καὶ ἐν παραδήματι τάχα θεραπείας καὶ ἰατρείας ἐν τῇ Ἐλεφαντίνῃ καθείργνυσι. Et Cinnamo lib. 6. N. 14. Εἰς τὴν ἐν Παλατίῳ τε φρουρὰν ἀχθεὶς, ἣν Ἐλεφαντίνην ἔθος καλεῖν ἐστίν. Vide Not. ad pag. 494. Pag. 457. B

IN LIBRVM XV. ALEXIADIS NOTÆ.

ΣΟΛΥΜΑΣ] Solymannus Iunior, qui Nicæa a nostris priuatus fuerat. Pag. 460. A

Σουλτανίκιον] Iconium Lycaoniæ, seu Cappadociæ vrbs, Cliziasthlanis Sultani Regia & Sedes. Hinc patet Cliziasthlanem Solymanni Senioris filium, Solymanni Iunioris fratrem, Iconio præsertim imperasse, & Cappadociæ. Idemne vero cum Cliziasthlane, qui hoc libro memoratur, addubitari potest; nam cum Anna hunc adhuc adolescentem repræsentet, al- A

terum a priori dici debere contenderim, qui ſtatim poſt Solymanni parentis cædem Nicææ Imperium tenuit. Proinde eo anno quo bellum, quod hocce libro recenſetur, geſtum eſt, biennio ſcilicet ante Alexij obitum, adoleſcentiæ annos exceſſerat, iamque erat ætate prouectior. Præterea filium Cliziaſthlanis Senioris fuiſſe ſuadent patrium nomen, & continuatum Iconienſe Imperium. Denique poſteriorem hunc Cliziaſthlanem eumdem fuiſſe, qui libro 14. pag. 429. & 431. & hoc libro, *Saïſan*, & *Amer Saïſan* nuncupatur, diſerte indicat Anna pag. 478. Quem enim Cliziaſthlanem ſupra appellauit, vbi de inito cum Alexio conflictu, mox eiuſdem cum Alexio fœdera, & vt a Mazuto fratre circumuentus, Imperio & vita priuatus fuerit, enarrans, Cliziaſthlanem *Saïſan* cognominatum his verbis indicat: τὸν Σουλτάνον Σαΐσὰν τὴν κλῆσιν, non quod eius eſſet nomen, ſed ex Sultanica dignitate ita indigitaretur: *Sa* enim lingua Perſica Regem ſonat, vt autor eſt Tyrius lib. 3. cap. 1. qui eo donatum cognomine Solymannum ipſum perinde ſcribit, quod nempe Sultanico titulo gauderet, qui apud Achamedem Guerapſi F. in Hiſt. Tamberlani, libro præſertim 2. primoribus Toparchis attribuitur. De vocabuli vi, multa Reineccius in Stemm. Perſic. Sultan. in Appendice ad Aithonum, Seldenus de Titulis Honorariis, ſeu *Titles of Honor*, 1. part. cap. 6. §. 5. 6. 7. & Henricus Valeſius ad lib. 19. Marcellini, initio. Σαλμισὰν neſcio quem Perſarum, ſeu Turcorum Regem habet Achmes Ὀνειροκριτ. cap. 2. Saſanem Perſicorum Regum autorem memorat Chronicon Orientale in Commodo Imp.

Pag. 462. C Ἀέρα] Sunt qui putant Aerem hoc loco nihil aliud eſſe quam aeris aut cæli temperiem; vt ſenſus ſit, Alexium, qui plurimum iter per arida loca, fragrantiſſima æſtate confecerat, æſtu remiſſo, ad Malagnorum oppidum, ſe contuliſſe, vbi aer hauriebatur purior & temperatior: Galli dicerent, *Alexis vint prendre l'air des Malagnes.* Plutarchus σπᾶν τὸν ἀέρα ſcripſit, haurire, vel carpere aerem; Cælius Aurelianus Siccienſis lib. 4. de Tardis Paſſionibus cap. 1. *in aerem meliorem tranſire.* Verum quin hanc protinus amplectar ſententiam, vetant quæ mox ſequuntur, Alexium ſimul Aerem attigit (τὸν ἀέρα καταλαβεῖν) regia monere miſſa, Imperatricem accerſiuiſſe. Vide an ad Annæ mentem faciat locus Procopij lib. 2. de Ædif. Iuſtin. cap. 1. vbi vrbis Daras muros a Iuſtiniano inſtauratos deſcribit.

C Κατὰ τὴν Πελέκιτον] Sic vocatur Inſula Byzantio & Chalcedoni vicina, quam pluribus deſcribit Gyllius lib. 3. de Boſp. Thrac. cap. 15. In ea Inſula Monaſteria aliquot extructa tradunt Cedrenus, Zonaras, Anaſtaſius, Paulus Diac. lib. 23. Nicetas Paphlago in vita Ignat. Patr. CP. & alij.

Pag. 469. D Τόξοις βάλλουσιν] Leo in Tact. cap. 18. §. 50. & 52.

Pag. 471. A Βούρτζη] Bardas iſte, cognomento Burtzes, quem oppidis aliquot imperaſſe Anna ſcribit, filius fuit (niſi idem ille ſit) Burtzæ, quem lib. 3. Τοπάρχην Καππαδοκίας καὶ Χώματος fuiſſe ait; genuſque ducebat a decantatiſſimo illo Michaele Patricio, qui imperante Nicephoro Phoca Antiochiam expugnauit, & altero Michaele prioris filio, Magiſtro, & Antiochiæ Duce a Baſilio Porph. creato: de quibus Zonaras & Scylitzes.

Pag. 473. B Ὁ Βασιλᾶς Μιχαήλ] Michael Baſilius.

C Τὸ Φιλομήλιν] Philomelis, Philomelium, & Φιλομίλιον, vti effertur a Cinnamo, vna eademque vrbs. Zonaras de hac Alexij Expeditione: ἔξεισι αὖθις κατὰ τῶν βαρβάρων τούτων ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ ἄπεισιν εἰς τὸ Φιλομήλιον, εὗρε δὲ τὸ ἄστυ τοῦτο κενὸν ὁπλιτῶν, &c.

C Μεσάνακτα] Oppidum olim Dipotamus dictum, quod in Phrygia ſtatuitur a Scylitze pag. 688.

Τὸν πόδα αὐτοῦ ἠσπάσατο] Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 15. *Est quædam detestabilis consuetudo Regi Græcorum, qui etiam propter nimium fastum diuitiarum suarum Imperatorem se nominat, — vt osculum salutationis nulli offerat, sed quicumque faciem eius videre meretur, incuruatus genua eius osculatur.* Pag. 478. B

Σωσθένης] Vide Zonaram. D

Μαζούτ] A quo genus ducunt cæteri Iconienses Sultani. Consule Familias nostras Mahometicas, & Stemma Iconiensium Sultanorum. Pag. 479. A

Γάζης] Qui ab Orderico Vitali lib. 11. *Gazis*, ab aliis *Gazzi* nuncupatur. A Tyrius lib. 12. cap. 9. *Infidelium potentissimus Princeps, & apud suos valde formidabilis, infelicis populi & perfidæ plebis, videlicet Turcomannorum Dominus Gazzi.* Gauterio de Beliis Antioch. *Amir Gazi Turcorum Amiraldus* dicitur. Fuit porro Gazis Asanis Catuchi, quem antea Saïsan, seu Cliziasthlan, Sultanus interfecerat, filius. Sed an Catuchus idem sit cum Malducho, seu vt vocitatur a Tyrio, Menduco, potentissimo Turcorum Satrapa, qui a Doldechino Damasceno Tyranno neci datus est A. Chr. MCXIII. non ausim omnino affirmare, cum Asanum Catuchum a Cliziasthlane Iconiensi Sultano sublatum scribat Anna. Vide & confer Albertum Aq. lib. 12. cap. 9. & 17. & Tyrium lib. 11 cap. 19. & 20. Idem Ordericus pag. 829. Gazim, nepotem & hæredem Balad Calepi Domini fuisse autor est.

Μανουηλίων] Recte Interpres Candelabrum, ex Meursij Glossario vertit. Pag. 480. D Nam falli constat virum eruditum apud Ducam cap. 39. vbi Μανουάλια armillas interpretatur. Anonymus de Templo S. Sophiæ: σταυροὺς δὲ ἐποίησε πέντε, — καὶ Μανουάλια δύο ὁλόχρυσα, &c. *auro fusa duo candelabra:* ita Combefisius. Μενάλιον, pro Μανουάλιον, occurrit in Orig. CP. καὶ μανάλια δύο ὁλόχρυσα; est autem candelabrum quod manu gestatur. Candelabro igitur, vice μυδροῦ, seu ferri candentis, quod tum aberat, visus ademptus est Saïsani. Vide Historiam nostram Gallobyz. N. 34.

Τὸ Φιλομήλιον] Zonaras pag. 245. Pag. 481. C

Ἀνήγειρεν Ὀρφανοτροφεῖον] Non de nouo condidit Orphanotrophium, sed labefactatum & neglectum instaurauit Alexius, Monachorum & Monacharum cellulis auxit, Scholas Grammaticæ, in quibus pupilli & pauperum liberi erudirentur, statuit; denique Gerontocomiorum, vel Xenodochiorum, quæ hactenus deserta erant, reditus omnes, nouosque insuper attribuit. Ita Zonaras & Glycas in Alexio. Sed & ex Æde D. Pauli, quæ in ea stabat vrbis regione quæ vergit ad Acropolim, (seu Angulum D. Demetrij) ad quam inædificatum Orphanotrophium scribit Anna, perspicue patet illud esse vetus Orphanotrophium, intra quod stetit Ædes D. Pauli, vt mox dicemus. A Iustino Imperatore & Sophia Augustis conditum videtur innuere Codinus de Orig. CP. pag. 45. 58. a quo Orphanotrophium S. Pauli appellatur. Ante Iustini tempora extructum fuisse euincit Lex 5. Cod. de Episcop. & Cleric. quæ est Leonis & Anthemij Impp. ex qua docemur præterea Zoticum quemdam, cuius memoriam agunt Menæa vlt. Decembris, fuisse primum illius curatorem, sub Orphanotrophi nomine, qui primus huiusmodi officium inuenisse dicitur, cui postea successerit Nicon. A Romano Argyro instauratum fuisse autor est Scylitzes. Pag. 482. C

Παύλου] Scribunt Theophanes, Zonaras, Scylitzes, Ioeles, & Codinus D de Origin. CP. pag. 58. Edit. Reg. Ædem SS. Petri & Pauli Apostolorum πολυτελῶς exædificatam ἐν τῷ Ὀρφανοτροφείῳ a Iustino Iuniore An. illius VII. quod perperam Suidas Iustiniano tribuit, nisi error subsit in nomine, quod vult Alamannus. Transiit illa posthæc in solius D. Pauli appellationem, Ædesque D. Pauli dicta est, vt ex hoc Annæ loco patet, Scylitze in Leone

Armenio, Pachymere libro 4. cap. 14. præterea Græcorum Menæis ad 12. Nouemb. tradentibus S. Nili (cuius narrationes ante aliquot annos publicauit eruditiſſimus Annæ Interpres) & S. Theoduli filij corpora in ea Æde ſub altari recondita ab ipſo Iuſtino. Hanc a ſui amplitudine pariter commendat Nicephorus Gregoras lib. 7. & ad Eugenij portam ſtatuit, quæ ſtetit iuxta Acropolim, & ab Andronico Palæologo Seniore inſtauratam refert. Extitit præterea Conſtantinopoli Ædes alia Diuis iiſdem ſacra, quam Iuſtinianus in domo, quam priuſquam Imperium adeptus eſſet, habitabat, iuxta Hormiſdæ Palatium extruxit, vt habet Procopius lib. 1. de Ædif. Iuſt. quod Petro cuidam Barſimiano, qui eodem imperante Iuſtiniano vixit, tribuit Autor τῶν πατρίων K Π. At illa poſtea ſolius D. Petri titulo & nomine innotuit, de qua intelligendus Anaſtaſius Biblioth. in Agathone PP. *Suſcepti ſunt a Principe in oraculo B. Petri Apoſtoli intra Palatium.* Nam Hormiſdæ aula pars fuit Magni Palatij. Meminit etiam iſtius Ædis a ſe in domo ſua conditæ Iuſtinianus ipſe in Epiſt. ad Hormiſdam PP. quæ extat poſt 65. Epiſt. eiuſdem Pontificis, & Concilium Conſtantinopolitanum ſub Menna Act. 2. ſub finem. Habet denique vetus vrbis Deſcriptio Eccleſiam S. Pauli in 8. Regione: verum fuit illa ſacra D. Paulo, non Apoſtolo, ſed Patriarchæ C P. vt pluribus docent Photius in vita eiuſdem Sancti, Socrates lib. 5. cap. 9. Sozomen. lib. 7. cap. 10. & Nicephorus lib. 12. cap. 14. qui eam περὶ τὸ Δεύτερον ſtatuit. Vide Innoc. III. PP. lib. 13. Epiſt. 19.

Pag. 484. D Ὀρφανοτροφεῖον] Definitur Orphanotrophium a Iuliano Anteceſſore Conſtitut. 7. *Locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur.* Vide Leg. 32. Cod. de Epiſc. & Cler.

Pag. 485. A Σέκρετα] Secretum hoc loco interpretor Forum Iudiciale, in quo de rebus & prædiis ad Orphanotrophium ſpectantibus lites agitabantur, quod videtur indicare vox λογοθεσίας, quæ ptoxime ſequitur. Vide Notata ad pag. 70.

A Τῷ τῶν Ἀποστόλων νεῷ] Petri & Pauli Eccleſiæ, quæ D. Pauli paulo ante dicitur.

A Διακονισσῶν] Diaconiſſarum nomen iam inde a Chriſtianæ Religionis incunabulis auditum teſtantur abunde D. Paulus Epiſt. ad Rom. cap. 16. vbi Phœbem διάκονον τῆς ἐν Κεγχρείαις Ἐκκλησίας commendat, & B. Ignatius, qui Epiſt. ad Antiochenſes, τὰς διακόνους ſalutat. Sed & meminit Theodoritus lib. 13. cap. 14. mulieris pietate inſignis, τοῦ τῆς διακονίας ἠξιωμένης χειρίσματος, & alterius ſacro iſto fungentis munere Sozomenus lib. 4. cap. 24. Dionyſiam S. Euthymij matrem ab Otreio Melitenenſi Epiſcopo ordinatam fuiſſe Diaconiſſam autor eſt Cyrillus in eiuſdem Euthymij vita cap. 1. N. 5. Aliarum mentio eſt apud Criſpinum in vita S. Parthenij Epiſc. Lampſac. cap. 2. N. 17. Marcum in vita S. Porphyrij Epiſc. Gazenſis cap. 12. N. 102. *Miniſtras* a primis Chriſtianis vocitatas autor eſt etiam Plinius lib. 10. Epiſt. 97. quod ſcilicet, vt Diaconi Epiſcopis & Preſbyteris aderant, quo iis diuina exequentibus officia nauarent operam, ita illæ in ſacris miniſteriis ea obibant munia, quæ Diaconi ipſi ſaluo pudore, vel etiam abſque offenſionis nota peragere non poterant, in officiis præſertim, quæ mulieres ſpectabant: verbi gratia, ſi ad balnea procedere, ſi corpora nudari qualibet ex cauſa neceſſe eſſet, vt eſt in Conſtitut. Apoſt. lib. 3. cap. 15. & apud Epiphanium Hær. 79. vel ſi diuino inſtruendæ verbo erant, vel docendæ ruſticæ & imperitæ mulieres, quo tempore baprizandæ ſunt, qualiter & baptizatori reſponderent, & accepto baptiſmate deinceps viuerent, vt eſt in Canon. Arabicis Concilij Nicæni Can. 74. & in Synodo Carthag. IV. Can. 12. Vnde

& a

& a D Hieronymo dicuntur *in suo sexu ministrasse* Diaconissæ *in Baptismo & ministerio verbi;* quod & docent præterea Nouella Iustiniani 6. cap. 6. & Ioannes Moschus in Prato Spirit. cap. 3. vbi innuit mulieres ipsas, cum ad sacrum Baptismum accederent, nudas prorsus fuisse; quod præterea testatur D. Chrysostomus in Epistola ad Innocentium PP. quæ in vita ipsius a Palladio conscripta legitur, firmaturque ex Concilio Constantinopolitano sub Menna Act. 5. pag. 751. Edit. 1618. in quo obiectum Petro Alexandrino, quod cum Maria quadam nuda in Baptisterium, priusquam illa baptizaretur, ingressus esset, nullique alij introeundi facultatem concessisset. Vnde procliuis est coniectura, vt viri a Diaconis in eum finem denudabantur, vt autor est Dionysius Areopagita, & Gregorius Nazianzenus Orat. 40. de Baptismo, ita mulieribus, quæ seorsim a viris baptizabantur, (quod indicat Ordo Romanus, & Augustinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8.) Diaconissas in earum denudatione ministrasse. Habita tamen iis in cæremoniis pudoris ratio est: nam, vt autor est Clemens lib. 3. cap. 16. virum ad Baptismum venientem excipiebat Diaconus, mulierem Diaconissa: cui propterea istius partis Baptisterij, in qua baptizabantur mulieres, claues commissæ erant, vt est apud eumdem Scriptorem lib. 8. cap. 28. atque inde Diaconæ dicuntur a D. Ignatio Epist. 9. τῶν ἁγίων πυλῶν φρουροί. Itaque cum baptizabantur mulieres, Diaconus eis frontem oleo sancto tantum vngebat, postmodum cæteras vnctiones peragebat: οὐ γὰρ ἀνάγκη γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρὸς κατοπτεύεσθαι, vt ait idem Clemens. Proinde probabile est, etsi nudæ ad Baptisterium procederent, operta tamen habuisse nudata corpora linteo aliquo, quod a solis Diaconissis auferretur, cum id res postulabat, aliæque vnctiones exequendæ erant, cum solam frontem vngeret Diaconus. Atque de hisce Ministeriis intelligendus videtur Atto Episcopus Vercellensis Epist. 8. dum ait Diaconas *ministrandi vel baptizandi officium sumpsisse;* non quod reuera id munij vnquam obierint, sed quod in administratione istius Sacramenti fœminis collati ministrauerint. Cum igitur præcipuus is fuisset veterum Christianorum scopus, vt Paganorum præsertim cæterorumque vitarent scandala, in muliebribus officiis adhibendas censuerunt mulieres, viduas, virtutibus probatas, ætate maturas & prouectas, quæ sexagesimum ætatis excessissent annum, iuxta præceptum Apostoli 1. ad Timoth. cap. 5. Quod & sancitum postea a Theodosio autor est Theophanes, & a Valentiniano, Lex 27. C. Theod. de Episc. & Cler. Hinc ab ætate prouectiore, Πρεσβύτιδες dictæ in Concilio Laodic. Can. 11. & Προκαθημέναι, *Seniores*, Isidoro Mercatori, Πρεσβύτιδες ἱεροπρεπεῖς, S. Antiocho Homil. 21. & γυναῖκες Πρεσβύτιδες, καὶ θεόπνευστοι μητέρες, Palladio in Præfat. ad Hist. Lausiacam, quod in Ecclesia cæteris mulieribus præirent, in consessibus primum obtinerent locum, atque adeo τὴν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς, seu cœtum muliebrem regerent, vt est apud Balsamonem lib. 5. Iuris Græco-Romani. Postmodum indultum est, vt quæ annum quinquagesimum attigerant, ad Diaconissarum ordinem admitti possent, Nouella Iustiniani 6. vel saltem quadragesimum, Nou. 123. cap. 13. & Concil. Chalced. Oecum. Can. 15. quo præterea cauetur, Diaconissas post χειροτονίαν non posse ad nuptias transire; vbi χειροτονίας vox non pro ordinatione, seu consecratione sumitur, sed pro benedictione. Duplex quippe fuit χειροτεσία, εὐλογίας videlicet, & καθιερώσεως, vt ait Tharasius Patr. CP. Act. 1. Concilij Nicæni II. pag. 486. vtraque manuum impositione facta: sed posterior fuit ordinationis & consecrationis, quæ ad Episcopos & Presbyteros spectabat, altera vero benedictionis, quomodo baptizatis manus imponebatur, vt autor est Hieronymus contra Lucifer. vel pœni-

tentibus & lapsis. Concilium Arausicanum I. Can. 26. *Diaconissæ omnimodo non ordinandæ: si quæ iam sunt, benedictioni quæ populo impenditur, capita submittant.* Concilium Epaonense Can. 21. *Viduarum consecrationem, quas Diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus, solùm eis pœnitentiæ benedictionem imponendo.* i. quomodo pœnitentibus manus imponi solet. Proinde verbum *consecrationis* ita accipiendum constat apud Fortunatum in vita Sanctæ Radegundis cap. 22. dum narrat, vt hæc pia Francorum Regina *B. Medardum Nouiomensem Episcopum supplicauerit instanter, vt ipsam mutata veste Domino consecraret.* Cum enim abnueret S. Medardus, *intrans illa in Sacrarium monachica veste induitur, procedit ad altare, Beatum Medardum his verbis alloquitur, dicens: Si me consecrare distuleris, & plus hominem, quam Deum timueris, de manu tua a pastore ouis anima requiretur. Quo ille contestationis concussus tonitruo, manu superposita, consecrauit Diaconam:* id est, manus impositione. At e contra benedictio pro ordinatione sumitur in Concilio Aurelianensi II. Can. 17. *Fœminæ quæ benedictionem Diaconatus hactenus contra interdicta Canonum acceperunt, si ad coniugium probantur iterum deuolutæ, a communione pellantur.* Et Can. 18 *Placuit etiam vt nulli postmodum fœminæ Diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.* Damnatos olim Cataphryges, quod mulieres posse Diaconas ordinari profiterentur, autor est D. Ambrosius in cap. 3. Epist. 1. ad Timoth. quam hæresim Acephalis tribuunt Marianus Scotus & Sigebertus. Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus Epist. ad Ioann. Episc. Hierosol. qua varia sibi obiecta diluit: *Nunquam autem ego ordinaui Diaconissas, & ad alienas misi prouincias, neque feci quicquam vt Ecclesiam scinderem.* Proinde non alia notione vocem χειροτονεῖν vsurpatam constat a Theophane, dum ait Chrysaphium suasisse Eudociæ Augustæ, vt a Marciano coniuge obtineret ἐπιτρέψαι τῷ Πατριάρχῃ χειροτονῆσαι αὐτὴν διάκονον, vt quæ virgo adhuc esset; sic etiam in Concilio Wormatiensi Canon. 45. *manus impositio* in Diaconissis accipi debet. Atque inde Diaconissas, licet in Ecclesia qualemcumque ordinem confecerint, vt ait Epiphanius, Laicis accenset Concilium Nicænum Can. 19. Neque diuersæ sunt a Diaconissis, quæ vulgo *Viduæ* in Ecclesiæ Latinæ Conciliis dicuntur, *quæ* scilicet *seruandæ viduitatis professionem coram Episcopo in Secretario emittebant, imposita ab eo veste viduali*, vt est in Arausicano I. Can. 27. vniuiræ scilicet: Clemens lib. 6. cap. 17. διακόνισσα δὲ χειρέσθω παρθένος ἁγνή, εἰ δὲ μήγε κἂν χήρα μονόγαμος πιστὴ καὶ τιμία. Ita etiam Epiphanius cap. vlt. Panarij. Prudentius lib. Περὶ Στεφ. in S. Laurentio:

Cernis sacratas virgines,
Mireris intactas anus,
Primique post damnum thori,
Ignis secundi nescias.

Concilium Toletanum IV. Can. 56. *Duo sunt genera Viduarum, Seculares & Sanctimoniales. Seculares Viduæ sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quæ iam mutato habitu seculari sub religioso cultu, in conspectu Sacerdotis, vel Ecclesiæ apparuerunt.* Mutationem vestium obseruant etiam Parisiense V. Can. 13. Turonense II. Can. 20. Toletanum X. Can. 4. & Foroiul. Can. 11. vt & Epistola Clodouæi ad Episcopos. A professione deuotionis, *Deuotæ* appellantur in eadem Clodouæi Epistola, & *Professæ* in Concilio Arelatensi II. Can. 46. quod vero consecrarentur ab Episcopis, *Consecratæ* in Concilio Remensi Can. 23. quod denique iis impertiretur benedictio, *Benedictæ* in Concilio Turonensi II. Can. 20. At qualis fuerit Viduarum *Consecratio* & *Benedictio*, video controuerti. Certe iis in cæremoniis varius fuit in Ecclesia vsus. Nam viduas emissa vidui-

tatis professione ad nuptias transire vetat Simmachus PP. Epist. Decretali ad Cæsarium Arelat. cap. 5. & Concilium Foroiul. Can. 11. quod de Diaconissis statuit Chalcedonense & Toletanum IV. Can. 56. & Additio 3. Ludou. cap. 47. Proinde si ab ea professione recederent, vt & earum raptores, excommunicatione damnant Arausicanum I. Can. 27. idem Simmachus cap. 4. Concilium Aurelian. II. Can. 46. Aurelianense III. Can. 16. Remense Can. 23. Parisiense III. Can. 5. Toletanum X. Can. 4. Tullense II. Can. 2. &c. At earum consecrationem vetat Epaonense Can. 21. cuius Decreti hæc in Turonensi II. Can. 20. redditur ratio, quia *nunquam in Canonicis libris legitur benedictio vidualis.*; vbi *benedictio*, pro manus impositione, seu ordinatione sumitur, diuersa a pœnitentiæ benedictione. Imo non velandas ab Episcopo statuit Gelasius PP. Epist. 9. *Cum*, inquit, *nec auctoritas diuina, nec Canonum forma id præscribant.* Id postea firmauit Zacharias PP. Epist. ad Pipinum cap. 6. qua decreuit Viduas *sub nulla benedictione velandas*, ita vt *si propria voluntate professam coniugij castitatem mutabili mente calcauerint, periculi earum intersit, quali Deum debeant satisfactione placare.* Nam, vt ait Concilium Turon. II. Can. 20. Etsi *solum propositum illis sufficere debet, absque dolo in eo perseuerare procurare debent.* Verum hæc sunt postmodum immutata: siquidem *sacro semel velamine suscepto consecratas viduas*, ab emissa professione recedere prohibitas, euincit Concilium Wormatiense sub Adriano II. PP. Can. 20. 21. Viduæ itaque & Diaconissæ in Ecclesia certum ordinem confecere, vti Sanctimoniales & Monachæ, a quibus differebant; neque enim recte *Diaconissæ* nomine Abbatissam appellauit Abælardus Serm. in Natal. S. Steph. & pag. 143. nisi forte quia Diaconissæ muliebri cœtui præerant, vt Πρεσβύτιδες, (etsi, vt verum non diffitear, hoc nomine indigitari videntur Præfectæ Monasteriis puellaribus in vita Sanctæ Eupraxiæ Virg. N. 7. & 10.) Vnde in septem ordinibus, quibus constitit Litania Septiformis, sub Gregorio M. PP. tertius fuit *omnium Abbatissarum cum Congregationibus suis*; sextus *vniuersarum Viduarum*, vt autor est Paulus Warnefridus lib. 3. de Gestis Langob. cap. 25. Quæ vero hic Viduæ dicuntur, *Diaconissæ* appellantur apud Anastasium in Leone III. PP. *Vniuersus populus Romanus cum Sanctimonialibus & Diaconissis, ac nobilissimis matronis, — cum bandis & signis, & canticis spiritualibus eum susceperunt.* Neque aliter intelligi debent in Bulla Greg. VII. PP. apud Vghellum in Archiepiscopis Bonon. N. 52. *Abbates, Monachos, Presbyteros, Diaconos, Clericos literatos & illiteratos, seruos & ancillas Dei, atque Diaconissas, famulos vtriusque sexus*, &c. Ita hoc Annæ loco distinguuntur Diaconissæ a Sanctimonialibus, & recte. Monachæ quippe sacris Monasteriorum officiis addictæ erant; Diaconissarum autem munus erat, ad mulieres pauperes, aut in ergastulis detentas, vel ægritudine afflictas accedere, & alia pietatis officia peragere. Vnde *Matriculariæ* appellabantur, vt autor est Isidorus Mercator ad Can. 11. Concilij Laodiceni: *Mulieres quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos autem Viduæ, Seniores, & Matriculariæ nominantur, in Ecclesia constitui non debere.* Matriculariorum enim munia circa pauperes extitisse notum est. Quamobrem iure Atto Vercellensis, loco supra laudato, Diaconas alias prorsus fuisse ab Abbatissis contendit. Quo vero pacto, quove ritu ordinarentur Diaconissæ apud Græcos, pluribus exequitur Euchologium Goari, vt & Mathæus Blastares. Quomodo autem apud Latinos viduæ, quæ castitatem profitebantur, consecrarentur, narrat Ordo Rom. in quo præterea annotatur *Presbyteris licere viduas velare, solis Episcopis virgines*, & hoc ante Euangelium. Porro videntur eædem fuisse cum Diaconissis, mulieres, quas *Canonicas* vocat idem Ordo Rom. qui eas distinguit a San-

ctimonialibus : *Inter virginem & fœminam, inter Canonicam & Sanctimonialem*, &c. Harum mentio est apud S. Antiochum Homil. 18. vbi ait Monachos non debere cum mulieribus conuersari : ὁμοίως δὲ Κανονικαῖς ἀνάρμοστόν ἐστι συνδιάγειν μετ᾽ ἀνδρῶν, πρὸς τὸ μηδένα σκανδαλίζεσθαι. Sic autem appellabantur, *Viduæ*, seu *Canonissæ*, quod essent ἐν τῷ κανόνι, & ἐκ τοῦ κανόνος, vt loquuntur Concilium Antiochenum Can. 2. 6. 11. Chalcedonense Can. 2. & Synodus Trullana Can. 6. seu quod *sub Canone Ecclesiastico iacerent*, vel *essent constitutæ*, vt est in Concil. Tolet. III. Can. 5. & 6. & Foroiuliensi A. DCCXCI. Can. 1. id est, quod certum & quemdam in Ecclesia ordinem conficerent, & regulis Ecclesiæ voti emissi religione astringerentur. Nam & inde primitus quos hodie Canonicos dicimus, ea de causa sic nuncupatos par est credere, quod scilicet sub Canone Ecclesiastico constituti essent, & Ecclesiasticis muniis inseruirent. Balsamon lib. 5. Iuris Græcorom. pag. 381. ait Diaconissarum ordinem Canonibus olim cognitum, sedem habuisse in Bemate : sua vero ætate, etsi ἐκκλησιάζουσαι, id est, in Ecclesia Constantinopolitana locum & stationem haberent, non tamen in Bemate sedisse. Discimus ex Nouella 3. Iustiniani, & alia Heraclij Imp. quæ extat lib. 2. Iuris Græcorom. definitum fuisse numerum Diaconissarum in Maiore Ecclesia Constantinopolitana ad quadraginta, vti Presbyterorum ad XXC. Diaconorum ad CL. Subdiaconorum ad LXX. &c. quibus singulis ordinibus assignatæ erant in eadem Ecclesia στάσεις, seu stationes : ita enim vocantur loca Ecclesiæ iis adscripta, in eadem Heraclij Nouella, in qua etiam Clericorum Blachernianæ Ecclesiæ numerus definitur, atque adeo Diaconissarum ad sex. At quo in loco ædis Sophianæ, aut alterius, fuerit Diaconissarum statio, non est promptum asserere. Certe constat in omnibus Ecclesiis seorsim stetisse mulieres a viris. In Sophiana duplices erant porticus, quarum inferior viris, superior mulieribus destinatæ erant. Procopius de Ædif. Iustin. στοαὶ δὲ εἰσὶν ἑκατέρωθι δύο. — τούτοιν δὲ τοῖν στοαῖν ἀτέρα μὲν τοῖς ἀνδράσιν εὐχομένοις διακεκλήρωται, γυναιξὶ δὲ ταυτὸ πεποιημέναις ἡ ἄλλη ἀνεῖται. Atque inde superior porticus γυναικωνῖτις eidem Scriptori dicitur : τίς δ᾽ ἂν τῶν ὑπερῴων τῆς γυναικωνίτιδος ἑρμηνεύσειε διόδους; quæ quidem porticus superiores κατηχούμενα etiam appellabantur. Leo Nou. 73. ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἃ παρὰ πολὺ ἀνθρώπους Κατηχούμενα καλεῖν ἔγνω. Ita etiam ὑπερῷα τοῦ μεγάλου ναοῦ dixit Nicetas Paphlago in vita S. Ignatij Patr. CP. γυναικωνίτιδος vero Sophianæ non semel meminit Auctor descriptionis illius Ædis, qui δεύτερα Κατηχούμενα superiores, vt πρῶτα Κατηχούμενα inferiores porticus interdum vocat. Porro γυναικονῖτις *pars mulierum*, & *pars fœminarum*, apud S. Augustinum lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. & in Ordine Romano, vt altera *pars virorum* dicitur Anastasio Bibl. in vitis PP. pag. 72. 118. 132. & in eodem Ordine Romano. Sed de hoc antiquo more, quo fœminæ a viris separatæ orabant in Templis, consulendi Clemens Constit. lib. 2. cap. 61. Gregorius Nazianz. in Somn. de Anastasia, Ambrosius ad Virgin. laps. Cogitosus in vita S. Brigidæ sub finem, Allatius de recentiorum Græcorum Templis, Goarus ad Euchlog. & alij. Iam vero an vna cum cæteris mulieribus constiterint Diaconissæ, id non videtur vero simile, cum Presbyteris, Diaconis, Diaconissis, Subdiaconis, Lectoribus, certas quibusque assignatas στάσεις, seu sedes in Ecclesia Sophiana satis innuat Heraclius. Proinde Diaconissarum sedes illa forte fuerit, quam *Matroneum* vocant Scriptores Eccl. Anastasius in Symm. PP. pag. 32. *Apud B. Apostolum Paulum — cameram fecit, & Matroneum.* Idem in Gregorio IV. pag. 166. *Matroneum Presbyterio* adiunctum fuisse innuit : *Presbyterium amplum operosi operis funditus construxit, cui ex Septemtrionali plaga lapidibus circa septum Matroneum adposuit.*

Non desunt tamen qui *Matroneum* illud esse, quod eidem Scriptori *pars mulierum* dicitur, vbi scilicet mulieres consistebant, dum sacra perageretur liturgia: nam & in balneis, partem in qua lauabant mulieres, Ματρωνίκιον appellatam fuisse autor est Cedrenus: cui quidem sententiæ fauet Ordo Romanus, qui partem mulierum *partem matronarum* vocat: *Similiter transiens Pontifex in partem matronarum, explet omnia vt supra.* Ex quibus videri potest idem fuisse *Matroneum* cum *parte matronarum.* Sed & *pars mulierum* haud procul a Presbyterio extitit. Narrat quippe idem Anastasius pag. 154. 155. Paschalem P P. cum videret *Ecclesiam sanctæ & intemeratæ Virginis Mariæ ad Præsepe, quondam tali more constructam, vt post sedem Pontificis mulieres ad sacra Missarum solemnia stantes, prope aßistere iuxta Pontificem viderentur: ita vt si aliquid colloqui Pontifex cum aßistentibus voluisset, ex propinqua valde mulierum frequentatione, nequaquam ei sine illarum interuentione liceret, largum ibidem locum inesse, qualiter inde sedem mutare valeret, concerneret, dato operis studio, cœpisse indesinenter agere sedem inferius positam sursum ponere, vt eo familiarius Domino preces fundere posset, quo consortia populorum modeste declinare potuisset.* Quo loco mulieres istæ, quæ haud procul a sede Pontificis stationem suam habebant in Ecclesia, videntur fuisse Diaconissæ; nam cæteræ in Narthece stabant, aut in ea parte quæ *mulierum* dicebatur.

Ἰβηρίδων] Monacharum, quæ ex Iberia Constantinopolim migrauerant. A

Παιδευτηρίων] Scholarum Grammaticalium Orphanotrophij meminit Pachymeres lib. 4. cap. 14. C

Σχεδῶν] Schedographiam intelligit, seu eam Grammaticæ partem, *qua docentur adolescentes scripta intelligere, aut probare,* vt est apud Martianum Capellam lib. 3. Ea enim vis est vocis σχέδος apud Basilium libro περὶ γυμνασίας γραμματικῆς, vbi de vocabulo σχεδογραφεῖν. Πόθεν γίνεται; ἐκ τοῦ σχέδους, καὶ τοῦ γράφω. τὸ δὲ σχέδος, παρὰ τὸ χέω, χέδος & σχέδος. οἱονεὶ τὸ διαχέον καὶ διαχωρίζον τὰς λέξεις ἀπ' ἀλλήλων. ἢ παρὰ τὸ σκεδάζω, σκεδάσω. σκεδαζόμεναι γὰρ αἱ λέξεις, καὶ οἱονεὶ μεριζόμεναι, εἰς γνῶσιν περιλαμβάνονται; ἢ παρὰ τὸ σχῶ, τὸ κρατῶ, σχέδος τὸ τῶν πολλῶν συνεκτικόν. Glossar. Gr. Lat. σχεδιάζειν interdum ἀντὶ τοῦ χειρονομεῖν, interdum ἐπὶ τοῦ ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγοντος, *ex tempore dicere,* interpretatur, vt σχέδιον, *ex tempore dictum.* Ita apud Hesychium, σχεδιάζειν est ἐκ παρατυχόντος ἐν ἑτοίμῳ λέγειν. Quod porro Græci σχεδογραφεῖν, Latini *edere partes* dicunt. Gotefridus Viterb. part. 16. Panth. C

Nunc quoque Grammaticæ summus Donatus in arte,
Hieronymus cum discipulo docet edere partes.

Schedographiam recentiorum inuentum esse ait Anna, præcipuosque in ea Magistros nominat nescio quos Stylianos & Longobardos, seu Italos, quos Glaber Radulphus lib. 2. cap. 12. & Paulus Warnefridus lib. 6. de Gest. Langob. cap. 7. Grammaticæ præ cæteris impensius operam dedisse testantur. Ad quam Grammaticæ partem referri debent Manuelis Moschopuli liber περὶ σχεδῶν, & eiusdem Basilij Exercitatio Grammatica.

Βογομίλων] Rem etiam narrat Zonaras. Bogomilorum porro Hæresis conflata erat potissimum ex prauis Manichæorum & Massalianorum dogmatibus, vt est etiam apud Harmenopulum libro de Sectis, vbi vtriusque Hæresis Massalianorum scilicet & Bogomilorum opiniones recenset. Massalianorum, qui sub Valente primum exorti sunt, dogmata enarrant præterea S. Ioannes Damascenus in opusculo quod de ea Hæresi edidit, & Nicetas lib. 2. Thesaur. Orthod. fid. Bogomilorum vero Euthymius Zybabenus in Panopl. part. 2. tit 23. Dicitur autem Bogomilus Mysorum idiomate, *qui Dei misericordiam implorat,* vt autor est idem Harmenopulus, vnde Εὐχίτας, C

Ενθουσιασταὶ, & Ὀμφαλοψύχοις Hæreticos iſtos Græci appellarunt. Vide Cedrenum A. XX. Conſtantini M. & I. Valentis, Gregoram lib. 11. Balſamonem in Nomocan. Phot. Pſellum de Operat. Dæmon. Cantacuz. lib. 2. cap. 39. &c.

C Δεινότατον] Id iam olim Paulicianis Hæreticis, Manichæorum & Bogomilorum aſſeclis, obiectum. Willel. Neubrig. lib. 2. cap. 13. *Egrediuntur de caueis ſuis vulpes nequiſſimæ, & prætenta ſpecie pietatis ſeducendo ſimplices, vineam Domini Sabaoth tanto grauius, quanto liberius demoliuntur.* Epiſtola Lud. VII. Franc. Reg. quæ extat Tom. I. Rerum Germ. Freheri, de iiſdem: *Et per quaſdam obſeruantias quas habent, meliores apparent quam ſint.* Fredericus II. Conſtit. 2. in Hæreticos: *Hi ſunt lupi rapaces intrinſecus, eouſque manſuetudinem prætendentes ouium, quouſque ouile poſſint ſubintrare. — Hi ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mollis dulcedine virus euomere, vt vitæ cibum ſe ſimulent miniſtrare, a cauda feriunt, & mortis poculum, velut quoddam diriſsimum venenum miſcent.* Petrus Bleſenſis Epiſt. 113. *Surrexerunt temporibus veſtris falſorum dogmatum prædicatores, doctores mendacij, hoſtes veritatis, & fidei ſubuerſores. Blandi & ſimplices ſunt vt agni, ſed vt vulpes aſtuti ſunt, & rapaces vt lupi. Iſti ſunt Hæretici qui in veſtimentis ouium veniunt.*

C Μανδύαν] Gloſſ. Baſilic. μανδύας, ἱμάτιον. Xiphilinus in Tiberio, φαιὰν μανδύην ἐπενδύς. Anna pag. 494. Vide Salmaſium ad Hiſt. Auguſt.

Pag. 488. A Ἐξάδελφον] Supra, ἀδελφὸν, rectius.

B Ζυγαβηνόν] De Euthymio Zygabeno Panopliæ Scriptore, conſulendi Leo Allatius lib. 2. de Eccl. Occ. & Or. conſ. cap. 10. Baron. Bellarm. Simlerus, &c.

Pag. 491. B Ναζιραίων] Qui & Ναζηραῖοι, quo vocabulo dicuntur Græcis Scriptoribus vitæ religioſæ ſectatores, & Monachi, quod inſtar Nazaræorum apud Hebræos, de quorum Secta & inſtituto agitur Numeror. cap. 6. ſtrictiorem vitam amplecterentur. Suidas: Ναζηραῖος, ὁ Θεῷ κεχωρισμένος καὶ ἀφιερωμένος, ὁ Μοναχός. Eadem prope habet Heſychius. Gregorius Nazianz. Orat. habita in Concilio Conſtantinopolitano: χαίρεται Ναζηραίων χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις πάννυχοι, παρθένων σεμνότης, γυναικῶν εὐκοσμία, &c. Nicephorus C P. ἔτι δὲ πνέων κατὰ τῆς ἀσεβείας τὸ ἱερὸν τῶν Ναζηραίων σχῆμα καθύβρισεν. Vtuntur Ignatius Diac. in vita S. Niceph. Patr. C P. N. 21. Ioann. Phocas cap. 11. Laonicus lib. 1. Cantacuzenus lib. 2. cap. 16. & 29. & alij.

Pag. 492. A Κατὰ τὸν Μελῳδόν] Coſmam forte, Maiumenſem Epiſcopum, D. Ioannis Damaſceni Præceptorem, Μελῳδὸν vulgo a Græcis vocitatum, quod præcipuus habitus ſit inter Melodos & Hymnographos Græcos. Vide Allat. de Libr. Eccl. Græcor. Diſſert. 1. & Combefiſium ad vitam S. Theodori Grapti. Coſmæ feſtum agunt Græci 14. Nouemb.

A Τζυκανιστήριον] De Tzycaniſterio dictum pluribus ad Ioinuillam Diſſert. 8.

Pag. 493. C Πυραμίδος] Seu Obeliſci, qui etiamnum ſtat in medio Hippodromo. Obeliſcos nempe medio in circo poni ſolitos in metæ formam docet vetus Epigr. de circo, quod lucem accipit ex iis quæ a Cedr. notantur invita Romuli:

> *Namque his Euripus, quaſi magnum interuenit æquor,*
> *Et medius circi ſumma obeliſcus adit.*

Obeliſcum in Circo Conſtantinopolitano quis poſuerit, habent Inſcriptiones Græca & Latina, quæ leguntur in Stylobatæ lateribus, ex quibus poſitum colligitur a Theodoſio M. Annum indicat Marcellinus Comes, Indict. 6. Valentiniano A. & Neoterio Coſſ. vnde falli conſtat Codinum in Orig. qui Theodoſio Iuniori tribuit. Græcam Inſcriptionem profert Anthologia Gr. lib. 4. cap. 16. vtramque, Græcam & Latinam Gruterus pag. 186. 6. 7. Eaſdem etiam habet Gyllius in C P. lib. 2. cap. 6. ſed non adeo ad metri normam deſcriptas; quamquam vt illas ſic exaratas credam, vti exhi-

bentur a Gyllio, facit quod ſcribit Franciſcus Philelphus lib. 6. Epiſtolar. *Legi*, inquit, *ad Hippodromum Conſtantinopolis in marmoreis quibuſdam lapidibus, ſub pulcherrimo illo Obeliſco Verſus quoſdam ad partem anteriorem Obeliſci Latinos, ad poſteriorem Græcos, & vtroſque heroicos, & item vtroſque admodum ineptos.* Latinos præterea deſcripſit Bondelmontius in Deſcript. C P. Fuit vero ille, quo curante intra 32. dies erectus fuit Obeliſcus, Proculus Præfectus Vrbi, qui in Inſcriptionibus, metri cauſa, per ſyncopem *Proclus* appellatur, & eo quo poſitus eſt anno, & ſuperiore, hunc obiit Magiſtratum, vt innuit L. 5. Cod. Theod. de Agentibus in reb. & L. 3. de Tutor. & Curator. Cod. eod. tit. Habuit olim Obeliſcus ſuperimpoſitam pilam æneam, quæ terræ motu Michaele Theodoræ F. imperante, ſtatim poſt celebratam VIII. Synodum decidit, vt autor eſt Nicetas Paphlago in vita S. Ignat. Patr. C P. Obeliſcum porro Pyramidis appellatione donauit Anna, quia vt Pyramides, ita & Obeliſci forma erant quadrata, gracileſcentes pauliſper, & in anguſtum verticem producti, ſecundum Ammianum lib. 15. Obeliſci vero Conſtantinopolitani latera ima lata ſunt 6. pedes, vt tradit Gyllius loco citato, vbi accuratam eius deſcriptionem dedit. Habent etiam de hocce Obeliſco nonnulla ex Græcorum narrationibus Augerius Buſbequius in Itin. CP. & Theuetus lib. 19. Coſmogr. cap. 3.

Ἐγκλεισθῶσι] Iubet Alexius Baſilij ſectatores in porticibus Palatium ambientibus, de quibus egimus ad pag. 455. includi; erant enim in hiſce porticibus carceres in quibus detinebantur rei. Nicetas Paphlago: ἡμερῶν δὲ παρελθουσῶν ὀλίγων εἰς τὰ Νούμερα τοῦτον ἀφάσαντες σὺν δέσμιον ἐγκλείουσιν. Octaua Synodus Act. 10. καὶ ἔμφρουροι ἐν τοῖς Νουμέροις γεγόναμεν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις. Sunt vero *Numera*, ſeu potius *Numeri*, porticus, in quibus excubabant Prætoriani milites, vt indicat Codinus de Orig. C P. a voce Latina *Numerus*, quæ cohortem, legionem, aut militares copias ſignificat. *Numeros militares*, dixit Tyrius lib 2. cap. 20. vt cæteros omittam, quos laudant Cujacius ad L. 3. Cod. de his qui non impl. ſtip. lib. 10. Lipſius de Milit. Rom. lib. 4. cap. 2. Dempſter. ad Coripp. & Meurſ. in Gloſſ. Carceres iſtos intelligit Autor de Exilio S. Martini PP. *Et auferentes eum de lembo, poſuerunt eum in geſtatorio, duxeruntque in cuſtodiam Excubitorij, quæ cognominatur Prandearia, & fecit eum incluſum ſub multa cuſtodia, præcipiens Excubiti cuſtodibus: vt nullus penitus ſciret ciuitatis, quia eſt in eodem Excubitu.* Hinc docemur quid ſit Πρανδιάρα, in Chronico Alexand. A. Arcadij 12. quo ait conflagraſſe porticus Hippodromi, & Prandeariam, & adiacentes porticus. Elephantinem, carcerem ita dictum in Palatio pariter ſtatuit Anna pag. 457. Prætorij carceres habet Leo Grammaticus pag. 467. Zeuxippi, Pachymeres lib. 6. cap. 33. Palatij Eleutherij dicti, Theodorus Studita in vita S. Theophan. Confeſſ. N. 23. Igitur cum Palatii cuſtodia penes Papiam eſſet, eius etiam erat carcerum Palatinorum, & qui in eis detinebantur reorum cura. Sed de hac dignitate agimus ad Cinnamum. Pag. 494. D

Καλλικλῆς] Is eſt Nicolaus Callicles Archiater, cuius Poeſim & Iambos plurimi facit Georgius Corinthi Epiſcopus lib. de Conſtruct. Orat. ad quem etiam extant Epiſtolæ Theophylacti Bulg. Archiepiſcopi 38. 39. 56. 57. Illius ſunt Epigrammata aliquot iam olim ab Hieronymo Gontio edita, quorum duo, quia ad Hiſtoriam Annæ noſtræ, Eudociæ ſororis, & Irenes pertinent, hiſce Commentariis adtexere erit operæ pretium. Primum ſpectat ἐγκόλπιον, ſacris viuificæ Crucis Reliquiis adornatum, quod Anna ab Eudocia ſorore, quæ in Monaſterium ſeceſſerat diuulſa a marito, dono acceperat. Alterum ſpectat Irenes ipſius Auguſtæ Annæ matris, vel etiam Ioannis Comneni Imp. vxoris aliud ἐγκόλπιον. En vtrumque. Pag. 496. C

Τοῦ Καλλικλέους στίχοι εἰς τὸν καλὸν σταυρὸν τὸν κοσμηθέντα παρὰ τῆς Πορφυρογεννήτου Κυρᾶς Ἄννης.

Ἐκ τοῦ ξύλου τρυγῶ σε τὴν ζωὴν Λόγε,
Καὶ Εὔα τρυγᾷ τὴν φθορὰν ἀπὸ ξύλου,
Καὶ προσκυνοῦσα σῶν παθῶν τὴν εἰκόνα,
Εἰς ἀπαθῶν αἰτῶ σε λιμένα φθάσαι,
Σὺν συζύγῳ τε καὶ τέκνοις τηρουμένη,
Ἐξ Εὐδοκίας ταῦτα Πορφύρας κλάδου.

Calliclis Verſus in eximiam Crucem adornatam a Domina Porphyrogenita Anna.

Proles parenti æquæua quam moriens mihi
Vitam dediſti, carpere e ligno datur,
Licet Eua mortem neſcia hinc olim hauſerit,
Diræque cladis triſte ſimulachrum colens,
Beatitatis tangere hic portum ardeo,
Me liberoſque & coniugem in tuto locans,
Hanc flos nitentis Purpuræ & Sceptri decus,
Eudocia olim & arborem & fructum dedit.

Εἰς τὸν καλὸν ξύλον τὸ κοσμηθὲν ὑπὸ τῆς Δεσποίνης.

Οὐ ταῦτα δρυμὸς, οὐδὲ κρανίου τόπος,
Ἐν οἷς ἐπάγη τοῦτο τὸ ξύλον πάλαι,
Ἀλλ᾽ ἐστὶ λιθόστρωτος ἢ χρυσοῦς τόπος,
Ἀνθεῖ δὲ λευκὸν ἄνθος ἐκ τῶν μαργάρων,
Τούτοις φυτεύσει σὲ ξύλον ζωηφόρον,
Δοκῶν ὁ λαμπτὴρ ἡ Βασιλὶς Εἰρήνη,
Καρπὸν γλυκὺν τρυγῶσα τὴν σωτηρίαν.

In Lignum Crucis ab Imperatrice ornatum.

Non ille lucus ſanguinis Chriſti notis,
Vel mons cruentus hic vbi quondam ſtetit
Ferale Lignum, lapide ſed Pario locus,
Auroque ſtratus, candidum vibrans iubar,
Baccis decorus, & Rubri ſpoliis Maris,
Hæc te inter (Arbos perditis vitam ferens,
Solem & laceſſens lumine) Irene inſeret,
Ex Te ſalutis aureos fructus legens.

Pag. 497. A Πολυτέχνης Μιχαὴλ] Quem non ſemel idem Theophylactus innuit ſuum iam olim fuiſſe diſcipulum, & cui gratulatur quod in Imperatoris Medicum allectus ſit, Epiſt. 44. 47. 73. 74. & 75. Nicetam præterea neſcio quem Alexij Medicum nominat Epiſt. 55.

Pag. 500. A Καταλαμβάνει τὰ Μάγγανα] Huc referenda quæ de morbo & vitæ exitu Alexij habent Zonaras & Glycas in Alexio, & Nicetas in Ioanne.

Πορφυρογέννητος Εὐδοκία] Alexij filia, cuius meminit Callicles in eo quod descripsimus Epigrammate, & quam Zonaras a patre, filio Constantini Iasitæ (illius forte, quem Anna lib. 5. Itali auditorem fuisse ait) collocatam, & ab eo pessime contra generis dignitatem habitam & offensam, soluto matrimonio, in Monasterium concessisse scribit. Pag. 502. A

Μαρία] Quæ Gregorio Gabræ pacta & desponsa, eiurata postmodum affinitate, Nicephorum Constantini Euphorbeni Catacalonis filium, Sebastocratorem a socero appellatum, duxit, vt autor est Zonaras. Ex his nuptiis nati Alexius & Andronicus, qui filij τῆς Πορφυρογεννήτου Μαρίας, Annæ αὐταδέλφης, dicuntur in sententia depositionis Cosmæ Patr. C P. A. Ch. MCXLIV. apud Allatium de Eccl. Occid. & Orient. perp. consens. lib. 2. cap. 12. B

Ὁ τῆς Βασιλείας διάδοχος] Vide Zonaram in Alexio, & Nicetam in Ioanne. Pag. 503. A

Ἱμάτιον] Codinus de Off. Aulæ C P. cap. 17. N. 26. de Imperatrice: Εἰ δὲ τύχοι οὖσα χήρα, τὸ μὲν βάϊον κατέχει, καὶ ἱστάμενον, καὶ καθήμενον· φορεῖ δὲ ἔνδυμα μέλαν, λεγόμενον ἱμάτιον καὶ μανδύαν ὀξύν. Est igitur ἱμάτιον propria Augustarum viduarum vestis. Pag. 505. C

Τὴν ἱερὰν ψυχὴν] Excessit e viuis Alexius sub noctem, 18. Kal. Sept. quo die celebratur ab Ecclesia Deiparæ Assumptio, Feria Hebdom. 5. An. M. iuxta Græcos VIMDCXXXVI. Chr. MCXVIII. Indict. XI. Vixit annos circiter 70. imperauit 37. menses 4. dies 15. Illius corpus humatum in Monasterio quod ædificauerat, & Christo τῷ Φιλανθρώπῳ sacrauerat. Hæc Anna filia, Zonaras, Glycas, Nicetas in Ioanne, Codinus de Orig. C P. pag. 79. Edit. Reg. Ducas cap. 1. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Cas. Will. Tyrius lib. 12. cap. 4. Histor. Hieros. 2. part. A. MCXVII. Chron. Malleac. A. MCXVIII. Ægid. de Roya A. MCXVII. Alexij sepulchrum etiamnum extare in Templo τῆς Παμμακαρίστου, quod hodie *Patriarchium* vocant, autor est Mart. Crusius in Turcogr. pag. 189. D

CAROLI DV FRESNE
AMBIANI,
DOM. DV CANGE,
QVÆSTORIS FRANCIÆ,
IN
IOANNIS CINNAMI
HISTORIARVM
LIBROS SEX
NOTÆ HISTORICÆ
ET PHILOLOGICÆ.

CAROLI DV FRESNE
AMBIANI,
DOMINI DV CANGE,
QVÆSTORIS FRANCIÆ;
IN
IOANNIS CINNAMI
HISTORIARVM
LIBROS SEX
NOTÆ HISTORICÆ
ET PHILOLOGICÆ.

IN LIBRVM I. IOAN. CINNAMI NOTÆ.

ΩΣ ἐπίπεδον ἀφεθῆναι] Petrus Diaconus in Præfat. ad lib. 4. Chron. Casin. Pag. 1. A
Historia a venusti decoris altitudine ruet, si mens cogitationibus obumbrata & pressurarum mundialium tenebris offuscata fuerit. Infra: *Mens vero Historiographi elucescere minime valet, quandiu terrenis curis & lucris insudat, quia cum homo mundi turbinibus quatitur, mouetur pariter & mens, & cum quiescit, similiter & ipsa quiescit*, &c.

Ἀνήβῳ παιδί] Alexio Comneno, Manuelis Imp. filio, cui Andronicus Tyrannus vitam & Imperium abstulit. Pag. 2. A

Νικηφόρῳ] Botaniatæ, cui successit Alexius Ioannis parens. B

Πόῤῥω τῆς ἡλικίας] Erat quippe Nicephorus, cum Imperium occepit, admodum senex. Vide Not. ad Alexiadis pag. 45. B

Μνηστευθεῖσαν] Ioannes enim statim atque in lucem est editus, Imperator a patre acclamatus est. Anna lib. 6. pag. 167. 168. C

Ἐπὶ τὴν Ἀσίαν] Conferendus Nicetas in Ioann. N. 4. C

D Λαοδίκη] Laodicea Phrygiæ vrbs, de qua Plinius lib. 5. cap. 29. *Celeberrima vrbs Laodicea imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro, appellata primo Diospolis, deinde Rohas.*

Pag. 3. A Γιχαρεῦς] Qui Nicetæ Ἀλπιχαρεῦς, apud quem, ἀλ, Præpositio est, quam crebro Arabes nominibus propriis præponunt. Vide Vaterium in Præfatione ad El-Macinum.

A Σωζόπολιν] Pamphyliæ oppidum. Vide Nicetam.

Pag. 4. A Φυλάρχοις] Nam in plures Tribus distributi erant, nec vni parebant duci, inquit Nicetas. Procopius lib. 1. de Bello Perſ. οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, οὓς Δοῦκας καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἐνσπόνδων ἡγούμενοι, οἳ Φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται, &c. Cæterum Expeditionem Ioannis Macedonicam ad A. 5. Imperij refert Nicetas, qui cadit in An. Chr. MCXXIII.

B Πελεκυφόροις] Varangis. Bryennius lib. 1. cap. 20. ἀσπιδοφόρον ξύμπαν ἐκ πελέκυν τινὰ ἐπὶ ὤμων φέρον. Vide Not. ad Villhard. & Annam.

D Οὔννοις] De hoc bello Hungarico, Nicetas in Ioan. N. 5.

D Λαδισθλάβω] Ladiſlaus, ſeu Vladiſlaus, Hungariæ Rex, non fuit Almi pater & Stephani, vti vult Cinnamus: vnicam quippe filiam ſuſtulit Pyriſcam, Ioanni Comneno Imperatori nuptam, & a Græcis Irenes nomine donatam. Vladiſlao vero in Regnum ſucceſſit ex illius teſtamento Almus, ex Geiſa fratre Vladiſlai nepos, qui aſſumpto in Regni conſortium Calamano fratre, ab eodem oculis priuatus & exactus, ad Imperatorem Germaniæ primum, deinde ad Ioannem Conſtantinopolitanum Auguſtum fuga dilapſus eſt, auxilij expetendi gratia. Extincto demum Calamano, Stephanus filius Regnum adeptus eſt, is nempe de quo hic agit Cinnamus, qui proinde non fuit Almi frater, licet eodem in errore verſetur Nicetas. Conſulendi inprimis ad hoc firmandum Stemma Regum Hungaricorum, Otho Friſing. lib. 7. Chr. cap. 13. & 21. & Thwroczius in Chr. Reg. Hung. cap. 63. vbi Stephano bellum a Græcis illatum pluribus perſequitur. Adde Vſpergenſem & Albericum A. MCXXXV. & Notas ad Annæ pag. 416.

Pag. 5. B Φροντιστήριον] Perperam hoc loco, vt & lib. 2. *Scholam* vertit Tollius; rectius *ſacra loca* lib. 6. eſt enim Græcis idem quod Μοναστήριον. Suidas, φροντιστήριον, διατριβή, ἢ μοναστήριον, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ Σεμνεῖον καλοῦσι, quaſi locus cogitationum, ſeu commentationum, in quo Monachi cogitationes commentationeſque ſuas ad virtutem erigunt: vnde Athanaſio Ἀσκηταὶ καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταὶ dicuntur. Acta SS. Phileæ & Philoromi, Ruffino Interprete N. 8. *Iam immolauit in Phrontiſterio.* Hac notione vocem iſtam vſurpant Anna pag. 156. 482. 485. Theophylactus Simoc. lib. 1. Hiſt. Maur. cap. 14. Nicetas in Man. lib. 7. cap. 3. Cantacuzenus lib. 1. cap. 22. & alij.

B Παντοκράτορος] A Ioanne extructum Monaſterium Pantocratoris, ſeu Dei Omnipotentis, narrant Nicetas in Man. lib. 1. cap. 1. & Innocentius III. PP. lib. 13. Epiſt. 162. apud quem nuncupatur *Pantocraton*, vt & in alia eiuſdem Pontificis Epiſtola apud Odor. Raynaldum in Annal. Eccl. A. MCCVII. N. 19. & 20. vſitato Latinis & Francis æui medij Scriptoribus more, qui Græcas voces in, ορ, deſinentes, in *um*, efferunt, vt pridem a nobis obſeruatum ad Villhard. In eo humatum Manuelem tradunt idem Nicetas & Cinnamus lib. 2. Ad Manuelis monumentum lachrymas fudiſſe Andronicum Tyrannum autor eſt idem Nicetas. Monaſterium virorum fuit, cuius Hegumenus, ſeu Abbas, olim fuit Patriarcha Antiochenus, ex Villharduinorum familia oriundus, vt prodit Georg. Pachymeres lib. 5. Imaginis Deiparæ, quam a D. Luca depictam aſſerebant, in hac Æde magno populi concurſu cultæ, meminit idem Scriptor lib. 2. cap. 31. Agunt etiam de hoc Monaſterio Gre-

goras lib. 7. Codinus de Offic. Aulæ C P. cap. 15. & Ducas cap. 36. In XI. Vrbis Regione ſtatuitur a Gyllio lib. 4. cap. 2. a quo pluribus deſcribitur: iuxta Templum SS. Apoſtolorum, in Narratione MS. de Beliſſario: ἐκεῖ γὰρ ὑπεστρέφετο εἰς ἕνα Μοναστήριον. πολλὰ γὰρ ἐνδοξότατα βασιλικὸν καὶ μέγα τὸ λέγομεν Παντοκράτορα ἔγγυστα που κ' εἰς ἄλλον ὡραῖον Μοναστήριον ἁγίων Αποστόλων.

Ζεύγμιον] Nicetas habet hoc loco, & alibi, Ζεύγμινον. Vide eumdem in Man. lib. 2. cap. 7. C

Εν Σιρμίῳ] Sirmienſis ager medius interiacet inter Sauum & Danubium, non vini ſolum toto Septemtrione laudatiſſimi, ſed etiam rerum omnium, quæ ad vſum humanum pertinent, ferax, inquit Sambucus in Deſcriptione Hungariæ. C

Εκ τε Λιγγύρων] Nicetas, καὶ εἶχεν οἰκειασάμενος τὴν παραλίαν Ιταλίαν. Lombardos, ſeu Genuenſes intelligit, qui hoc in bello Ioanni Imp. militarunt. C

Εἰς τὸν πόταμον] Ad Caraſum amnem commiſſum prælium refert Bonfinius Decad. 2. lib. 6. D

Ακούσης καὶ Κελάδης] Thwroczius cap. 71. & Bonfinius, de hac Hungarorum clade ſcribentes, Comitem neſcio quem, *Ciz* nomine, tradunt in eo prælio occubuiſſe, qui forte idem fuerit cum Ακούσης Cinnami. Pag. 6. A

Κουρτίκιον] Fuit Curticiorum Familia illuſtris admodum in Aula Conſtantinopolitana, quæ Adrianopoli, vnde prima ei origo, in vrbem tranſiit, vt habet Anna lib. 5. B

Κριτόπλον] Qui alius & diuerſus videtur ab eo, qui non ſemel Ioannacius Critoples nuncupatur Cinnamo. C

Γυναικείαν ἐνδεδυκότα στολὴν] *Lex Maieſtatis præcipit eum qui Maieſtatem publicam læſerit, teneri, qualis eſt ille qui in bellis ceſſerit, aut arcem non tenuerit, aut caſtra conceſſerit.* L. 3. Dig. ad Leg. Iul. Maieſt. Apud Valerium Max. lib. 2. cap. 7. *Rutilius Coſ. eo bello, quod in Sicilia cum fugitiuis geſſit, Q. Fabium generum ſuum, quia negligentia Tauromitanam arcem amiſerat, prouincia iuſſit decedere.* Vita Lud. Pij A. DCCCXXVIII. *Baldrico Duci Forojulienſi dum obiiceretur, & probatum eſſet, eius ignauia & incuria vaſtatam a Bulgaris noſtram regionem, pulſus eſt Ducatu.* Ignauia enim culpæ æquiparatur, nec minori dignus eſt pœna qui commiſſam ſibi prouinciam, aut arcem non tuetur, quam qui per proditionem in hoſtium poteſtatem tradit. Leo in Tact. cap. 8. §. 16. εἴ τις πόλιν, ἢ κάστρον πιστευθεὶς εἰς παραφυλακὴν τῶν πολεμίων προδώσῃ, ἢ χωρὶς ἀνάγκης τῇ ζωῇ συντεινούσης ἀναχωρήσῃ, δυνάμενος τοῦτο ἐκδικῆσαι, κεφαλικῇ τιμωρίᾳ ὑποβαλλέσθω. Adde Leges Militares Rufi cap. 36. Et ſane cum fœmineam mollitiem ſapiat ignauia, iure egiſſe videtur Ioannes Comnenus, qui ſtola & veſte muliebri virum inertem & ignauum induerit. Tradit Nicetas in Man. lib. 6. N. 8. parum abfuiſſe quin Manuel Imperator Andronicum Angelum, qui Turcis Græcos, quibus præerat, aggreſſis, turpi fuga dilapſus fuerat, muliebri habitu per vrbem circumduci iuberet. Sic olim Irene Imperatrix Narſeti Patricio Italiæ Præfecto, qui fiſcum & pecunias publicas bellis ingruentibus inepte diſſipauerat, fuſum & colum miſit, λάβε ταῦτα, inquiens, ἃ καὶ ἁρμόζει σοι· νήθειν σε γὰρ μᾶλλον ἐκεῖνα μὲν, ἢ μετ' ὅπλων ὡς ἄνδρα διεκδικεῖν καὶ διϊθύνειν, καὶ ὑπερπολεμεῖν Ρωμαίων, apud Conſtantinum Porphyrog. de Admin. Imp. Sic etiam Hormiſdas Perſarum Rex, apud Simocattam lib. 3. cap. 8. Varamum exercituum Perſicorum Ducem, qui prælio contra Romanos inito cladem paſſus erat, αἰσχίσταις ὕβρεσι ἐξουθένησε, γυναικείας ἐσθῆτας ἔπαθλα τῆς ἀδοξίας κληροδοτήσας αὐτῷ. Ita Muchumet, Perſarum, ſeu Turcorum Sultanus, milites qui male pugnauerant in altero contra Romanos prælio, & hoſtibus terga dederant, minatus eſt ignominioſe traducturum ſe muliebribus ad ludibrium ſtolis

indutos, γυναικείας περιβεβλημένους στολάς, apud Bryennium lib. 1. cap. 8. Sic denique Michael Palæologus suos, qui male Ænum arcem defenderant, γυναικείαις ἀτιμώσας στολαῖς, ἀπὸ προσώπου ἐποίει, apud Pachymerem lib. 3. cap. 25. Vide Sauaron. ad lib. 1. Sidon. Epist. 8.

Pag. 7. A Ολίγῳ δ᾽ ὕστερον] Nicetas N. 15.

B Εἰκόνα τῆς Θεοτόκου] Ioannis triumphum accurate exequitur Nicetas. At quod addit Cinnamus neutiquam post Iustiniani & Heraclij tempora eiusmodi actos Constantinopoli triumphos, in quibus videlicet præcipuus Deiparentis Imagini cultus & locus datus fuerit, haud ægre refellitur ex Scylitze & Zonara, tradentibus Ioannem Zimiscem, deuictis Bulgaris, ita triumphum duxisse, vt totam rerum bene gestarum gloriam Deiparæ adscripserit, cuius Imaginem in curru collocatam ipse subsecutus est: ἐν δὲ τῷ ἅρματι τὰς Βουλγαρικὰς θεὶς τῶν βασιλέων στολὰς, καὶ ἄνωθεν τούτων εἰκόνα τῆς Θεομήτορος, ὡς πολιούχου, προπορεύεσθαι ἑαυτοῦ ἐτάξατο. Idipsum postea imitatum Manuelem, debellatis Pannonibus, tradit Nicetas lib. 5. N. 3.

B Ταινισμῷ] Vide Not. ad Annæ pag. 365.

C Τῷ φυλάρχῳ Ικωνίου] Masuto Iconiensi Sultano, Cliziasthlanis II. fratri notho, & successori.

Pag. 8. C Τῷ δ᾽ ἐντεῦθεν] Nicetas N. 5.

C Λεβουνης] *Leo*, Annæ lib. 13. nuncupatus, *Leuo*, Willelmo Tyrio lib. 14. cap. 3. cuius Stemma delibandum hoc videtur loco, ex opere nostro de Familiis Oriental. ad Principum Armeniæ, quorum in Comnenica Historia sat frequens occurrit mentio, pleniorem notitiam.

N.
- *Constantinus* Armeniæ Princeps potentissimus. *Tyr. Albert. Aq.* &c.
  - *Leo*, seu *Liuo* Armeniæ Princeps.
  - *Toros*, seu *Theodorus* Armeniæ post fratrem Princeps.
  - *Milo*, seu *Melier*, vel *Melich*, pulso Thoma nepote, Armeniam inuasit.
    - *Rupinus* Principatum Armeniæ consequitur A. 1180. Huic vxor fuit *Isabella*, filia Humfredi II. Dom. *du Thoron*.
      - *Aleidis* nupta *Raimundo*, Boemundi III. Antiocheni Principis filio primogenito.
        - *Rupinus* Armeniæ Rex a Leone coronatus & renuntiatus.
      - *Philippa* nupsit *Theodoro Lascari* Imp. Græcorum.
        - *Constantinus Lascaris.*
  - *Stephanus* a Græcis occisus.
    - *Leo*, seu *Liuo*, primus Armeniæ Rex, vxorem duxit *Isabellam*, Almerici Regis Hierosol. filiam.
      - *Isabella*, filia vnica, nupsit *Philippo*, Boemundi IV. Antioch. Principis filio, quo in ordinem acto, Constans Leonis consanguineus Armeniæ Regnum in Aithonem filium transfudit, data eidem in vxorem Isabella Leonis filia.
    - *Doleta* vxor *Bertrandi de Giblet.*
  - N. mater *Thomæ* Armeniæ Principis.
  - N. vxor *Ioscelini I.* Edessani Comitis.
- *Taphnutius*, seu *Taphroc*, Armeniæ perinde Princeps.
  - N. vxor Balduini I. Regis Hierosol.

C Βαϊμουνδου] Obiit Boemundus II. Princeps Antiochenus A. Chr. MCXXX.

C Ες Κιλικίαν] Hanc Ioannis Imp. in Siciliam Expeditionem pluribus exequitur Will. Tyrius lib. 14. cap. 24. attigit etiam Odo de Diogilo de profect. Lud. VII. Reg. Franc. in Orient. lib. 4.

D Καὶ Λεβουνην] Belli inter Liuonem & Antiochiæ Principem Boemundum II. meminit Ordericus Vitalis lib. 11.

Αναζάρβου

Ἀναζάρβου] *Anauarza*, Tyrio, Nicetæ, Theophani, & aliis dicitur, Secundæ Siciliæ Metropolis. Pag. 9. A

Τῷ Κόμητι Πετούης] Fuit Raimundus Antiochiæ Princeps, Willelmi IX. A
Aquitaniæ Ducis ex Philippa, ſeu Mathilde, Tholoſana filius ſecundogenitus, natus Toloſæ, vt eſt in Chronico Malleacenſi A. MXCIX. cuius res geſtas fuſius proſequimur in laudato opere de Famil. Oriental. Interim hic adnotandum venit, non ſolius duntaxat peregrinationis intuitu, quod vult Cinnamus, in Syriam profectum Raimundum, ſed a Fulcone Hieroſolymitano Rege, cui iunctus erat affinitate, ad Conſtantiæ nuptias euocatum. Ita enim diſerte Tyrius lib. 14. cap. 9. & 20. Willel. Gemetic. lib. 7. cap. 43. Math. Paris A. MCXXXII. & Robertus de Monte A. MCXXX. Errat porro toto cælo Cinnamus, qui Pictones ſtatuit ad Sinum Ionium.

Πλίνθοις] Nicet. in Ioan. N. 7. περιπετάσματα καὶ ἱμαντώματα ἐκ πηλίνων πλίνθων. C

Βαλδουῖνος] Qui Willelmo Tyrio lib. 16. cap. 14. & 16. *Balduinus de Mares* C
nuncupatur, *vir*, inquit ille, *nobilis & potens*. Vide infra pag. 234. de Maraſia dixi ad Annam pag. 334.

Μουτζάφαρα] Præſidium in Comitatu Tripolitano, cui nomen *Mons Ferrandus*, ait Tyrius lib. 14. cap. 6. 25. & 26. vbi eam rem enarrat. Cinnamus expreſſit Gallicum *Montferrant*. Brocardus in Deſcript. Terræ Sanctæ quatuor ab Acconenſi ciuitate diſſitum leucis refert. Adde Sanutum lib. 3. part. 6. cap. 15. & 16. & Vincent. Beluac. lib. 31. Spec. Hiſt. cap. 144. D

Ἐφ' οἷς εἴρηται] Pacta inter Ioannem Imp. & Principem Antiochenum refert pariter Tyrius lib. 14. cap. 30. vt & Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 914. 915. vbi bellum Antiochenum pluribus exequitur. Porro id potiſſimum obſeruandum, inito Manuelem inter & Raimundum fœdere, Imperatorem in Antiocheno tractu Vicarium ſeu Præfectum conſtituiſſe, qui ſuo nomine, quæ ad ſupremum Imperij ius ſpectarent exequeretur: qui quidem Præfectus *Ducis Antiochiæ* titulo & dignitate gaudebat, perinde ac eiuſdem prouinciæ Præfecti ante expugnatam a Turcis Antiochiam. Certe hac dignitate donatus legitur *Leo Maiopolus* in Diplomate Raimundi Pictauini Principis Antiochiæ & Conſtantiæ vxoris M. April. A. MCXL. Ind. 3. quod ille ſubſcribit, extatque in Tabulario S. Sepulchri Hieroſol. & in alio Rainaldi Antiocheni Principis & vxoris Conſtantiæ An. MCLIV. quod refertur ab Vghello in Archiepiſcopis Piſanis pag. 464. in quo quidem Diplomate *Leo Maiopolus Dux* tantum dicitur. Pag. 10. B

Φαέριοι] Ita Editio Tolliana; ſed nemo non videt legendum, φρέριοι. Sic B
porro Nicetas in Andron. lib. 1. N. 4. Pachymeres lib. 5. cap. 8. & 11. lib. 6. cap. 14. Gregoras lib. 5. Cantacuzenus lib. 2. cap. 12. & Manuel Palæol. Imp. Orat. in Theodorum Deſpot. Milites Militiæ Templi, aut Hoſpitalis Hieroſolymitani appellant, ex Gallico, *Freres*, quo nomine Religioſos voto aſtrictos Monaſtico vulgo nuncupamus. Emanuel Georgillas in Monodia MS. de Epidemia, quæ Rhodum Inſulam inuaſit An. MCCCCXCVIII. menſe Sept.

Ἄρχοντες, πλούσιοι, καὶ πτωχοὶ, μικροί τε καὶ μεγάλοι,
Καὶ ἐσοῖς αὐθέντες Φρεέλδες ὁποδόθαι ὃ κεφάλη.

Statuta Hieroſolymitana part. 2. cap. 26. *Et aprés receut le ſerment des Freres, & de tous les autres qui ſerement li deuoient, & tint le Royaume de Hieruſalem quitte & en paix.* i. Militum Hoſpitalariorum & Templariorum Sacramenta exegit. Et cap. 21. *Frairies*, Militiæ ipſæ nuncupantur. *Fratres Sancti Sepulchri*, in Edictis Nunonis Sancij Comitis Roſſilionis & Petri Reg. Aragon. de Pace & Treuga, quæ habentur Tom. 8. Spicilegij Acheriani pag. 368. 381.

Sic porro Milites istorum Ordinum appellabantur, quod essent reuera Monachi, ac, vt vulgo dicimus, Religiosi, voto obstricti, qui ea tempestate *Fratres* indigitabantur, Græcis posterioribus φρέριοι, vti vocantur a Michaele Anchiali Patriarcha in Dialogo: vnde Fratres Minores, Φραρμινούριοι, apud Georgium Metropolitam Corcyrensem, Φρεμενούριοι apud Anonymum de Dissidio Græcorum & Latinorum dicuntur. Ipsa etiam Monachorum congregatio *Fraternitas* appellatur; *Fraternitas Monacha*, apud Paulinum Epist. 3. ad Seuerum. Idem Carm. 13. *Martinianum suscipit Fraternitas, Tectoque apricat & cibo.* Hieronymus ad Theophylum, Ep. 31. *Te vniuersa Fraternitas suppliciter salutat.* Liberatus Diacon. cap. 11. *Quibus euntibus ad se, tale Eutyches reddidit responsum, hoc apud se esse decretum, vt nunquam egrederetur a sua Fraternitate, sed tamquam in sepulchro degeret in Monasterio.* Ita Græci Ἀδελφικὸν vsurpant. Concilium Constantinopolit. sub Menna Act. 5. πολὺ καὶ ἄπειρον πλῆθος, καὶ ἀδελφικὸν, καὶ Μοναχικὸν ἐζήτησε καὶ ἐνώρκωσε ταῦτα γνωρίσαι τὴν ὑμῶν ἐξουσίαν. ὃ γὰρ μὴ καταθέσθαι τοὺς ἀδελφοὺς καὶ μοναχοὺς, τοῦτ' ἔθος ἄνωθεν κεκράτηκεν. Ἀδελφότης eadem notione occurrit apud Palladium in Hist. Lausiaca cap. 9. 14. & alibi passim. Id vero manauit a primis Christianis, qui sese inuicem Fratres appellabant, vt indicant Tertullianus in Apol. cap. 39. Lactantius lib. 5. cap. 13. Minutius Felix, Athenagoras, Prudentius, & alij; vnde ipsa Ecclesia *Fraternitas* dicitur apud eumdem Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium, &c.

D Σέσερ] Cæsareensem obsidionem narrant pariter Nicetas N. 8. & Willel. Tyrius lib. 15. cap. 1. & 2. De Cæsarea vrbe vide Notas ad Alexiadis pag. 412.

Pag. 11. A Λίθος τῷ λυχνίτης] Eiusmodi est Crux illa, quæ in Sacra Capella Borboniensi in Boiis asseruatur & colitur.

A Τρέπω δὴ] Supplendus hiatus ex Niceta.

B Ἐνιαυτοῖς δὲ δυσὶν] Triennio confectam Orientem versus Ioannis Expeditionem scribit Nicetas, qui Neocæsariensem perinde refert N. 9. & 10. vt & quod de Manuele, postmodum Imperatore, habet Cinnamus.

Pag. 12. A Πασγούση] Duas circa Iconium paludes recenset Strabo lib. 12. quarum maior Κώραλις, minor Τρωγῖτις vocabatur. Ita ex Descriptione Pasgusæ paludis, quam hic exhibet Cinnamus, coniicere est eamdem esse Pasgusam cum Corali, cui inædificatum hodie oppidum, *Acrioteri* in Chartis Geographicis nuncupatum.

B Ραμμουῶδον] De hac secunda Ioannis Antiochena Expeditione agunt iidem Nicetas N. 11. & Nicolaus Triuettus A. MCXLII. Tyrius lib. 15. cap. 32. & 33. vbi etiam de Alexij & Andronici filiorum Ioannis, atque adeo ipsiusmet Ioannis interitu Cinnamo consona tradunt. Cinnami calculos de Ioannis Imperij annis accurate expendimus in Stemmate Comnenico.

Pag. 13. D Τέμνειν ἐδόκει] Sed & ipsam manum, in qua vis tota mali continebatur, præcidendam censuerant Medici, antequam reliquas corporis illæsas partes inficeret. Sed id renuit Ioannes, dicens: *Indignum esse vt Romanum Imperium vna manu regatur.* Will. Tyrius lib. 15. cap. 22.

Pag. 14. A Ἐλπίσιν ἤδη θανάτου] Vbi ἐλπὶς sumitur pro metu. Cantacuzenus lib. 1. cap. 21. διὰ τὸ ἐν ἐλπίσιν ἡμᾶς εἶναι διαφθαρήσεσθαι. *Sperare*, pro *credere*. Concilium Compendiense A. DCCLVII. Can. 5. *Si quis homo accepit mulierem, & sperat quod ingenua sit.* Ita non semel apud Hincmarum. Consule Notas nostras ad Ioinuillam pag. 81.

Pag. 15. D Τὴν χλαμύδα] Adde Willel. Tyrium lib. 15. cap. 23.

D Μεθίστατο] Ait Tyrius defunctum Ioannem sub Anauarza Secundæ Ciliciæ Metropoli, in eo loco qui dicitur *Pratum Palliorum*. Quo spectat Leonis Imper. de illius interitu Vaticinium, Τόποις δ' ἐν ὑγροῖς καὶ παρ' ἐλπίδα πεσῇς.

IN LIBRUM II. JOAN. CINNAMI NOTÆ.

ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ δὲ] Nicetas in Man. lib. 1. N. 1. Pag. 16. A

Ὁμολογημένα] Vide Notata ad Annæ pag. 333. A. Pag. 17. B

Πρὸς Ἡρακλεία] Vide Nicetam in Ioan. N. 9. & 10. & Stemma Comnen. Pag. 18. B

Μιχαὴλ] Extincto Leone Stypiota Patriarcha CP. suffectus est a Manuele Imp. Michael Oxitas, vti scribit Nicetas lib. 1. N. 2. Catalogus Patriarch. CP. in Iure Græco-Rom. Μιχαὴλ Μοναχὸς ὁ ἀσκητικώτατος, ὁ ἐπίκλην Κουρκούας, ἐπὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, ἔτη β', μῆνας η'. Sub hoc Patriarcha coactum Constantinopoli Concilium (An. MCXLIII.) scribit Theodorus Balsamon in Nomocan. Phot. in quo Bogomilorum damnata est hæresis, ipsique Bogomili ignis supplicio addicti, quod vltimum improbat Balsamon, quod nullus hactenus legatur Canon, qui pœnam quampiam capitalem, aut corporalem indixerit, cum id præsertim ad Legum Ciuilium autoritatem pertineat. Quo spectant ista Hildeberti Episcopi Cenomanens. Epist. 30. *Reos tormentis afficere, vel suppliciis extorquere confessionem, censura Curiæ est, non Ecclesiæ disciplina.* Vide Allatium de Eccl. Occid. & Orient. perp. conf. lib. 2. cap. 12. pag. 671. C

Ἡν Ὀξεῖαν] Monasterij τῆς Ὀξείας meminit Pachymeres lib. 4. cap. 8. Erat autem in Monte eiusdem nominis situm, Chalcedoni proximo, qui postmodum Auxentij appellationem sumpsit, vti docent Menæa Basilij Porphyr. 16. Kal. Mart. C

Χρυσίου κεντηνάρεια] Auri centenaria habent Theophanes pag. 99. 147. 148. 335. &c. Procopius lib. 1. de Bello Persic. & in Hist. Arcana, Nicetas in Man. lib. 2. N. 7. lib. 5. N. vlt. S. Gregorius lib. 2. Ind. 2. Epist. 130. Gruter. Inscr. MCXX. 17. & alij quos passim laudant Scaliger lib. de Re nummaria, Meursius & Fabrotus in Glossariis. *Auri pondo* interpretatur Alamannus. Isidorus centum librarum fuisse centenarium scribit, atque ex eo appellatum: quod, præter Procopium, testantur Glossæ Basil. Κεντηνάρειον, λίτραι ρ'. κέντον γὰρ Ῥωμαῖοι τὰ ρ'. φασί. Paulus Warnefridus lib. 3. de Gestis Langob. cap. 12. *Inueniunt magnum thesaurum habentem mille auri centenaria.* Chronicon Reicherspergense: *Si Imperator & exercitus daret ei centenarios auri.* Arnoldus Lubec. lib. 13. cap. 37. *Cyprus est regio mari circumdata, Regi Constantinopolitano subdita, persoluens ei annuatim septem auri pondera, quæ centenere dicuntur.* In Charta A. MCCVIII. apud Vghellum Tom. 7. Ital. Sacræ pag. 274. *Centum quinquaginta Tarenos Amalphiæ, & duo centenaria ceræ,* &c. Vide Georgium Agricolam lib. 4. de Pond. Rom. pag. 95. Casaubonum & Salmasium ad Hist. August. & Notas ad Alexiadis pag. 414. D

Δεύτερον] Quo sibi Clerum demereretur Manuel, & in suas partes perduceret, annuum eidem duorum centenariorum reditum largitus est, quæ quidem, inquit, nummorum species, δεύτερον, seu *secundi*, appellatione vulgo innotescit. Nicetas illud ipsum enarrans, γράμμα ἐρυθρόσημαντον — τῷ κλήρῳ τοῦ μεγάλου νεὼ ἐπιδίδωσι, τυποῦν αὖθις ἀργύρεα ἐτήσια κέρματα, εἰς μνᾶς δὶς ἑκατὸν κορυφούμενα. Quæ verba idem sonant, cum centenarium sit centum librarum pondo, mina vero, idem quod libra, iuxta Budæum, etsi quidam reclamant. At quod centenarium argenti, *secundum* dicatur, id videtur forte respectu centenarij auri, quod primum vocatum fuerit ex metalli dignitate: vel certe, quod eiusmodi nummi, non ex probato & examinato argento, quod *primum*, sed ex deteriori, quod *secundum* dicebatur, conflati

essent. Vtriusque argenti meminit Autor Narrationis de Saluatoris Imagine dicta Antiphonetes, editus a Combefisio: ὁ μὲν γὰρ κασσίτερος εὑρέθη μεταβληθεὶς εἰς ἀργύρειον πρώτιστον, τὸν καλούμενον πεντασφράγιστον· ὁ δὲ μόλιβδος εἰς ἔλαττον μὲν, δόκιμον δὲ, ὅμως δὲ αὐτὸς μεταπεποίηται εἰς δεύτερον ἀργύρειον. Sic porro antea Clerum & Patriarcham sibi deuinxerat Michael Rhangabe, qui, vt autor est Theophanes, statim atque a Patriarcha coronatus est, τῷ Πατριάρχῃ χρυσίου λίτρας πεντήκοντα, καὶ τῷ κλήρῳ εἴκοσι πέντε concessit. Rogas etiam a Pontificibus Romanis Clero distributas, cum recens electi essent, non vno testatur loco Anastasius Bibliothecarius.

Pag. 19. A Ὁ δὲ Ραιμοῦνδον] Nicetas lib. 1. N. 2.

A Λεῖαν Μυσῶν] Prouerbium de iis qui misere exspoliantur. Vide Diogen. Zenob. & alios Parœmiographos.

A Περσούχ] Fuit Prosuchus iste origine Turcus, vti scribit infra Cinnamus, &, vt opinor, Prosuchi alterius, præcipui Pargiaruchi, seu Belciarochi Turcorum Sultani exercituum Ducis filius, cuius meminit Anna lib. 6.

Pag. 20. B Καὶ λίζιον] Occurrit vox ista infra pag. 129. Vide Notas ad Annæ pag. 406.

B Εἰρήνην] Vide Stemma Comnenicum.

B Καὶ ἡ Ἀλεξίου] Alexij Comneni, Ioannis Imp. filij primogeniti, qui Attaliæ paulo ante decesserat, coniux. Βασιλεὺς dicitur Cinnamo Alexius, quia a patre Imperatorio titulo donatus fuerat, vt autor est Nicetas. De Alexij vxoris morte, nonnulla a nobis obseruata in præfato Stemmate Comnenico.

C Τὸ τῆς βύσσου κυαναυγές] Purpura ferruginei coloris. Gloss. Gr. Lat. πόρφυρα μέλαινα, *Ferrugo.* Virgil.

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

D Μελαγγείοις] Vide Notas ad Annæ pag. 441.

D Ῥογέριος] Maria Comnena natu maxima filiarum Ioannis Imperatoris, Alexij soror gemella, Ioanni Rogerio Cæsari vxor data est a patre, cui illa haud diu superstes fuit; excessit enim, vt ait hoc loco Cinnamus, sub primos Imperij Manuelis annos. Fuit Rogerius, si eidem Scriptori hac in re fides aliqua, Capuæ ciuitatis in Italia Princeps, qui cum a Rogerio Siciliæ Rege bonis omnibus exutus fuisset, Byzantium, seu auxilij impetrandi, seu ibidem commorandi gratia, sese contulerat. Verum in eo falli constat, quod Capuæ Principis dignitatem tribuit Rogerio, cum Princeps, cui Rogerius Capuam abstulit, fuerit Robertus III. qui, vt multis narrat Alexander Abbas Celesinus lib. 1. 2. & 3. Rerum a Rogerio gestarum, in Sicilia oculis priuatus, sub Rege Willelmo I. in tetro carcere vitam finiuit, quod tradunt Falcandus pag. 647. & Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 7. 8. Neque potuit is esse filius eiusdem Roberti; siquidem, vt prodit idem Alexander lib. 2. cap. 64. cum Capua in Rogerij Regis potestatem venit, anno scilicet MCXXXIV. supererat Roberto tantum filius Robertus in minoribus constitutus annis, tametsi constet Robertum Principis filium Constantinopolim pariter demum concessisse, atque in Aula Manuelis vitam exegisse, ex iis quæ habet Card. Baronius sub A. MCLXVI. Fuit igitur Ioannes Rogerius, non Princeps Capuanus, sed ex eadem qua Capuani Principes oriundus stirpe, quæ gente Normannica, originem trahebat ab Anschetillo de Quadrellis Auersano Comite, qui vna cum Ranulpho a Gaimario Salernitano Principe in auxilium euocatus, cum aliis Nobilibus eiusdem Gentis in Italiam transiit, vt est apud Ordericum lib. 3. pag. 472. 483. & Leonem Ost. lib. 2. cap. 68. Proinde Ioannem hunc Rogerium eum esse arbitror, qui *Rogerius de Surrento* dicitur Alexandro Abbati lib. 2. cap. 60. qui Nuceriam Principis Roberti oppidum aliquandiu tutatus, tandem reddere compulsus

est Rogerio Regi, pacta impunitate. Quod ſane cognomen facit vt fratrem Roberti fuiſſe exiſtimem, cum illud ipſum tribuatur Roberto ab Hugone Falcando pag. 645. & Willelmo Tyrio lib. 18. cap. 2. propter maternam originem; duxerat enim Iordanus II. Roberti pater, Gaitelgrimam Sergij Principis ſeu Ducis Surrentini, cuius meminit Leo Oſt. lib. 3. cap. 30. filiam, vt autor eſt Petrus Diacon. lib. 4. Chron. Caſin. cap. 98. & Camillus Peregrinus ad Falconem Beneuent. Primas obtinuiſſe Ioannem Rogerium Cæſarem in Aula Conſtantinopolitana, argumento eſt, quod in ea Synodo, in qua Coſmas Atticus Patriarcha CP. abdicatus fuit An. MCXLIV. primus poſt Manuelem Imperatorem aſſederit. Quadriennio poſt fatis functo Raimundo Pictauino Antiochiæ Principe, cum Conſtantia eius vxor ſeque & Principatum eidem Manueli tradidiſſet, miſſus eſt illico Ioannes Rogerius Cæſar, vt illam ſibi in ſecundam vxorem adiungeret. Sed Conſtantia Cæſarem, quod in ſenium vergeret, aſpernata eſt, ipſeque rebus infectis Byzantium rediit, & tonſa poſt morbum coma Monachicam veſtem induit, vt pluribus refert Cinnamus lib. 3. Rogerij Cæſaris filius, ni fallor, fuit Rogerius alter, quem Manuel Imperator in Dalmatiam miſit, cui eum præfecit, ſub titulo *Ducis Sclauoniæ*, qua dignitate gaudebat ille A. MCLXXX. vt ex variis Diplomatibus colligitur a Ioanne Lucio allatis lib. 3. Hiſt. Dalmat. cap. 10. lib. 4. cap. 3. Id enim ſuadent & Rogerij nomen, & quo vixit Rogerius ſeculum, prætereaque demandata a Manuele, cui merebat, Præfectura.

Πυθικῶν] Conferendus plane ad hanc Manuelis Expeditionis Hiſtoriam Nicetas lib. 1. N. 2. Pag. 21. D

Κελβιανόν] Lydia, ſeu Aſia Minor, ſic dicta, vt autor eſt Pachymeres lib. 9. cap. 8. Celbiani tractus mentio eſt apud Nicetam in Iſaacio lib. 1. N. 4. Acrop. cap. 15. & al. Vide Notas ad Alexiadem. Pag. 22. A

Πόλιν τε Αδριανούπολιν] De hac Hadrianopoli in Aſia ſilent, opinor, Geographi. Porro Hadrianus, *quum titulos in operibus non amaret*, inquit Spartianus, *multas ciuitates Hadrianopolis appellauit.* Sed an regio circumuicina nomen iſtud habuerit, in dubium vocat Tollius, licet id diſerte videatur dicere Cinnamus. Verum quid vetat Hadrianopolim, ab vrbe ſic nuncupata, tractum iſtum vocatum exiſtimare, cum Lyciam, ab vrbe Chomate, Choma appellatam fuiſſe oſtenderimus ad Annæ pag. 92. compluraque iſtius vſus exempla proſtent apud Porphyrogennetam in libris de Thematibus? Pag. 23. C

Ες τοὺς Βασιλέως περὶ τῆς ἀλουργίδος ὑπηρέτας τελῶν] Tollius vertit, *inter purpuratos Imperatoris allectus.* Verum, aut fallor, dignitatem iſtam ſpectauit veſtis regiæ cura, qua qui donatus erat, *a veſte regia* dicebatur. Vetus Inſcriptio: TI. CLAVDIO. AVG. LIB. CORINTHO. A. VESTE. REGIA. HERMES. LIB. PATRONO SVO. B. M. FECIT. e contra, penes quem priuatæ erat, *a veſte priuata* dicitur in alia Inſcript. DIS. MANIBVS COELIÆ DYNATE. M. VLPIVS. AVG. LIB. VALENS. A. VESTE IMP. PRIVATA. CONIVG. KARISS. &c. Eſt igitur *a veſte*, idem qui *Veſtiarius.* Papias, *Veſtiarius, qui veſtibus præeſt.* VESTIARIVS AVG. in Inſcriptionibus aliquot. Proinde Αλουργίδος ὑπηρέτης, erit *a Purpura Imperatoris*, ſeu penes quem veſtis Imperatoriæ cura fuit; niſi quis malit hiſce verbis deſignari *Veſtiaritam*, de qua dignitate abunde diximus ad Alexiadem. Pag. 25. A

Βεμπετζιώτης] Vide Notas ad Annæ pag. 188. B

Νικόλαος] Frater forte Conſtantini Angeli Philadelph. de quo infra p. 130. Pag. 26. C

Ιωάννη τῷ ἀναβολικῷ, &c.] Ioannes Axuchus, cuius meminit Nicetas in Ioan. N. 11. 12. in Man. lib. 1. N. 1. &c. *Erat*, inquit Tyrius lib. 15. cap. 23. *in-* C

ter Principes vir magnificus Megadomesticus Ioannes nomine. De Magni Domestici dignitate nihil hic congero, cum multa viri docti adnotarint; tantum addo Protodomesticum, alium videri a M. Domestico in hac inedita, quæ Mediolani in Æde S. Vitalis extat, Inscriptione.

sic

B. M. FL. AVRELIVS PROT DOM.
ESTICVS. QVI. VIXIT. ANNIS.
L. M. IIII. D. IIII. AP
CVTIO. LIBERTVS EIVS.
POSVIT CONTRA VO
TVM. EIVS BENEMEREN
TI. PATRONO SVO.

D Πουπάκην] Solymanni Iconiensis Proceris ex fratre nepotem. Infra p. 114.

Pag. 33. B Μαίανδρος] Tyrius lib. 16. cap. 24. de Mæandro: *Supra cuius ripas in pascuis grate virentibus castra metatus est.* Adde Gesta Ludou. VII. cap. 11.

Pag. 34. A Αγείμην] Portius in Diction. Græcobarbaro, Αγείμι, Αγειόζουδον, Θηεράσιμον, Θηεῖον, Θήρ. Equus agrestis, indomitus, *Equifer.* Glossarium MS. Ecclesiæ Parisiensis, de equis: *Sunt autem hi de agresti ordine orti, quos Equiferos dicimus.* Glossar. Saxonicum Ælfrici: *Equifer, Wilde cynnes hars*, i. indomitus equus. Gloss. Latinogall. *Equifer, Maucheual*, i. malus equus. *Agrestis caballus*, in Epist. 1. Gregorij III. PP. ad Bonifacium Moguntinum Episc. *Equus Siluaticus*, in Epist. 13. Zachariæ PP. ad eumdem Bonifacium.

Pag. 36. A Κεῖσαι τε συνοδικῇ] Extant apud Leonem Allatium lib. 2. de Eccl. Occid. & Orient. perp. cons. cap. 12. pag. 678. Synodalia Decreta lata mense Octobri A. MCXLIV. & mense Febr. MCXLV. a Michaele Patriarcha CP. in Niphonem Bogomilicæ hæresis reum, quo Lectorem amandamus. Vide præterea Nouam Biblioth. Labbei pag. 190.

A Τόν τε Εβραίων ἀποπροσποιεῖσθαι θεόν] Inde potissimum de Religione praue sentire deprehensus est Niphon, quod astante vniuerso Synodi cœtu ἀνάθεμα τῷ Θεῷ τῶν Εβραίων effutierit. Synod. A. MCXLIV. Quis autem *Hebræorum Deus* dicatur, vide Arnobium Iuniorem in Conflictu cum Serapione lib. 1. initio.

D Εκσπώτως ἐγεγόνει] Manuel in vrbem reuersus, Cosmam Patriarcham, quod Niphonis Bogomilicæ hæresis rei & damnati prauis opinionibus assentire compertus esset, coacta in Blacherniano Palatio Synodo, publice damnauit, & throno deiecit, 26. die Febr. An. M. iuxta Græcos VIMDCLII. Christi MCXLVII. Indict. 10. Synodum & illius Acta ex MS. eruta recitat Allatius loco citato. Aliam Cosmæ depositionis causam comminiscitur Nicetas lib. 2. cap. 3. Catalogus Patriarch. CP. Κοσμᾶς ὁ Αττικὸς, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ (Μανουήλος) ἀρχιερατεύσας μῆνας ι', ἐξεβλήθη, καὶ ἡ ἐκκλησία χηρεύουσα μῆνας η'.

Pag. 37. D Κελτοί] Per Celtas, Alemannos intelligit Cinnamus, per Germanos vero Gallos, vt ex infra narrandis patet. Porro Conradi Imp. expeditionem Syriacam narrant pluribus Otho Frisingensis Episc. qui eidem interfuit, lib. 1. de Gestis Freder. cap. 39. 43. 44. 45. & 58. Helmodus lib. 1. cap. 61. Odo de Diogilo de Præfect. Lud. Reg. Fr. in Orient. Will. Tyrius lib. 16. cap. 18. 19. 20. lib. 17. cap. 1. 8. Gesta Ludou. VII. Franc. Reg. cap. 4. & seq. Mathæus Paris A. MCXLVI. Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 19. Chron. Vosiense cap. 52. Robertus de Monte A. MCXLVII. Gotefridus Viterb. part. 17. Præterea Nicetas in Man. lib. 1. cap. 4. & seq.

D Βρίττιοι] Britannos & Brittios promiscue appellat Cinnamus Britanniæ Insulæ Incolas: Brittiam, seu Βριττίαν, Insulam ipsam Procopius lib. 4. de Bello Gothico. Ad Britanniam, seu Britannos, forte spectat nummus, in quo scri-

ptum ΒΡΕΤΤΙꓕΝ. cum Τ ſupino, ſeu inuerſo, pro Ω, vt in altero ΜΑΣΣΑΛΙΗΤꓕΝ. apud Anton. Auguſtin. Dialog. 6. Antiquit. Romanarum.

Ἀλέξανδρον] Alexander Grauinæ in Italia Comes, a Rogerio Siciliæ Rege Pag. 38. A
poſſeſſionibus ſuis propter rebellionem exutus, in Dalmatiam primum, mox Conſtantinopolim ad Imperatorem Manuelem profectus, eidem deinceps militauit, vti pluribus narrant Nicetas in Man. lib. 2. N. 6. Alexander Abb. Celeſinus lib. 1. Rer. geſt. Roger. Sicil. Reg. cap. 19. lib. 2. cap. 33. 36. 37. & 38. Otho Friſing. lib. 1. de Geſt. Frid. cap. 24. lib. 2. cap. 11. & Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 4. & 14. Grauinæ Comitatus datus poſthæc a Rogerio Adæ, nobili & ſtrenuo adoleſcenti, filiæ ſuæ marito. Alexander Celeſinus lib. 3. cap. 26.

Τοῦ Ἀλαμανῶν Ρηγὸς] Mirum quam Græculi iſti Scriptores Principi ſuo C
adblandiuntur, dum Imperatoris titulum & dignitatem huic ſoli aſſerunt, Germanicis Auguſtis denegant, quos Regum appellatione donandos tantum cenſent & volunt, quaſi Græcorum eſſet de dignitatum & titulorum honorariorum prærogatiua decernere. Verum mox Imperatoriam dignitatem plus ſatis agnoſcit in Germanicis Principibus, quos eo nomine ſupra Reges fuiſſe innuit. Vide Notas ad Annæ pag. 30. Cæterum Conradus priuſquam iter capeſſeret per Græcorum Prouincias, Legatum miſerat ad Manuelem, commeatus & tranſitus impetrandi gratia. De hac Legatione Nicetas in Man. lib. 1. N. 4.

Πόλεμόν τε συνδιαφέρειν τούτῳ] Tangit hoc loco Cinnamus veterem Latino- D
rum morem & receptum vſum, quo Vaſſalli in Expeditionibus bellicis Dominos ſequi, vel comitari tenebantur.

Γερμανός] Exercitus nempe Francorum, duce Ludouico VII. Rege, qui Pag. 39. A
Alamannos proxime ſubſecutus eſt.

Οὐκ οἶδα ὅτου ἕνεκα] *Ne populis inter ſe diſſidentibus contentiones orirentur, &* A
vt commodius vitæ neceſſaria ſuis procurarent Legionibus, equiſque & iumentis ad onera deputatis pabula non deeſſent. Ita Willelm. Tyrius lib. 16. cap. 19. Geſta Lud. VII. Math. Paris, & alij.

Ἐς ἐννενήκοντα] Willelmus Tyrius: *Vt conſtanter aſſerunt qui in ea Expeditio-* B
ne fuerunt, in ſolo Domini Imperatoris comitatu ad ſeptuaginta millia fuerunt loricatorum, exceptis peditibus, paruulis, & mulieribus, & equitibus leuis armaturæ: in exercitu vero Regis Francorum, virorum fortium loricis vtentium numerus ad LXX. *millia, excepta claſſe ſecunda, æſtimabantur.* Otho Friſingenſis, de Conrado: *Tantam autem poſt ſe multitudinem traxit, vt & flumina ad nauigandum, camporumque latitudo ad ambulandum vix ſufficere videretur.* Chronic. Reicherſperg. A. MCXLVII. *Tamque infinitus erat exercitus, quod ex quo gentes eſſe cœperunt, nunquam tantam hominum equitum ſimul & peditum multitudinem in vnum congregatam fama ſit.* Odo de Diogilo lib. 2. de Conrado: *Valde imperialiter egreſſus eſt, & nauali apparatu, & pedeſtri exercitu: & bene, habebat enim tunc Hungaros inimicos.* Idem lib. 3. *Et licet ego præſcripſerim, & verum ſit de illius exercitu infinitos iam obiiſſe, audiuimus tamen a Græcis, qui numerarunt tranſeuntes (brachium S.* Georgij) *eum cum nongentis* (nonaginta) *millibus, & quingentis* LXVI. *transfretaſſe.* Denique Gotefridus Viterb. part. 17.

——— Numerum ſi noſcere quæras,
Millia millena Militis agmen erat.

In vtroque ſcilicet exercitu, Alamannorum & Francorum.

Ἕτερος δὲ τζιτζουλάκειος] Baſilius Tzitziluces, de quo Nicetas lib. 1. N. 1. C

Φεδερίκῳ] Idipſum refert Nicetas lib. 1. N. 5. Gotefridus Viterb. Pag. 40. B

Adfuit egregius Fridericus Dux Sueuorum,
Æqua ſuo patruo regit agmina Teutonicorum,
Hoſtibus ingeritur, protegit ipſe forum.

C Επὶ τὸν Αβύδου] Odo de Diogilo: *Illi vero* (Alamanni) *venientes Andronopolim, inuenerunt tranſitum Conſtantinopolim partim reſiſtendo, partim conſulendo prohibentes, & apud Sanctum Georgium de Siſto mare ſtrictius, & ſolum fertilius aſſerentes. Sed Imperator eorum reſiſtentes & conſulentes æqua lance vilipendit.* Idipſum ab Ludouico deinceps enixius expetiit Manuel: *Cæterum multo ſtudio,* inquit idem Scriptor, *conſulendo laborabant, vt Rex ab Andronopoli ad Sanctum Georgium de Siſto greſſum diuerteret, & ibi celerius & vtilius transfretaret. Rex autem noluit incipere, quod Francos audiebat nunquam feciſſe.* Ad hoc tamen poſtmodum Fretum copias ſuas tranſmiſit Fredericus Imp. vt ex Anonymo, qui Expeditionem illius Aſiaticam deſcripſit, diſcere eſt. Dicitur autem Fretum Abydenum, *Sanctus Georgius de Siſto,* quod Fretum illud mari Sancti Georgij, ſeu Propontidi immineat, a Seſto vrbe ita appellatum, quod non aduertit vir eruditus. Vide Notas ad Villhard. N. 65.

Pag. 41. B Σώματα αὐτοῖς μεγάλα] Vide Notata ad Annæ pag. 24.

C Χοιροβάκχων] Vt adiacentes Chœrobacchorum oppido campi explicandæ aciei, & locandis caſtris idonei fuerint, dixi ad Annam lib. 8. pag. 221. Otho Friſing. *Vallem quamdam iuxta oppidulum Chereuach dictum, campi viriditate lætam, amniculi cuiuſdam medio decurſu conſpicuam attigimus, cuius loci amœnitate capti omnes, illo tentoria figere, & ibi pauſare conſtituimus.* Et mox: *Fateor, toto Expeditionis tempore nunquam lætiora habuimus tabernacula, nunquam quantum ad ſenſus iudicium maiorem ambitum occupauerant tentoria.*

C Ομβρου γὰρ ἐξαισίου] Subitam hanc imbrium vim, quæ vniuerſum pene peſſumdedit exercitum, graphice verbis hiſce, præter Nicetam & Cinnamum, deſcribit idem Otho Friſingenſis: *Et ecce circa vigiliam matutinam nubecula quædam parua exorta imbrem mitem produxit. Quem ſubito tantus pluuiarum ventorumque impetuoſus turbo ſubſecutus eſt, vt concuſſis & ſolutis, ſeu ad terram deiectis tabernaculis, grauiſſime qui poſt Matutinorum laudes lectis nos receperamus, excitaret. Clamor totum vicinum replens aerem attollitur. Amniculus etiam, an ex reflexione proximi maris, imbriumue multitudine, an ex cataractis ruptis in cælo, ex ſupernæ Maieſtatis vltione tantum intumuerat, ex tumoreque præter morem inundauerat, vt totum cooperiret exercitum. Quid ageremus? diuinam id animaduerſionem potius, quam naturalem inundationem eſſe conſiderantes, amplius attoniti fuimus. Ad equorum tamen robur conuolamus, vnuſquiſque, prout poterat, amnem tranſire geſtiens. Videres alios natantes, alios equis adhærentes, alios vt periculum effugerent per funes miſerabiliter trahi, alios in flumen inordinate ruentes, ex eo quod aliis impræmeditate implicarentur demergi, &c.* Eamdem imbrium vim attigere etiam Odo de Diogilo lib. 3. Helmodus lib. 1. cap. 61. & Autor Chronici Reicherſpergenſis.

Pag. 42. A Φιλοπάτιον] Vide Notata ad Villhard. & Bryennium lib. 4. vbi plura de hocce Palatio congeſſimus.

B Εν θαύματι μεγάλῳ] Simili poſtea ſtupore, ſeu admiratione, perculſos Francos noſtros ac Venetos, ſcribit Villharduinus N. 66. cum primum ad Vrbem appulere: *Or poez ſauoir que mult eſgarderent Conſtantinople cil qui onc mais ne l'auoient veuë, que il ne pooient mie cuidier que ſi riche vile peuſt eſtre en tot le monde. Cum ils virent ces halz murs, & ces riches tours, dont ele ere cloſe tot entor a la reonde, & ces riches Palais, & ces haltes Ygliſes, dont il i auoit tant, que nuls ne poiſt croire, ſe il ne le veiſt a l'oil, & le lonc & le lé de la ville, que de toutes les autres ere ſoueraine. Et ſachiez que il n'i ot ſi hardi, cui le cuer*

ne

ne fremiſt. De Turrium muris Conſtantinopolitanis adiacentium robore & altitudine, idem teſtatur Guntherus in Hiſt. CPolit. cap. 15. *Eſt enim ciuitas triangula — habens in quolibet latere magnum milliare, vel amplius, ex ea parte qua terram attingit, vaſto aggere, & muro firmiſsimo tripliciter clauſa. Turres habens per circuitum ſui excelſas & fortes, adeo ſibi inuicem propinquas, vt puer ſeptennis de vna turri ad alteram pomum valeat iaculari.* Infra, vbi de muris maritimis: *Ex ea parte, quoniam agger eſſe non potuit, propter frequentiam portus, quem habet tutiſsimum ac celeberrimum, muri ſunt alti admirandæ ſpiſsitudinis, & turres denſæ, eductæ ad tantam celſitudinem, vt quiuis in culmen ipſarum aſpectum dirigere perhorreſcat.* De Turrium numero, vide Deſcriptionem CPol. ex Bondelmontio.

Ταχὺ διαβὰς] Inuiſo & inſalutato Manuele diſceſſit, & in Aſiam tranſiit C
Conradus, licet per ſuos Alemannici Auguſti colloquium & congreſſum expetiiſſet Byzantinus. *Sed alius*, inquit Odo de Diogilo, *ingredi ciuitatem, alius egredi timuit, aut noluit, & neuter pro altero mores ſuos, aut faſtus conſuetudinem temperauit.* Proinde hinc refellitur Tyrius, qui Conſtantinopoli habitum a Conrado cum Manuele familiare colloquium tradit.

Ἀκολούθου] Perperam Tollius *pediſſequum* vertit; id enim vocabuli apud Pag. 45. C
Græcos Byzantinos Varangorum Ducem, ſeu Præfectum deſignat, de qua Palatina dignitate, multa Codinus de Offic. cap. 4. & 5. & nos quædam ad Villhard. & ad Annam. Scylitzes pag. 787. στέλλεται — Μιχαὴλ Πατείκιος ὁ Ἀκόλουθος. Cinnamo lib. 3. Πελεκυφόρων ἐξάρχων dicitur, & Annæ pag. 195. Ἄρχων Βαραγγίας. Willelmus Tyrius: *Tradiderat autem Conſtantinopolitanus diſcedenti ab eo, & idipſum petenti, Domino Imperatori, viæ duces, locorum peritos, Prouinciarum finitimarum omnem habentes prudentiam, ſed fidei modicæ.* lib. 16. cap. 22. Geſta Lud. VII. cap. 6. 7. & 8. Vt porro Theutonici, Græcorum fraude, in vaſtas deducti ſolitudines, ſummam perpeſſi ſint inopiam, multis proſequuntur Tyrius, & Odo de Diogilo.

Μαμπλάνης] Nicetæ lib. 1. N. 6. Παμπλάνος, Willelmo Tyrio loco citato D
Paramum nuncupatur. *Huic tamen tanto negotio*, ait Tyrius, *Soldanus Iconienſis non interfuit, ſed quidam nobilis militiæ ſuæ Primicerius, Turcorum magnus Satrapa, Paramum dictus, hanc plagam Domino permittente exercuit. Accidit autem anno ab Incarn. D.* MCXLVI. (leg. XLVII.) *menſe Nouembri.*

Ὁ δὲ τῶν Γερμανῶν Ρῆξ] De Expeditione Ludouici VII. Francorum Re- Pag. 46. B
gis in Terram Sanctam conſulendi ſupra laudati Scriptores. Priuſquam vero Ludouicus itineri in Romaniam ſeſe accingeret, Milonem de Caproſia, ſeu *de Cheureuſe*, Militem, Legatum anno ſuperiore miſerat, qui & tranſitum per Thraciam, & commeatum impetraret: quod ille benigne conceſſit, ſcripta ad Regem perofficioſa Epiſtola ſub menſem Auguſtum, quæ extat apud Radulfum de Diceto in Abbreu. Chron. A. MCXLVI.

Τούς τε γὰρ βασιλέως] A Manuele Legatos ad Ludouicum miſſos Deme- B
trium quemdam, & alium cognomento Maurum, refert Odo de Diogilo lib. 2.

Πλέονος δ' οὖν] Fuit ſane Ludouicum inter & Manuelem multa deinceps B
animorum conſenſio, cuius argumenta ſunt variæ vltro citroque miſſæ Legationes, de quibus Tom. 4. Hiſt. Franc. pag. 655. 656. 687. 691. 692. 697. 698. & 719. præterea initæ Alexij, Manuelis filij, cum Agnete Ludouici filia nuptiæ.

Εἴτε καὶ φύσει] Geſta Lud. VII. cap. 9. de eodem Rege: *Erat vir naturaliter* C
patiens & benignus. Odo de Diogilo lib. 3. *Rex Francorum, cui ſemper mos fuit regiam maieſtatem humilitate condire.* Geruaſius Tilleberienſis de Otiis Imperial.

MS. de Ludouico VII. *Cui succeßit Ludouicus piißimus, amator Cleri, ac verus Dei cultor, qui a multis deceptus, nullumque decipiens, in sancta simplicitate transiuit ad Dominum, relicto Philippo filio, qui postponens paternam simplicitatem, materni generis astutias duxit in vsum.* Ludouici Epitaphium a Stephano Abbate S. Genouefæ Parisiensis exaratum:

Quantum coniugij permisit copula, castus,
Quantum iustitiæ regula, mitis erat.

C Πρέσβεις ἐς βασιλέα πέμψας] Missi hoc temporis momento a Ludouico Legati Constantinopolim Aluisus Episcopus Atrebatensis, Bartholomæus Cancellarius, Archembaldus Burbonensis, & aliquot alij.

C Εἰσελαύνοντι τοίνυν] Will. Tyrius: *Interea Rex Francorum pene iisdem subsecutus vestigiis, cum suo exercitu peruenerat Constantinopolim, vbi secretioribus cum Imperatore vsus colloquiis, & ab eo honorificentißime, & multa munerum prosecutione dimissus, Principibus quoque suis plurimum honoratis*, &c. Odo de Diogilo lib. 3. *Proceßimus igitur, & nobis appropinquantibus ciuitati, ecce omnes illius nobiles & diuites, tam Cleri, quam populi cateruatim Regi obuiam processerunt, & eum debito honore susceperunt, rogatus vt ad Imperatorem intraret, & de sua visione & collocutione desiderium adimpleret.*

D Σελλίον] Prosequitur Odo: *Rex autem eius timori compatiens, & petitioni obediens, cum paucis suorum intrauit, & eum in porticu Palatij satis Imperialiter obuium habuit. Erant fere coæui & coæquales, solis moribus & vestibus dißimiles. Tandem post amplexus, & oscula mutuo habita, interius processerunt, vbi positis duabus sedibus pariter subsederunt.* Verum sellane Ludouico Regi data fuerit humilior, quod vult Cinnamus, non attigit Odo, neque id vero videtur consentaneum, cum Ludouicus ipse in Epistola ad Sugerium, *Constantinopoli gaudenter & honorifice se ab Imperatore susceptum fuisse* insinuet. Maxime enim dignitati Regiæ & Francicæ Maiestati detraxisset Ludouicus, si Byzantino Principi istiusmodi prærogatiuam in ipsomet Constantinopolitano Palatio concessisset, quam quidem denegasse par est credere, cum Ludouicus qui iam Propontidis fretum cum copiis suis emensus erat, Manueli roganti, vt ad suum Palatium pro rerum quarumpiam oblata de nouo occasione regrederetur, id plane recusauerit, mandaueritque Manueli, *vt in ripam suam descenderet, vel in mari ex equo* (legendum æquo) *colloquium fieret*, vt refert Odo lib. 4. Cuiusmodi congressus formam admisit posthæc Conradus, qui primum Manueli locum concedere vltro, id roganti, noluerat. Sed hæc pluribus prosequimur in Dissertat. 27. ad Ioinuillam.

Pag. 47. A Τὰ ἀνάκτορα] Palatium Blachernarum intelligit, quod ad vrbis partem Australem erat, πρὸς νότον, sic enim legendum, non πρὸς νῶτον. Ita & lib. 4. N. 14. l. 5. N. 71. κατὰ νότον τῆς πόλεως idem Palatium statuit.

A Τὸν τῇδε νεών] Templum Blachernarum, in quo asseruabantur τὰ ἐντάφια τοῦ Χριστοῦ σπάργανα, quæ his innuit verbis Cinnamus: ὅσα τοῦ σωτηρίου Χριστοῦ πελάσαντα σώματι Χριστιανοῖς ἐστὶ φυλακτήρια. Sepulchrales porro Christi fascias a Pulcheria Augusta inuentas hac in Æde depositas autor est Nicephorus Callist. lib. 4. cap. 2. Vide quæ obseruamus ad Annæ pag. 196.

B Νικόλαόν τινα] Catalogus Patriarcharum CP. Νικόλαος Μοναχὸς ὁ Μουζάλων, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, (Μανουῆλος) Ἀρχιεπίσκοπος γενόμενος πρότερον Κύπρου, καὶ παραιτησάμενος, ὡς πολλοὶ μὲν ἔλεγον, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτήν, πολλοὶ δὲ μόνην τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων, καὶ ἐπὶ τριάκοντα ἑπτὰ ἔτη σχολάσας, εἶτα ἀνεβιβάσθη εἰς τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ποιήσας χρόνους γʹ, μῆνας δʹ, εἶτα παρῃτήσατο ἀμφιβόλως, ἐκ βίας τῶν ἀποσχισθέντων ἀπ᾽ αὐτοῦ, πολλῶν ὄντων, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς ἐχειροτόνησεν. Nicolai Muzalonis Patriarchæ CP. meminit Theodorus Balsamon in Epist. Basil.

ad Amphilochium cap. 69. Vide Ius Græco-Romanum Tom. 1. pag. 224.

Θεόδοτος] Abbas & ἡγούμενος τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως. Catal. Patr. CP. De hoc Monasterio dixi in Notis ad Bondelmontij Descript. CP. B

Γενόμενοι δὲ ἐν τῇ Νικαίᾳ] Mathæus Paris : *Euasit tamen Imperator cum Principibus suis, & cum difficultate nimia vsque Nicæam peruenit, indeque Constantinopolim profectus, vsque ad sequentis initium veris perendinauit.* Adde Tyrium lib. 16. cap. 23. Gesta Ludou. VII. cap. 10. Conradi cum Iconiensibus conflictum narrant idem Tyrius lib. 16. cap. 20. 21. 22. Gesta Lud. cap. 6. Odo de Diogilo lib. 5. Nicetas lib. 1. N. 6. &c. C

Τζέχων] Tzechos vocat Cinnamus, quos alij Bohemos, olim sic dictos a Tzechio, primo Bohemici Principatus autore, cuius mentio est apud Æneam Siluium in Hist. Bohem. cap. 3. ab illo enim, lingua Slauica, seu Sclauonica, *Checos*, & *Czechios* etiamnum nominari Bohemos constat. Diuersi porro a Zecchis, de quibus Procopius lib. 2. de Bello Pers. cap. 29. lib. 4. de Bello Goth. cap. 4. & Theophanes in Copronymo pag. 369. nam isti procul a Bohemia dissiti, Ponti Euxini littus insederunt. Cæterum Vladislaus Bohemiæ Rex inter Principes, qui sacræ militiæ nomen dederunt, refertur ab Othone Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 40. qui Labeslai nomen huic Regi tribuit, vt & lib. 2. cap. 27. Radenicus lib. 3. cap. 13. & Æneas Siluius in Hist. Bohem. cap. 24. Sic etiam Guntherus lib. 6. Ligur. C

Hoc quoque conuentu Procerum Dux ille Bohemus,
Fama Labeslaum quem nominat, ob sua gesta
Fortiter, & bello nuper spectata Polono,
Ex Duce Rex fieri meruit, gessitque potenti
Sceptra manu, cinxitque nouo diademate crines.

Vladislai meminit rursum infra Cinnamus pag. 129. 131.

Λέχων] Boleslaus IV. Rex Polonorum, quos *Lechos* etiamnum vocari autor est Sigismundus Herbersteinius in Comment. Rer. Moscouit. a Lecho primo gentis autore, Zechij Bohemiæ Principis fratre. C

Πούτζη] Tollius *Pedes Alemanne* interpretatur, i. Gallice, *à pied Aleman*, quia Græcis forte ποδς, *pes* est : sed cum vocabulum istud πούτζη, Gallicam sapiat pronuntiationem, probabilius est eo expressisse nostrum *pousse*, hoc est, *insta, curre, propera Alemanne :* quod cum Alemanni, qui pedites pugnare solent, contra quam Franci, quorum robur in equitatu semper fuit, quod etiam scribit Anna lib. 5. pag. 140. vel potius quod eorum equi variis in conflictibus ab hostibus iam cæsi essent, facere haud poterant, Franci Alemannos irridebant & sugillabant, tanquam segnes & ignauos. Amissos sane passim, & extinctos in longa ista & fastidiosa peregrinatione plerosque Alemannorum equos testatur Viterbiensis: C

Qui fuerant equites, pergunt moriendo pedestres.

Atque inde inter gentes prius coniunctas dissidij fomes. Willelmns Tyrius : *Hic demum Imperator, seu quia cum paucioribus erat, qui multo plures prius secum habuerat, verecundiam sustinens, aut Francorum fastus non ferens, seu aliis latentibus causis, remissis quæ supererant per terram legionibus, ipse ab Epheso vsus nauigio, Constantinopolim reuersus est.* Notat etiam Odo de Diogilo lib. 2. vt *nostris erant importabiles Alemanni* eo in itinere, ita Alemannos *Francorum superbiam* dedignatos, non semel contra illos arma sumpsisse. Alemannos certe vt *equitandi ignaros* perstringit Nicephorus Phocas apud Luithprandum in Legat. cui an omnino fides præstanda sit hac in re, dubium facit Victor Schotti, qui in Caracalla, *Alamannos, gentem populosam ex equis mirifice pugnantem* fuisse ait.

D Καὶ ξὺν δόρατι] Vide Notas ad Annæ pag. 171.

Pag. 48. D Εἶτα ἐπὶ Βυζάντιον] Will. Tyrius: *Ipse ab Epheso vsus nauigio Constantinopolim reuersus est, vbi a Domino Imperatore multo quam primo aduentu susceptus honestius*, &c. Odo de Diogilo lib. 6. *Alemannus pœnitens quod Constantinopolitanum Imperatorem non viderat, apud eum reuersus est hyemare.*

Pag. 49. A Θεσσαλονίκην προέσχεν] Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 59. *Conradus Romanorum Imperator, naues apud Ptolemaidem ingressus, fratrem & amicum suum Manuel Regiæ Vrbis Principem in Achaiæ, seu Thessaliæ finibus inueniens adiit, cum eoque, tamquam ex longa via fatigatus, laboribusque fractus, & non modica infirmitate correptus, per aliquot temporis spatium ibi quieuit.* Adde Will. Tyrium lib. 22. cap. 28. & Gesta Ludou. cap. 27.

C Παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ ἁλῶναι] Falsum igitur quod ait Autor Gestorum Ludouici VII. cap. 27. Ludouicum Regem *in portu Acconensi nauigium conscendisse, marisque nullo impediente periculo, ad regnum proprium reuersum esse.* Siquidem, vt narrat hoc loco Cinnamus, parum abfuit quin venerit in Græcorum potestatem, qui tum, flagrante bello Siculo, maria cum valida classe obibant, Siculis ipse admixtus. Id porro Robertus de Monte, Vincentius Bellouac. part. 3. lib. 27. cap. 126. Nicolaus Triuettus in Chron. Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 20. & ex iis Autor Magni Chronici Belgici, & Bonfinius Dec. 2. lib. 6. accidisse tradunt, cum Manuel Corcyram a Siculis expugnatam obsideret A. MCXLIX. Vincentius Bellouac. *Ludouicus Rex Francorum a Palæstina nauigans, vt in patriam rediret, Græcorum naues incurrit. Cumque ab eis Imperatori Curfolium obsidenti præsentandus deducitur,* * *Gregorius Dux nauium Regis Siciliæ eos aggreditur. Siquidem vastatis & spoliatis Græcorum Prouinciis vsque ad ipsam vrbem Regiam Constantinopolim accedens, sagittas aureas in Palatium Imperatoris iecerat, & incensis suburbanis, de fructibus hortorum Regis violenter tulerat. Vnde rediens naues Græcorum incurrit, captum Ludouicum Regem eripuit, sed captos, Regis obtentu, dimittit. Interim Manuel recepto in deditionem Curfolio, Siculorum naues insequitur, & captis nonnullis nauibus, Rex fuga liberatur, & a Rege Rogerio Siciliæ, & a Papa Eugenio honoratur.* Sed de obsidione Corcyrensi agetur lib. seq. Profert Philadelphus *Mugnos* lib. 4. Theatri Genealog. Nobil. Famil. Sicular. diploma Regis Rogerij in gratiam Georgij de Landolina Militis, cui Ludouici Regis liberationem adscribit, his verbis: *maxime tu ipsemet personaliter tamquam Præfectus de duabus nostris regiis triremibus nostræ classis maritimæ, cum diuino auxilio cooperante, & nostrorum militum, eorumque præfectorum fortitudine, fidelitate, & prudentia, non procul Græcorum hostium, eorumque naues & triremes expulisti, & tandem a captiuitate illustrissimum Regem Ludouicum VII. suosque Proceres & Galliæ Magnates manumisisti.* Verum Chartæ huic, si non incertæ omnino est fidei, constat mendum inesse in ascripto An. MCXLVI. Vt sese res habeat, ex laudatis Scriptoribus refellitur Thomas Fazellus, qui Dec. 2. lib. 7. cap. 3. scripsit Ludouicum Regem ab ingenti Saracenorum classe forte interceptum & captum, a Rogerio, qui tum cum classe occurrit, liberatum, & ab interitu vindicatum.

* Georg.

D Ἐτελεύτησεν] Moritur Conradus 15. Kal. Mart. A. MCLII. Monach. Erfford. Otho Frising. lib. 1. de Gestis Frider. cap. 63. lib. 2. cap. 1. Gotefridus Viterb. &c

D Ἐῤῥίκος] Fallitur hoc loco Cinnamus: neque enim Conradus & Fredericus Sueuiæ Dux, Frederici Imperatoris parens, Henrici Imperat. filij fuerunt, sed Frederici *de Stoffen*, nobilis Sueui, ex Agnete Henrici Imperatoris filia.

Τὸν ἕνα πεπηρωμένον τοῖν ὀφθαλμοῖν] De Frederico Sueuiæ Duce, altero orbato oculo, agunt Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 12. 14. 21. 39. lib. 2. cap. 2. Chron. Hildesheim. A. MCV. MCXVIII. MCXXVI. & MCXXXV. Chronica Australis A. MCXXXV. Guntherus, &c. Pag. 50. A

IN LIBRVM III. JOAN. CINNAMI NOTÆ.

ΡΟΓΕΡΙΟΣ] Rogerius Siciliæ Comes, Rogerij I. Siciliæ Comitis ex Adelaide Monferratensi filius. Pag. 51. A

Γυλιέλμω] Willelmus, Rogerij Apuliæ & Calabriæ Ducis filius, Roberti Wiscardi nepos, Dux eorumdem Ducatuum a Paschali PP. constituitur A. MCXIV. in Synodo apud Cyperanum, cui ille postea fidei sacramentum præstitit, vt est in Chronico Casinensi lib. 4. cap. 51. A

Ες Παλαιστίνω] Blondus, Collenutius, Ritius, & alij rerum Neapolitanarum Scriptores tradunt Willelmum, dum Constantinopolim pergeret, vt pactam sibi Alexij Comneni Imperatoris filiam vxorem duceret, a patruo Rogerio ditionibus suis exutum fuisse. Cinnamus a Willelmo eas in pignus datas Rogerio autor est, dum ille iter Hierosolymitanum aggreditur. Sed neutrum probabile esse argumento est, quod Alexander Abbas Celesinus, horum temporum Scriptor, lib. 1. cap. 2. & 5. refert, *Rogerium nempe, cum Willelmum Salerni decessisse percepisset, doluisse valde quod se ignorante defunctus esset, quodque se vt sibi viuens statuerat, si filium non haberet, hæredem non fecisset. Inde præparato nauali itinere, quantocius Salernum tetendisse, statimque Calabriam & Apuliam ditioni suæ subdidisse, reluctante quantumuis Honorio Pontifice, a quo tandem cum vexillo Ducatus inuestituram accepit.* Hisce consentiunt quæ habet Hugo Falcandus, dum ait Rogerium consanguinei sui Guillelmi Ducis Apuliæ morte cognita transiisse in Apuliam, & vniuersis ciuitatibus ac Principibus, qui ei resistendum putauerant, expugnatis, ad suum cuncta redegisse imperium. Eadem etiam tradunt Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 884. & Petrus Diaconus lib. 4. Chronic. Casin. cap. 98. & 99. Denique Gualterus Taruanensis Canonicus de vita & morte Caroli Comitis Flandr. cap. 2. scribit *Willelmum audito vnici sui germani* (Ludouici, vti appellatur a Gaufredo Malat. lib. 4. cap. 20. 22.) *exitu, cœpisse lethaliter languere, & vt se periclitari cognouit Salernitanum Archiepiscopum & Troianum Episcopum aduocasse, atque quod antea dum incolumis esset, fecerat, eorum quoque testimonio desiderantem confirmari, quidquid mobilium, vel immobilium in terra possidere videbatur, Beato Apostolorum Principi Petro, eiusque Vicario Sanctissimo Papæ Honorio* (*ex cuius ore sacro hoc ipsum frequenter audiui*, inquit Gualterus) *iure perpetuo possidendum delegasse, ac deinde in confessione Domini ab hac luce migrasse.* Nulla proinde apud Scriptores eiusce æui vsurpatæ ab Rogerio, Willelmo superstite, Apuliæ mentio. A

Λουτήρης] Lotharium ab Innocentio II. PP. in Italiam contra Rogerium Siciliæ Regem, qui Petri Leonis partes tutabatur, euocatum, habent passim Scriptores, Otho Frising. lib. 7. Chron. cap. 18. 19. 20. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Casin. cap. 99. 107. &c. Willel. Tyrius lib. 13. cap. 19. Conradus Vsperg. Dodechinus, Viterb. & alij. Pag. 52. A

Γαμβρὸς] Henricum forte Saxoniæ Ducem intelligit, aut Rainaldum, cui Lotharius pulso ex Italia Rogerio, Ducatum Apuliæ tuendum tradiderat. Vide Chronicon Weingartense cap. 12. Tyrium lib. 13. cap. 19. Chronicon Casin. lib. 4. cap. 127. & Vsperg. A

B Μέλος γάρτοι] Clamorem bellicum hisce expressisse verbis Cinnamum haud ægre persuasum haberem, nisi ad receptum vix vsurpatum scirem.

C Ρογέριος δὲ] Rogerius extincto Lothario, & pulso Raynaldo, Apuliam recuperauit. Gotefr. Viterb. *Post pauca Dux Apuliæ Raino, vel Rainaldus moritur. Rogerius in Apuliam reuertitur, & terram Duce orbatam, nec rebellantem occupat.*

D Ζωγρείαν εἷλεν] Vt Innocentius Pontifex in Rogerij potestatem venerit, & Rogerio regium concesserit titulum, pluribus narrant Abbas Vsperg. & Albericus in Chron. A. MCXXXIX. Otho Frising. lib. 7. Chron. cap. 24. Falco Beneuent. Nicolaus Triuettus An. MCXLII. & ex iis Baronius An. MCXXXIX. vbi profert Diploma inuestituram Regni Siciliæ Rogerio concessam, seu potius tituli Regij, quem iam antea vsurpauerat, confirmationem, continens. Quippe Rogerius subactis Apulia & Calabria, deuictisque Sergio Duce Neapolitano, & Roberto Capuano Principe, Optimatum suorum, atque adeo Henrici Comitis auunculi sui consilio, in Maiori Ecclesia Panormitana solenniter fuerat in Regem coronatus & inunctus Idibus Maij An. Chr. MCXXIX. vt ex veteris Chronici fragmento discimus, quod extat apud Franc. Baronium de Manfredis lib. 4. de Maiest. Panormit. & ex Diplomate ipsius Rogerij apud Ferd. Vghellum in Episc. Aquil. N. 5. Tom. 1. Italiæ Sacræ. Nec multo post a Comite Cardinale Anacleti Pseudopontificis, cuius partes tuendas susceperat Rogerius, Legato, die Natalis Domini A. MCXXX. in eadem Æde in Regem est acclamatus, & corona donatus, vt habent Ioannes de Ceccano, Falco Beneuentanus, Alexander Celes. lib. 2. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 895. Autor Chronici Casaur. & Baronius hoc anno. Sed nec illud inuoluendum silentio, Rogerium non Siciliæ duntaxat, sed & Italiæ Regem acclamatum, quod testantur in ære Campano inscripti characteres, quod *Guza* communi vocabulo vocant Panormitani: ANNO AB INCARNATIONE 1136. IND. 14. FVSA PANORMI, ROGERIVS SICILIAE ITALIAEQVE REX MAGNI COMITIS ROGERII FILIVS ME DEXTRA BIONIS FVNDI AC D. MARIAE DICARI IVSSIT. Extant Diplomata eiusdem Rogerij A. MCXXXIII. & MCXXXVII. apud eumdem Vghellum in Archiepiscopis Salernitanis, Brundusinis, & Beneuentanis, quorum initium sic concipitur: *Ego Rogerius D. G. Siciliæ & Italiæ Rex, Christianorum adiutor & clypeus, Rogerij primi Comitis filius.* Ita pariter Guillelmus II. apud eumdem Vghellum in alio Diplomate A. MCLXX. *Siciliæ & Italiæ Rex* inscribitur. Vide Tom. 7. pag. 565. 581. 982. Chronicon Monast. S. Sophiæ Beneuent. pag. 779. Ptolemæum de Luca A. MCXXVI. & Allatium in Diatriba de Simeonibus.

Pag. 53. A Ἐπὶ παιδὶ] Rogerius forte, qui a patre Dux Apuliæ dictus est. Certe fuit ille Rogerij filiorum primogenitus, vt autor est Alexander Abbas Celesin. lib. 3. cap. 26. Obiit A. MCXLIX. Romuald. Salernit. in Chron. Hugo Falcand. & alij.

A Ξηρός] Xerum nescio quem Vrbis Constantinopolitanæ Præfectum memorat Anna lib. 12. a quo forte prodiit Xerus iste. Belli Siculi causam solus, quod sciam, profert Cinnamus.

B Κόρινθόν τε] Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 33. *Circa idem tempus Rogerius Siculus, aptatis in Apulia, Calabria, & Sicilia triremibus, quas modo Galeas, seu Sagittas vulgo dicere solent, aliisque nauibus bellicis onerariis, classem in Græciam destinat, præfectis eis Ducibus strenuis, & in nauali prælio gnaris. Armatis itaque nauibus Græciæ fines ingrediuntur, ac Mutino* (leg. Mothone) *sine im-*

pedimento, grauique negotio capto, ad Cursol vsque fortißimum Græciæ castrum procedunt. Quod cum nulla vi capere præualerent, ad dolos & ingenia se vertunt. Igitur præmißis quibusdam, vt dicitur, qui se quempiam mortuum humandi gratia deferre simulauerat, (est enim in prædicta arce castri, sicut Græcis mos est, congregatio Clericorum, seu Monachorum) idem castrum irruunt, arcem occupant, Græcis eiectis, præsidiisque suis ibidem locatis. Inde ad interiora Græciæ progreßi, Corinthum, Thebas, Athenas, antiqua nobilitate celebres expugnant, ac maxima ibidem præda direpta, opifices etiam qui sericos pannos texere solent, ob ignominiam Imperatoris captiuos deducunt. De istis opificibus agunt Nicetas lib. 2. N. 8. & Falcandus in Præfat. pag. 639. Imperabat Siculæ classi Georgius, Maximus Amiratus, vt autor est Vincentius Bellouac. *vir quidem Regi fidißimus, atque in negotiis sæcularibus exercitatißimus,* inquit Alexander Celesinus lib. 2. cap. 8. vbi meminit etiam Ioannis Amirati, viri perinde in re bellica admodum strenui. Corcyræ, Euboeæ, cæterarumque Græciæ vrbium Expugnationis Historiam fusius prosequitur Nicetas lib. 2. N. 1. 2. 3 4. & 5. Eamdem præterea attigerunt Robertus de Monte A. MCXLVIII. & MCXLIX. Annales Pisanorum editi ab Vghello Tom. 3. Ital. Sacræ An. MCLVIII. & Sabellicus Decad. 1. Rer. Venet. lib. 7.

Στρατεύματα Σκυθικά] Tangit hanc Scytharum irruptionem locis citatis C
Nicetas.

Ξύλου πεπτιημένου ἑνός] Μονόξυλα vocant Græci recentiores : *Scaphas* scili- Pag. 54. A
cet, seu amnicas nauiculas, *de singulis trabibus excauatas*, inquit Vegetius. Vnde à Latinis *Trabariæ* dictæ, *quæ ex singulis trabibus cauantur*, vt est apud Isidorum lib. 19. Orig. cap. 1. Gloss. Gr. Lat. μονόξυλον, *lintris*. Hæ propriæ erant Scytharum, Bulgarorum, Russorum, & cæterorum ad Septemtrionem populorum, quibus Istrum & maiora flumina traiiciebant. Claudianus in 4. Consul. Honorij :

Ausi Danubium quondam transnare Gothunni,
In lintres fregere nemus, cum mille ruebant
Per fluuium plenæ cuneis immanibus alni.

Cinnamus infra : λεμβάδιόν τι ἀναβὰς, ὁποῖα πρὸς ταῖς ἀκταῖς ἐνταῦθα διασαλεύει, αὐτόξυλα ἐπὶ τὴν πεδιάδα ἔφερεν. Theophanes A. XVII. Heraclij : γλυπτὰ σκάφη vocat eiusmodi ad Istrum traiiciendum nauiculas. Nicephorus CP. in Breuiar. de Bulgaris : ἦγον ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀκάτια, μονόξυλα δὲ αὐτοὶ προσαγορεύουσι. Eiusmodi nauigia ἄδρυα vocabant Cyprij, vt autor est Hesychius. Vide Const. Porph. de Adm. Imp. cap. 9. Zonaram pag. 202. Scylitzem pag. 758. & alios a Meursio & Fabroto citatos Scriptores.

Ον Κοντοστέφανον] Contostephanorum agnominis, non a Stephano, Ma- Pag. 55. D
nuelis Imp. sororio, primam originem arcessendam constat, cum ea familia apud Scriptores Byzantinos ante hæc tempora occurrat. Tametsi Stephanum, qui appellationi primus initium dedit, διὰ τὸ βραχὺ τῆς ἡλικίας ita nuncupatum, æque ac Cinnamus, scribant Zonaras & Scylitzes. Contostephanorum Stemma damus in Stemmate Comnenico, in Familiis Orient.

Στολάρχην] Extincto & cæso Contostephano, Ioannes Axuchus Magnus Pag. 56. B
Domesticus classi præficitur a Manuele, absque tamen Magni Ducis titulo.

Επὶ τοσοῦτον γὰρ ὕψος] Nicetas de Arce Corcyrensi : ἔστι δὲ ἡ Κερκυραίων ἄκρα Pag. 57. A
αἰγίλιψ πᾶσα, καὶ ἀγχινεφὴς, ἑλικοειδὴς τὴν θέσιν, καὶ ὑψικόρυμβος, προσνενευκυῖα ἐς τὸ βάθιστον τῆς θαλάσσης, &c. De Corcyræ nomine & situ quædam a nobis obseruata ad Alexiadem.

Τὴν Κερκύραν ἐπιτετραμμένος] Theodorus Cappellanus, vti appellatur a Pag. 85. A
Nicet lib. 2. N. 5.

A Ἐπὶ Βυζάντιον ἦλθον] Falluntur qui ad hanc Siculorum Expeditionem referri putant, quod Vincentius Bellouac. & Sanutus tradunt, Siculos post expugnatam Corcyram, & vastatas ac spoliatas Græcorum prouincias, *ad vrbem vsque Regiam Constantinopolim accedentes, sagittas aureas in Palatium Imperatoris iecisse.* Nam hæc post Rogerij excessum facta testatur Nicetas lib. 2. N. 8. Vide Bonfin. Dec. 2. lib. 6. pag. 263.

B Κατὰ Σικελίας] Nicetas lib. 2. N. 6.

C Ἀρχιζουπάνον] Qui *Bacchinus* infra, & Nicetæ appellatur, & idem videtur cum Seruiæ Principe, quem *Draghinam* vocat Diocleates in Historia Dalmatica.

Pag. 59. A Κωνσταντίνῳ] Constantino Angelo, qui itidem dignitate Sebastohypertatus, & Manuelis Imp. ἐξάδελφος, patruelis, dicitur in sententia depositionis Cosmæ Patr. CP. An. MCXLIV. apud Allatium: proinde filius fuit Constantini Angeli ex Theodora Comnena Alexij Imp. nata.

D Βόσθνα] Bossena, quæ Constantino de Adm. Imp. cap. 32. Βόσωνα nuncupatur, Principes suos habuit, quorum seriem damus in Familiis Dalmaticis.

Pag. 60. A Γείτζα] Geiza II. Hungariæ Rex, Belæ, cogn. Cæci, Regis filius.

Pag. 92. D Ἰωάννης ὁ Δούκας] Vide Dissertationem 26. ad Ioinuillam.

Pag. 64. D Οὔρεσιν] Vrosci illius, Dessæ fratris, nulla quod sciam mentio fit in Historia Dalmatica, nisi idem sit cum Bela, de quo ad pag. 221. qui ante Dessam in Seruia Principatum tenuit.

Pag. 65. C Ἐξ Ἄλπεων] Vel ex hoc loco patet *Alpes* dici quosuis montes altos, nec eos duntaxat qui Galliam ab Germania & Italia disterminant. Seruius ad illud Virgilij, *Aerios montes,* ait a Gallis aerios montes *Alpes* appellari; voce nimirum Gallica. Papias: *Alpes, proprie aerij montes Galliæ. Nam Gallorum lingua alti montes vocantur.* Gloss. Græco-Lat. *Alpes,* ὄρη ὑψηλά. His consentit Isidorus lib. 14. Orig. cap. 8. Hinc igitur passim quosuis montes Alpes vocant Scriptores. Sidonius de Atho monte, carm. 2. *Syluosam currebant vela per Alpem.* carm. 9. de eodem: *Iuxta frondiferæ cacumen Alpis.* Pyreneos montes Alpium nomine donat etiam Ausonius Epist. 23.

Nunc tibi trans Alpes & marmoream Pyrenem
Cæsareæ Augustæ domus est.

Alpes montis Zebraij, Alpes Roscidæ vallis in iisdem Pyreneis, dixit Lucas Tudensis in Chronico pag. 86. 90. Vnde & Hispanos *Alpinos* vocauit ex Catone Gellius. Adam Bremensis cap. 229. *Normannia, quæ suis Alpibus circumdat Sueoniam.* Occurrit iterum apud eumdem cap. 239. sed de vocis primigenia notione dissentit prorsus a Seruio & aliis Procopius lib. 1. de Bello Goth. qui id nominis veteribus Gallis angustias montium, seu collium significasse scribit: Ἄλπεις δὲ καλοῦσι τὴν ἐν στενοχωρίᾳ δίοδον οἱ ταύτῃ νενομήκασιν ἄνθρωποι. Idipsum tradit Eustathius in Dionysij Periegesim: Φασὶ δὲ τὴν λέξιν ταύτην κατὰ τὴν εἰς τὸ Ἑλληνικὸν μετάληψιν, τοῦτον δύνασθαι τῇ κλεισούρᾳ. Atque ea ipsa notione vocem hanc vsurpasse videtur Philostorgius lib. 3. cap. 24. Ἄλπεις, αἵ τε Σούκεις καλούμεναι, καὶ αἱ Ἰουλίαι, δίοδοί εἰσι στεναὶ μεγίστων ὀρῶν ἑκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἓν χωρίον ἔγγυς τοῦ συμπλύσεσθαι συγκλειομένων. ἐοίκασι δὲ αἱ δίοδοι αὗται ταῖς ἐν Θερμοπύλαις στενοῖς. Certe quidquid fuerit primis seculis de vocabuli significatu, id constat inferioribus Alpes appellari conualles, & quæ in iis sunt pascua, quo æstate pecora aguntur. Ita vsurpatur passim in Donationibus factis Ecclesiæ Salisburgensi cap. 1. & 7. apud Canisium Tom. 6. Antiquar. Lect. in Charta Ludouici Pij An. DCCCXXXVIII. pro Monasterio Anianæ, in Chartis Alemannicis Goldasti N. 27. & 86. apud Conradum de Fabaria de

Caſibus S. Galli cap. 20. Bertholdum Zuifaltenſ. Abbatem, de origine ſui Monaſterij, Auguſtinum *de la Chieſa* in Hiſt. Pedem. cap. 26. Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 5. cap. 29. &c. Hinc *Alpagium*, ius paſcendi pecora in Alpibus, in Charta B. Comitiſſæ Sabaudiæ A. MCCXVIII. in Tabulario Eccleſiæ Tarentaſienſis.

Γαλίτζης χώρας] Galitia pars dicitur Ruſſiæ Minoris, *μέρος τῆς μικρᾶς Ῥωσίας*, in Notitia Andronici: Nicetæ vero in Man. lib. 4. N. 2. *μία τῶν παρὰ τοῖς Ῥῶς τοπαρχιῶν, οὓς καὶ Σκύθας ὑπερβορέους φασίν.* *Galitzs* hodie vocatur, eſtque Ducatus, Magno Moſcouiæ Duci obnoxius, qui ex Moſcouia in Orientem per Caſtromowgorod euntibus occurrit. Huic imperabat eo æuo Vladimerus, ſeu Lodomerus, vt habent Annales Hungarici, qui Chunorum fretus auxilio, Minoſlaum Ruſſorum Regem, ſeu Principem, regno proturbare, tyrannidemque ſibi aſſerere auſus, a Geiza tandem Hungariæ Rege, qui Minoſlai filiam vxorem duxerat, inito prælio fuſus ac deletus eſt, vt pluribus narrant Thwroczius in Geiza cap. 66. & Bonfinius Decad. 2. lib. 6. Nec alium vel diuerſum Vladimerum hunc cenſuerim ab Vladimero Wſzeuolodi filio, Iaroſlai Ruſſiæ Principis nepote, qui Kiouiæ ad Boryſthenem vrbe auita conſedit, & poſt varias cum agnatis concertationes, cum omnes eorum expugnaſſet prouincias, Μονόμαχος dictus eſt. Vtcumque ſit, Vladimeri ſucceſſorem Iaroſlaum infra nominat Cinnamus; de Vladimeri vero parentibus agit Ditmarus lib. 7. Pag. 66. B

Μαπάνον] Legendum Μπάνον, hoc eſt, *Banum*. Solent quippe Græci B. Latinum per, ΜΠ, efferre, vt ex exemplis quæ profert Meurſius in Gloſſ. plus ſatis patet. De Banorum dignitate apud Hungaros & Seruios, dixi ad Annam. Hac tum fungebatur in Hungaria Bela, qui Cinnamo Βέλοσις hoc loco dicitur Geizæ Regis auunculus, quo imperante rerum ſummam obtinuit, Vri Seruiæ Comitis, cuius filiam Helenam Bela, cognomento Cœcus, Rex duxerat, frater. Ioannes Thwroczius cap. 65. *Tunc auunculus Domini Regis Bela Ban nominatus, glorioſus in millibus ſuis irruens ſuper agmina Teutonicorum, percuſsit eos ex aduerſo grauiter, & magnam ſtragem fecit in illis.* Belæ Bani, quo ductore Henricum Bauariæ Ducem fudit Geiza, meminere præterea Otho Friſing. lib. 1. de Geſt. Frid. cap. 22. & Radeuicus lib. 3. cap. 12. Guntherus lib. 6. Ligurini, de Bela: Pag. 67. A

Hic placido cultu puerum nutriuerat, vt qui
Vir bonus & prudens, & auunculus eſſet vtrique.

Vide Notata ad pag. 221.

Οὗτος ὁ Βορίζης] Fuit is Boritius Calamani Regis Hungariæ ex Regis Ruſſiæ filia (quam in adulterio deprehenſam Calamanus repudiauerat) filius, ob idque pro ſpurio habitus. Extincto Stephano Rege, fratre, cum fruſtra paternum regnum repetiiſſet, Conſtantinopolim profectus, conſanguineam Ioannis Imp. duxit in vxorem. Græcorum exinde & Polonorum fultus auxilio, & ab aliquot euocatus Proceribus, Hungariam cum valido exercitu ingreſſus, a Bela Cœco Rege, & Alberto Leopoldi Marchionis Auſtriæ filio, Belæ ſororio, fuſus ac fugatus eſt, vt pluribus narrant Otho Friſing. lib. 7. Chron. cap. 21. Thwroczius, & Bonfinius. Hac accepta clade Boritius, rurſum Græcos in ſui auxilium, & Labeſlai Bohemiæ Ducis interuentu, Regem Fredericum induxit A. MCXLVI. mox percepto Ludouici Franciæ Regis per Hungariam tranſitu, in illius caſtra conceſſit, quorumdam Hungarorum conſiliis accitus, qui facile fore vt multi in Hungaria non ignobiles a Geiza Rege ad eum deficerent, polliciti fuerant. Quod cum ad Geizam perlatum fuiſſet, ſtatim a Ludouico per Legatos Boritium B

* Leo & Anthem. Nou. de Mulier. quæ se seruis propriis, &c. *Iulia quædam preces nostris fundit altaribus, adstruens*, &c. vinctum sibi tradi postulauit, cui responsum piisimo ac Christianissimo Principe dignum dedit Ludouicus; *Domum Regis esse quasi Ecclesiam, pedes eius* * — *quasi altare, ideoque non posse se reddere vinctum eum, qui ad domum regalem, quasi ad Ecclesiam, & ad pedes Regis, quasi ad altare se prostrauit.* Ita Thwroczius & Bonfinius Dec. 2. lib. 6. Odo vero de Diogilo lib. 2. extremo, ait re in consilium adducta, *Episcopos & Optimates discussa ratione iudicasse, vt Rex Regi pacem seruaret, & viro nobili, licet capto, vitam seruaret, quia scelus esset vtrumque, & morti hominem reddere, & amici sine ratione fœdera rumpere.* Vox sane piissimo digna Principe, qualis etiam illius fuit ad Regem Angliæ, cui, quod S. Thomæ Cantuariensi Archiepiscopo *in sui fidelis ignominiam & ruborem* præsidium præstaret, queritanti, respondit, *se hoc ius hæreditarium ab antecessoribus contraxisse, & semper fuisse consuetudinis Regni* *, *vt omnes pro iustitia exulantes benigne recipiat, & eis debita humanitatis solatia impendat.* Tandem Boritius a Manuele cum validis copiis aduersus Hungaros missus, deleto ab hostibus exercitu, ipse a quodam Cumano domestico sagitta transfixus occubuit C. An. MCLVI. vt habent Otho Frising. lib. 7. Chron. cap. 34. lib. 1. de Gest. Frider. cap. 30. lib. 2. cap. 31. Ex Boritio natus Calamanus Ciliciæ Præfectus, de quo infra Cinnamus.

Adde l. 7. C. Th. de locat. fundor. l. 6. C. Th. de relationib.

S. Thomæ Epist. & Acta Alexandri III. PP. apud Baron. A. 1168. 1169.

* Francorum,

Pag. 68. A Μαρία] Vide Stemma Comnenicum.

A Ρογερίου δὲ] Moritur Rogerius Siciliæ Rex A. MCLII. Indict. 1. ita Romualdus in Chron. & Otho Frising. lib. 2. de Gest. Frid. cap. 11. At Robertus de Monte Rogerij mortem in 29. April. An. MCLIII. reiicit; alij in An. MCLIV. Vide Familias nostras Normannicas.

B Τοὺς πρέσβεις ἀπεπέμψατο] Animos Manuelis mire auxerat nouissime initum post Rogerij excessum cum Frederico aduersus Willelmum Siculum fœdus, cuius meminit Otho Frising. lib. 2. de Gest. Frid. cap. 11.

B Στόλον δὲ νεῶν ἀγείρας] Prælium istud nauale, in quo captus Constantinus Angelus Byzantinæ classis Dux, attigit etiam Nicetas lib. 2. N. 7. Siculæ præerat Majo Barensis, vt idem refert, qui in Diplomate Willelmi Regis apud Baronium A. MCLVI. *Magnus Ammiratus Ammiratorum* dicitur, vir cæteroquin humili sorte genitus, quem cæde crudelissima interiisse autor est Hugo Falcandus, qui illius Historiam fuse prosequitur.

Pag. 69. C Τερζῆς] Toros, seu Theodorus, Armeniæ Princeps, qui Liuoni fratri successerat. De hac Andronici Expeditione, quædam habet Nicetas lib. 3. N. 1.

D Καίσαρα δὲ] Vide Stemma Comnenicum.

D Ἐξ Ἀνθρώπων] De Raimundi Antiocheni Principis nece consulendi Willelm. Tyrius lib. 17. cap. 9. Willel. Neubrigensis lib. 1. cap. 21. Math. Paris, Robert. de Monte A. MCXLVI. & Nicol. Triuettus A. MCL. Vide Stemma Principum Antioch.

Pag. 70. A Φερούειον] *Nepa* dicitur Tyrio.

Pag. 71. A Εἰς Ἀντιόχειαν ἦλθεν] Vide Willelmum Tyr. lib. 20. cap. 2.

C Βρανιζόβης] Ducem Branizobæ dictum a Manuele Andronicum testatur etiam Nicetas libr 3. N. 1.

D Σχῆμά τε πολέμου] *Torneamentorum*, seu decursionum equestrium vsum primum in Græciam inuectum sub Manuele hinc patet, quem Nicephorus Gregoras lib. 10. a Latinis seu Francis ad Græcos transiisse refert. Vide Nicetam lib. 3. N. 3. & Dissertationem nostram 6. ad Ioinuillam.

Pag. 72. A Ο δὲ] Videtur legendum ὅ δὲ, *quod quidem;* ita vt Cinnamus dicat id in Manuele miratum fuisse Raimundum illum, quem Herculi parem facit.

B Ηρακλῆς] Idem Elogium Raimundo tribuit infra pag. 125. cuius virtutes

& dotes, præcipuamque in re militari peritiam, & animi fortitudinem mire prædicat, præter Tyrium lib. 14. cap. 21. Willelmus Neubrig. lib. 1. cap. 21. *Quippe*, inquit, *hic fuerat Christiani nominis in Oriente fortißimus propugnator, atque insignium gestorum titulis veteris in se Machabæi transfuderat gloriam*, &c.

Δολώσεις ἀεὶ ἐπινοῶν] Andronici non indolem modo, & fallacem illius B animum graphice expressit Leo Imper. in Oraculo I. sed & nequiter ab eo gesta, totamque Comnenianam Familiam nefando ausu absumptam, demumque perditi viri exitum præclare omnino præuidit, adeo vt in nullum alium ex Constantinopolitanis Augustis cadere possit illud Oraculum, quod hisce Versibus concipitur:

A I M A.

Τὴν ἐχθρόποιον ἔνδοθεν κρύπτει πλάνην,
Ὡς εὐμενὴς δὲ κύνας ἐκτρέφει νέους,
Ἣν γλυκὺς κλύδωνος ἐκχεῖ εἰς μέσον,
Ἀλλ᾽ ἀπελέγξει τὸν λογισμὸν ὁ χρόνος.
Ὄφις δὲ πάντας καταναλώσει τάχος.
Σὺ μεγαλαυχεῖς, καὶ γέγηθας, ἄθλιε,
Καὶ χεῖρας ἁπλοῖς, καὶ πόδας διαστρέφεις,
Ὡς πραγμάτων ἔξωθεν αὐτὸν ἐξάγων.
Ἀλλ᾽ ὁ κύριος τὴν ὑπόκρισιν φανεῖ.
Τὶ γὰρ καλὸν δράσειας, ὦ σὺ κυνόπα;
Ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος
Πῶς σὺ κομίσεις ἀγαθὸν ἐν τῷ βίῳ
Ὃς τὸ στόμα κέχηνας εἰς ὑποπτέρους
Πῶς ἀπερεύξεις ῥῆμα χρηστὸν τῇ πόλει.

Constat ex Niceta in Manuele lib. 5. N. 8. vocis A I M A characteres, primos Imperatorum ex Comneniana familia apices designare, Alexij nempe, Ioannis, Manuelis, & Alexij Manuelis filij, quem Andronicus, vt & reliquos fere Comnenos, per scelus absumpsit, adeo vt in eum, a quo incœpit, desierit, Alpha nempe, quod in altero proxime sequenti Oraculo, innuitur:

Ἀρχὴν ἔχων τε τὴν μονάδα καὶ τέλος.

Andronicus igitur *dolos nectens, & recondens animo, velut beneuolus parens*, Manuelis liberos, tamquam *nouellos catellos educat, quibus mox parat & struit insidias, sed quod mente occultat, tempus prodet: statim enim velut serpens illos absumet. Dissultat in sinu, lætaturque infelix* Andronicus *securus, & ab omni cura liber. Manus interim explicat, pedesque distorquet, tamquam rei gestæ, seu Alexij necis innocuus. Sed hypocrisim & dolos prodet tandem Deus. Quid enim viro dignum faceret vilis canis? Ille qui familiæ extraneæ*, hoc est, Agneti Francorum Regis filiæ, quam iunior duxerat Alexius, per nefastum connubium *se commiscuerat. Qui fieri potest, vt is viuat prospere, qui os aperuit in pullos, qui adhuc sub alis parentum excubabant? Non est igitur cur Constantinopolitanum Imperium a tam scelesto Imperatore quidquam boni expectet.* Hæc est genuina, ni fallor, Oraculi istius παράφρασις, quam Interpres Rutgersius, haud minus recte reddidit, præsertim eo versu, ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος. Huic enim imposuit perperam exscripta vox δήγματι, pro δείγματι: est quippe δεῖγμα, insigne armorum, quod in clypeo effingitur, vt autor est Vegetius lib. 2. cap. 18. vnde pro familia & gente hic sumitur, vti vox *clypeus*, non semel apud Scriptores Latinos sequioris ætatis. Mathæus Westmonaster. A. MCCXLV. de Pembrochiensi familia Anglica extincta: *Sic nobilis cly-*

peus ille Marescallorum tot & tantis hostibus Angliæ formidabilis euanuit. Et Mathæus Paris. eod. A. *Clypei in Anglia iam, heu, prostrati*, &c. V. Specul. Saxon. lib. 3. art. 72.

Pag. 74. A Ιταλὼ ςολὼ] Sagum militare, nostris, *Cotte d'armes*. V. Not. ad Alexiad. pag. 401.

B Πρωτοςράτορα] De hac dignitate vide Notata ad pag. 127.

Pag. 75. A Εμφερυερν] V. Nicet. lib. 3. cap. 2.

C Βοείτζης ὁ Βόσθνης χώρας ἐξάρχων] Qui Orbino *Barich* appellatur, Bossenæ Banus, seu Princeps, sub A. MCLIV. Boritium excepit *Culinus*, cuius non semel mentio occurrit apud Innoc. III. PP. in Epistolis.

D Χαρτουλάριος] Chartularij dicuntur, *qui chartis inseruiunt*, vt est in L. 10. Cod. vbi causæ Fisc. seu *publicarum Chartarum tractatibus*, in L. 1. Cod. de Præposit. Agent. in reb. vnde & *Tractatores* appellantur, vt obseruavit Cuiacius: alias Commentarienses, ab Actis, qui Chartas & Codices expensionum tractant, *qui largitionales titulos retractant*, in L. 3. Cod. de Canone largit. titul. lib. 10. L. 12. Cod. de Numerar. Actuar. & Chartular. lib. 12. Gloss. Gr. Lat. Χαρτογράφος, *Chartularius*. Χαρτοφύλαξ, *Chartularius*. Glossæ Basil. Κομμενταρήσιος, Χαρτουλάριος ; Κομμενταρήσιος, ὁ ὑπομνηματογράφος. Σκρινιάριοι, Σκρινιοφόροι, ἤγουν Χαρτουλάριοι. Erant autem tot Chartularij, quot Scrinia. Eiusmodi sunt, quorum meminit Cledonius de Arte Grammatica : *Absurdum igitur erit dicere, A præterito Proconsule venio, vel Carruca est Proconsule: sectantes Chartulariorum aliquantorum imperitiam, deserunt doctissimorum veterum in arte tractatus. Quippe cum inter Chartularios, eloquentissimos reperias quosdam, vel paucos indoctos, melius est sequi eos, inter quos nullus reperiatur imperitus, quam hos inter quos videantur esse pauci.* Dicuntur autem Scriniarij apud Suidam in etymologico, οἱ Χαρτοφύλακες τῶν Βασιλέων ; & καταγραφὴν τῶν ἐξετάσεων ἐν τοῖς σκρινίοις διαφυλάττοντες. Senator lib. 11. epist. 38. *Moderatrix rerum omnium diligenter desiderauit antiquitas, vt quoniam erat plurimis per nostra scrinia consulendum, copia non deesset procurata chartarum.* Infra : *Pulchrum plane Memphis ingeniosa concepit, vt vniuersa scrinia vestiret, quod vnius loci labor elegans texuisset.* Hinc legimus *Chartularios sacri cubiculi*, in Nou. 8. & 25. Iustiniani, qui scilicet impensarum cubiculi & cellarij sacri rationem describebant, & in acta referebant : *Chartularios Numerorum militarium* in Nou. 117. cap. 11. qui in acta referebant nomina militantium, seu qui circa τὴν ςρατοῦ καταγραφὴν καὶ ἀναζήτησιν occupabantur, vt est in Tacticis Leonis Imp. cap. 4. §. 31. *Chartularios velocis cursus*, ὀξέως δρόμου, de quibus Constantinus Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 43. & Lex 3. Cod. de Canone largit. titul. Chartularios τῆς λεγομένης ἐξαρτήσεως, cuius muneris meminit Ioannes Damascenus in Epist. Synod. ad Theophilum Imp. ἐξαρτήσεως autem Scylitzes pag. 746. Cum igitur plures essent Chartularij, confecta inde *Chartulariorum Schola*, de qua agit Lex 1. Cod. de Offic. Præf. Præt. Præsertim vero *Chartularij* dicuntur, qui tabulas vel chartas fiscalium debitorum tractant, agunt, administrant. Auctor Historiæ Miscellæ lib. 22. *Cum Chartularius esset, & publica tributa facta ratione conferret.* Quo loco Theophanes, χαρτουλάριον τε τελοῦντι τῶν δημοσίων φόρων. Qui his præerat *Magnus Chartularius* dicitur Ducæ cap. 30. ὅπως γὰρ ἦν πρῶτον τῶν εἰσοδημάτων τῆς ἡγεμονίας Μέγας Χαρτουλάριος. Verum longe aliam functionem habuit Chartularij dignitas, cuius hic occurrit mentio, & lib. 6. cap. 7. Nam Imperatoriis equis præfectus erat Chartularius, vt docemur ex Zonara in Leone Isauro p. 83. & Niceta in Isaacio Angelo lib. 3. n. 2. Magnum Chartularium eo nomine post Protostratorem in aula meruisse scribit Codinus de Offic. aulæ

CP. cap. 5. N. 6. Illiusque potissimum fuisse munus tradit, vt equum, peregre, aut quouis e palatio profecturo Imperatori, ad Palatij ipsius portam adduceret. Cum igitur hæc dignitas præcipuos aulæ Constantinopolitanæ Proceres spectarit, non modo probabile videtur ea donatos Michaelem Branam & Andronicum Lampardam Manuele imperante apud Cinnamum, sed & Narsem Italiæ Præfectum, qui a Marcellino Comite & Warnefrido lib. 2. de Gest. Langob. cap 1. & 3. *Chartularius & Cubicularius* Iustiniani Imp. dicitur: vt & Gratiosum, qui antequam Ducis dignitatem esset adeptus, Chartularius fuerat, apud Anastasium Biblioth. in Stephano IV. PP. & Maurentium, qui vir magnificus appellatur apud S. Gregorium M. lib. 1. epist. 4. V. Pachym. lib. 1. cap. 9. De Chartulariis Ecclesiasticis erit alius dicendi locus.

Στέφανον τὸν Ἰατζᾶ παῖδα] Perperam hoc loco Cinnamus Stephanum, qui Pag. 76. A
tum Græcis & Manueli militabat, Geizæ filium fuisse scribit, cum illius frater fuerit, vt ipsemet agnoscit lib. 4. & testantur diserte Radeuicus lib. 3. cap. 12. & Guntherus lib. 6. Ligur. Ex quibus docemur, Stephanum, cum à fratre, ex affectati Regni suspicione, ad Fredericum Imp. profectus esset, ab eo per Venetias in Græciam transmissum, cum litem inter fratres dirimere non potuisset. Guntherus,

At Rex huic finem nequiens imponere liti,
Cum maiora premant priuatæ pondera curæ,
Distulit, & Iuuenem Veneti per stagna profundi
Prouidus Argolicam seruandum misit ad vrbem.

His consentit Nicetas lib. 4. N. 1. sed de Stephano agetur rursum infra.

IN LIBRVM IV. JOAN. CINNAMI NOTÆ.

MAPIAN] Fredericus Imp. repudiata & remissa propter consangui- Pag. 78.
nitatem Adela vxore, Diepoldi Hocburgensis Marchionis filia A. MCLII. vt habet Conradus Vsperg. aut sequenti, vt Chronicon Weingartense, ad alias nuptias animum adiecit, ob idque ad Manuelem obtinendæ Mariæ, Isaacij Sebastocratoris filiæ, causa Legatos misit. Otho Frising. lib. 2. de Gest. Frid. *Rex quia non multo ante hæc per Apostolicæ Sedis Legatos, ab vxore sua ob vinculum consanguinitatis separatus fuerat, pro ducenda alia pertractans, ad Manuelem Græcorum Imp. tam super hoc negotio, quam pro Guillelmo Siculo, qui patri suo Rogerio nouiter defuncto successerat, vtriusque imperij inuasore debellando, in Græciam Legatos destinandos ordinat. Sicque Primatum suorum consilio, Anshelmus Hamelburgensis, & Alexander Apuliæ quondam Comes, sed a Rogerio cum cæteris eiusdem Prouinciæ Nobilibus, ob suspicionem dominandi propulsus, eamdem Legationem suscipiunt.* De Legatorum reditu, agit idem Otho cap. 20. Manuel post hæc ad firmandum petitum connubium Legatos ad Fredericum misit: sed is aliam sibi matrimonio iunxerat coniugem, cum ad illius præsentiam sunt admissi. Idem cap. 31.

Ἐπὶ Ἰταλίᾳ ἰέναι] Fredericum in Anconensi pago assecuti sunt Manuelis Pag. 79. B
Legati. Otho Frising. lib. 2. cap. 23. *Ibi in confiniis Anconæ Imperator castra ponens, Palæologum, quod nos veterem sermonem dicere possumus, nobilissimum Græcorum, Regalisque sanguinis Procerem, & Maradocum egregium virum, ex parte Principis sui Constantinopolitani venientes, muneraque non parua deferentes, obuios habuit. Quibus auditis, causaque viæ cognita, per aliquot dies secum detinuit. Dehinc accepto Principum, qui cum ipso erant, consilio, Guibaldum Corbeiensem*

simul & Stabulensem Abbatem Regalem, virum prudentem ac in Curia Magnum, in Græciam Legatione ipsius ad Regiæ Vrbis Principem functurum destinauit. Eadem habet Guntherus Ligurini lib. 5. Fredericus ipse in epist. ad Othonem Frising. *Inde euntes versus Anconam, Palæologum nobilissimum Principem Græcorum, & Maradocum socium eius, cum cæteris nuntiis Constantinopolitanis, obuios habuimus, qui vt in Apuliam iremus, & hostem vtriusque Imperij Guillelmum potentia virtutis nostræ conterere vellemus, infinitam pecuniam nobis dare spoponderunt. Quia vero militia nostra propter multos labores & bella nimis attrita fuit, placuit magis Principibus redire, quam in Apuliam descendere.* Adde Radeuicum lib. 3. cap. 20. & Willel. Tyrium lib. 18. cap. 7.

B Βασαβύλας] Fuit is Robertus de Bassauilla, qui Falcando, Petro Blesensi epist. 10. Bonfilio Constantio, Fazello, & aliis Comes Loritelli vulgo indigitatur, Willelmi Regis amitæ filius, quam Gillam vocat Philadelphus *Mugnos* in Geneal. Sicil. Nobil. Nupserat illa, vt idem Scriptor ait, Roberto cognomento *Zamparroni*, Nobili Normanno Comiti Conuersani, cui Rogerius Rex Castellum *di Sacca* concessit. Ex his nuptiis natus Robertus de Bassauilla, qui vt autor est idem *Mugnos* coronationi Willelmi Panormi interfuit, vir cæteroquin in regno potentissimus, qui adscitis Roberto de Surrento Capuano Principe, Andrea Comite Rupiscaninæ, cæterisque Nobilibus, quos Rogerius Rex, ipseque Willelmus in exilium egerant, *vtrumque Imperatorem*, ait Tyrius lib. 18. cap. 2. *Romanorum videlicet & Constantinopolitanorum, alterum ore ad os, & manifeste, qui adhuc erat in Italia; alterum vero per literas, sed occulte, ad occupandum Siculi regnum sollicitabat.* Ioannes Berardi lib. 4. Chron. Casauriensis: *Mortuo Rege Rogerio, Willelmus filius successit in regnum, vir miræ sapientiæ & magnæ virtutis, qui volens consanguineis suis bona facere, Robertum de Bassauilla Comitem Loritelli fecit, eique totum Comitatum illum, & vicinas terras supposuit, & ex bono collato deuotiorem existimauit.* Et infra: *Nec multo post Robertus, cui Dominus Rex Willelmus tot & tanta bona contulerat, seditiose agens contra dominum suum, maximam partem de regno eius peruasit, comites suæ nequitiæ & complices multos sibi associauit, & vltra quam credi potest, sublimia de se cogitans, in modico perturbauit.* Bassauillæ exilij causam refert Hugo Falcandus, quod videlicet *ad regni subreptionem plurimum aspiraret, ipsumqne Regnum ad se iure diceret pertinere, eo quod Rogerius Rex auunculus eius in quodam testamento suo præcepisse diceretur, vt siquidem Guillelmus eius filius inutilis, aut parum idoneus videretur, Robertus Comes, cuius virtus haud dubia erat, regno præficeretur.* Extincto postmodum Willelmo, Margaretæ Reginæ, Willelmi cog. Boni Siciliæ Regis matris, opera ab exilio reuocatus est. Adde Alexandrum Mon. l. 5. Chron. Monasterij S. Barthol. de Carpineto, Rob. de Monte, & Nicol. Triuettum A. MCLV. MCLVI. & MCLXIII. Acta Alexandri III. PP. apud Baron. A. MCLXIX. Othonem Frising. lib. 2. de Gest. Freder. cap. 29. & Guntherum lib. 5. Ligur. apud quos Robertus *Cauillensis Comes* dicitur, perperam opinor, pro *Bassauillensis*. Neque felicius, ni fallor, Chronicon S. Bartholomæi de Carpineto *de Tuttauilla* cognomen ei indidit: etsi in Normannia extiterit illustris familia hacce appellatione: *Hic autem* (Rogerius Rex) *reliquit sibi successorem in regnum filium suum nomine Guillelmum, mandans ei vt Robertum de Tuttauilla filium sororis suæ faceret Comitem Loritelli.* Familiæ vero Bassauillensis in Normannia meminit Ordericus Vitalis l. 3. pag. 479. At cui in hac dignitate successerit Robertus, non tradunt Scriptores. Nam ante illum, Comitatum Loritelli possedere Proceres Normanni, qui a Gaufredo Capitanatæ Comite, Guiscardi fratre, genus ducebant: nempe Robertus I. Gaufredi filius, Robertus II.

Roberti I. filius, & Guillelmus Roberti II. filius. Guillelmi meminere aliquot tabulæ A. MCXXXVII. quibus varia dona contulit Ecclesiis Scyllacensi & Teatinæ, in quibus *Loretelli Comitem Comitum* sese inscribit, meminitque Roberti parentis, & Roberti aui sui. Vide Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 48. 117. Guillelmi igitur bona, fortassis ob rebellionem, aut iure caduci, Rogerio Regi cessere, atque inprimis Loretellensis Comitatus, quem Roberto de Bassauilla ex patris præcepto Guillelmus I. Siciliæ Rex concessit: ex quo ille *Dei & Regia gratia Palatinum Comitem Loretelli & Cupersani, filium & hæredem Domini Roberti Cupersanensis Comitis, & Dominum ciuitatis Biuini* sese inscripsit, vt colligitur ex Diplomate A. MCLXXIX. quod descripsit Vghellus To. 8. Italiæ Sacræ p. 359. Genus porro ducebat Robertus de Bassauilla a Comitibus Conuersani, Normannicæ gentis, proindeque a Gaufredo Comite Conuersani, Roberti Guiscardi ex sorore nepote, de quo Malaterra lib. 1. cap. 10. 39. lib. 2. cap. 39. 40. l. 4. cap. 4. Ordericus Vital. lib. 7. pag. 645. lib. 10. pag. 780. & Will. Gemetic. lib. 8. cap. 14. Sed de Comitibus Conuersani quædam attigimus in Notis ad Alexiadis pag. 388. agemusque pluribus in Familiis Normannicis. Cæterum id obseruatione dignum videtur, Comites Loretelli, non modo *Comites Palatinos*, sed & *Comites Comitum* sese inscripsisse: ex quibus conficitur illustri hac dignitate donatos fuisse a Principibus Normannicis, vt essent qui in his Prouinciis & ditionibus, quas bello acquisierant, vti in Francorum Regno & Alemannico Imperio ea tempestate obseruatum annotauimus in Dissert. 14. ad Ioinuillam, cum suprema autoritate in eorum Palatiis ius dicerent. Proindeque cum cæteros Comites ex istius dignitatis prærogatiua præcellerent, *Comites Comitum* appellabantur, vt apud Gallos nostros Comites Campaniæ, sese *Francorum Comites* inscribebant. Hac vero dignitate gaudebant primi Loretelli Comites. Nam Robertus I. in Charta A. MXCV. apud Vghellum in Episc. Teatinis N. 16. *Comes Comitum:* Robertus II. In alia A. MCXV. quæ habetur in Chronico Monasterij S. Sophiæ Beneuent. *Comes Comitum de Lauratello, & Palatinus Comes* in Charta A. MCXXV. apud Vghellum Tom. 8. pag. 357. denique Guillelmus, *Loretelli Comes Comitum*, apud eundem Vghellum in Episc. Teatin. N. 21. inscribuntur.

Πεσχάσεων] *Piscaria, Pescara* hodie, Arx munitissima in Samnitibus, inter Pag. 80. A
Atriam & Ortonam, in ostio fluminis cognominis in mare Adriaticum influentis, veteris oppidi Aterni fundamentis inædificata, quod Aternum fuisse aiunt. Huius meminit Paulus Diac. lib. 2. Rerum Langob. cap. 20.

Ο μαθὼν ὁ Παλαιολόγος] Expeditionem Græcorum Italicam, quam obiter B
attigit Nicetas lib. 2. cap. 8. fusius prosecuti sunt Falcandus, Otho Frising. lib. 2. cap. 29. Will. Tyrius lib. 18. cap. 2. 7. & 8. Rob. de Monte A. MCLV. MCLVI. Chronicon Ceccanense & Chronicon Pisanum A. MCLVI. & MCLVII Radulfus de Diceto in Imag. Hist. A. MCLVI. Addit Stero cæsa in ea XL. millia Græcorum.

Βεσίδω] *Vescia*, non *Voscia*, vt præfert Editio, Vrbs in confinibus Campa- Pag. 81. A
norum & Hirpinorum, inter Abellam & Vesuuium, *Besti Vrbs* apud Leon. Ost. lib. 3. cap. 13. Vide Cluuerium lib. 3. Italiæ antiquæ & Vghellum To. 7. Italiæ Sacræ pag. 1178.

Φλαβιανή] Flauianum forte oppidum in Samnitibus, circa littus, haud B
procul Turdino.

Ες ἔδαφος] Atque id postmodum causæ fuit, cur Willelmus recepta Bari, Pag. 28. A
Castelli sui, quod a Barensibus dirutum fuerat, ruinas intuitus, Barenses

ſic allocutus ſit: *Iuſto*, inquit, *vobiſcum agam iudicio: & quia domui meæ parcere noluiſtis, certe nec ego veſtris ſum domibus parciturus.* Quod & factum eſt: muris enim primum æquatis ſolo, totius inſecutum eſt excidium ciuitatis. Barim porro Græcis ademerat iam olim Guiſcardus, vt eſt in Chronico Caſin. lib. 3. cap. 44.

B Τράνις] Vrbs nota in ea ora *Trani*, hodie fere diruta.

B Γιβενάτζιον] Iuuenatium in Apuliæ Peucetiæ ora maritima, 12. M. a Bari, hodie *Giouenazzo*.

B Ριτζάρδος] Fuit hic Ricardus Andriæ Comes, Willelmi Regis partibus addictus. Proinde vix ſimile videatur vero illum eſſe qui a Roberto de Monte A. MCLV. *Richardus de Linges Comes Andriæ* nuncupatur, cum Robertum Baſſauillam is ſecutus ſit. Deinde Richardus, cuius meminit Robertus, non Andriæ, ſed Andri inſulæ Comes fuit, ſi qua fides eidem hæc A. MCXLV. ſcribenti: *Rex Rogerius Siciliæ Tripolitanam Prouinciam in Africa ſuper paganos cepit. In hac expeditione fuit, & multum profuit Richardus de Linghenc, Miles optimus, qui nuper de Baiocenſi Comitatu illuc perrexerat, & a Rege Rogerio Comitatum Andri inſulæ, quam nuper idem Rex ſuper Imperatorem Conſtantinopolitanum ceperat, dono acceperat.* At Richardus a Cinnamo memoratus *Antro*, ſeu Andriæ, Oppido in Salentinis imperauit, quod *Roca*, & *arx Antra* videtur appellari in Chronico Caſinenſi lib. 2. cap. 78. Vide Notas ad Alexiadis pag. 117.

C Καντζιλερίῳ] Anſquetino, Willelmi Regis Cancellario, qui Beneuentum ab Adriano PP. occupatum obſedit, vti narrant Tyrius, & Chronicon Ceccanenſe, ſeu Foſſæ nouæ, A. MCLV. Anſcotinum vocat Hugo Falcandus.

D Βουνος] *Buno*, hodie.

D Βαρλέτ] Barolum, Barletta hodie, prope Tranim, de qua Vghellus To. 7. Ital. Sacr. p. 1195.

Pag. 84. D Μονόπολιν] Vrbs in Apulia Peucetia, veteribus incognita, pulchritudine, ſplendore, ciuilitate, ac ædificiorum magnificentia nobilis, licet non magna, inquit Leander Albertus.

Pag. 85. B Ῥώμης Ἀρχιερέως] Adriani II.

Pag. 86. A Βουτοτὸν] *Bitonto*, Vrbs Epiſcopalis inter Rubos & Barium, Antonino *Budruntus* vel *Butuntus*.

B Μαλφέτον] 3. M. ab Iuuenatio, in ora maritima, vulgo *Malfetta* & *Melfatta*.

Pag. 87. D Μοντοπηλοῦς] *Monſpeloſus*, Ciuitas quam Bradanus fluuius alluit, hodie *Montepeloſo*.

D Γραβίναν] *Grauina* Ciuitas Apuliæ Peucetiæ, haud procul a Matera, Ducatus titulo hodie inſignis.

Pag. 88. A Τῷ Παλαιολόγῳ] De morte Palæologi, Otho Friſing. *Mortuus fuit ibi Palæologus, & ad terram ſuam deportatus.*

Ἀποθρίξασθαι] Locus ſatis intricatus, quem ſic concipiendum putaui, vt Palæologus morti iam proximus, cæterorum Græcorum more, coma detonſa, Angelicum & Monachicum habitum induerit, ſeu τὰ τρίχινα, id eſt, τὰς ἐκ τριχῶν κατασκευασμένας ἐσθῆτας, vti vocem hanc interpretatur Baſilius Cæſar. quæ τριχίνια ἐπικαλύμματα & ἄμφια dicuntur Autori Vitæ S. Theophanis Confeſſ. N. 12. & 14. χιτώνια τρίχινα autori Vitæ S. Eupraxiæ Virg. N. 6. τρίχινα ſimpliciter in Actis S. Abrahamij N. 4. & 24. ῥάκια ἀσθενῆ καὶ τρίχινα Maximo Tyrio ſerm. 41. & Gregorio in Vita S. Baſilij Iunioris. S. Athanaſius in Vita S. Antonij: τὸ ἔνδυμα εἶχεν, ἔνδον μὲν τρίχινον, ἔξωθεν δὲ δερμάτινον. Idem S. Antonij extrema verba enarrans: Σεραπίωνι Ἐπισκόπῳ δότε τὴν ἑτέραν μηλωτὴν, καὶ ὑμεῖς ἔχετε τὸ τρίχινον ἔνδυμα. Vbi quidam Codices habent τρύ-

χινον,

χινον, id eſt τὸ τετριμμένον ἱμάτιον, veſtem attritam, quales ſunt veſtes Monachorum, τρύχινα ῥάκη, quæ διέφθορα καὶ ῥακώδη ἱμάτια Ignatio Diacono in Vita S. Nicephori Patr. CP. cap. 13. aliis ῥάκη nude dicuntur, vt Pachymeri lib. 4. cap. 7. & 10. & cæteris paſſim. Sunt enim ῥάκη Heſychio ἀπερασμάτια καὶ ἀποσπάσματα. Vetus interpres Moſchionis : ῥάκη, *lænæ*. Inde *Rachanas* confecere Latini Scriptores æui inferioris. Gloſſar. Aelfrici : *Ragana*, (leg. *Racana*,) *vnder Hwitel*, id eſt, interior læna. Occurrit porro hæc vox apud Ennodium lib. 9. Ep. 17. D. Gregor. lib. 9. Ep. 75. lib. 12. Ep. 16. Anaſtaſ. Biblioth. in Vita S. Ioann. Eleemoſyn. cap. 9. N. 52. *Rachinæ* dicuntur in Regula Magiſtri cap. 81. & S. Audoeno l. 2. Vitæ S. Eligij cap. 37. Baudoniuiæ in Vita S. Radegundis cap. 4. &c. Porro *trichinam veſtem* tribuit S. Ioanni Bapt. Cyprianus, ſeu Autor Libri de Cœna Domini : quam alij Cilicinam vocant. Auitus lib. 4. Poemat. vt cæteros omittam :

Mollibus abjectis Cilicum dant tegmina ſetæ.

Hac paſſim vſos Monachos conſtat, etſi ab ordinario Monachorum habitu Cilicium reiiciat Caſſianus lib. 1. Inſtit. cap. 1. dicens *ſapere ſuperbiam, & nullum corpori conferre emolumentum, impedire item laborantem, neque ſuo tempore in vſu fuiſſe, niſi apud paucos.* Vide Haeftenum lib. 5. Diſquiſ. Monaſt. Tract. 3. Diſq. 8.

Μασσάφραν] *Maſafra* 3. M. a Tarento, iuxta flexum ad Aquilonem Tarentini ſinus, in Apennino exiguum, ſed munitiſſimum ſitu naturaque loci Caſtellum. D

Ὀστούνιον] Vrbs Apuliæ Peucetiæ paruo in colle ſita inter Molam & Conuerſanum ex Oriente, *Oſtuni* hodie. Pag. 92. B

Ἡ δὲ Τεμέση] Temeſæ, Temeſſæ, & Tempſæ vetuſtiſſimæ in Brutiis Vrbis, & apud Scriptores celeberrimæ, appellationem & ſitum quærunt hodierni Geographi : ſolus, quod ſciam, Cinnamus vetus eſſe Brunduſij nomen contendit : ſed an probabilis videatur ſententia, quiuis colliget ex iis quæ de Temeſa habent Leander Albertus in Deſcr. Ital. Cluuerius lib. 4. Italiæ Antiquæ cap. 15. & Ortelius in Theſauro Geogr. C

Οἱ γὰρ πάλαι] Vetus Autor Anonymus de Re militari : *Rectores ſuperioris vitæ non otioſis opibus, ſed condendis potius mœnibus lætabantur, in quorum decorem vniuerſam auri argentique materiam conferebant.* A

Ἀλίτζιον] Elyſium forte, etſi in iis oris nullus mihi huiuſce appellationis occurrit locus. Pag. 93. A

Ἀλέξιος] Alexius Bryennius, ſeu Comnenus, Annæ Cæſariſſæ ex Nicephoro Bryennio filius. V. Stemma Comnen. Pag. 95. C

Ῥόμπερτος] Robertus de Baſſauilla. Tyrius, de Willelmo Rege : *Vbi ſtatim circa Brunduſium, fugiente Comite Roberto, primo Marte Græcorum fudit copias, & attrito penitus eorum exercitu, Duces eorum captos vinculis mancipauit.* D

Ἐκ μάρκας πόλεως] Equites intelligit ex Marca Anconitana, ſeu Ancona ipſa, Manueli ſubmiſſos. Quippe Anconitani, vt infra innuit Cinnamus, Græcorum fœderati erant. D

Ἐκ Μυσίας] Forte ex Σικελίας. Pag. 96. C

Ἔπειτα Σικελοὶ τῷ πλήθει, &c.] Falcandus coæuus de Siculorum victoria ſic ſcribit : *Multiplicato dehinc exercitu* (Rex Willelmus) *Brunduſium venit, vbi cum Græcis conflicturus, ad pugnam iubet milites expediri. Græci vero vbi Comitis Roberti, cuius præſtolabantur aduentum, vident ſe defraudatos auxilio, quod vnicum reſtabat conſilium, fortunam eligunt experiri. Anceps in principio pugna fuit : inde Græci non valentes amplius hoſtiles impetus ſuſtinere, fuſi cæſique ſunt, magna pars eorum cum ducibus ſuis Panormum tranſuecti.* Pag. 97. D

Pag. 99. A Ἀνδρέαν] Andream Comitem Rupiſcaninæ, qui tandem conceſſit Conſtantinopolim, poſſeſſionibus ſuis exutus. V. Tyrium & Chronicon Ceccan. A. MCLXI. De Andrea agunt præterea Falcandus pag. 650. & Otho Friſing. lib. 2. de Geſt. Frid. cap. 23. & 29.

B Ὁ Ῥώμης Ἀρχιερεὺς] De inita Adrianum inter & Willelmum pace, fuſe Baronius ex Actis Adriani.

B Μηδὲν μέσον ἐστὶ] Ita repoſuerunt operæ, cum Editio Tolliana, μηδὲ μετὴν ἐστὶ, præferret, & verſionem ſuo marte interpolarunt. Sed mallem pro μετὴν legere μὲν, eaque verba ſic interpretari: *Nullum ius eſſe inquiens Nouæ Romæ in Veterem, cum eæ iam olim ab inuicem diuulſæ ſint.*

B Ἐπιτιμίῳ τὸν δῆμον καθυποβάλλει] *Caſtigat populum*, ita vertit Tollius: ſed aliud eſt ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλειν. Eſt enim ἐπιτίμιον in Conciliis paſſim, ſeu ἐπιτιμία, vti vox hæc effertur in Concilio Antiocheno non ſemel, pœna Eccleſiaſtica, quæ delinquenti ab Epiſcopo, aut Sacerdote, imponitur: *Pœnitentias* eiuſmodi pœnas vocamus: *Fit etiam*, inquit Alcuinus lib. de Diuinis Offic. *propter peccata emendenda, Eccleſiaſticus rigor, correptio, excommunicatio, de Eccleſia excluſio, Leges pœnitentiæ, anathematizatio.* Anaſtaſius Bibliothecarius ad Act. 1. Octauæ Synodi: *Epitimia multi quidem increpationes interpretantur, ſed iſta, & multis in locis pro pœnis ponunt, quas Eccleſia vnicuique pro qualitate culparum præcipit obſeruandas, vt puta ieiunia, fletum, abſtinentiam ciborum, genuflexiones, & his ſimilia.* Ad Act. 10. *Epitimium, increpationem, vel inductam pænam pro culpis*, quæ omnia firmantur verbis Actionis 2. eiuſdem Concilij. Τὰ ὁρισθέντα ἐπιτίμια πᾶσι τοῖς περιπεπτωκόσιν ἀναγνωσθήτωσαν. Καὶ λαβὼν Στέφανος Νοτάριος ἀνέγνω. Ἔστω δὲ ἐπιτίμιον τῶν μὲν κρεωφαγούντων, ἀποχὴ κρέατος, τυροῦ καὶ ὠοῦ· τῶν δὲ μὴ κρεωφαγούντων, τυροῦ καὶ ὠοῦ καὶ ἰχθύος, &c. Differebat igitur ἐπιτίμιον ab excommunicatione, etſi interdum generatim pro quauis pœna Eccleſiaſtica, etiam pro ipſa excommunicatione ſumatur. Ioan. Diaconus lib. 2. Vitæ Sancti Gregorij cap. 45. *Triſtatus eſt, quia antequam exiret de hac vita, non ſoluit eum ab excommunicationis epitimio.* Certe hoc Cinnami loco excommunicationem innui puto, vt hoc Pachymeris lib. 3. cap. 25. vbi de Patriarcha Conſtantinopolit. a quo ſacris interdictus fuerat Michael Palæologus Imperat. καὶ ἐγγὺς ἦλθε τοῦ κινδυνεύειν εἰς τὴν ἰδίαν ἐπιτιμίαν, ὡς τοῖς παραδοθεῖσι μεσολαβήσας ἐκεῖνος. & lib. 9. cap. 2. οὐκ ἄξιον λεγόντων οὕτως ἐπὶ τοσούτων τοῦ ἐπιτιμίῳ συνέχεσθαι. Ita apud Theodorum Studitam in Cathech. ἐν ἐπιτιμίοις ὑποπεπτωκότες dicuntur excommunicati, vbi perperam Liuineius *ſuppliciis multatos interpretatus eſt.*

C Ἐπὶ ξύλου τινός] Videtur id militaris ſupplicij innuere hoc loco Cinnamus, quod vulgo *Eſtrapade* vocant noſtri, Itali *Strappata*, quo, qui deliquit, miles in excelſiorem ſtipitem trochlea attollitur, moxque laxato fune, cum impetu aliquo demittitur. Vocis Gallicæ Etymon ab *Eſtreper* videtur poſſe deduci, qua vtuntur Stabilimenta S. Lud. lib. 1. cap. 26. & 28. *vignes eſtreper*, i. vineas exſtirpare, ſeu quod reus à terra veluti exſtirpetur, & extrahatur, & in altum tollatur, ſeu quod deiectionis impetus membra luxet, ſuiſque ſedibus oſſa eximat, auellatque. Willelmus Thorn. A. MCCLXIV. *Nec licebit cuiquam — domum vel arborem — ſtrepare vel eradicare.* Non inſulſe etiam ab Anglico, *Strep*, etymon duci poteſt, quæ vox *corrigiam* ſonat, vnde *Strepa*, ſcandula equeſtris, nomen apud Latinos æui medij ſumpſit: quod corrigia circa pectus circumducta reus in altum educatur. Vtvt ſit de vocis origine, conſtat non reipſa, ſed in ſpeciem, ſeu vt vulgo dicimus, *en effigie*, id ſupplicij paſſum nobilem iſtum qui

ſeſe ad Summum Pontificem contulerat, confecta in eum finem Cataphracti equitis effigie, quam vna cum equo ipſo, in altum fune elatam, poſtmodum eo laxato, ad terram demiſere. Neque id inuſitato noſtris iniuriæ genere in abſentem, vt ipſis videbatur, reum ſæuierunt Romani, dum eodem damnauere ſupplicio rei imaginem, quod reus ipſe, ſi adfuiſſet, reapſe fuiſſet ſubiturus. Cuius quidem iniuriæ exemplum haud facile reperire eſt in tota Hiſtoria Græca & Latina (licet hodie in reis abſentibus iudicatis paſſim obſeruetur) præterquam apud Trebellium Pollionem in 30. Tyrannis, vbi ait Siccenſes *nouo iniuriæ genere imaginem Celſi Tyranni in Crucem ſuſtuliſſe, perſultante vulgo, quaſi patibulo ipſe Celſus videretur affixus.* Sane videtur pene idem fuiſſe *ſtrapata* cum Trochlearum ſupplicio, quo in Chriſtianos Martyres ſæuiebant Imperatores Gentiles, de quo Gregorius Turon. lib. 5. Hiſt. cap. 19. & Paſſio SS. Bonoſi & Maximiani apud Franciſc. Biuarium in Addit. ad Pſeudochron. Marci Maximi. De eo etiam pluribus agit Gallonus lib. 1. de Torment.

Παλαιοτέροις ἀρχείοις] In Blacherniano Palatio, in quo Manuel bella a ſe C
geſta, ſummo cum artificio depingi curauerat, vti narrant Nicet. lib. 7. N. 3. & Beniaminus Tudel. in Itiner. pag. 26. Edit. Conſt. *L'Empereur.*

Καὶ τὰ πιστὰ] Falcandus horum temporum Scriptor: *Per idem tempus cum* Pag. 101. D
Imperatore Græcorum fœdus initum eſt, paxque firmata: Græci Conſtantinopolim dimiſſi, qui poſt Brunduſinum bellum in vinculis tenebantur. Nec diu ſtetit pax illa, vt Autor eſt Nicetas lib. 2. N. 8.

Καὶ Ῥῆγα] Regem Willelmum non creauit, ſed agnouit Manuel: Cum D
ante hoc fœdus pro Tyranno, & Prouinciarum Imperij vſurpatore haberetur.

Τὸν ἀδελφὸν] Errant qui putant hoc loco Tancredum intelligi a Cinna- D
mo, qui extincto Willelmo, Siciliæ Regno inhiauerit, hoc fulti fundamento, quod Willelmus Brito lib. 4. Philippid. Willelmi II. auunculum, ſeu potius patruum, Tancredum facit, Hieronymus Blanca & aliquot alij Regis Rogerij filium. Verum cum certo certius conſtet Tancredum, Rogeri quidem filium fuiſſe, non Regis, ſed Apuliæ Ducis, ipſius Rogeri Regis filij primogeniti, vt ipſemet in variis Diplomatibus quæ extant apud Vghellum To. 9. Italiæ Sacræ pag. 66. 100. 103. &c. in quibus *Tancredus Domini Ducis Rogerij bonæ memoriæ filius Dei & regia gratia Comes Licij* inſcribitur; quod etiam habent Falcandus, Richardus de S. Germano, Houedenus, Bromptonus, Vſpergenſis & alij, & extinctos præterea patre ſuperſtite Rogeri liberos legitimos, præter Willelmum tradant Scriptores, multo probabilius videtur, Simonem Rogerij Regis filium nothum innuere Cinnamum, qui, quod Tarentinus Principatus ſibi a parente teſtamento conceſſus, ablatus fuiſſet a Willelmo fratre, in eum coniurauit cum Mathæo Bonello, ſedatiſque illis poſthæc tumultibus, dataque Bonello impunitate, cæteri, quos inter fuit Simon, galeis ſeu triremibus, quæ ſufficerent ad id aſſignatis, extra Regni fines ſalui & incolumes perducti ſunt, vti narrat idem Falcandus: qua tempeſtate Simon, vt eſt ſimile vero, CPolim conceſſit.

Ιαγρουπασάν] Maſuti Iconienſis Sultani gener, Amaſiæ, Ancyræ, & Cap- Pag. 102. B
padociæ Dominus. Nicetas lib. 3. N. 5.

Ἦν ὡς Λατίνων] Totam hanc controuerſiam de rebus Theologicis habent B
Nicetas in Man. lib 7. N. 5. & lib. 4. & 22. Theſauri Orthod. Fidei, vt & Leo Allatius in Excerptis variis, & lib. 2. de Eccl. Occid. & Orient. perp. conſenſ. cap. 12. N. 5.

B Μιχαὴλ] Erat Michael Thessalonicensis Magister Rhetorum , Διδάσκαλος τῶν εὐαγγελίων , & Protecdicus Magnæ Ecclesiæ : Nicephorus vero Basilaces Διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου , quæ erant Dignitates in Ecclesia CP. Soterichus denique Panteugenus , ὑποψήφιος τοῦ Πατριάρχου , i. Patriarchæ Antiocheni Suffraganeus, quod de Græco , titulo tenus , Patriarcha intelligendum. Quamdiu enim Antiochia in potestate Latinorum fuit , habuerunt Græci suos Patriarchas Antiochenos, solo , vt dixi, nomine, cum in ipsa Antiochia Latini Patriarchæ sederent, qui Græcos Patriarchas in ea pedem figere non sinebant, vt autor est Balsamon ad Can. 16. Synodi Antioch. V. Cinnamum pag. 122. Nicet. in Isaac. lib. 1. N. 4. & Baron. A. MCLXXVIII. ex Georgij Corcyr. Epistola.

B Ῥητορικῆς καθηχητὴς] Ita Editio Tolliana : sed legendum indubie καθηγητὴς, ita vt fuerit Michael Magister Rherorices, seu, vt tum eam dignitatem vocabant, Μαΐστωρ τῶν Ῥητόρων, qua donatus legitur Eustathius, postmodum Thessalonicensis Episcopus, in Epistola præfixa scholiis in Dionysij Περιήγησιν ab eodem editis. Ita enim idem Michael etiam indigitatur in illius Confessione, quam habet Allatius loco citato, in hæc verba : Μιχαὴλ τοῦ Θεσσαλονίκης, τοῦ Μαΐστορος τῶν Ῥητόρων, Διδασκάλου τῶν εὐαγγελίων, καὶ Πρωτεκδίκου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἡ περὶ τὴν τελευτὴν ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐφ' οἷς περιέπεσε, &c. quas quidem Michaelis dignitates his expressit verbis Nicetas: Μιχαὴλ τὸν ῥητορικὸν θρόνον κοσμοῦν, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν ἀναβαθμῶν ὀκριβάντα. Proinde idem qui Ῥήτωρ τῆς Ἐκκλησίας dicitur Pachymeri lib. 4. cap. 14. l. 10. c. 12. Magistri vero Rhetorum munus erat sacras interpretari Scripturas, siquidem eadem fuit Ῥήτορος dignitas. Codinus de Offic. cap. 1. N. 22. ὁ Ῥήτωρ, εἰς τὸ ἑρμηνεύειν τὰς γραφάς. Diuersus porro fuit Magister Rhetorum a Catechista, qui Κατηχητὴς dicitur in Catalogis Officiorum Ecclesiæ CP. a Goaro & Medonio editis, cuius munus fuit, κατηχίζειν τὸν λαὸν, καὶ πάντας ἐρχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ad hæc etiam baptizatorum curam habere. Cum vero essent plures qui Rhetoricum, seu Concionatorium munus obibant, qui iis præerat *Magister Rhetorum* dicebatur, seu vt vocatur a Cinnamo, ῥητορικῆς καθηγητὴς, quod idem sonat. Nam καθηγητὴς idem est ac *Præceptor*, in Veteri Gloss. cap. de Ludo Literario. Papias, *Catigeta, Doctor, Rhetor*. S. Anthelmus in Monost.

Vita aliena tuæ tibi sit cathegeta vitæ.

Id est magistra. Acta S. Artemæ Mart. N. 3. *Dum Cathigeta ipsius secundum artem Magisterij —— ad secularium Literarum dogmata illum introduceret.* Vbi Bolandus perperam nomen proprium esse censuit. Neque felicius *Cartigeris* restituit, pro *Cathigetis*, apud Bonitum Subdiaconum in Vita S. Theodori Ducis, vti MS. præferebat : *Verumtamen ceu a solertissimis Cathigetis talium figmenta fuerunt deprehensa.* Gotselinus Bertinianus Monach. in Vita S. Augustini Episc. Cantuar. *Dat etiam liberalissimus Catigeta in ipsa dilecti discipuli ordinatione dulcissimum pignus —— dilectionis suæ.* Martyrium S. Niconis §. 15. ἔχοντες καθηγητὴν τὸν Νίκωνα, &c. Alias καθηγηταὶ dicuntur Rectores Ecclesiarum, seu Episcopi, in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ cap. 53. quod toti suæ plebi præsint.

B Τῶν εὐαγγελίων ῥητὰ] Vtraque dignitate Ecclesiastica, & Magistri Rhetorum, & Διδασκάλου τῶν εὐαγγελίων insignis fuit Michael Thessalonicensis, vt ex ipsius Confessione & Niceta colligitur. Huius postremæ dignitatis munus erat ἑρμηνεύειν τὸ εὐαγγέλιον, vt est apud Codinum cap. 1. N. 19. seu διεξηγεῖσθαι τὰ ἱερὰ τῶν εὐαγγελίων ῥητά, vt habet Cinnamus. Cum vero plures essent Διδάσκαλοι in Ecclesia Constantinopolitana, nempe Διδάσκαλος τοῦ εὐαγγε-

λίου, Διδάσκαλος τοῦ Ἀποστόλου, & Διδάσκαλος τοῦ ψαλτηρίου, Διδάσκαλος simpliciter, & κατ' ἐξοχὴν dicebatur is qui Euangelia interpretabatur. Catalogus Goari & Medonij : ὁ Διδάσκαλος, ἑρμηνευτὴς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, εἰ δυνατός ἐστι, καὶ τὸ ψαλτήριον, κρατεῖ καὶ τὰ σχολεῖα τῆς Ἐπισκοπῆς. Vnde colligitur *Doctorem Euangelij*, interpretatum esse interdum etiam Psalterium, præfuisseque Scholis Patriarchalibus. Basilacius vero Διδασκάλου τῶν ἐπιστολῶν dignitatem habuit, vt autor est Anonymus Allatianus, qui Διδάσκαλος τοῦ Ἀποστόλου dicitur Codino : & cuius officium describitur à Niceta, hisce verborum ambagibus, ὁ Βασιλάκιος Νικηφόρος ἐκ τοῦ Παύλου ἀναπτύσσων ἐπ' ἐκκλησίᾳ ἐπιστολὰς, καὶ διαλευκαίνων τῷ τῆς καλλιρρημοσύνης φωτὶ, ὅσα τῆς Ἀποστολικῆς ῥήσεων τῇ ἀσαφείᾳ ὑπομελαίνονται, καὶ τῷ βάθει τοῦ πνεύματος ἐπισφίγγονται. Eiusmodi Doctorum in Ecclesia munus perantiquum fuisse colligitur ex S. Cypriano Epist. 24. vbi *Doctoris Audientium*, seu Catechumenorum meminit. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis : *Vidimus ante fores Optatum Episcopum ad dexteram, & Aspasium Presbyterum Doctorem ad sinistram.* De Doctoribus Catechumenorum agit etiam Amalarius Fortunatus lib. 1. de Offic. Eccl. cap. 19. Vide Balsamonem περὶ Διδασκάλων in iure Græco-Romano lib. 2. pag. 143.

Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου νεών] Intelligit, vt reor, Templum istud quod ad Heb- C
domum extructum erat, D. Ioanni Euangelistæ sacrum, de quo Anna lib. 3. Constantinus in Basil. cap. 63. Scylitzes & Glycas in Bulgaroctono, aut illud fortasse, quod ad Castrum Rotundum statuit Guillelmus Biblioth. in Adriano II.

Οὔπω ἔτι κεχειροτόνητο] Autor Anonymus apud Allatium loco citato, de D
eodem Soterricho, Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος ὑποψήφιος τοῦ Πατριαρχείου Ἀντιοχείας. Eiusmodi electos ὑποψηφίους vocabant Græci nuperi. Ita Bethleemitanum Electum, qui Balduini Flandrensis electioni in Imperatorem Constantinopolitanum interfuit, vocat Georgius Corcyrensis in Tract. de Communione, & Theodosium Villhardúinum in Patriarcham Antiochenum Electum, Pachymeres lib. 6. cap. 5. cuius vocis vim expressit eodem loco idem Scriptor, vbi de Theodosio : ἤδη εἰς ψῆφον ὢν Πατριαρχείου· ὁ γὰρ Εὐθύμιος ἐτεθνήκει τῆς Θεουπόλεως, id est, qui Electorum suffragiis ad eam dignitatem vocatus fuerat post Euthymij decessum : ὑπὸ τόμῳ κοινῷ ἀνακηρυχθεὶς, vt ait lib. 4. cap. 13. id est, *per decretum* factus Episcopus, sed nondum χειροτονηθεὶς, & consecratus. Per Decretum enim, quod τόμον vocat Pachymeres, fieri aut ordinari dicitur Episcopus, qui postquam a Clero & plebe legitime est electus, a Metropolitano & Episcoporum consessu publice decernitur Episcopus, facto postmodum electionis Decreto, quod ab omnibus rite subscribitur. Ita in Ep. Simmachi PP. 5. & 6. ad Cæsarium Arelat. in Conc. Aruern. Can. 2. Aurelian. IV. Can. 5. Aur. V. Can. 11. apud Liberatum Diac. c. 20. &c. Eiusmodi vero Decreti formula extat in Ordine Romano. Alij porro sunt apud nos *Suffraganei*, etsi nomen idem sonet ac ὑποψήφιος. Interdum enim dicuntur titulares illi Episcopi, quos Germani ab initiando & consecrando vocant *Beihbischoff*, qui sunt Episcoporum adiutores, & in Episcopalibus functionibus cooperatores & vicarij, qui Episcopis, aut infirmis, aut absentibus, *suffragium & Ecclesiæ iis commissæ custodiam debitam & Canonicam exhibent*, donec conualescant, aut redeant, vt est in Capitulis Caroli C. Tit. 10. pag. 94. atque inde passim Vicarij in quouis exequendo munere, *Suffraganei* dicuntur apud Vdalricum in Consuetud. Cluniac. p. 75. 139. 171. 174. 203. Præsertim vero ita vulgo appellantur Episcopi, qui Metropolitano alicui subsunt, tum quod à Metropolitano ad Synodum vocati suffragij ius in ea habent, tum quia non nisi Metropolitani suffragio conse-

crari poterant, inquit Gretzerus ad Philippum Eystetensem pag. 230. Vide V.C. Steph. Baluzium ad Epist. 81. Lupi Ferrar.

Pag. 103. A Ἐπὶ Τορόζην] Willelmus Tyrius lib. 18. *In partibus Ciliciæ circa Tarsum erat quidam nobilis & potentissimus Armenus, nomine* TOROS, *qui Domini Imperatoris gratiam, eius efficiente inconstantia, frequentius demerebatur, & incurrebat offensam. Confisus enim de eo quod ab Imperio remotus erat plurimum, & quod in montibus arduis habebat domicilia, per plana Ciliciæ prædam agebat, & manubias, non veritus terram Domini sui modis quibus poterat damnificare*, &c

B Ῥενάρδῳ] De Raynaldi Principis Antiocheni familia, nuptiis, liberis, & gestis, abunde dicimus in Famil. Hierosol.

C Τῶ Κυπρίων] Quæ causa Raynaldum impulerit Cyprum Insulam inuadendi, recitat eodem loco Tyrius: non solutas scilicet a Manuele belli, quod contra Torosum, ipsius Augusti præcepto, susceperat, pactas impensas & mercedes.

Pag. 104. A Ἀλεξίου μὲν] Expeditionem hanc Manuelis aduersus Armeniæ & Antiochiæ Principes, pluribus prosecuti sunt Nicetas in Man. lib. 3. N. 1. & 3. & Will. Tyrius lib. 18. cap. 23. & 24. Hanc etiam attigit Phocas, qui eidem interfuit, & Manueli meruit, in Descrip. T. S. cap. 24.

B Ἡλωτό τε] Tyrius: *Tam subitus autem fuit Imperialium exercituum aduentus, vt prædictus Toros, qui Tarsi tunc morabatur, vix liberas ferias habuerit, vt ad montes vicinos gratia salutis se conferret.*

B Θωμᾶν] Thomam forte, Torosi ex sorore nepotem, qui eidem in Principatum successit.

Pag. 105. A Ἀντιοχείας Ἀρχιερέως] Vt pessime & contra dignitatis decus habitus sit ab Raynaldo Aimericus Patriarcha Antiochenus, quaue ex causa, fuse narrat idem Tyrius lib. 18. cap. 1.

B Μέλιτι ἐπιχρίσας] Tyrius: *Quodque satis videtur abominabile, Sacerdotem longæuum, Petri Apostolorum Principis successorem, virum ægrotatiuum, & pene perpetuo infirmantem, nudo capite, & melle delibuto, per æstiuum diem in sole feruentissimo compulit sedere, nemine contra solis importunitatem præbente remedium, vel gratia pietatis muscas abigente.* De eiusmodi supplicio vide Baronium ad 28. Iulij.

B Ἐφεστρίδος ἱμάντα] Perperam *vestis cingula*, vt & infra pag. 108. vertit Tollius: his quippe verbis, stapedum, seu scandularum, quibus in equum quis tollitur, lora innuit Cinnamus. Cum enim eques in equum insilit, teneri solent à Stratore eiusmodi appensa sellæ equestri lora, ne dum validius scandulæ, seu *stapiæ*, insistit, ipsa circumagatur sella: sic enim obseruo scandulas istas appellari in veteri inscriptione: *Dum virgunculæ placere cuperem, pes hæsit stapiæ, & tractus perij.* At infimi æui Scriptores Latini *strepæ* vocabulo vsi non semel leguntur, pro *scandula*, non quod *strepa*, scandula fuerit, sed ipsum quo illa innectitur lorum, à voce Saxonica *strep*, i. corrigia. Proinde *strepam tenere*, apud eosdem Scriptores, quos infra laudabimus, proprie est *tenere lorum stapedis*. Interdum etiam *stregam* aut *streguam tenere* dixerunt, vt Acta Hadriani IV. & Alexandri III. PP. apud Baronium, quæ vox idem sonat ac *strepa*, à voce perinde Saxonica, *streng*. i. chorda, funis, vinculum, ligula, lorum, &c. vti obseruatum à Somnero: vnde forte Italis *stregua*, dicitur *Equus sagmarius*, quod sarcinæ equis istis impositæ circumactis vndique loris stringantur. Vtuntur denique Scriptores *staphæ* & *staffæ* vocabulo, eadem notione, seu pro ipsa scandula, Radulphus de Diceto A. MCLXX. *Cum autem Rex & Archiepiscopus secessissent in partem, bisque descendissent, bis stapham Rex tenuit Archiepiscopo.*

Anonymus Salernitanus parte 4. *ſellam ſuper quam equitabat, ſtaffamque ſolitam ponebat. Stapham*, quaſi *ſtapiam* dictam vult Voſſius lib. 1. de vitiis ſerm. pag. 35. Aliam originem vocabulo iſti accerſit Goropius Bekanus lib. 2. Gallicorum pag. 49. Sed quidquid ſit de etymo, conſtat inde, *ſtaffieros*, ab Italis appellatos Stratores, quod ad *ſtaffam* ſtent, cum eques equum conſcendit, aut ipſe incedit. Nec mirum barbaris hiſce vocibus vſos eſſe paſſim Scriptores recentiores, cum ſtapedum, ſeu ſcandularum, nullus fuerit apud veteres vſus, vti pridem monuere Ioannes Tortellius, Galeottus Martius, idem Voſſius, Salmaſius, Sant-Amantius, & alij. Græci nuperi ſtaphas Σκάλας vocauere, vt Leo Imp. in Tact. cap. 6. N. 10. cap. 12. N. 53. Mauritius in Strateg. Suidas, Euſtathius, Codin. de Off. cap. 3. N. 9. &c. κλίμακας Pachymeres lib. 5. cap. 27.

Ἀφαιρεῖται μὲν] Idem Tyrius: *Ad vrbem Mamiſtram peruenit, vbi poſt multos circuitus, cum ſumma ignominia, & populi noſtri confuſione, imperiali reconciliatus eſt excellentiæ. Nudis enim, vt dicitur, pedibus, indutus laneis, manicis vſque ad cubitum decurtatis, fune circa collum religato, gladium habens in manu nudum, quem mucrone tenens, cuius capulum Domino Imperatori porrigeret, coram vniuerſis legionibus, Domino Imperatori præſentatus eſt: ibique ante pedes eius ad terram proſtratus, tradito Domino Imperatori gladio, tamdiu tacuit, quouſque cunctis verteretur in nauſeam, & Latinitatis gloriam verteret in opprobrium, & in delinquendo, & ſatisfaciendo vehementiſſimus.* Mirum ſane quomodo vir fortiſſimus, quique tot egregrie factis inclaruerat, tantæ ſe ignominiæ & infamiæ ſubiecerit. C

Βαλδουῖνος] Vt ad Imperatorem acceſſerit Balduinus III. Hieroſol. Rex, & Principem Raynaldum eidem reconciliauerit, narrat idem Tyrius lib. 18. cap. 24. Pag. 106. A

Στυπειώτης] Rem paulo ſecus refert Nicetas lib. 3. N. 4. & à Logotheta Dromi, viro nefario, per inuidiam & confictis calumniis, tamquam clandeſtina cum Willelmo Siculorum Rege agitaret conſilia, circumuentum Theodorum Stypiotam tradit. Ad Cinnamum accedit propius Radeuicus lib. 3. de Geſt. Frid. cap. 47. etſi aliter perinde Hiſtoriam hanc deſcribat: *Circa idem tempus Manuele CPolitano Imp. circa partes Antiochiæ contra Turcos cum exercitu morante, vnus de ſeruis Palatij, Caniclinus videlicet, quem nos Cancellarium dicere poſſumus, Principi ſuo fraudem molitus eſt. Tres ſiquidem audaciſſimæ temeritatis iuuenes, infinita corruptos pecunia, ad occidendum Imperatorem pellexerat; ipſeque ſtatuta die quando id facinus patrari debuerat, ad occupandum apud Vrbem ſimul cum Imperiali Palatio Imperium, magnis inſtructus copiis præſtolabatur. Tantum Regis periculum cum Imperatrici per occultum indicem reuelatum fuiſſet, illa magnitudine ſceleris perterrita, quam velociſſime marito proditionem ſignificat: ſicque detecto dolo, comprehenſis ſicariis, præuento criminis autore, & capto, de omnibus condigne ſumuntur ſupplicia. Caniclinus etenim primo effoſſis oculis, linguaque perforata gutturi tranſmiſſa, ſine miſeratione miſerabili morte vitam finiuit.* De Theodoro Stypiota Caniclino, vide Cuiac. ad Leg. 2. Cod. de Petit. bonor. lib. 10. D

Πριμμικήριον τῆς αὐλῆς] Pyrrogeorgij iſtius, vt & dignitatis Primicerij aulæ, qua inſignitus fuit, meminit idem Cinnamus lib. 2. At quale fuerit iſtiuſmodi Officij Palatini munus, certe ab illo vnico Scriptore docemur, præfuiſſe nempe Tubicinibus Imperatoriis, de quibus agit Codinus cap. 5. N. 15. & cap. 6. N. 20. Nam etſi non ſemel de hac dignitate ſermonem ingerat idem Scriptor, de functione iſta ſilet. Occurrit præterea Primicerius aulæ apud Cantacuzenum lib. 3. cap. 32. Pag. 107. A

A Τῶν ἐπ' ἀδελφιδαῖς αὐτοῦ γαμβρῶν] Tyrius, *ſtatim in occurſum ei ab eo dirigun-tur duo nepotes eius, fratres vterini, Ioannes videlicet Protoſeuaſto, & Alexius Protoſtrator, qui inter illuſtres ſacri Palatij primum obtinebant locum, cum maxi-mo Nobilium comitatu.* Qui quidem Alexius Protoſtrator filius fuit Ioan-nis Axuchi M. Domeſtici, & maritus filiæ Alexij Comneni Ioannis Imp. filij primogeniti. Vide Stemma Comnen.

B Ενθα καὶ Βασιλεύς] Nemini quippe equo inſidenti in Palatium licebat ingredi, præterquam ipſi ſoli Imperatori. Vide quæ notamus ad Vil-lhard. N. 111.

B Εδραν τινα χθαμαλήν] Proſequitur Tyrius: *Deinde ipſis eum ducentibus vſque ad oſtium tentorij, vbi Dominus Imperator cum ſuis illuſtribus reſidebat, cum multa gloria introductus, humaniſſime ab eo ſalutatus, & ad oſculum pacis erectus, ſecus eum in ſede honeſta, humiliore tamen, locatus eſt.* Ita cum Amalricus Hieroſol. Rex Conſtantinopolim ad Manuelem venit, *iuxta eum Dominus Rex throno ſedit honeſto, humiliore tamen,* ait idem Tyrius lib. 20. cap. 24. Vide Cinnamum pag. 120.

D Ἐπὶ Τορόζην] Reconciliatus eſt pariter Manueli Toros Armeniæ Regulus. Rem narrat Tyrius loco citato.

Pag. 108. A Εἰς δὲ τὴν πόλιν] Manuelis in vrbem Antiochenam ſummo cum appara-tu ingreſſum deſcribit etiam Nicetas. Sed in primis audiendus hac de re Tyrius: *Peracta igitur in Cilicia Dominicæ Paſchæ ſolemnitate, tranſcurſis diebus celebribus, verſus Antiochiam exercitus dirigit, & legionibus vſque ad Vrbem ap-plicatis, pro foribus eius aſtitit in infinita multitudine formidabili: vbi Dominus Pa-triarcha cum vniuerſo clero & populo, cum textibus Euangeliorum, & omnimodo Eccleſiarum ornatu, obuius adfuit. Rex quoque cum Principe eiuſdem loci, & Aſca-lonitano Comite, cum vniuerſis tam Regni, quam Antiocheni Principatus proceribus ei obuiam exiens, cum ſumma gloria, imperiali diademate laureatum, & Auguſtalibus decoratum inſignibus, cum tubarum ſtridore, & Tympanorum ſtrepitu, cum Hym-nis & Canticis in Vrbem introducunt, & vſque ad Cathedralem Eccleſiam, ad Ba-ſilicam videlicet Apoſtolorum Principis, deinde ad Palatium cum eodem patrum & plebis proſecutione deducunt.*

D Βασίλειον παραθέοντας ἵππον] Idipſum præſtiterat iam ante Raymundus Prin-ceps, cum Ioannes Imp. Antiochiam primum ingreſſus eſt. Tyrius lib. 15. cap. 4. *Perueniens igitur Antiochiam Dominus Imperator, cum filiis ſuis & fa-miliaribus, & militia non modica ad Vrbem ingreſſus, Domino Principe, Domi-noque Comite Stratoris officium exequentibus,* &c.

D Ἐδικάσατο δίκην] Quandiu Manuel in vrbe Antiochena moram egit, ceſ-ſauit omnis Principis Antiocheni iuriſdictio, quæ penes Imperatorem eſſe de iure debuit, tamquam ſuperiorem Dominum. Speculum Saxonicum lib. 3. Artic. 60. *In quamcumque Ciuitatem Imperij Rex deuenerit, ibi telonea vaca-bunt ſibi & monetæ. Quamcumque etiam Prouinciam ſeu territorium intrauerit, iu-dicium illius ſibi vacabit, & ei licebit iudicare omnes cauſas, quæ coram iudicio non fuerant inceptæ, aut finitæ.* Eadem habet Wichbild Magdeburgenſe Art. 8. Erat porro hæc potiſſimum feudorum, quæ *Reddibilia* & *Iurabilia* appella-bant, de quibus fuſe ad Ioinuillam egimus Differt. 30. conditio, vt quo-tieſcumque ſuperior Dominus a Vaſſallo caſtrum ſibi reddi *ad magnam aut paruam vim, irato aut pacato,* poſtularet, Vaſſallus eo excederet, & Dominus ſuperior, ſeu, vt vocabant, Capitalis, ſupremi in eo omnem dominatus iu-riſdictionem exerceret, eoque nomine vexillum ſuum in celſiori caſtri tur-re erigeret, ibique familiæ ſuæ Symbolum per præconem proclamari cu-raret, vti ſat probauimus in ea Diſſertatione. Conditioni vero iſti obno-

xiam

xiam Ioanni Imperat. Antiochiam agnouerat ex pacto Renaldus Princeps, *præstito corporaliter sacramento, quod Domino Imperatori Antiochiam ingredi volenti, vel eius præsidium, siue irato, siue pacato, liberum & tranquillum non denegaret introitum.* Quo completo fœdere, *vexillum Imperiale super principalem præsidij turrem* collocatum est, quod Tyrius narrat lib. 14. cap. vlt. Ita vidimus hac ipsa qua scribimus ætate Regem nostrum Christianissimum, Auenionem, ex Summi Pontificis patrimonio Prouinciæ Comitatus vrbem ingressum 20. Mart. A. MDCLX. a Consulibus & ciuibus vt Dominum, & Prouinciæ Comitem, consalutatum & agnitum, & quamdiu in Vrbe moram egit, cessasse Pontificiam Iurisdictionem, Regiam solam locum habuisse, Regem præterea carceri mancipatos donasse libertate, & noxarum gratiam reis fecisse.

Ἐπὶ Νουραδὶν] Eadem habet Tyrius cap. 25. Pag. 109. A

Τὸν Σαγγέλη ῥέα] Tyrius: *Inde missis nunciis ad Noradinum, qui forte Halapiæ tunc erat, obtinet per Legatos, quemdam Bertrandum Comitis sancti Ægidij naturalem filium, cum quibusdam aliis concaptiuis sibi dari. Ipse vero postmodum non multo interiecto temporis interuallo, reuocantibus eum curis domesticis, ad propria reuersus est.* Fuit Bertrandus Alphonsi Sanctægidiani, seu S. Ægidij, vel Tolosæ Comitis filius nothus, qui extincto parente, apud Cæsaream Palestinæ A. MCXLVIII. dum castrum quoddam Comitis Tripolitani patruelis sui ingrederetur, dolo eiusdem cum sorore a Turcis captus est, vti narrat Robertus de Monte. A

Τεμπλουμαΐστορα] Bernardus *de Tremelay*, seu *de Tremblay*, cuius meminit Tyrius lib. 17. cap. 21. erat hac tempestate Magister Templi. A

Τότε καὶ Βαλδουΐνῳ] Idipsum etiam de Balduino scribit Tyrius lib. 18. cap. 15. & quantum Manuel ipse in curando Regis vulnere studium adhibuerit, accurate enarrat. Pag. 110. A

Ἐπειδὴ γοῦν] Rem attigit Nicetas lib. 3. N. 3. B

IN LIBRVM V. JOAN. CINNAMI NOTÆ.

BΑΣΙΛΕΙΟΥΣ φόρμιγγας] de Tubis Imperatoriis, vide Codinum de Offic. cap. 5. N. 15. Pag. 112. A

Σολυμᾶς] Inter Iconiensis Sultani Proceres Primatum obtinens, ὁ τῶν περὶ τὸν Σουλτὰν τὰ μέγιστα δυναμένων κορυφαιότατος. Nicet. lib. 3. N. 6. Pag. 114. C

Πουπάκην] Qui alias in castris Manuelis meruerat. Cinnamus pag. 26. 27. 28. C

Ἰακούπασαν] Istius Expeditionis Historiam habet etiam Nicetas lib. 3. N. 5. & 6. Pag. 116. E

Εἰρήνην] V. Stemma Comnenicum. Pag. 117. E

Ἰατζᾶ δὴ] Geizæ II. Hungariæ Regi, Belæ cognomento Cæci Regis filio, duo fratres fuere, Vladislaus & Stephanus, totidemque filij, Stephanus & Bela. Mortuo Geiza, Stephanus filius, qui supremo parentis elogio Rex dictus fuerat, omnium etiam calculis, plenis Comitiis, approbatus est A. MCLXI. Vladislaus, Geizæ frater, vsurpata interim Regia potestate, per 6. menses ea potitur, quo extincto Kal. Febr. A. MCLXXII. Stephanus Vladislai frater regnum inuadit: sed a Stephano nepote victus & fusus, statim postea in Castello Zemlen Id. April. diem obiit, cuius funus subsecuta mox est Stephani nepotis mors sub 4. Non. Mart. A. MCLXXIII. Duxerat Stephanus Geizæ frater in vxorem Mariam Comnenam: Vladislaus oblatum sibi simile connubium abnuerat, ne aditum sibi ad Regnum, cui Pag. 118. A

inhiabat, præcluderet. Stephanus denique Senior propinato ab Hungaris veneno interiit, vt autor est Nicetas. Iunior pariter veneno vitam finiuit, quod a fratre, quem de terra eiecerat, datum scribit Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 3. Consulendi præterea ad hanc Historiam Thwroczius & Bonfinius, Nicetas lib. 4. N. 1. Radeuicus lib. 3. cap. 12. Guntherus lib. 6. Stero A. MCLX. & Autor Chronicæ Austral. A. MCLXV.

B Νόμος γὰρ] Immo ea Lex in designando Rege apud Hungaros vigebat, vt non filius patri succederet, sed qui e Regia familia ad Regnum ab vniuerso Nobilium cœtu in Comitiis euocaretur. Ita Bonfinius A. MCLXV.

D Πελμισθλάβος] Idem videtur qui Rodoslaus dicitur Diocleati Presbytero Historiæ Dalmaticæ Scriptori. Is mortuo Draghihna patre, Regnum Seruiæ rexit, solo Comitis titulo contentus, a Manuele Imper. Princeps dictus. *Morto che fu adunque il Re Draghihna, il Conte Rodoslauo suo figliuolo maggiore, porto gran doni all' Imperadore di CPoli Emanuelo, dal qual fu humanamente accolto, & gli diede nel possesso tutte le terre, che mai hauesse tenuto il suo padre, e tornando Rodoslauo da CPoli, commincio signoreggiare nelle terre sue insieme co' suoi fratelli Juanisc & Valadimiro.* Certe Seruios ea tempestate Manuelem vt superiorem Dominum agnouisse testatur præterea Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 4.

D Βέλουσιν] Quin ille sit, cuius supra meminit Cinnamus pag. 67. *Bela Ban*, nullus dubito. Sed quod addit Belam hunc, & Desem, fratres fuisse Rodoslai, seu Primislai, Diocleati Scriptori coæuo, vt videtur, repugnat. Is enim Dessam Vrosci Comitis, qui *Vrus* Thwroczio dicitur, filium facit. Quamquam Belam Dessæ fratrem fuisse probabile est, cum vtriusque parens Vrus, seu Vroscus fuerit. Sic autem prædictam narrationem prosequitur Diocleates: *Ma con successo di tempo si leuarono alcuni maligni huomini, a loro inimici antichi, i quali ribellando da loro, condussero Dessa figliuolo d'Vrosc, e gli diedero zenta, e Trebine, a Radislao & suoi fratelli resti il paese maritimo, con la citta di Cattaro, insin' a Scutari. La onde non cessaua Radoslao co' fratelli ogni di combatere contra esso Dessa, & altri loro inimici, per ricuperare le Prouincie, che si gli erano ribellate, e conseruare il restante del Regno.*

Pag. 119. B Κλιτζιεσθλάν] Rem etiam narrat Nicetas lib. 3. N. 5. & 6. vbi & terræ motus meminit.

Pag. 120. A Λουκᾶς] Quando Lucas Chrysoberges Patriarchalem dignitatem adeptus sit, incertum. Id tantum constat ex Serie Patriarcharum, Constantino Chliareno successisse. Hanc certe obtinebat A. MCLXVI. Ind. 4. vt ex Balsamone colligitur ad Nomoc. Phot. tit. 13. cap. 1.

C Ὑγρῷ τε πυρί] Igne Græco, qui πῦρ θαλάσσιος & πῦρ ὑγρός dicitur etiam Theophani pag. 295. 352. *Ignis Pennatius* in Gestis Triumphal. Pisanorum A. MCXIV. quod instar pennatorum animalium volet. Vide Notas nostras ad Ioinuillam pag. 71.

Pag. 121. A Τουρκομάνους] Turcorum & Turcomannorum eadem fuit origo, qui cum relictis Septentrionalibus regionibus in Orientem transmigrassent, Rege sibi creato, vniuersas pene Asiæ prouincias armata manu occuparunt. Extunc gens illa, rudis prius & inculta, nec certas habens mansiones, oppida cœpit incolere, legesque condere, & agriculturæ operam dare. Fuere tamen ex his, qui in sua ruditate constantes, priorem haud deserentes viuendi modum, ex rapto viuere assueti, id vitæ tenuerunt genus. Hi Turcomanni prisca appellatione dicti sunt, vocabulo ex Turcis & Comanis, a quibus prima eorum origo fuit composito. Hæc ferme Tyrius lib. 1. cap. 7. & ex eo Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 11. Monachus Altisiod.

A. MCLXXXVII. *Per hos dies Latrunculorum Syriæ, & eorum qui solitudinem inhabitant, quos Turcomagnos vocant, innumera multitudo Laodiceam vrbem impetunt & deuastant.* A Tyrio dissentit Albericus A MLIX. *Turcorum siue Turcomanorum gens non ab eodem trahunt originem, & dicuntur militares Turci, Turcomani vero vulgares.*

Λατίνα μὲν γένος] Melissendis, Raimundi II. Comitis Tripolitani ex Hodierna filia, Raimundi III. soror. Ita Tyrius, qui rem paulo secus refert. C

Εξουβίτου] Trisillus Maximus Palatinorum Interpretum nuncupatur ille a Tyrio lib. 18. cap. 30. C

Ιερὸν Πυθεῖον] Ea erat diuinationis species, qua potissimum Christiani vtebantur, quæ fiebat per inspectionem & apertionem Euangelij, aut sacrorum Librorum, cuius exempla prostant apud Gregor Turon. lib. 4. Hist. cap. 16. lib. 5. cap. 14. Autorem vitæ Sancti Leodegarij cap. 17. Nicetam in Man. lib. 7. N. 5. Autorem Orat. Histor. in Festum restitutionis imaginum editum a Combefisio pag. 736. & apud Baron. A. DCCCXLII. N. 59. Petrum Blesens. Epist. 30. S. Bonauenturam in vita S. Francisci cap. 13. & alios quos laudat Delrius lib. 4. Disquisit. Magic. cap. 2. quæst. 7. sect. 3. §. 3. Quod quidem fiebat in Templo, vt hic innuitur, orationibus quibusdam ad id conceptis præuiis, depositoque supra altare Euangeliorum libro. Vita S. Consortiæ Virginis cap. 9. *Si vultis, pergamus ad Ecclesiam, agatur missa, ponatur Euangelium super altare, & communi oratione præmissa, inspiciamus Domini voluntatem ex illo Capitulo, quod primum occurrerit.* Adeo autem inualuerat hæc diuinandi apud Christianos ratio, vt Rainerus cap. 5. Valdenses reprehendat, quod *laicos qui sorte Sanctos eligebant in altari deriderent.* Verum non semel interdicta legitur, præsertim in Concilio Venetico Can. 16. quem laudat Hincmarus Remensis de Diuort. Lotharij: *Sunt & sortilegi, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam quas Sanctorum sortes vocant diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque Scripturarum inspectione futura promittunt.* Eadem verba habent Concilium Agathense Can. 42. Aurelianense I. Can. 30. Autissiodor. Can. 4. Sed de sortibus Sanctorum & Apostolorum erit alius dicendi locus. Pag. 122. A

Εἰ μὲν γάμος] Matth. cap. 22. A

Γάμων ἐκ νομίμων] Secus etiam Scribit Tyrius lib. 17. cap. 19. B

Καματηρόν] An Basilius, cuius meminit Nicetas in Alexio Man. F. N. 4. 17. an vero Basilius ille Camaterus, qui, post Theodosium, Patriarcha CP. extitit, incertum. De nuptiis Manuelis cum Maria Antiochena agimus fusius in Stemmate Comnenorum. B

Νικηφόρον τὸν ἐκ Βρυεννίων] Nicephori istius Sebasti meminit Balsamon in Epistola Basilij ad Amphiloch. cap. 41. C

Ανδρόνικος ὢν ὁ Καματηρὸς] Ille idem videtur Andronicus Camaterus, Drungarius Vigiliæ, qui Manuele imperante, receptam a Græcis de Spiritus Sancti ex solo Patre Processione sententiam eleganti & pererudito opusculo propugnauit: in quo Personam Imperatoris induens, variaque de eo argumento disputans, omnes in vniuersum diuinæ Scripturæ & Patrum auctoritates de Processione Spiritus S. agentes, in vnum collectas, summa animi contentione, additis suis animaduersionibus, quas ipse vocat ἐπιγραφάς, Spiritum ex solo Patre procedere, constabilire conatur. In hunc Andronici librum, alium scripsit Ioannes Veccus Patr. CP. sub Michaele Palæologo, quem inscripsit, Ἀντιρρητικὰ τῶν ἐπὶ ταῖς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γραφικαῖς χρήσεσιν ἐπιγραφῶν Ἀνδρονίκου τοῦ Καματηροῦ, ex quo Andronici elogium lubet adscribere: καὶ ἡ ὁδὸς τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας λαβεῖν, ὢν ἐν C

ταῖς αὐτοκρατορείας ἡμέραις Μανουὴλ τοῦ ἀοιδίμου ἐν Βασιλεῦσι καὶ αὐτοκράτορσιν, ὡς ἐκ προσώπου ἐκείνου Ἀνδρόνικος ὁ τὴν τοῦ Δρουγγαρείου τῆς Βίγλας ἀνεζωσμένος τότε ἀρχὴν, Καματηρὸς τ' οὐπίκλην, ἀνὴρ τὴν σοφίαν οὐκ ἀγεννὴς συνεγράψατο. Meminit etiam Andronici Iosephus Methonensis in Epist. Marci Ephesij, nec diuersus est ab Andronico Camatore Sebasto & Magno Drungario, Ioannis Ducæ à Supplicibus libellis, cui suos in Dionysij Περιήγησιν Commentarios dicauit Eustathius Magister Rhetorum, ac postmodum Thessalonicensis Archiepiscopus, parente. Floruit enim Eustathius sub Manuele & Andronico Comnenis, vt diserte habent Nicetas in Man. lib. 7. N. 6. & in Andron. lib. 1. N. 9. & Demetrius Chomatenus in Responsionibus ad Cabasilam. Illius vero quam Ioanni inscripsit Eustathius Epistolæ titulus sic concipitur : πρὸς τὸν πανσέβαστον Δοῦκα Κύριον Ἰωάννην, τὸν μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῶν Δεήσεων, τὸν υἱὸν τοῦ πανσεβάστου καὶ Μεγάλου Δρουγγαρείου Κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Καμάτερος. Vbi pro Καμάτερος, restituendum censeo Καματηροῦ. Nam quin ille idemque sit Andronicus, de quo Cinnamus, clare euincit proxima, qua Imperatorem Ioannes attigit, cognationis necessitudo, quam in Andronico obseruat hoc loco Cinnamus : ἀνδρὶ δὲ πάντα καλῷ, καὶ ὡς ὄντως ὀλβίῳ, βασιλικῷ τὴν τοῦ γένους φυὴν, μεγαλοφυῆ τὴν ψυχὴν, λογίῳ τὴν ἐπιτήδευσιν, &c. At vnde cum Imperatoria & Comnenica familia Camaterorum affinitas & necessitudo processerit, docet Nicetas in Ioanne N. 3. Alterius Camateri meminit Ioan. Tzetzes Chil. 11. cap. 269. V. Notas ad Alexiadis pag. 261.

C Δεκέμβριον] Nuptias mense Decembri peractas ex Tyrio par est credere. V. Nicet. lib. 3. N. 5.

D Τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἐπιθέντων] Manus impositio hoc loco accipi videtur pro sponsorum coronatione in nuptiis. Quippe a Sacerdotibus coronabantur sponsi, eorumque capitibus corollæ imponebantur, de quo more consulendus Goarus ad Euchology. Græc. pag. 397. vel certe χειροτονία idem sonat ac εὐλογία. Pachymeres lib. 4. cap. 29. ἢ προσφανεῖς τοὺς γάμους τελεῖ αὐτῇ τε καὶ τῷ υἱῷ ἐπὶ τοῦ θείου καὶ μεγάλου τεμένους τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας, τοῦ Πατριάρχου Ἰωσὴφ εὐλογήσαντος.

Pag. 123. A Στέφανος δὲ] V. Nicetam lib. 4. N. 1. Cadit autem hæc Manuelis expeditio in A. MCLXXIII. Nam & hoc anno Rex dictus fuit Stephanus, & interiit, si Hungaricos Scriptores audimus.

C Ἐν τῷ ἀσφαλεῖ] Bellum hoc Seruicum prosequitur etiam Nicetas lib. 4. N. 4.

Pag. 125. A Ἑτερείας] Leg. Ἑταιρείας, fuit enim Georgius Palæologus, Magnus Hetæriarcha.

D Δεσπότης] Despotarum appellatio, quæ solius Imperatoris Byzantini primum fuit, vt apud Latinos, seu Romanos Augustos, Domini, quam tamen Augustum & Tiberium respuisse testatur Suetonius, in peculiarem Palatij dignitatem postea transiit. Hanc primus, ni fallor, induxit Michael Calaphates, qui, vt scribit Zonaras, auunculum Δεσπότην renuntiauit. Cæteri deinceps qui subsecuti sunt Imperatores, non tam præcipuos aulæ suæ proceres, quam affines, & consanguineos, & proxima necessitudine coniunctos eadem donarunt, quibus Imperatorij apicis culmen & dignitatem hac ratione iis quodammodo communicabant, cum Imperatores ipsi hac sola Despotarum appellatione in suis, quos cudebant, nummis vellent insigniri, vt ex Alexij & Manuelis nummis aureis, quos in Notis ad Alexiadem descripsimus, colligitur. Sic Manuel Belam Hungarum, & Alexius Angelus Theodorum Lascarim, & Alexium Palæologum, filia-

rum ſuarum maritos Deſpotica appellatione ornarunt, qua ſub Palæologis paſſim legere eſt inſignitos Imperatorum filios, aut fratres. Quæ vero fuerint eiuſce dignitatis inſignia, docet præter Codinum Pachymeres lib. 4. cap. vlt. & lib. 5. cap. 1.

Ιατζουλῖνος] De Ioſcelini Comitis Edeſſani captiuitate & morte, conſulendi Tyrius lib. 16. cap. 14. & ſeq. Sanutus, Autor M. Chron. Belgici, &c. C

Βαλδοΰῖνον] Non Balduinus modo, cuius ſupra meminit Cinnamus, a Noradino cæſus fuit, in Edeſſena videlicet obſidione, ſed & Renaldus Balduini filius biennio poſt vitam amiſit eo in prælio contra eumdem Noradinum, in quo Raimundus Antiochenus Princeps peremptus eſt, 27. Iun. A. MCXLVIII. vt eſt apud Tyrium lib. 17. cap. 19. Balduini cædem refert idem Scriptor lib. 14. cap. 16. C

Κωνςαντίνῳ] Redacto in ordinem à Manuele Toroſo Armeniæ Regulo, captiſque Tarſo, Mamiſtra, Longiniade, cæteriſque Ciliciæ oppidis, ab Imperatore iis præfectus eſt Calamanus, qui Boritij, de quo egimus ad pag. 67. filius diſerte dicitur a Thwroczio lib. 2. cap. 61. Hinc *Mamiſtrenſis Dux* appellatur in Epiſtolis Ludouici Franc. Reg. & Gaufredi Fulcherij Hieroſolymitanæ domus Præceptoris in Geſt. Dei per Franc. pag. 1179. & 1182. & *Ciliciæ Præſes, Domini Imperatoris conſanguineus, & Imperialium in illa Prouincia procurator negotiorum*, apud Will. Tyrium lib. 19. cap. 9. quibus in locis refertur prælium Noradinum inter & noſtros initum 4. Id. Aug. A. MCLXV. in quo cæſus & deletus Chriſtianorum exercitus, ipſeque captus Calamanus, quod & hic narratur a Cinnamo. C

Ῥενάλδον] De accepta a Renaldo Antiocheno Principe clade, & vt captus fuerit a Megedino Halapiæ Sultano A. MCLX. agunt Tyrius lib. 18. cap. 28. Robertus de Monte A. MCLXII. Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 20. Præterea conſulendæ Epiſtolæ Principum in Geſt. Dei pag. 1176. 1178. 1179. & To. 4. Hiſt. Franc. pag. 689. 692. 694. D

Τειπόλεως] Tyrius lib. 19. cap. 9. lib. 20. cap. 30. D

Τερόζιω] Nam & pugnauit in hoc prælio Toros, quod cum diſſuadere eſſet adorſus, aliorum obtinuit ſententia: mox videns hoſtium præualere cuneos, noſtrorum vero e conuerſo acies corruiſſe, fuga ſaluti conſulens, bellicis ſe exemit tumultibus. Verba ſunt Tyrij. D

Παιόνων Ῥήξ] Vide Nicetam lib. 4. N. 1. ex quo, vt & Cinnamo, Hiſtoriam ſuam, ſub ea tempora incertam & mancam reſarcire poſſunt Hungari. Pag. 126. A

Τιτέλιον] Hodie *Titul*, prope confluentes Tiſſæ & Danubij. B

Πετεῖκον] Forte *Petrowar*, ſeu *Pietre-Varadin*, oppidum Sclauoniæ Sauianæ validum, ad Iſtrum fluuium: ſic enim dictum volunt, quaſi caſtrum ex petris, ſeu lapidibus confectum. C

Μακρός γάρ] Sic Græculi Scriptores Imperatoriæ Alamannorum, & Summorum Pontificum primariæ in Eccleſia dignitati ſolent oblatrare, quos ſemper anxit ab iis tranſlatum a Græcis in Francos, ab Oriente in Occidentem, Imperatoriæ Maieſtatis culmen. Locum Procopij habes lib. 1. Goth. Vide Diſſert. 27. ad Ioinuillam pag 316. Pag. 127. A

Εμπόριον] Legendum Εμπέριον, *Imperium*, vocem enim Latinam exprimere voluit Cinnamus. Ita ἔμπετος, pro *Impetus*, dixit Vrbicius pag. 70. C

Παρὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ] Radeuicus lib 4. cap. vlt. de Frederico: *Imperatorem Conſtantinopolitanum Manuel, vltro amicitiam & ſocietatem eius expetentem flexit, vt ſe non Romæ, ſed Neoromæ vocet Imperatorem.* C

C Καπηλεύθη] Vide Frontonem Ducæum ad Palladij Hiſt. Lauſiacam, vbi multa de voce καπηλεύειν.

D Ἱπποκόμος] Nimias ſane nugas agit Cinnamus, dum Principi ſuo ridicule adblanditur, & velut Eccleſiæ Græcanicæ caput, non Conſtantinopolitano duntaxat Patriarchæ, ſed & Summo orbis Chriſtiani Pontifici Byzantinum Imperatorem præponere audet. Atque inde præclarum ſcilicet ſupra Germanicos Auguſtos prærogatiuæ elicit argumentum, quod illi obequitanti Papæ pedes adſint, frænumque equi prehendant, quod innata Græcanicis ingeniis faſtus inſolentia nuſquam paſſa eſſet in ſuis Auguſtis, qui cum vix concederent Deo ipſi, nedum illius in terris Vicario primas vnquam partes tribuiſſent. Longe certe pietate ac religione ſuperiores extitere Imperatores Occidentis, qui Apoſtolicæ Sedi, & Summo Pontifici, in honorem Ieſu Chriſti & B. Petri, quorum vices gerit, primas ſemper detulerunt, & Conſtantini M. exemplo, quod dedignati ſunt poſteriores Græci Imperatores, hominum omnium vaniſſimi, obequitanti Stratoris officium non ſemel exhibuerunt. Audiat igitur Cinnamus Conſtantinum ipſum ſcribentem ad Silueſtrum PP. κρατοῦντες τὸν χάλινον τοῦ ἵππου αὐτοῦ διὰ τὴν προσκύνησιν καὶ φόβον τοῦ ἁγίου Πέτρου στράτορος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν. Quod ſi de fide prædictæ Epiſtolæ ſubdubitat, & in ea adulterinum quidpiam ſubodoratur, patiatur ſaltem eumdem ab Auguſtis noſtris honorem Summis Pontificibus deferri, quem olim Ioanni PP. Conſtantinopolim venienti præſtitit Iuſtinus Auguſtus, qui, vt autor eſt Anaſtaſius Bibliothecarius, *dans honorem Deo, humiliauit ſe pronus, & adorauit beatiſsimum Papam* : aut Agapeto PP. Iuſtinianus, qui, vt ait idem ſcriptor, *gaudio repletus humiliauit ſe ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, & adorauit beatiſsimum Papam Agapetum* Conſtantinopolim venientem : aut certe Conſtantino PP. Iuſtinianus Rhinotmetus, qui Conſtantinum Conſtantinopolim euocatum *honorifice ſuſcepit ac remiſit, ita vt proſtratus in terram pro ſuis peccatis eum intercedere rogaret* : vt eſt in Chronico Reicherſpergenſi, ſeu vt loquitur Anaſtaſius, *cum regno in capite ſeſe proſtrauit, pedes oſculans Pontificis.* Vel denique Ludouicum II. Germanicum Imperatorem audiat, & quod ille apud eundem Anaſtaſium Rauennati obiecit Archiepiſcopo, idipſum Principi ſuo dictum putet : *Vadat, & faſtu elationis depoſito, tanto ſe humiliet Pontifici, cui & nos, & omnis Eccleſiæ generalitas inclinatur, & obedientiæ ac ſubiectionis colla ſubmittit.* Hæc igitur fuit priſcorum Auguſtorum Orientalium & Occidentalium pietas & religio in Sacroſanctam Romanam Eccleſiam : hæc Summis Pontificibus præſtitere obſequia Occidentales, vt venientibus pedes occurrerent, & Stratorum munia implerent. Idem Anaſtaſius de Pipino Francorum Rege Imperatorum Occidentalium parente, & primo ſtipite ſcribens, in Stephano II. PP. *Ipſe in Palatio ſuo, in loco, qui vocatur Ponticone, ad fere trium millium ſpatium deſcendens ex equo ſuo, cum magna humilitate, terræ proſtratus, vna cum ſua coniuge, filiis & optimatibus, eumdem ſanctiſsimum Papam ſuſcepit, cui & vice Stratoris, vſque in aliquantum locum, iuxta eius ſellarem properauit.* Neque minori obſeruantia Leonem PP. excepit Carolus M. Pipini filius, cum Romam venit Pontifici opem laturus, qui *vt ſacratiſsimas cruces, ac ſigna ſibi obuiam adueniſſe conſpexit, deſcendens de eo quo ſedebat equo, ita cum ſuis Iudicibus ad B. Petrum pedeſtris properare ſtuduit* : moxque vt ad Baſilicam Sancti Petri peruenit,

Alcuinus Tomo 2. Hiſt. Franc. pag. 197.

> *Extemplo properans Carolus veneranter adorat*
> *Pontificem amplectens magnum.*

Caroli parentis, & Pipini aui exemplo in Romanam Sedem, & D. Petri

successores, eadem pietatis & reuerentiæ obsequia impendit Ludouicus, non immerito Pius. Theganus cap. 16. vt Stephanum Pontificem in Galliam venientem exceperit idem Imperator, enarrans, *Peruenit*, inquit, *post missos Dominus Ludouicus obuiam supradicto Pontifici, obuians ei in Campo magno Remensium: descendit vterque de equo suo, & Princeps se prosternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis, & tertia vice erectus salutauit Pontificem, dicens, Benedictus qui venit in nomine Domini.* Præsertim vero Ludouicus II. Imperator, Pij ex Lothario nepos, eadem quæ Pipinus, Nicolao Summo Pontifici exhibuit officia. Nam cum Nicolaus in Ludouici, quæ haud procul Roma posita erant, castra descenderet, *Excellentissimus quem cum vidisset Augustus, suis manibus apprehendens, pedestri more, quantum sagittæ tractus extenditur, traxit.* Verba sunt Anastasij, qui id rursum ab Ludouico præstitum refert post exceptum conuiuio Pontificem: *Ad quemdam quidem cum peruenissent spatiosissimum itineris locum, Imperator equo descendit, equumque Pontificis iterum, vt meminimus supra, traxit, dulcissimisque osculis ad inuicem perorantes luciflue gratulati sunt.* Non mirum igitur si Germanicæ stirpis Augusti, Francicos, quibus successerant, imitati, iisdem prosecuti sunt honoribus Romanos Pontifices, & equitantibus iis Stratorum munia obierunt. Primus ex iis occurrit Henricus V. qui A. MXI. Romam veniens, statim vt Paschalem II. conspexit, *ad eius vestigia corruit, exurgensque, in nomine Trinitatis, in ore, fronte, oculis, eis pacis osculum dedit, Stratorisque impleuit officium*, vt scribit Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 39. Testatur præterea Sugerius in Lud. VI. Lotharium Imperatorem, Henrici successorem, in ciuitate Leodiensi Innocentio II. PP. occurrentem, *in platea ante Episcopalem Ecclesiam humillime seipsum Stratorem obtulisse, & pedes per medium sanctæ processionis ad eum festinasse, alia manu virgam ad defendendum, alia frænum albi equi accipientem, tamquam Dominum deduxisse.* Vbi obiter obseruandum, Imperatori virgam ad dirimendas occurrentes turbas tribui, quod erat præcipuum Stratorum munus, adeo vt Hugo Plagon, vetus Willelmi Tyrij Antistitis Interpres Gallicus MS. hæc verba ex lib. 15. cap. 3. *Domino Principe, Dominoque Comite Stratoris officium exequentibus*, his vernaculis reddiderit, *Ils tenoient verge, & defaisoient la presse deuant eux.* Quo etiam spectant quæ de Frederico I. Imperat. de quo mox, habet Romualdus Salernitanus Archiepiscopus ad An. MCLXXVII. *Imperator autem, vt humilitatem quam corde conceperat opere demonstraret, sumpto Stratoris officio, pallium deposuit, manu virgam accepit, laicos de choro expulit*, &c. Neque multo post, anno scilicet MCXX. honore simili Callistum Papam prosecutus est Willelmus Dux Apuliæ. Tradit quippe idem Romualdus Ducem percepta Pontificis ad vrbem Troiam profectione, *obuiam ei festinanter extra ciuitatem aduenisse cum Principibus suis: & ei vice Stratoris ipsum iuxta sellam obambulantem, vsque ad Ecclesiam Episcopatus eiusdem ciuitatis ingenti cum honore deduxisse.* Verum eiusmodi Augustorum in Romanos Pontifices obseruantia, quæ ex mera eorum pietate, & in Apostolicam Sedem reuerentia videbatur profluxisse, abiit deinceps in necessarium munus: adeo vt Adrianus IV. PP. Fredericum I. quod sibi ad vrbem Nepesinam occurrenti Stratoris officium de more non exhibuisset, ad osculum recipere abnuerit, Imperatore ad illud se teneri pernegante. Re tandem in disceptationem collata, *veteribusque excussis monimentis, & prisca consuetudine diligenter inuestigata, iudicio Principum decretum est, & communi fauore totius Regalis Curiæ roboratum, quod idem Rex pro Apostolorum Petri & Pauli reuerentia, prædicto PP. Hadriano exhiberet Stratoris officium, & eius * Strepam teneret ad conscendendum equum.* Quod postridie

Acta Adriani PP.

*Edit. *Streguam.*

executus est Fredericus : *Appropinquante enim Domino Papa tentorio Regis, per aliam viam transiens descendit, & occurrens ei quantum est iactus lapidis, in conspectu exercitus, officium Stratoris cum iocunditate impleuit, & * Strepam fortiter tenuit.* Helmodus lib. 1. cap. 81. totam hanc controuersiam pluribus etiam exequitur : *Rex autem accersiuit D. Adrianum Papam in Castra. — Veniente ergo eo in castra, Rex festinus ei occurrit, & descendente de equo, tenuit Strepam, duxitque eum per manum in tentorium.* Mox Adrianum inducens alloquentem Bambergensem Episcopum : *Verba sunt, frater, quod loqueris. Dicis Principem tuum condignam Beato Petro exhibuisse reuerentiam : sed Beatus Petrus magis videtur inhonoratus : denique cum dexteram deberet tenere Strepam, tenuit sinistram. Hæc cum per Interpretem Regi nunciata fuissent, humiliter ait : Dicite ei quia defectus hic, non fuit deuotionis, sed scientiæ, non enim tenendis Strepis magnopere studium dedi. Enimuero ipse, vt memini, primus est cui tale obsequium impendi. Cui Dominus Papa, si quod facillimnm fuit, propter ignorantiam neglexit, qualiter putatis expediet maxima. Tunc Rex aliquantisper motus, ait : Vellem melius instrui, vnde mos iste inoleuerit, ex beneuolentia, an ex debito? Si ex beneuolentia, nihil causari habet Dominus Papa, si vacillauerit obsequium, quod de arbitrio non de iure subsistit. Quod si dicitis, quia ex debito primæ institutionis hæc reuerentia debetur Principi Apostolorum, quid interest inter dexteram Strepam & sinistram, dummodo seruetur humilitas, & curuetur Princeps ad pedes Summi Pontificis? Diu itaque acriterque disputatum est. Postremo discesserunt ab inuicem sine osculo pacis. Timentes ergo ij qui columnæ Regni esse videbantur, ne forte rebus inactis frustra laborassent, multa persuasione euicerunt cor Regis, vt Dominum Papam reuocaret in Castra : quem redeuntem suscepit Rex integrato officio.* Ab Helmolo hausit quæ in hanc rem habet Historia Archiepiscoporum Bremensium. Idipsum statim postea præstitit Fredericus ipse Victori Antipapæ An. MCLX. Radeuicus lib. 2. cap. 70. & ex eo Chronicon Reichersperg. *Imperator omnes Episcopos conuocans, in hunc eos consensum deduxit, vt omnes victorem Papam susciperent, & statim sequenti die 5. Kal. Febr. ab ipso Imperatore & Episcopis suscipitur & inthronizatur in Monasterio Sancti Cyri, Imperatore frænum equi, & stiuam sellæ illius tenente, & eum de equo suscipiente, & ad altare vna cum Patriarcha Aquilegiensi Pelegrino inter manus eum deducente.* Denique Ecclesiæ Romanæ reconciliatus Fredericus, Alexandro III. Summo Pontifici, in vrbe Veneta An. MCLXXVII. obequitanti Comes astitit, Staphamque tenuit : *Peractis Missarum solemniis,* inquit idem Pontifex apud Radulphum de Diceto & Houedenum, *nos vsque ad ipsius Ecclesiæ*, Sancti Marci, *portam dextrauit, & cum ascenderemus Palefridum nostrum ibi paratum, Stapham tenuit, & omnem honorem & reuerentiam nobis exhibuit, quam prædecessores eius nostris consueuerant Antecessoribus exhibere.* Acta Alexandri : *Decantata itaque Missa, idem*, Fredericus, *dexteram Pontificis apprehendit, & extra Ecclesiam vsque ad album caballum conduxit ipsum, & Streguam fortiter tenuit. Cum autem frænum acciperet, & Stratoris officium vellet adimplere, Pontifex, quia iter ad mare minus videbatur prolixum, pro facto habuit, quod affectuose voluit adimplere.* Eadem prorsus obseruantia paulo ante eumdem Pontificem Tociaci supra Ligerim exceperant Ludouicus VII. Franciæ, & Henricus Angliæ Reges, *vsi officio Stratoris, pedites dextra læuaque frænum equi ipsius tenentes*, vt autor est Robertus de Monte An. MCLXII. Ex his igitur euidenter colligitur Cinnamum hoc loco Fredericum, tacito licet nomine, carpere & sugillare, vt qui pronuper, suaque & Manuelis tempestate Romano Pontifici istiusmodi præstiterat obsequium. Nec mirum ægre tulisse Græcos Schismaticos, tantam Romanis Antistitibus exhiberi reuerentiam,

* Edit. *Streguam.*

tiam, a quibus desciuerant; quod in iis expostulant non semel nostræ ætatis Hæretici, atque inprimis Simon Schardius lib. de Fide & Obseruantia Romanorum Pontificum in Imperatores, vbi de Frederici in Adrianum obsequiis, *An Christo*, inquit, *Hierosolyma in die Palmarum ingredienti Herodes atque Pilatus sic etiam ministrauere? An Petrum Romam venientem ita Nero suus excepit?* Sed canes Lunam oblatrent, & inuidiæ ac maleuolentiæ suæ aculeos in Romanam & Apostolicam Sedem contorqueant Hæretici, dummodo ei suus stet honos, & quæ debetur a Christianis Principibus reuerentia & veneratio, deinceps, vt olim, præbeatur:

—— Sed frustra agitur vox irrita ventis,
Et peragit cursus surda Diana suos.

Hanc certe præstitit post Fredericum Otho IV. Imperator, vt autor est Arnoldus Lubecensis lib. 7. cap. 21. vbi describens eiusdem Augusti Coronationem, *Finito*, inquit, *officio Dominus Papa Imperatorem deuote vocat ad conuiuium; quem Dominus Imperator precibus instantissime obtinet venire secum. Cum igitur ventum fuisset ad equos, Imperator non immemor Apostolicæ reuerentiæ, quæ exhibenda est ipsorum Vicario fideli & Reuerendo Papæ Innocentio III. strepam ipsius deuote apprehendit, sicque ad locum conuiuij venitur.* Denique ea præstitisse officia Carolum IV. Imperatorem Vrbano IV. Papæ testatur Autor vitæ eiusdem Vrbani. Nam cum Pontificem versus Romam præcessisset Carolus, *ipsum post sequentem expectauit in introitu vrbis, ibi scilicet in porta quæ est iuxta Castrum Sancti Angeli, de suo equo descendens, Stratoris vicem gessit, ac vsque ad Basilicam B. Petri pedester equi Papæ frænum tenens, ipsum destrauit, ac demum vsque ad altare deduxit.* Denique Scriptor Anonymus vitæ Manfredi Regis Siciliæ ab Vghello editus, tradit eumdem Manfredum, qui tum Princeps Tarentinus, nec dum Rex erat, cum Innocentius IV. Papa Regnum Neapolitanum ex pacto ingressus esset, *ad maiorem sui deuotionem ad Sacrosanctam Ecclesiam ostendendam, Summo Pontifici obuiam processisse vsque ad Ceperanum, & Papa Regnum intrante, Stratoris ei officium exhibentem frænum tenuisse, quousque ad pontem Garigliani transiret.* Cum hæc igitur Augustorum Occidentalium, atque adeo cæterorum Principum Christianorum, in Christi Vicarios obsequia in minime controuersum abierint deinceps morem, ea tamquam vsu prorsus recepta & debita, in ius Saxonicum, & Ceremoniale Romanum relata sunt. Speculum Saxon. lib. 1. art. 1. *Duorum gladiorum potestatem, spiritualem scilicet & sæcularem, ad defendendum suum populum Christus in sua approbauit Ecclesia; ex quibus Apostolicum spiritualem, & Romanum Imperatorem sæcularem habere nemo ambigit. Ob quorum figurationem, Apostolico super equum candidum equitare constitutum est, & in ascensu eius a Principe sella, ne decidat, tenebitur. In quo significatur, vt qui inobedientes Apostolico existerent, a Principe ad obediendum, & e contra, cum necessitas hoc exegerit, dummodo exercitus fuerit, compellantur.* Ceremoniale Romanum lib. 1. Sect. 5. vbi de processione Pontificis & Cæsaris per vrbem: *Cum ad finem graduum peruenerit*, Imperator, *traditis Sceptro & Pomo vni ex suis, præuenit ad equum Pontificis, & in honorem Saluatoris Jesu Christi, cuius vices Pontifex in terris gerit, tenet staphам, quoad Pontifex equum ascenderit, & deinde arrepto equi fræno, per aliquot passus ducit equum Pontificis.* Neque hæc duntaxat a Principibus Christianis obsequia Summis Pontificibus, sed & ipsis Episcopis & Archiepiscopis leguntur delata. Tradit quippe noster Cinnamus Renaldum Principem Antiochenum, eiusdem vrbis Patriarcham, quem pessime & contra Sacerdotij dignitatem habuerat, postmodum eidem reconciliatum, equo vectum per mediam ciuitatem duxisse,

ipſumque peditem comitatum eſſe, ſellæ lorum manu tenentem. Apud Radulfum de Diceto An. MCLXX. cum Henricus Anglorum Rex, & Sanctus Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus apud Fractam vallem de pace acturi conueniſſent, *biſque deſcendiſſent, & bis aſcendiſſent, bis ſtapham Rex tenuit Archiepiſcopo.* Sed & Michael Palæologus, poſtmodum Imperator, apud Pachymerem lib. 1. cap. 26. cum Imperij adminiſtrationem accepiſſet, vt aduentare Patriarcham cum electis ex Clero percepit, πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ὑπαντᾷ μακρόθεν, τιμὴν τὴν μεγίστην ἀφοσιώμενος τῷ Πατριάρχῃ, καὶ πάντῃ τῷ Ἱερῷ πληρώματι, πεζῇ τε βαδίζων, καὶ τὰς τῆς ἡμιόνου τοῦ Ἱερέως χαλινοὺς κατέχων, ἕως καὶ αὐτὸν ἐντὸς τῶν ἀνακτόρων προηγούμενος καθισᾷ. Hoc itaque facto Imperatores, cæterique Principes, Eccleſiæ & Chriſti Vicariorum ſeſe profitebantur Clientes ac vaſſallos. *Strepam* enim *tenere* fuiſſe olim peculiare vaſſallorum munus docet Ius Feudale Saxonum cap. 32. §. 2. *Qua die vaſſallus Domino ſtrepam tenuerit in aſcenſu, vel in deſcenſu equi, —— in ipſa die non tenetur coram Domino iuri aſtare feudali.* Atque inde colligere eſt cur cum Ioannes Comnenus Imperator Antiochiam ingreſſus eſt, *Dominus Princeps*, Raimundus Antiochenus, *Dominuſque Comes*, Tripolitanus, *Stratoris officium executi ſint*, vt eſt apud Willelmum Tyrium lib. 15. cap. 3. cum paulo ante idem Princeps *fidelitatem ſuam Domino Imperatori manualiter exhibuiſſet*, vti tradit idem Scriptor lib. 15. cap. vlt. Fuit igitur Stratorum officium *ſtrepam tenere*, cum Dominus equum inſcenderet, priuſquam vero ſtreparum aut ſtapedum inualuiſſet vſus, equum inſcenſuros manu erigere & alleuare, vt Spartianus in Caracalla ſatis indicat. Inde ſtratores ἀναβολεῖς dicuntur veteri Scriptori apud Suidam, quam vocem poſtea ipſis ſtapedibus adſcripſerunt, vti pridem obſeruatum a viris doctis. *Scanſores* vocat Gloſſarium Latinogr. *Scanſor*, καταστρωτής. Nam & eorum erat equos ſternere, vnde *Stratores* appellati: Gloſſarium Græcolat. Στρωτὴς, *Strator*: & *Compoſitores ſellæ Regiæ*, apud Papiam: ὑπηρέται τῶν Βασιλικῶν κεκοσμημένων ἵππων, οὓς δὴ Στράτορας, καλεῖν ἡ τάξις εἴθισται, vt ait Autor vitæ S. Theophanis Confeſſ. N. 9. qui etſi Stratorum ἀξίωμα Βασιλικὸν, non tamen τῶν ἐν τέλει, fuiſſe ſcribit: ſtramenta vero ipſa, *Straturæ* apud Fredegarium Scholaſticum cap. 38. vocantur, *Stratoria* in vita S. Benedicti Abbatis Anianæ cap. 6. N. 28. Eorum præterea munus erat equos Imperatorij ſtabuli curare, & eos inſpicere & probare qui Imperatori offerebantur, vt autor eſt Ammianus libro 29. & colligitur ex Leg. 7. Cod. de Stratoribus: eoque ipſo erant ſub diſpoſitione Tribuni Stabuli, vt ſcribit idem Ammianus lib. 30. qui quidem Tribunus idem qui poſtmodum Comes Stabuli dictus eſt. Denique ſi Domini aut Principes equitarent, iis ſemper aderant Stratores pedites, ne eorum opera illi indigerent. Ordo Romanus de Summo Pontifice equitante: *Stratores autem laici a dextris & ſiniſtris equi ambulant, ne alicubi titubet.* Stratoribus præerat *Domeſticus Stratorum*, de qua dignitate Theophanes pag. 325. qui poſtmodum Πρωτοστράτωρ appellatus: Scylitzes in Theophilo de Baſilio, ἱπποκόμων ὁ πρῶτος γενόμενος, Πρωτοστράτορα τοῦτον φασὶ, Conſtantinus Porph. in eodem Baſilio cap. 7. Πρωτοστράτορα αὐτοῦ πεποίηκεν ὁ Θεόφιλος. Ita Paulo Diacono lib. 22. Hiſtor. Miſcellæ Theophylactus dicitur *primus Imperialium Stratorum*, qui Theophani pag. 369. Βασιλικὸς Πρωτοστράτωρ. Illius muneri equorum Stabuli Imperatorij cura incumbebat, vt habet Cinnamus lib. 3. ὃς τοῖς Βασιλικοῖς τηνίκα ἱπποκομίαν ἐφεστὼς ἦν, Πρωτοστράτορα τοῦτο καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ λειτούργημα. Zonaras pag. 132. τοῖς οἰκείοις ἱπποκόμοις ἐπέστησε, Πρωτοστράτορα τοῦτον οἶδεν ὀνομάζειν ἡ διάλεκτος ἡ κοινή. Hinc *Stratorium*, *Stabulum iumentorum* interpretatur Ioannes de Ianua, quod ſtabulis præeſſent Strato-

res. Itaque ſiquando Imperator peregre profecturus erat, equum a Comite equorum adductum, fræno prehendens, ducebat ad quartam vel quintam Palatij partem, vt eſt apud Codinum de Offic. cap. 5. N. 5. & Nicetam in Alexio lib. 1. N. 2. Præterea abſente Magno Domeſtico geſtabat Imperatoris enſem, vt autor eſt eodem loco Codinus, quo munere potiſſimum fungitur apud nos Magnus Scutifer, *Le Grand Eſcuyer de France*, penes quem Stabuli & equorum Regis cura eſt: huic enim enſis Regius commendatur, ſi forte *Comes Stabuli* abſit, penes quem eſſe de iure debet, vt qui militari rei præeſt, quemadmodum apud Græcos Magnus Domeſticus. Vide Ignatium Diaconum in vita S. Nicephori Patriar. CP. N. 61. Sed & Protoſtratoris munus militare fuit: nam vt autor eſt idem Codinus eodem cap. N. 17. erat δεφένσωρ τῶν κουρσευόντων, id eſt, præerat iis qui excurſiones faciebant, eoſque defendebat & tuebatur. Sed errat quod Protoſtratorem dictum putet, διὰ τὸ προσηγεῖσθαι πάντος αὐτοῦ τοῦ στρατοῦ. Protoſtrator enim appellatur, quod Stratoribus militaribus præfectus eſſet: vnde Nicetas in Balduino Mareſcalli apud nos dignitatem, qua Gothofredum Villharduinum donatum fuiſſe ait, Protoſtratoricæ apud Græcos æquiparat: dicebantur enim Stratores in exercitibus, qui Caſtra præibant, vt loca accommodatiora ad exercitum traducendum facerent, & poſticum Prætorij in Caſtris Imperatoris, ſeu Prætoris, tuebantur, vt docent Hyginus in Gromatico, non vno loco, & veteres Inſcriptiones apud Gruterum. Mareſcallorum etiam idem munus fuit, vt eſt in Fleta lib. 2. cap. 4. vbi de Officio Mareſcalli: *Exercitu euigilato cum foratoribus vexillo explicato ſingulis diebus ibit in protectionem*: id eſt, defenſor eſt τῶν κουρσευόντων. Certe conſtat Stratores id muneris in militia obiiſſe, quod domi circa Præfectos Prætorio, Proconſules, Præſides, alioſue Magiſtratus, quorum opera ij in mandatis perferendis aut peragendis vtebantur. Horum numerus adeo magnus fuit, vt ſcholas conficerent, de quibus agitur in L. 1. Cod. de Offic. Præfect. Prætor. Afric. & in Chronico Caſin. lib. 4. cap. 39. Neque vero ij diuerſi fuere nominis etymo a cæteris *Stratoribus*, ſeu *Scanſoribus*, quidquid dicat Iacobus Gothofredus ad *L. vnic. Cod. Th. de Strator.* qui cenſet Stratores militares, & eos qui in officio Magiſtratuum erant, ſic appellatos, quod viam ſternerent Imperatoribus, Magiſtratibus domi militiæque, ſeu foras procedentibus. Nam cum Stratores, ſeu ἀναβολεῖς, in curandis Dominorum equis, in iis adducendis, & in alleuandis Dominis in equos operam ſuam locarent, iiſque equitantibus perpetuo adeſſent, factum poſtea vt qui perinde Magiſtratibus, tum ciuilibus, tum militaribus, aderant, quo eorum iuſſa peragerent, *Stratores* etiam appellarentur. Vnde non deſunt qui eoſdem eſſe cum Mandatoribus putant, qui iuſſa Officiorum exequebantur, eorumque mandata expedite deferebant. Ita Phocas, qui Strator Priſci Patricij fuiſſe dicitur ab Adreualdo lib. 1. de Mirac. S. Bened. c. 10. Aimoino lib. 4. cap. 3. & aliis, ἐντολικαρίου munus obiiſſe narratur a Theophane, id eſt, *Mandatoris*. Nam Μανδάτορες dicuntur in Gloſſ. Baſilic. & in Lexico Cyrilli, οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς στρατιώτας ὀξέως διακομίζοντες, quæ totidem verbis habentur apud Leonem in Tactic. cap. 4. §. 16. Gloſſ. Græco-Lat. Εντελλόμενος, *Mandator*. Ipſa vero mandata ἐντολικὰ dicta apud Luithprandum in Legat. ſic enim legendum, pro ἐντόλινα, quod non aduertit Meurſius; *Entelmæ*, vocabulo mixolatinogræco, in veteri Charta Longobardica apud Vghellum in Archiepiſc. Beneuent. N. 44. Tom. 8. Ital. Sacræ; & in Regeſto Petri Diaconi Caſin. apud Angelum a Nuce, *Entilmata* apud Leon. Oſtienſ. lib. 1. cap. 51. Idem denique munus

obibant quod *Statores*, ſic dicti quod ſtarent ad iuſſa parati, παραμένοντες ϛρατιῶται, in Gloſſis Baſilic. Vnde Cuiacius Stratores cum Statoribus confundit, quod improbat Salmaſius ad Wlcatium Gallicanum. Statorum etiam meminit Monachus Sangallenſis lib. 2. cap. 15. Stratorum vero militarium Otho Friſingenſis lib. 2. de Geſt. Frider. cap. 18. *Nec prætereundum erit de cuiuſdam prærupta audaciæ Stratoris virtute, qui dum tædio longæ obſidionis affectus, cæteris aſſiliendi arcem exemplum dare vellet, gladio tantum & clypeo, paruaque, vt id genus hominum ſolet, ſecuri, qua ſellæ ab eis alligatæ portantur, aggerem —— aggreditur.* Ab illo hauſit Guntherus lib. 2. Ligur.

Strator erat de plebe quidem, neque nomine multum
Vulgato, modica in Caſtris mercede merebat.

Atque adeo *de plebe*, vt cum Fridericus ab præclare geſta Militari cingulo cohoneſtandum decreuiſſet, ille ſe *plebeium eſſe dixerit, in eodemque ordine velle remanere.* Stratorum militarium mentio eſt in Synopſi Baſilic. lib. 6. Ecl. 32. & apud Leonem in Tact. cap. 14. §. 81. qui igitur Stratoribus militaribus præerat, dictus eſt *Protoſtrator*, noſtris *Mareſcallus.* Nam Mareſcallorum eſt exercitui locum idoneum & caſtris prouidere. Ita *Stratorem*, qui aliis eſt *Mareſcallus*, appellat Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 823. *Robertum autem de Monteforti honorifice ſuſcepit, & —— quia Strator Normannici exercitus hæreditario iure fuerat, inter præcipuos ſublimauit:* qua voce Mareſcalli hæreditarij Normanniæ dignitatem innuit. Recenſentur porro *Stratores* inter Francorum noſtrorum Officia, ſeu Officiales, vti vulgo vocantur, in Lege Salica Tit. 11. §. 6. Habebant etiam Reges Longobardi ſuos Stratores, vt autor eſt Erchembertus in Hiſtor. Langob. cap. 15. & Paul. Warnefridus lib. 2. cap 9. 27. lib. 6. cap. 6. Reges item Anglici, vt eſt apud Simeonem Dunelm. & Bromptonum An. MLII. Sed de Stratoribus copioſe egerunt Salmaſius & Iacobus Gothofredus locis laudatis.

Pag. 127. C Ἀλλ᾽ οὔτε πόθεν ἔχες] Non Græcorum duntaxat de arrepta a Summis Pontificibus in Imperatores Occidentis autoritate fuit querela: nam paſſim illius æui Scriptores Germanici, qui ſuis fauebant Auguſtis, hanc inſtituunt: præſertim vero Geruaſius Tilleberienſis Mareſcallus Regni Arelatenſis, in eo opere quod inſcripſit, *Otia Imperialia*, & Othoni IV. Imperatori dicauit. Sic autem ille in Præfat. ad eundem Othonem: *Conſtantini geſta ſi memoramus, collata legitur poteſtas in partes Occidentales tantum Silueſtro, Orientalis regio facta eſt caput Imperij: licetque a Vicario Chriſti Petro Imperator eiuſque Succeſſoribus Ius Regis in Occidente conſtituiſſet, diademate ceſſo, non tamen Imperij nomen, vel Imperium ipſum tranſire voluit Imperator in Silueſtrum, quod ſibi ac Succeſſoribus ſuis conſeruauit intactum, ſola ſede mutata, non dignitate. Vnde primus Carolus Magnus a Græcorum ditione legitur receſſiſſe, monitu Gregorij iunioris Papæ, vt infra cap. de Imperio. Quis ergo maior in terrenis, qui dat, aut qui accipit? Profecto qui dat auctor eſt honoris quem dat, non qui accipit. Deus auctor Imperij, & Imperator auctor Papalis triumphi: Pontifex animarum caput eſt poſt Chriſtum, Imperator corporum Dominus poſt Deum. Quinimo per Deum, a quo ius Regis eſt inſtitutum*, &c. Idem Deciſione, ſeu parte illius libri ſecunda: *Anno igitur Domini* DCCCI. *cum apud Græcos nomen Imperatoris vacaret, & fæminis ceſſiſſet imperandi dominatio, Carolus Romæ moram faciens, accepit a Leone PP. & vniuerſo Populo Romano Decretum, vt Carolus nomen Imperatoris indueret & Auguſti, eo quod Imperatores in Romana Vrbe ſedem pridem habuiſſent, qui & Auguſti vocabantur. In propria Chriſti Natiuitatis Solennitate Carolus cum conſecratione nomen Auguſti, Imperiumque a Papa Leone ſuſcepit. Ex hoc igitur tempore Græcorum Imperio apud Occidentem euaneſcente, nomen*

rediit Imperatoris ad quasdam partes Occidentis, ex quo quædam Romani Imperij facta est confusio, dum duobus nomen vnum tenentibus, diuisio minuit potestatem: & sicut a solo Deo Græcorum pendet Imperium, ita a Sede Romana Occidentis asserit pendere Imperium. Ecce tamen noua & inusitata commutatione facit, vt Papa solus insignia ferat Imperialia, & Imperator Romanus nomen Imperiale teneat sub vulgaribus aliorum Regum insignibus. Papa Dominum Vrbis, ac Imperialis Sedis, se monstrat, & Imperator sub nomine Dominationis PAPÆ MINISTER *dicitur, & in temporalibus Apostolorum executor: hic ille Vicarius Christi, & Apostolorum Successor vocatur. Ecce quam infelix Vrbis permutatio, quæ sub vnitate, vt dicit Papa, dominij, duobus seruire dicatur, vni ex Corona, alteri ex potentia. Verum in hoc antiquæ nobilitatis recordatur efferitatem, quod vtriusque Domini Roma vtrumque Dominum nominat, cum pro suæ voluntatis arbitrio ipsa vtrique dominetur, vtrique molesta, vtrique ceruicosa, neutrum fugit, & vtrumque parui pendit. Apud Principes Alemanniæ Imperatoris est Electio, apud Papam Electi Confirmatio & Consecratio, & noua discretione Imperator nominatur vt Dominus, consecratur vt non Dominus: nempe Imperialia non accipit insignia, quæ sibi soli Papa collata conseruat, & ad Altare modicum in dextro latere Basilicæ Sancti Petri consecratur a solo Papa, cum e diuerso Papa Imperatoris insignia teneat, & ad Altare tantum Sancti Petri inunctionem suscipiat. Sane Constantinopolitanus Imperator, sede mutata, non dignitate, suo iure non Papali beneficio, Imperialia gestat Insignia; & velut profusæ largitionis donator, donatarium suum Summum Pontificem non euocat in adiutorium, domi habens suæ dignitatis plenitudinem. Verum de hoc querelam facere potest aduersus beneficiatum, quod cum ex Constantini beneficio immensam receperit cum singulari honore donationem, Principi soli debitam non debuit vsurpare, vt alij conferret, Augusti appellationem. Et nisi os viderer in Cælum ponere, constanter dicerem, aut Imperium Romam non posse cuiusuis Imperatoris largitione exuere, aut si potuit vis Imperij in Pontificem mutare, non potuit in donatoris præiudicium donatarius Augusti nomen, quod ipse non habuit, alij conferre. Porro quiescente contentione, tute videtur Deus, ô Princeps sacratissime, veteris Imperialis dignitatis plenitudinem conflasse, dum ex genere oriundus Imperiali, duplicis electionis & Papalis confirmationis stolam meruisti, dignoque Dei iudicio restitutus in Regnum, sub eius acquisitione pugnando diu vacillaueras, & hostem, sine tuo consilio, ex alieno dolo, prostratum vidisti, & ad antiquæ celsitudinis reintegrationem Monarchiam Constantinopolitani vindicabis, vita comite, Imperij, quod ex propinquitate tuæ debetur Augustæ. Precor itaque, Christianissime Imperator, vt cum tuo Consecratore nullam habeas controuersiam, sed velut boni patris prudens filius, conuerte gladium ad gentes quæ te non nouerunt, & sicut ex Sanctissimi Innocentij P P. III. duplici gratia vltimum Imperatoris nomen obtinuisti, sic per bonam innocentiam tuam, & eius gratiam, Imperium nouum & a Deo sub Constantino firmatum obtineas, & gaudium tuum impleatur, dum nihil erit, quod tibi deesse possit ad gloriam Imperialem, hinc nomine tibi Augustali dato, illinc insignibus Imperialibus, quæ non habes, obuenturis, & vtrobique donationis augmento crescente.* Huc etiam spectant, quæ habet idem Tilleberiensis, alio loco: *Carolus autem pro Republica pugnans nomen in vltimis suæ vitæ terminis assumpsit Imperij, vt qui Romani defensor erat Imperij, quinimo Cælestis Regni patronus, pro tantis meritis, & inter homines Augusti nomen acciperet, & inter cælestes aulicos Miles Christi fortissimus prædicaretur. Extunc ergo apud Latinos est terminata Græcorum potentia, Romaque accepit nomen amissum, non dominium. Modico tamen contenta termino, non Caput Orbis, vt assolet, sed vmbra vetusti capitis dici potest, quæ sic ab omni potentia euacuatur; quod quæ fræna totius Orbis tenuerat, nunc sua muralia cohibere non*

sufficit, nullique plus infesta, quam suo Imperatori, dum duos habere Dominos contendit, inter Pontificium posita & Imperium, alterum excludit, alterum contemnit. Quid plura? Hoc efficacissimum excidij Romani fuit argumentum, quod de Imperio mutatur in Pontificium. Sic enim Regnum Judæorum a Deo firmatum sub Regibus, lapsus sui vaticinium habuit, statim vt transiuit ad Pontifices, sic Roma, cum exuit Principem, cineres suos respuere iussa est: dum enim non habet iustitiam vastitas, & instantia indicatur morientis. Hæc licet prolixiora, quia hic egregius Scriptor, qui asseruatur in Bibliotheca Thuana, necdum est editus, hoc loco inserere operæpretium visum est.

Pag. 128. B Βίβλοι] Vide Not. ad Alexiadis pag. 288.

C Τῷ ἐδαφίῳ] Quid si γραφίῳ? Græcis & Latinis Scriptoribus *Graphium*, & γραφεῖον dicitur stylus ferreus ab vna parte acutus, qua exarabantur in cera literæ: ab altera parte planus, qua inducebatur quod perperam erat exaratum, & rursus complanabatur. Symphosius in Ænigmate, cuius lemma est, *Graphius: De summo planus, sed non ego planus in imo.*

C Κοθούρνου δίκην] Vide Diogen. Centur. 4. N. 72. & Mich. Apostol. Cent. 9. N. 29.

Pag. 129. A Παγάτζι] Forte Vrbs quæ *Posega* dicitur, Episcopatu insignis, in Sclauonia Sauiana.

Pag. 130. C Ἀδελφιδοῦς Στέφανος] An Vladislai Regis filius? Certe de Vladislai Stephani fratris connubio silent Scriptores. Sed nec simile videtur vero, filium Vladislai, cuius nuptias, si quas iniit, post Stephani fratris cum Maria Comnena connubium factas constat, ipsum Stephanum vultu & ore adeo expressisse, qui ætate multo inferior erat. Malim igitur per ἀδελφιδοῦν, quempiam alium e stirpe Regia Stephani Senioris consanguineum intellexisse Cinnamum, quisquis ille fuerit.

Pag. 131. A Μιχαὴλ Γαβρᾶς] Nicetas lib. 4. N. 3. Vide Stemma Comnen.

C Προκοπίου τοῦ Μάρτυρος] An Procopij Martyris, cuius festum agunt Græci ac Latini 8. Id. Iulij? At cum is sub Diocletiano Cæsareæ in Palestina martyrium pertulerit, quando illius corpus Naissum translatum inde fuerit, nemo, opinor, tradidit. Ædis Diuo isti dicatæ in Peloponneso, vt videtur, meminit Autor Vitæ S. Lucæ iunioris cap. 5. N. 37. Extitit alia præterea Ædes D. Procopij Constantinopoli, quam renouauit Zeno Isaurus, vt est in Chronico Alexandrino, ac deinde Antonina Belissarij vxor, apud Scriptorem Chronici CPol. Agit etiam de hocce Templo Suidas.

D Τοῦ Μάρτυρος Δημητρίου νεών] Quod hic habetur Templum D. Demetrij, videtur illud esse, a quo oppidum D. Demetrij ad Sauum amnem situm nomen accepit, hodie *S. Demeter* dictum, haud procul ab antiquo Sirmio. Quod vero Templum illud in Sirmio extare ait Cinnamus, id accipiendum puto pro Sirmiensi agro: Nam Σίρμιον non semel is dicitur eidem Scriptori. Oppidi vero S. Demetrij meminit Bonfinius Dec. 5. lib. 4. extremo.

Pag. 132. B Ἀδελφοῦ Στεφάνου] Iam modo percipimus quis fuerit Stephanus, cuius filius fuisse dicitur Liuo, seu Leo, primus Armeniæ Rex, in Bulla Aurea, seu Diplomate Anni MCCX. quod Manosci in Prouincia apud Hierosolymitanos Equites asseruatur, in quo, *Leo filius Domini Stephani bonæ memoriæ Dei & imperij Romani gratia Rex Armeniæ* dicitur. Hinc etiam patet Leonis ipsius Milonem, qui Toroso fratri in Armeniæ Principatum successit, auunculum recte appellari ab Innocentio III. PP. lib. 2. Epist. pag. 536. Proindeque a Scriptorum plerisque, Vincentio Bellouacensi, Sanuto, Houedeno, Bromptono, atque adeo accurato alias Familiarum Vltramarina-

rum Scriptore, Rupini Fratrem fuisse Leonem perperam referri. Nec obstat quod Leo Rupinum, Rupini ex filia nepotem, passim nepotem simpliciter vocat. Quippe vocem hanc pro consanguinei filio crebrius vsurpari apud Autores constat, qua etiamnum Armorici nostri eadem notione passim vtuntur. De Andronico Euphorbeno, consulendum Stemma Comnenicum.

Τοὺς Ῥωμαίων αὐτοκράτορας] Vetus est & decantata illa quæstio & controuersia, Romanorumne Imperatorum fuerit Summos Pontifices Romæ creare, vel certe an ij absque Imperatorum eligerentur consensu, de qua multa viri docti hactenus, atque inprimis Iacobus Pamelius ad Epist. 52. S. Cypriani, Angelus a Nuce ad Leon. Ost. lib. 3. cap. 21. 50. Bellarminus, Baronius, & alij erudite & copiose disseruerunt. B

Ὅτι μὴ βασιλεὺς] Et sane stante grauissimo illo quod Ecclesiam diuexauit diu Schismate, Manuel magnum inde sibi volens comparare emolumentum, Alexandrum II. PP. variis officiis sibi conciliare studuit, quo sibi soli Imperatorium titulum assereret, promisso etiam non modico auxilio, & duarum Ecclesiarum proposita vnione: quod olim auus Manuelis Alexius a Paschali II. PP. obtinere etiam annixus fuerat, cum ab Henrico V. Imperatore pressius ille vrgeretur, vt autor est Petrus Diac. lib. 4. Chron. Cas. cap. 46. Acta Alexandri A. MCLXVI. *Per idem tempus Emanuel magnus & excelsus CPoleos Imperator, sciens molestias & grauamina quæ prædictus Fredericus venerando Episcopo Alexandro contra Deum & omnem iustitiam minabatur inferre, misit ad Vrbem Romam Jordanum Imperij sui Sebastum, filiumque Roberti Capuani Principis, ad subuentionem & seruitium eiusdem Pontificis. Veniens autem idem Sebastus, humiliter se inclinauit eidem Pontifici, & oblatis ad pedes eius magnis & pretiosis muneribus, omnia quæ habebat in mandatis diligenter exposuit. Et inter cætera vnum continebatur,* &c. *Asseruit enim quod idem Imperator Ecclesiam suam vnire volebat,* &c. *Nihilominus petebat, vt quia occasio iusta, & tempus opportunum & acceptabile se obtulerat, Romani corona Imperij a Sede Apostolica redderetur, quoniam non ad Frederici Alemanni, sed ad ius suum assereret pertinere. Ad quod opus faciendum, tantas auri argentique opes & fortium virorum potentiam se largiturum firmiter spondebat, quod non solum Romam, sed etiam totam Italiam ad Ecclesiæ seruitium, & restituendam sibi Ecclesiæ coronam, absque dubio sufficere poterat. Quod verbum licet nimis difficile videretur ei, & multa deliberatione opus habere, vtile tamen visum est, vt paulisper habito cum fratribus suis consilio, Episcopum Ostiensem, & Cardinalem SS. Ioannis & Pauli pro causa ipsa tractanda e latere suo cum prædicto Sebasto ad eiusdem Imperatoris præsentiam destinaret.* Id etiam postea tentauit Manuel A. MCLXX. vt ex Actis eiusdem Pontificis colligitur apud Baronium. Vide infra pag. 152. 153. A

Ἱεροσθλάβον] Hieroslaum Vladimeri in Galitzæ Principatu successorem. Vide supra pag. 66. Excepit ille Andronicum Comnenum e carcere Manuelis profugum. Eadem fere quæ Cinnamus habet de Andronici fuga Nicetas lib. 4. N. 1. Pag. 134. C

Πρὸς Παπίου] Pappiæ, seu Papiæ Officium erat Palatij custodia, sub Curopalata scilicet, cuius præcipua erat illius cura, vt ex Constantino Manasse discere est: Pag. 135. D

> Πρὸς τὸν οἴκων φύλακα τῶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις.
> Παπίαν λεγόμενον αὐτὸν κατὰ Ῥωμαίων γλῶτταν.

Vnde apud Cedrenum, Παπίας τοῦ Παλατίου, in Leone Copronymi F. & Leonem Grammaticum in Leone Armenio, & Michaele Theophili F. pag.

447. 469. *Custos Palatij, Papias, & Ostiarius, in* 8. *Synodo Act.* 5. nuncupatur. Proindeque non modo habitabat in ipso Palatio, vti obseruare est ex Scylitze in Michaele Rhangabe pag. 492. & 495. sed & penes Papiam reorum, qui in Palatij carceribus detenebantur, cura præsertim erat, quod hoc loco plus satis innuit Cinnamus, vt & Zonaras in Michaele Balbo. Fuit sane simile *Gauarretorum* Officium in aula Regum Siciliæ sub Normannis, penes quos, non cura duntaxat & custodia Palatij sub Castellano incumbebat, sed & eos, qui per diuersos Palatij carceres tenebantur inclusi, frequenter inspicere, eorumque statum mitius, asperiusue, prout ei visum erat, commutare, & prout vellet custodes singulis designare carceribus, vt autor est Hugo Falcandus. Gauarretorum meminit etiam Richardus de S. Germano A. MCCXXXII. De Magni Papiæ Officio plura habet Meursius, cuius dignitatis, quam simili, quæ fuit olim in Regum nostrorum Palatio, comparare est, quamque etiamnum *Concierge du Palais* vocant, mentio est præterea apud Pachymerem lib. 5. cap. 5. Cantacuzenum lib. 1. cap. 26. 52. lib. 2. cap. 22. 27. & Nicephorum Gregoram lib. 8.

Pag. 136. A Παρὰ Πρεμισθλάβον] Varios Russiæ, seu Moscouiæ, quam Tauroscytharum regionem vocat, Principes recenset Cinnamus, atque in his Vladimerum & Iaroslaum Galitzæ, quæ Prouincia est Russiæ minoris, Toparchas: præterea Primislaum, Rosilaum, Iaroslaum, Georgium Basilicæ filium, & Vladislaum qui cum vxore & liberis ad Manuelem transiit, a quo regione ad Istrum sita donatus est. Atque hi quidem omnes Iaroslai, qui solus Russiæ Principatum obtinuit, filij videntur fuisse, aut ex filiis nepotes, qui ditionibus suis non contenti, dum alij alios inuadunt, mutuis sese confecere vulneribus.

D Κιάμα] Forte Κιοβία, aut Κιόβα, Kiowia, Russiæ olim Metropolis, ad Borysthenem, Κιοάβα dicta Constantino de Adm. Imp. cap. 9. cuius amplitudo describitur & prædicatur a Ditmaro lib. 7. extremo, Adamo Bremensi cap. 66. Mathia Michouiensi lib. 2. cap. 18. Alex. Gagnino, & al. Perperam *Chios*, pro *Chiof*, dici in vita S. Mariani Abbat. Ratispon. cap. 4. obseruat Bolandus 9. Febr.

Pag. 137. A Ερρίκος] Henricus Austriæ Dux. Vide infra ad pag. 152.

C Βαλδουῖνος] Extincto Balduino III. Regi Hierosolimitano successit eius frater Amalricus Comes Ioppensis: qui diremptis Apostolicæ Sedis autoritate cum Agnete, Ioscelini Edessani Comitis filia, nuptiis, Mariam Comnenam, Ioannis Comneni Protosebasti filiam, Andronici Sebastocratoris, Manuelis fratris, neptem duxit circa A. MCLXVII. vti narrant Tyrius lib. 20. cap. 1. & 24. Robertus de Monte hoc A.

C Περὶ Αντιοχείας] Boëmundo III. adhuc impubere, & Renaldo Principe a Saracenis capto, Antiocheni Balduinum III. in Vrbis & Principatus Defensorem assumpserant, contra inualescentes Saracenos, viribus nostrorum tot cladibus accisis.

Pag. 138. A Ζευγμίνῳ] Vide Nicetam lib. 4. N. 3.

C Σκευαστῷ πυρὶ] Igni Græco, qui nostris, *seu d'artifice* dicitur, ἐσκευασμένον πῦρ Leoni in Tact. cap. 19. N. 6.

D Δηλητήριον] Veneno interiisse Stephanum Seniorem Scribit etiam Nicetas, Thwroczius in oppido Zemlen obiisse tradit A. Dom. MCLXXIII. Id. April. Fer. 5. & Albæ sepultum.

Pag. 142. C Σποδοῦντε κατέσεισε] Puluerem dispergere forte pertinuit ad τεφραμαντείαν, seu σποδομαντείαν, de qua Delrius lib. 4. Disquis. Magicar. Quæst. 7. Sect.

Sect. 1. nam mulier illa magicis incantationibus obſidentes irretire conabatur. Nec ſcio an etiam eo ſpectet caput 27. Additionis 2. ad Capit. Caroli M. lib. 4. *De homicidiis factis anno præſenti inter vulgares homines, quaſi propter puluerem mortalem.* Vbi *propter* idem valet ac *per*, ita vt *homicidia facta per puluerem mortalem*, ſeu per τεφρομαντείαν intelligantur. Sed cuiuſmodi eæ fuerint incantationes ea ætate per puluerem, haud conſtat: nam quæ ſcribit Delrius, huic loco minime conueniunt. Quid ſi mulier iſta puluerem pedibus in hoſtes excutiebat, in eorum contemptum? Pulueris enim excuſſio, contemptus, ſeu potius abdicationis & excommunicationis argumentum fuit ex iis quæ habentur. Matth. 10. & Marc. 6. Guillelmus Abbas S. Theodor. in vita S. Bern. l. 2. c. 8. *Hic* (Eugenius IV. PP.) *ſeditione orta in populo, puluerem pedum in litigantes excuſſit, & relictis eis, in Franciam venit.* Ita Humbertus Epiſcopus Siluæ Candidæ Cardinalis, & alij Eccleſiæ Romanæ Archiepiſcopi, cum imperante Conſtantino Monomacho CPoli in Eccleſia S. Sophiæ ſententiam excommunicationis in Michaelem Patriarcham & eius ſequaces ſuper Altari poſuiſſent præſente Clero & populo, *inde mox egreſſi, etiam puluerem pedum ſuorum excuſſere, in teſtimonium illis dictum Euangelij proclamantes, Videat Deus, & iudicet.* Vide Pachym. lib. 2. cap. 17.

Ὑποψάλλουσα] Vox magicis incantationibus propria. *Venefici, qui magicis ſuſurris, ſeu carminibus homines occidunt*, §. 5. Inſt. de Public. iudic. Iulianus Anteceſſor Conſt. 107. §. 5. *Si venenis, aut ſuſurris magicis vitæ eorum inſidiarentur. Zoroaſtræi ſuſurri*, apud Prudentium aduerſus Iudæos: *Magicum Suſurramen*, apud Apuleium Metam. lib. 1. Lex 5. C. Theod. de Indulg. crimin. *Qui noxiis quæſita graminibus, & diris immurmurata ſecretis mentis & corporis venena compoſuit.* Acta S. Thyrſi cap. 5. N. 29. *Aliis circa membra eorum carmina, incantamentaque murmurantibus.* Porro quid ſimile narratur a Raimundo de Agiles in Hiſt. Hieroſ. pag. 178. *Dum duæ mulieres petrariam vnam de noſtris faſcinare vellent, lapis viriliter excuſſus, mulieres carminantes cum tribus pueris alliſit.* C

Ἀνδρονίκῳ] Euphorbeno, cuius ſupra meminit pag. 132. Pag. 143. A

Εἴ τις ἅπερ ἀφῄρηται] Ita Lachanas, occupato Regni Bulgarici Diademate, Mariæ Conſtantini Regis viduæ, & ſe in coniugem, & Regnum in dotem offerenti, reſpondit, ridicule offerri, quod maiori ex parte iam teneret: διαθρυπτόμενος ὅτι εἰ ἀρχὴν ὅσον οὔπω κτησομένῳ αὐτῷ σπάθῃ καὶ δυνάμει κρείττονι, ἐκείνη φθάνοι χαρίζεσθαι. Pachym. lib. 6. cap. 7. C

Δαλματίαν] Dalmatia maritima, quam & Croatiam Albam vocarunt, Reges ſuos ſeu Toparchas agnouit, longe diuerſos a Seruianis Principibus, quorum Regia fuit Salona, Diocletiani Auguſti natalibus illuſtris. Atque vt omittam cæteros qui hiſce Prouinciis imperitarunt, in præſens, quod ad rem noſtram ſpectat, arbitror adnotandum, Zolomirum, ſeu Zuilimirum, cuius meminit Gregorius VII. Papa, vti a nobis ad Alexiadem obſeruatum, Croatiæ & Dalmatiæ Regem ſeſe inſcripſiſſe, qui ducta in vxorem Belæ I. Hungariæ Regis filia, Geizæ II. & Vladiſlai Regum ſorore, cum nulla ex ea ſupereſſet proles, moriens Regnum coniugi reliquit. Illa Prouincias, quas Vladiſlai fratris auxiliis contra hoſtes tutata erat, eidem hæreditatis iure teſtamento aſſignauit. Atque inde Vngarici Reges Dalmatiæ & Croatiæ Dominos identidem ſeſe appellarunt, & eaſdem poſſederunt Prouincias, non tamen abſque controuerſia. Quippe Veneti, iam ante Zuilimirum, ius in pleraſque Dalmatiæ Maritimæ Vrbes ſibi vindicabant, quas ſub Petro Vrſeolo Duce Seruianis abſtulerant Principibus. Neque dubium eſt quin Manuel, qui eo æuo cum Venetis ſimultates, etſi Pag. 145 A

occultas, exercebat, Belæ, seu Alexij, cui filiam Mariam desponderat, iura, vt qui esset Hungaricæ stirpis Princeps, ad bellum inferendum prætenderit. Nisi quod vult Cinnamus, Belæ ipsi in hæreditatis sortem, seu a patre, vel, vt probabilius est, à fratre, assignata fuerit Dalmatia, quam idem Princeps, Hungariæ posthæc Rex factus, Amalrico filio primogenito perinde concessit. Agunt etiam de hoc Manuelis in Dalmatia cum Venetis bello Thomas Archidiaconus in Hist. Salonitana cap. 20. 22. Sabellicus & Bonfinius. Consule Familias nostras Dalmaticas.

A Τὸ Κατζικίων ἔθνος] *Catziti* forte, de quibus Thomas Archid. cap. 22. qui *Cacicli*, in veteri Diplomate dicuntur apud Io. Lucium lib. 3. Hist. Dalmatic. cap. 10. pag. 132. Fuerunt autem Cazetti, siue Casicli, vna e 12. Tribubus Croatorum. Vide eumdem Lucium lib. 4. cap. 4. 6.

Pag. 146. A Κάρδων] Vulgo *Scardona*.

A Ὀστρουρυπίτζα] Quæ hodie *Ostrouitza*.

A Ἦν Διοκλητιανός, &c.] Vide Constant. Porph. & eundem Tho. Archidiac. in Hist. Salon. cap. 4.

C Βασιλεὺς δὲ Ἀνδρόνικον] Nicetas lib. 4. N. 4. & 5. Will. Tyrius lib. 20. capite 2. Vide Stemma Comnenicum.

C Τοῦ παρ' ἡμῖν νομίμου] Mathæus Monachus in Quæst. matrimonial. lib. 8. Iuris Græco-Rom. pag. 482. ad quintum vsque gradum prohibitas fuisse apud Græcos ob affinitatem nuptias scribit : *μέχρις τοῦ πέμπτου βαθμοῦ πάντη τὸ ἐξ ἀγχιστείας κεκώλυται.* Vide Pachymerem lib. 6. cap. 6.

Pag. 147. A Ἦν τις Δημήτριος] Id etiam habet Nicetas lib. 7. cap. 5. Vide præterea Leonem Allat. de Eccl. Occid. & Orient. perpet. cons. l. 2. cap. 12. N. 4.

B Οὐκ οὕτω, Βασιλεὺς ἔφη] Gaudentius Brixiensis Episcopus in Responsione ad Paulum Diac. de eo quod Dominus Iesus dixit Apostolis : *Quia Pater maior me est: Duplex est in Christo substantia, vna propria, alia nostra, iam sua: id est vna Dei, alia hominis. Filius enim Dei, ex quo eum illibata Virgo peperit de Spiritu Sancto conceptum, atque hoc genere nascendi Verbum Caro factum est, & habitauit in nobis, idem cœpit esse Filius Hominis, qui in principio erat apud Patrem Filius Dei, vtique Deus Verbum, &c.* Ferrandus Carthagin. Diac. Epist. ad Anatolium : *Si quis iterum requirat, Pater maior me est, vtrum vox ista secundum diuinitatem prolata sit, an secundum humanitatem, fiducialiter respondeo secundum humanitatem, non secundum diuinitatem.* Idacius Clarus aduersus Varimadum : *Filius minor est Patre in adsumpti hominis forma, æqualis vero Patri est in Deitatis naturæ substantia.* Ita passim Sancti Patres. Vide Sedulium lib. 1. Paschal. operis cap. 22. Hac responsione Arrium & illius sequaces, qui eo argumento aduersus Catholicos vti solebant, vt testatur Socrates lib. 1. cap. 6. semper iugularunt Sancti Patres. S. Augustinus in Enchiridio cap. 35. *In quantum Deus est, ipse & Pater vnum sunt: in quantum autem homo, Pater maior est illo.* Arnobius Iunior in conflictu cum Serapione lib. 2. *In ea forma, in qua Filius Patris est sine Matre, ipse & Pater vnum sunt : in ea vero forma, in qua Filius Matris est sine Patre, Patre minor est. Naturam enim seruilem assumpsit, in qua non solum Deo Patre minor esset, sed & Matre tantum minor esset, quantum Matris Virginis annositas extitisset.* Vigilius Episcop. Tridentinus : *Si ergo secundum Professionis tuæ (Arrij) sententiam, aliquanta diuinitati, nonnulla vero humanitati adscribenda sunt, cur non hoc quod ait, Pater maior me est, humanitati, & quod ait, Ego & Pater vnum sumus, Diuinitati reputamus?*

Pag. 148. A Κἂν τι διερμηνεῦσαι] Perspicax Manuelis & acutum ingenium, eloquentiam, & in rebus Theologicis eruditionem commendat pariter Nicetas.

Εὐθύμιον] Interfuit Euthymius iste Nouarum Patrarum Episcopus Synodo, quæ A. Ch. MCLXVI. celebrata fuit contra Demetrium Lampenum. Vide eumdem Allatium. D

Αὐθεκάστῳ] Editio Tolliana præfert αὐθεκαίνῳ. An legendum ἀντιχαίνῳ? est Pag. 149. A enim ἀντίχαινον Hesychio, ἰσόχαινον, an vero αὐθεκάστῳ, quam vocem idem Hesychius ἀκριβῆ, αὐστηρὸν τῷ λόγῳ, ἐλεύθερον, ἀξιόπιστον, &c. interpretatur? Sed hic notio ista non omnino quadrat. Mallem igitur ἀντιχαίνῳ reponere, hancque periodum sic interpretari: *Ego autem iniuria affici haud ægre patior, ne actione simili veræ rectæque doctrinæ officere videar.*

Καὶ τεκνοῖ παῖδα] Natus est Alexius Manuelis F. A. MCLXVII. si Alberico Pag. 150. B fides, vel potius 10. die Sept. A. MCLXX. vt est apud Codinum de Orig. CP. Vide Stemma Comnen.

Διονύσιόν τινα] Dionysij meminit Nicetas non semel, dum bella Hun- C garica exequitur. Sed de illo silent Hungarici Scriptores.

Ὁ γάρ τοι Βερώνας] Vide Nicetam lib. 4. N. 3. D

Μὰ τὴν Βασιλέως κεφαλὴν] Autor est Xiphilinus Romanum Senatum, Pag. 151. C post Seiani cædem, decreuisse, vt nulla fierent deinceps iuramenta, nisi ea Imperatoris nomine conciperentur: μήτε τοὺς ὅρκους ἐπ' ἄλλου τινὸς, πλὴν τοῦ Αὐτοκράτορος ποιεῖσθαι. Hinc crebræ illæ sacramentorum formulæ, *per Fortunam, per Genium, per Salutem Principis.* Elogium S. Panteleemonis:

Μὰ τὴν Θεῶν βέλτιστε τὴν σωτηρίαν.

Quæ sic vertit Federicus Morellus,

Vir optime, almam per salutem Principum.

Gregorius in vita S. Basilij Iunioris N. 4. Νὴ τὴν ὑγείαν τῶν Βασιλέων. *Per Imperatoris caput* etiam iurabant Christiani. Synod. Chalcedon. Can. 30. ὁ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ Βασιλέως, ἢ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι τινά. Palladius in Hist. Lausiaca cap. 2. de S. Potamiana: ἡ δὲ ἀφίησι φωνὴν, εἰποῦσα, τὴν κεφαλὴν τοῦ Βασιλέως σου ὃν σὺ φοβῇ, &c. Vegetius lib. 3. cap. 5. de Tironibus: *iurant autem per Deum -- & per Maiestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est & colenda.* Sed de eiusmodi formulis consulendi Seldenus ad Marmora Arundel. pag. 147. & Hansen. de Iureiur. vet. c. 23.

Οἱ τῶν ἐξ Ἰταλίας] Vetus ea fuit, & fere constans opinio, Blachos, seu Pag. 152. A Vlachos, a Romanis genus duxisse, & a nescio quo eiusdem gentis Flacco sumpsisse originem & appellationem. Pius II. PP. de Valachis: *postremo Romanis armis subacti ac deleti sunt, & Colonia Romanorum, quæ Duces coerceret, eo deducta Duce quodam Flacco, a quo Flaccia nuncupata. Exin longo temporis tractu corrupto, vt fit, vocabulo, Valachia dicta, & pro Flacciis, Valachi appellati.* Sed licet hanc de Valachorum origine sententiam, vt fabulis innixam respuat, damnetque Leunclauius, illud tamen in confesso esse debet, non extremis duntaxat natam seculis, sed iam Manuele ipso imperante inualuisse. Quod præter Cinnamum, docet satis superque Innocentius III. Papa lib. 2. Epistol. dum Ioannitio Bulgarorum & Vlachorum Regi de stirpis origine quodammodo adblanditur: *Nos autem*, inquit, *audito quod de nobili Vrbis Romæ prosapia progenitores tui originem traxerint, & tu ab eis & sanguinis generositatem contraxeris, & sinceræ deuotionis affectum, quem ad Apostolicam Sedem geris, quasi hæreditario iure, iampridem te proposuimus litteris & nunciis visitare.* Quæ quidem Pontificis verba, non ad solius duntaxat Ioannitij, verum ad totius Vlachorum gentis originem referenda alibi docuimus. Sed & Georgius a Reychersdoff Transyluanus in Chorographia Moldauiæ annotat astipulari huic opinioni Romanum sermonem, qui adhuc in ea gente perdurat, licet adeo ex omni parte corruptum, vt

vix ab homine Romano intelligatur. Sed de Vlachis, ſeu Vlahis copioſe & erudite egit Ioannes Lucius libro 6. de Regno Dalmat. & Croatiæ cap. 5.

D Ἑρρῖκος] Henricus, cognomento *Ioſammergot*, primus Auſtriæ Dux Leopoldi Marchionis filius, Leopoldi Marchionis frater & ſucceſſor, primis nuptiis vxorem duxerat Gertrudem Lotharij Imp. filiam A. MCXLII. vt eſt in Chronica Auſtrali, qua extincta alteram ſibi adſciuit coniugem Theodoram Comnenam, Iſaacij Cyprij Tyranni ſororem, vti fuſius a nobis in Stemmate Comnenico indicatum, ante A. MCLVI. quo Fredericus Imperator Auſtriacum Marchionatum erexit in Ducatum, quod ex Sterone diſcimus, qui Theodoræ mortem in A. MCLXXXV. coniicit.. De Henrici Legatione ſilent, ni fallor, Scriptores Germanici, quæ præceſſiſſe videtur aliam ab Henrico Leone Saxoniæ Duce obitam, quam mox Cinnamus commemorat, ſi non annis, ſaltem aliquot menſibus. Ab ea enim reducem Auſtriacum colligimus ex Arnoldo Lubecenſe lib. 2. cap. 3. cum Saxonicus ſuam iniit. Nec enim vna ambos Duces ſimul CPolim profectos probabile eſt, etſi Scriptor idem Orientalis Ducem Auſtriæ inſtaurata claſſe proſecutum Ducem Saxoniæ vſque in ipſam Hungariam tradat. De Henrico conſulendi præterea Autor vitæ B. Mariani Abbatis Ratiſp. cap. 6. N. 27. Cuſpinianus, Brunnerus lib. 12. Annal. Boicor, &c. At de Bladigratzo nihil ſuccurrit.

Pag. 153. A Ἰσχυριζομένου] Certe de transferendo in Græcos Imperatorio titulo pacta inita fuiſſe colligitur ex iis quæ habet Gotefridus Monachus S. Pantaleon. A. MCLXXII. Imperatorem nempe Fredericum in Curia, ſeu Conuentu Wormatienſi, *conqueſtum de illis qui partibus fauebant Rolandi, quod coronam Romani Imperij Græco imponere vellet.* Vide Ioann. Palæonidorum in vita S. Cyrilli Carmelitæ N. 1.

C Τὴν Θαυεργονυθίδα] Adeo confuſa eſt Græcorum Scriptorum in concinnandis Hiſtoriis ſuis ratio, dum res geſtas præpoſtero ordine, nec obſeruata temporum & annorum regula, quæ vnica fax eſt hiſtoriæ, enarrant, vt vix quidquam perciperemus in iis, niſi aliunde, a Scriptoribus videlicet Latinis, lux affulgeret, quorum ope plerumque licet emendare Græcorum Anachroniſmos. Scribit hoc loco Cinnamus Henricum Auſtriæ Ducem a Frederico miſſum eſſe CPolim, dum in Hungaria inter vtrumque Stephanum bellum exardeſceret, hoc eſt, A. MCLXXII. vel proxime ſequenti, ſi Thwroczio & Bonfinio fides: ex ea legatione redeuntem Henricum, iter per Hungariam cepiſſe, & ſuaſiſſe Stephano Iuniori, vt repudiata Primiſlai, de quo ſupra egit Cinnamus, filia, ſuam ipſius duceret, quod & peractum ait. Quod ſi ita ſe res habet, perperam Autor Chronicæ Auſtralis Stephani Hungariæ Regis nuptias cum Agnete filia Henrici Ducis Auſtriæ coniicit in A. MCLXV. Sed neque Scriptori huic & Cinnamo conſentit Arnoldus Lubecenſis, qui Stephani vxorem, Henrici ſororem, non filiam, fuiſſe ſcribit, eamque, cum obiit maritus, prægnantem extitiſſe: *Nec minus*, inquit ille, *alter* (Henricus Auſtriæ Dux) *affligebatur de tam ſubito Regis interitu, eo quod inteſtatus obiiſſet, & ſororem ſuam viduam, prægnantem tamen & grauidam, quaſi exortem Regni, ſine hærede reliquiſſet.*

Pag. 154. A Γυμνάσιον] Tzycaniſterij ludum deſcribit, de quo abunde ad Ioinuillam diximus Diſſert. 8.

Pag. 155. A Ἀλέξιος] Alexium Axuchum Protoſtratorem inuidorum calumniis oppreſſum ſcribit Nicetas lib. 4. N. 6. cuius virtutes, animique & corporis præclaras dotes mire extollit. Vide Stemma Comnen.

Μιχαὴλ ὃς Λογοθέτης] Michael Hagiotheodoritus, cuius meminit Balſamon in Synod. CPol. Can. 4. Pag. 157. E

Ἐκ τοῦ Βήλου Κειτῶν] In Catalogo Officiorum Palatij CP. Tom. 1. Iuris Græco-Rom. pag. 285. quinquageſimum quartum inſcribitur, ὁ Κείτης τοῦ Βήλου. Plures ſimul hac functos dignitate colligere eſt ex Niceta in Alexio Man. F. N. 17. 18. in Andron. lib. 2. N. 9. in Iſaacio lib. 2. N. 6. in Alex. lib. 1. N. 2. Sed & ipſe Nicetas in Epigraphe Hiſtoriæ ab eo conſcriptæ, dicitur obiiſſe munus Ἐφόρου καὶ Κειτοῦ τοῦ Βήλου. C

Ἀπέσταλτο δὲ] Ita Michael Palæologus Imperat. apud Pachymerem lib. 3. cap. 18. Ducibus ſuis in bellum proficiſcentibus præcipiebat, καὶ ὅπου προκαθήσαιντ' ἄν, καὶ ὅπως ξυμβαλοῖεν, καὶ ὅθεν ὁρμήσαιντ' ἄν, ἢ ἐκ λόχων, ἢ φανεροί, ἡμέρας, ἢ καὶ νυκτὸς, τάττων ἐντεῦθεν τὰ πάντα, εἰ δ' οὐκ εἶδε τὸν τόπον, κελεύων διαγράφειν τοὺς εἰδότας, αὐτὸς καθίστα προστάττων. D

Βασιλεὺς δὲ] Expeditionem hanc Hungaricam pluribus exequitur Nicetas lib. 5. N. 1. 2. & 3. D

Σημεῖον] Carrocium Hungaricum, quod deſcribitur a Niceta lib. 5. N. 3. ἦν δὲ καὶ ἡ σημαία ἐκείνου μετέωρος, ἐπί τινος ἐώρημωμένη παχέως, καὶ ὑψιτενὴς τετράσιν ὑπὸ ἁμάξαις ἑλκομένου βοῶν ζεύγμασιν. Carrociorum formam, quorum vſus frequens fuit in Italia, pluribus deſcripſit Angelus Portenarius lib. 5. *della Felicita di Padua*, cap. 6. Sic autem ille: *Era il Caroccio vn carro grande con quatro ruote, ſopra il quale nella parte dietro era vn tribunale coperto di ſcarlato, o veluto roſſo, perche al Caroccio, quaſi a tribunale, ſi riduceua il Capitano inſieme con li Conſiglieri di guerra, quando ſi haueuano da conſultare le coſe ad eſſa guerra pertinenti. Nel mezzo del Caroccio, era piantato vn alto albero, nella ſommita del quale era la bandiera, o ſtandardo della citta, & era tirato da quatro al meno paia de buoi gagliardi, coperti di ricco drappo del colore della bandiera. Mandauaſi queſto carro alla guerra con l'eſſercito, alla cui gardia erano diputati mille e cinquecento ſoldati, ſcelti, armati di lorica, e di gambiere di ferro, con alabarde egregiamente lauorate, & alquante compagnie di caualli, laqual militia mai del Caroccio ſi allontanaua, perche il perderlo era riputato grandiſſima vergogna & infamia.* Deſcribitur Carrocium Florentinum a Ioanne Villaneo lib. 6. capite 77. Othonis Imperat. a Willelmo Britone lib. 2. Philipp. Paduanum a Rolandino lib. 9. cap. 11. & Portenario, Mediolanenſe ab Alberico An. MCCXIII. Parmenſe ab eodem Alberico An. MCCXXIX. Veronenſe ab Hieronymo *d'alla Corte*, lib. 5. & 6. Hiſtor. Veron. Sed de Carrocio plura qui volet, conſulat velim Laurentium Pignorium in Not. ad Hiſtor. Auguſt. Muſſati, & Scriptores ab illo laudatos. Pag. 160. A

Ὡς Πέτρα] Meminit iſtius Ciſternæ Chriſtophorus Bondelmontius in Deſcript. CPoleos. D

Οὗτος ὁ αὐτοκράτωρ] Hauſerant indubie Græci prauum hunc inducendæ ſeruitutis morem ab Occidentalibus, ſeu Septemtrionalibus potius populis, penes quos *ſerui* erant *alij natura, alij facti, & alij emptione, alij redemptione, alij ſua vel alterius datione*, vt eſt in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 76. De poſtremis agit Cinnamus, de liberis ſcilicet hominibus, qui ad pretium participandum, aut anguſtia rei familiaris, alterius ſeſe mancipabant dominio, operaſque ſuas locabant, de qua ſeruitutis ſpecie extat formula apud Marculfum lib. 2. cap. 28. & in Formulis veteribus cap. 10. Conſtitutiones Catalaniæ MSS. inter Dominos & Vaſſallos cap. 34. ex Bibliotheca Thuana fol. 62. *Licet de iure Romano homo liber non poſſit ſe facere ſeruum alicuius per aliquam ſimplicem pactionem, nec etiam per confeſſionem factam in iure, poteſt tamen per confeſſionem aliquis ſuam grauare conditionem, quia* D

per pactionem, interueniente scripto, potest aliquis homo liber se constituere Ascriptitium. Quemadmodum autem accepto pretio liberi fiebant serui, ita pretio reddito & soluto rursum in libertatem asserebantur, vt ex Palladio colligitur in Histor. Lausiaca cap. 83. Vide Gregorium Turonensem lib. 7. cap. 45. Synodum incerti loci post Concilium Parisiense IV. Can. 14. & Concilium Vermeriense An. DCCLII. Can. 6.

Pag. 161. A Καθάπερ δραπέτας] Ea erat seruorum conditio, vt si a Dominorum sese subduxissent ædibus, ab iis a quibus recipiebantur, repeti possent continuo, tamquam fugitiui, & in seruitutem denuo retraherentur. Vnde in Manumissionum formulis, velut præcipuum libertatis argumentum id insertum legimus, *vt vbique, quam voluerit partem pergat, tamquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus, vel procreatus.*

B Ο αὐτὸς ἔτει τῆς βασιλείας] Supplendum, *Anno* XV. Incidit autem annus Manuelis quintus decimus in An. M. iuxta Græcos VI M. DCLXVI. Christi MCLVIII. Indict. 6. quo emissa eiusdem Augusti Nouella, qua Ecclesiis & Monasteriis, quæ erant in vrbe CPolitana, & vicinis vrbis locis, immobilium firmam & inuiolatam possessionem sanciuit: quod duabus aliis præterea Constitutionibus edixerat. Vide Balsamon. in Synod. 7. Can. 4. & 12.

B Χρυσόβουλον] Aurea Bulla. Ioan. Cantacuzenus lib. 3. cap. 53. τῷ Ἀγγέλῳ περὶ τὴν Θετταλίας ἀρχὴν Χρυσόβουλλον ποιῶν, &c. Epistola Ioannicij Bulgariæ Regis in Gestis Innocentij III. PP. *Subsignat autem Imperium meum ad securitatem Chyrosobolum suum.* Ita bis editur, sed legendum *Chrysobolum*, Sic porro Diplomata omnia aureis Bullis seu sigillis munita appellabant, præsertim tamen Constitutiones Imperatorias. Harmenopulus lib. 1. tit. 1. §. 12. καὶ μετὰ τοῦτον πολλοὶ τῶν βασιλέων καθολικοὺς μὲν ἐξέθεντο νόμους· νεαρὰς δὲ καὶ προστάξεις ἄλλοίας καὶ Χρυσοβόλλους λόγους, εἰς ἃ δέον ἡγήσαντο πεποιήκασιν. De Aureis Bullis, Glossographi passim, & nos quædam ad Villharduinum.

C Νόμου δὲ πασῶν] Hanc Manuelis de Feriis Nouellam edidit Balsamon in Nomoc. tit. 7. & ex eo Bonefidius, Leunclauius, & Baronius, quam ex MSS. restituit Carolus Labbeus in Obseruat. ad Synopsim Basilic. Emissa autem An. Mundi VI M. DCLXXIV. Indict. 14. Christi nimirum MCLXIV.

D Λίθον ἱερὸν] Vide Nicetam in Man. lib. 7. cap. vlt.

Pag. 162. B Τὸν ὦμον κατέχε] Vide Tractatum nostrum de Capite S. Ioannis Baptistæ cap. 2. N. 6.

C Κατὰ τοὺς χρόνους] Græcorum in Ægyptum cum Hierosolymitano Rege Amalrico, cæterisque Regni Baronibus & Proceribus expeditionem, pluribus refert Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 4. 14. 15. 16. 17. qui eam in Annum MCLXIX. coniicit, sub finem Septemb. vt & Nicetas lib. 5. N. 4. 5. 6. & 7.

C Πρέσβεις] Erant ij, ni fallor, Alexander Grauinæ Comes & Michael Hydruntinus, quantum ex Tyrio colligi datur cap. 4.

D Στόλον νεῶν] *Erant sane*, inquit Tyrius, *in præfato exercitu naues longæ rostratæ, geminis remorum instructæ ordinibus, bellicis vsibus habiliores, quæ vulgo Galeæ dicuntur, centum quinquaginta. Item in his maiores ad deportandos equos deputatæ, ostia habentes in puppibus, ad inducendos ducendosque eos patentia, pontibus etiam, quibus ad ingressum & exitum, tam hominum quam equorum procurabatur commoditas, communitæ sexaginta. Item harum maximæ, quæ Dromones dicuntur, alimentis varij generis, armisque multiplicibus, machinis quoque & tormentis bellicis vsque ad summum refertæ, decem aut duodecim.* Locum hunc Tyrij integrum ideo describendum duxi, vt non modo nauium numerus, qui-

bus conflata erat Manuelis claſſis, inde conſtaret, ſed præſertim, vt quod περὶ ἱππαγωγῶν, ſeu de *Wiſſeriis* ad Villharduinum a me pridem obſeruatum, hoc qui tum non occurrerat loco firmarem.

Μέγας Δοὺξ] Tyrius: *Miſit autem cum claſſe de ſuis Principibus Megalducas* D
Conſanguineum ſuum, quem vniuerſis præfecit, & quemdam alium Maureſium nomine, ſibi valde familiarem, &c. At qui Tyrio Maureſius, Nicetæ appellatur Theodorus Maurozumes.

Ταμιάθη] Vulgo *Damieta*, vrbs Ægypti nota, quæ deſcribitur a Tyrio Pag. 163. A
lib. 20. cap. 16. In Concilio Epheſino Part. 2. Act. 1. fit mentio Epiſcopi Ταμιαθίδος.

Ελέγετο δὲ ὡς χρήμασιν] Tyrius: *Ibi profecto patuit noſtros aut minus experien-* C
tiæ habuiſſe, aut a ſolita defeciſſe prudentia, aut exercitus moderatores malitioſe verſatos. Sed nec culpa lata vacaſſe Græcos aſſerit idem Scriptor cap. 18. vt & Matthæus Paris An. MCCXIX. *Hæc ciuitas*, ait ille, *primo a Græcis obſeſſa legitur, qui in eius captione defecerunt.*

Χειμῶνος] Idipſum de tempeſtate obſeruant Tyrius & Nicetas. C

Καὶ δουλείαν] Vide Inſcriptionem quam retulimus in Diſſertatione 27. ad D
Ioinuillam pag. 319.

Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον] Vt Veneti Mercatores, cæterique Reipublicæ Vene- D
tæ ſubditi, quotquot intra Byzantini Imperij fines reperti, carceri mancipati fuerint, eorumque bona publicata, pluribus refert Nicetas lib. 5. N. 9. vt & Sabellicus Decad. 1. lib. 7. Ita idem Manuel ſimilibus, vt par eſt credere, de cauſis, Piſanos qui CPoli frequentes ob mercimonia aderant, vrbe & Imperij ditionibus poſtmodum expulit, eoſque rurſum reuocauit An. MCLXXII. vt eſt in Annalibus Rerum Piſan. Vghellianis.

Τέναγός τε] Conſtantinus de Adm. Imper. cap. 38. ἡ Βενετία τὸ μὲν παλαιὸν Pag. 164. A
ἦν τόπος ἔρημός τε, ἀοίκητος, καὶ βαλτώδης.

Βωμολόχων] Nicetas de Venetis: ἄνδρας θαλάττης ἐμφίμους, κατὰ Φοίνικας ἀγύρ- A
τας, πανούργους τὸ φρόνημα.

Οὗτοι Ἀλεξίῳ] Priuilegia varia, immunitates, & prædia conceſſa Venetis A
ab Alexio, ob præſtitum ſibi contra Wiſcardum auxilium, teſtatur Anna lib. 6. Alex. pag. 161. 162.

Δεκάτας] Decimæ mercium. Gloſſ. Baſilic. δεκατευτήριον, τελώνιον. Heſy- B
chius: δεκατευτῶν, τελωνῶν, δεκάτην εἰσπράττεσθαι. Δεκατευταὶ, τελῶναι, οἱ τὴν δεκάδα, ἢ δεκάτην ἐκλέγοντες. Charta Rogerij Regis Siciliæ An. MCXXXVII. apud Vghellum in Archiepiſc. Salernitan. *Præterea decatias, & alia iura mercatorum, quæ Salernitani in Alexandria prius perſoluere ſoliti erant, ad morem & modum Siciliæ negotiatorum, reduci faciemus. Decimum*, in Diplomate Caroli Magni apud Doublet. in Hiſtor. San-Dionyſ. pag. 708. 709. Vide Agathiam lib. 5. pag. 151. 1. edit.

Βουργεσίους] Latinis æui medij, *Burgenſes*, Gallis, *Bourgeois*, hoc eſt ius Ci- D
uitatis Venetis vrbem incolentibus dedit. Diploma Rogerij Siciliæ Comitis Græcobarbarum, editum Tom. 1. Italiæ Sacræ: ἡμέτεροι ὑπήκοοι τοῦ ἡμετέρου κράτους, Βαρουνιοι, Βουργέσιοι, καὶ στρατιῶται.

Πίστεις δεδωκότας] Ea erat Burgenſium conditio, vt clientelam Domino D
Ciuitatis, Villæ, aut Burgi, profiteri tenerentur. LL. Burgor. Scoticor. capite 2. *Quicumque factus fuerit de nouo Burgenſis Domini Regis, primo iurare debet fidelitatem Domino Regi, & Bailliuis ſuis, & Communitati illius Burgi, in quo factus eſt nouus Burgenſis.* Proſtat Statutum Parlamenti Pariſienſis editum in Parl. Pentecoſt. An. MCCXCVII. *contra abuſus Burgeſiarum*, quo adipiſcendi Ciuitatis Iuris ratio præſcribitur, hocce verborum contextu: *C'eſt*

l'Ordonnance faite par la Cour nostre Seigneur le Roy, & de son commandement seur la maniere de faire & tenir les Bourgeoisies de son Royaume, pour oster les fraudes & les malices qui se faisoient pour achoison d'icelles Bourgeoisies, dont si sugiet estoient durement greué, & durement plaignant. Huius Constit. Art. 1. ita concipitur. *Premierement il est ordonné que se aucun veut entrer en aucune Bourgoisie, il doit aller au lué, dont il requiert estre Bourgois, & doit venir au Preuost dou lué ou a son Luétenant, ou al Maieur des lués qui reçoiuent Bourgoisies sans Preuost, & dire en telle maniere:* SIRE, *ie vos requiers la Bourgoisie de cette Ville, & suis appareilliez de faire ce que i'en doi faire. Adonc li Prevost ou li Maire, si come dessus est deuisé, ou leur Luétenans en la presence de deus ou de trois Bourgois de la Ville receura seurté de l'entrée de la Bourgoisie, & qu'il fera, ou achetera, par raison de la Bourgoisie, maison dedans an & jour de la valuë de 60. sol. Par. au mains. Et ce fait & registré, li Preuos ou li Maires li doit bailler vn seriant pour aler od li au seriant * desous qui il s'est parti, ou a son Leutenant, pour faire li assauoir qu'il est entrez en la Bourgoisie de tel vile & tel jour, si come il est conuenu en la Lettre de Bourgoisie, en laquelle sont contenus li nom des Bourgois, qui furent present quand il entra en la Bourgoisie dessusdite. Et est ordené que il ne sera tenus & defendus come Bourgois deuant ce que les choses susdites soient faites, &c.* In cæteris eiusdem Statuti articulis id potissimum cauetur, vt *Burgesiorum* vxores teneant *Burgesias* suas in eo loco, in quo *Burgesiam* consecuti sunt, a vigilia Festi Omnium SS. ad vigiliam Festi Sancti Ioannis, ita vt reliquum tempus insumere possint *Burgesij* in metendis agris, fœno colligendo, & in vindemiis peragendis: quod si *Burgesij* vxores non habeant, teneantur habere in domibus suis famulos, vel ancillas, (*vallet ou vaissell*e), qui eamdem *Resseandisiæ* conditionem obseruent, quibus adimpletis, liberum sit *Burgesiis* per totum annum ire quo lubebit, suisque vacare expediendis negotiis: ita tamen, vt *talliam*, quæ ipsis indicta fuerat eo loco, vnde secesserant, antequam Ius Ciuitatis essent adepti, persoluant. Quæ quidem omnia sancita sunt absque præiudicio Dominorum, quibus ratione prædiorum obnoxij erant *Burgenses*: data præterea facultate, *de poursuiure & retraire de Bourgeoisie leurs hommes de cors, ou d'autre condition, en la maniere que l'en a accoustumé.* Eadem fere præscripta leguntur pro iis, quos *Burgenses Regis* appellabant, in Edicto Philippi IV. *pro vtilitate Regni*, An. MCCCII. quod habetur in Registro Signato *Crux*, in Camera Comput. Paris. *Burgenses* præterea censum annuum vrbi & communitati pro ipsis, quas habitabant mansionibus, ac domiciliis, indictum persoluebant Domino: quæ quidem pensitatio nostris *Burgesia*, Anglis-Normannis *Burgagium* vocitabatur: *Burgum* enim vulgo appellabant ea domicilia, quæ infra Castrum aut Castellum Domini extructa incolebant Coloni, cuiuscumque essent conditionis, siue liberi, siue serui. Charta An. MCCXLVII. in Tabulario Campaniæ ex Biblioth. Reg. fol. 343. *Chascun Boriois paiera deus sols de cens de Borgisie, & sis den. de cens pour sa meson a paier lo iour de S. Remi, & Borgisie & cens.* Alia Ioannis de Castilione Comitis Blesensis A. MCCLXXI. *Ay donné en perpetuel aumosne a l'Abbaye de Nonains de Nostre Dame de Soissons, a prendre — sur mes Bourgesies de Guyse, par le main de cely qui pour tens recepura lesdites Bourgesies.* LL. Burgor. Scot. cap. 1. *Quilibet Burgensis debet Domino Regi de Burgagio quod defendit pro particata terræ 5. denarios annuatim.* Vide præterea cap. 53. & Monast. Anglic. Tom. 2. pag. 332. Hinc *tenere in Burgagium*, apud IC. Anglos. Littleton Sect. 162. *Tenure en Burgage est l'ou antienement Burgh est, de que li Roy est Seignior, & ceus qui ont tenement deins le Bourg, teignent del Roy lour tenemens, que chescun tenant par son tenement doit*

* f. Seigneur.

doit paier al Roy vn certain rent par an. Denique Charta An. MCCLXXII. in Reg. Chartar. vrbis Ambian. fol. 209. *Promiſit coram nobis — quod ipſa hæreditarie tenebit ad vſus & conſuetudines Burgagij ciuitatis Ambian. quoddam tenementum.* Nec tantum eiuſmodi præſtationibus ratione domiciliorum, ſed & *talliæ* obnoxij erant *Burgenſes*, ita vt ſi Domino aliqua incumberet neceſſitas, liceret extraordinarias quaſdam iis imponere penſitationes, quas *tallias* vocabant, a quibus qui immunes erant, dicebantur *tenere in liberum Burgagium*, de quo mentio fit in Monaſtico Angl. Tom. 2. pag. 361. Charta Conradi Marchionis Montisferrati, filij Domini Tyri, A. MCLXXXVII. apud Vghellum in Archiepiſc. Piſanis, qua Piſanis varias in vrbe Tyro habitantibus immunitates concedit: *De nulla autem alia re Piſanus iudicetur in Regali Curia in Tyro, & eius partibus, nec etiam in toto Regno: de domibus autem Burgenſium Piſanorum extra honorem Piſani communis poſitis, Rex taliam poſſit percipere, ſi pro communi Ciuitatis taliam receperit.* Erant tamen Burgenſes potioris longe conditionis quam ſerui: cum enim duplex eſſet ignobilium ordo, quorum alij liberæ erant conditionis, alij ſeruilis, ſeu ſeruituti obnoxiæ, vt eſt in Art. 2. Conſuetudinis municipalis Trecenſis, ſoli ignobiles liberi *Burgenſes* fieri poterant, non autem ſerui: ſed & neque viri Nobiles, qui eo ipſo a *Burgenſibus* paſſim diſtinguuntur, vt apud Ordericum Vitalem lib. 12. pag. 872. & in Conſtit. Sicul. lib. 1. tit. 9. vnde ſiquando Milites *Burgeſia* aliqua donabantur, id iuri communi aduerſabatur, fiebatque autoritate Regia & ſuprema. Ita in Regiſtro Homagiorum Aquitaniæ, quod aſſeruatur in Camera Comput. Pariſ. fol. vlt. legimus, Edwardum Aquitaniæ Principem, Regis Angliæ primogenitum, conceſſiſſe Petro de Sancto Saphorino, dicto *de Landirans*, Militi, vt *Burgenſis* ciuitatis Burdegalenſis fieret, & *Burgeſia* eiuſdem vrbis gauderet, quantumuis eſſet Miles, Diplomate 8. Iun. An. MCCCLXXII. Et ſane Nobiles opponebantur Burgenſibus, etiamſi liberis, vt qui ex natalium prærogatiua ab vili omni onere immunes erant. Poterant tamen *Burgagia* poſſidere, id eſt, domos in Burgis, aut prædia, quæ *Burgenſatica* appellant Conſtitutiones Neapolitanæ lib. 1. tit. 66. §. 2. & Chartæ aliquot Italicæ apud Wadding. in Reg. Tom. 3. pag. 99. 100. 307. & alios, eoque ipſo tenebantur ſoluere penſitationes conſuetas, ſeu *Burgeſias*. Extat in huius rei argumentum Charta Ioannis Vicedomini Ambian. D. Pinconij An. MCCLXIX. qua domum a ſe emptam profitetur *eſtre du Bourgage d'Amiens, & que il & ſes hoirs les tenront aus vs & aus couſtumes du Bourgage de la cité d'Amiens.* Quippe ei qui liber eſt, *Villenagium, vel ſeruitium, nihil detrahit libertatis*, inquit Bracton lib. 1. de Rerum diuiſ. cap. 6. §. 1. & Fleta lib. 1. cap. 1. Varias de *Burgagiis* Leges proponunt LL. Burgorum Scoticor. cap. 13. 17. 44. Charta libertatum Angl. Regiam Maieſtat. lib. 2. cap. 44. §. 4. Conſuetudo municip. Norman. cap. 26. 28. 100. 101. Butilerius in Summa rur. & Vetus Conſuet. Norman. MS. ex qua ſequentia depromere viſum eſt operæpretium. 1. part. ſect. 3. cap. 14. *En Borgages les ſuers auront egaus parties comme les freres.* cap. 15. *Par Borgages ſont tenus les alues & les maſures des Bouriois qui ſont fetes & eſtablies és Bourgs.* cap. 18. *Tenures par Borgages puent eſtre vendues & achetées, autreſi comme autres biens muebles, ſans le conſentement de leurs Seignors, & les couſtumes en doivent eſtre rendues ſelon les couſtumes des Bourgs.* Et infra: *Adcertes en Borgage riens n'i eſt tenu par homage, ſe ce n'eſt par eſtabliſſement de Bouriois.* Iis adiungere lubet, quæ habent Bracton lib. 2. cap. 37. §. 2. & ex eo Fleta lib. 1. cap. 2. §. 7. de *plena ætate*, ſeu vt loquuntur noſtri, *Maioritate*, hæredum Burgenſium: *Hæres Burgenſis quam citius diſcretionem habeat denarios numerandi, pannos vl-*

nandi, & huiusmodi, plenam ætatem dicitur obtinere, & tunc primo finitur tutela. Hanc de *Burgesiis* nostratibus, seu de iure Ciuitatis apud Francos, haud omnino contemnendam commentatiunculam, cui materiam præbuit Cinnamus, non aspernabitur fortassis eruditus Lector, barbaris licet passim vocabulis aspersam, a quibus deflectere pene piaculum fuisset, cum eiusmodi antiquitates pertractari aliter vix possint, nedum intelligi.

Pag. 165. G Μηδικῷ πυρί] Vide Lambecium in Codini excerpta N. 12. & quæ ad Villhard. N. 113. & Ioinuillam pag. 71. de igne Græco a nobis sunt obseruata.

D Πίλοις τινάς] Nauium latera siccis boum coriis muniebantur, vt ab igne iniecto tuta essent. Pachymeres lib. 5. cap. 30. ἀλλὰ καὶ τὰ πλευρὰ τῆς νηὸς βοείαις αὔαις ἐξήρτυον, καὶ ὅπλοις κατεκοσμοῦντο, ὡς ἀποχρώντως ἀντεξούσης μὲν πρὸς πῦρ, καὶ παντὸς τοῦ βαλλομένου τῆς νεώς.

Pag. 167. A Μελίας] Qui Armenis *Melich*, & *Melier*, Latinis *Milo* dictus. Vide Tyrium lib. 20. cap. 27. & 28.

B Σαξόνων ὁ Δοὺξ] Non Legati munus obibat Henricus Leo Saxoniæ Dux, cum CPolim venit: sed cum per Thraciam iter ei capessendum esset, quo tutiori via Hierusalem perueniret, ad Manuelem diuertit, sub Legationis specie, cuius præcipua demandata erat cura Wormatiensi Episcopo. Arnoldus Lubec. 2. cap. 3. *Nec prætereundum quod Dominus Wormatiensis huic itineri se sociauit, non peregrinationis gratia, sed Legatione functus Imperatoris, ad Regem Græcorum Manuelem, pro filia ipsius filio suo in matrimonio socianda, verius tamen ob commodum Ducis factum creditur, & tam familiari Legatione accepta, benigne Ducem Rex Græcorum susciperet, & benignius per terram suam ducatum ei præberet.* Arnoldo consentit Gotefridus Mon. An. MCLXXIII. *Ipso Anno Henricus Dux Saxonum Hierosolymam cum 500. fere Militibus tetendit, felici prorsus vsus & honesta per terram profectione & reditu. Nam in eundo nullas Turcorum passus est iniurias, & a Rege CPolitano honorifice susceptus, & magnifice dimissus est.* Vide Epist. 35. ex iis quas Tengnagelius edidit cum Domnizone.

C Ἐτύγχανε δὲ ὁ Βέλας] Nicetas lib. 5. N. 10.

D Τῆς Αὐγούστης ἀδελφὴν] Agnetem, Renaldi & Constantiæ Principum Antiochiæ filiam, Mariæ, seu Xenæ Augustæ sororem vterinam. Consule familias nostras Hierosol.

Pag. 168. A Ἐπὶ δὲ Σερβίων ἐτράπετο ἔθνος] Bellum, ni fallor, intelligit Cinnamus, quod sub ea tempora contra Stephanum Neemanem Seruiorum Toparcham suscepisse Manuelem scribit Nicetas lib. 5. N. 4. quod ille nempe Croatiam infestaret, & Catarorum dominatum sibi asserere conaretur. Aliam belli istius originem & causam pluribus exequitur Iacobus Petrus Luccarus libro 1. Annal. Ragusin. quem præstat audire: *Ricerco Nemagna che li Vescoui di Seruia, suffraganei della chiesa di Rausa fussero sottoposititi al Metropoli di San Pietro di Rassia. Questa chiesa, hoggidi rouinata da' Barbari, si vede nel territorio di Nouiposar, che fabrico Ese Macedone alle riue del fiume Rasca. La Signoria di Rausa temendo dello stato proprio, infesto dalle scorrarie de' Barbari, fu costretta a ricercare con preghi, & con nuoue obligationi aiuti da ciascuno: onde non volle risoluer la cosa, ne mandarla cosi a Roma: ma diede tempo in mezo, affine che questi portasse seco qualche buona occasione per trouar il remedio. Ma Nemagna instando superbamente per la risolutione, i Rausei gli risposero che questa cognitione spettaua al Papa: onde mosse la guerra. Ma soccorendo la parte nostra, come quella ch'era piu giusta, Theodoro Padiate, e poi in persona l'Imperadore Emanuelo, Nemagna con Miroslau fu rotto, & se ne fuggirono i monti. Hauuta poi la fede,*

ſceſe dalle balze, & ſi gitto alli pedi dell' Imperadore, il quale perdono loro errore, obligando li a far la pace con i Rauſei. Neque de alio, opinor, bello locutus videtur Tyrius lib. 20. capite 4. ſub An. MCLXVII. aut ſequentem: *Detinebatur porro eo temporis articulo Imperator in Seruia, quæ Regio montoſa & nemoribus obſita, difficiles habens aditus, inter Dalmatiam & Hungariam & Illyricum media iacet, rebellantibus Seruiis, & confidentibus de introituum ad ſe anguſtiis, & de imperuia eorum regione.* Et paulo poſt: *Ob hæc ergo intolerabilia vicinis eorum maleficia, ingreſſus erat ad eos in virtute multa, & innumera Dominus Imperator, quibus ſubactis, & præcipuo eorum Principe mancipato, redeunti Domino Imperatori occurrimus.* Vide Sanutum lib. 3. part. 6. cap. 22.

Ασκυρεσανῶν ἄρχοντος] Saniſanis, Clitziaſthlanis Iconienſis Sultani fratris. C
Vide Nicetam.

Κατὰ τὴν Αγκῶνα] Obſeſſam a Frederico Anconam, ſolutamque obſi- C
dionem ſub An. MCLXVI. ex Actis Alexandri PP. refert Baronius. At Gotefridus Monachus id in A. MCLXXI. reiicit, in quo magis ad Cinnamum accedit: Annales vero Rerum Piſanarum Vghelliani in A. MCLXXVII. denique Chronicon aliud Piſanum in An. MCLXXIV. Sed in eo videtur peccare Gotefridus, quod Anconam Frederico reſtitutam ſcribit. Præerat autem Alemannicis copiis Chriſtianus Epiſcopus Moguntinus Frederici Cancellarius: *Imperator Chriſtianum Moguntinum Archiepiſcopum in Italiam miſit, qui per quinque fere ibi degens annos, multa ſtrenue operatus eſt. Nam Anconam Ciuitatem maritimam, expulſis Græcis, Imperatori reſtituit.* Porro Anno MCLXV. in Italiam venit Chriſtianus, eo miſſus cum Comite Gothelmo a Frederico, vt Prouincias, quæ Willelmo Siciliæ Regi, & Summo Pontifici parebant, expugnaret, & Germanico aſſereret Imperio: præfuitque copiis Alemannicis in Italia vſque in Annum MCLXXXIII. vt docemur ex Chronico Ceccanenſi, ſeu Foſſæ nouæ. Moguntinenſis Iſtius Epiſcopi meminerunt præterea Nicetas in Iſaacio lib. 1. N. 7. Autor Hiſtor. Epiſc. Bremenſ. An. MCLXXI. Chronicon Reicherſpergenſe An. MCLXVI. MCLXXXIII. & Rogerus Houeden. An. MCXCVII. Vide Serrarium lib. 5. Rerum Moguntinarum.

Ην δέ τις γυνή] An Comitiſſa illa, cuius mentio in Chronico Ceccanenſi D
An. MCLXII. cui cum Willelmo Rege bellum erat? Comitiſſa forte Calacenſis, quæ ad Robertum Comitem Loritelli defecerat, vt eſt apud Falcandum pag. 667.

Χαλιφαί] Ita appellabant Saraceni ſupremos gentis ſuæ Principes, vo- Pag. 169. B
cabulo Arabico, quod *Succeſſorem, vel hæredem* ſignificat, inquit Willelmus Tyrius lib. 19. cap. 19. & ex eo Iacobus de Vitriaco lib. 1. capite 7. *eo quod ſummi eorum Prophetæ vicem & ſucceſſionem iure tenerent hæreditario.* At Vaterius in Præfat. ad El-Macinum cenſet, hac voce *Vicarios*, ſeu *locum tenentes* ſeſe appellitaſſe, Dei nempe: vnde eo nomine in tanto honore & reuerentia a ſuis habebantur, vt quaſi pro numine colerentur, *nec niſi mandato & authoritate illius quantumcumque potens aut nobilis appellaretur Soldanus, & omnes eius ſubditi, tam Reges, quam alij, pedes eius ad terram proſtrati reuerenter oſcularentur.* Verba ſunt Iacobi de Vitriaco. Ita Conradus Vſperg. de Sultanis: *Vni tantum Perſico Imperatori pene diuini cultus more ſubiecti.* Adeo tamen inualuit poſtmodum Sultanorum potentia in rebus politicis & militaribus, vt fere cum inani & ſpecioſo dignitatis titulo ſola religionis, ſeu potius ſuperſtitionis Mahumetanæ poteſtas penes Chaliphas remaneret. Vnde Baldrico Dolenſi lib. 3. Tudebodo lib. 4. Vincentio Beluac. lib. 31. cap. 93. lib. 32. cap. 54. Roderico Toletano lib. 7. cap. 10. & aliis, *Papa*

& Apostolici suæ gentis vulgo appellantur. Primus autem Chaliphæ nomen & dignitatem vsurpauit Abubacarus, Mahometi successor, vt autor est Georgius El-Macinus. Vide Notas ad pag. 328. Alexiad.

D Παλαιστίνης Ῥὴξ] Willelmus Tyr. lib. 20. cap. 20. 21. 22.

D Σιλέντιον] Κατηχητήριον λόγον interpretatur hoc loco vocem Σιλέντιον Nicetas in Man. lib. 7. N. 5. Pro Dissertatione, seu Collatione, (Galli *Conference* dicunt) sumi apud plerosque Scriptorum constat, & hac notione vsurpant passim Theophanes pag. 342. 358. Leo Grammaticus in Michaele pag. 448. Scylitzes pag. 399. Zonaras pag. 146. Nicetas Paphlago in vita Sancti Ignatij Patriarch. CP. pag. 712. edit. 1618. Landulphus Sagax pag. edit. Canisij 688. 720. 750. 768. Iulianus Antecessor Const. 56. §. 199. *Hæc Constitutio iubet prouocationes in Consultationibus, non tantum in amplissimis Magistratibus, sed etiam omnibus Senatoribus indici, vt totus Senatus causas appellationum audiat: quamuis Silentium tantum sine conuentu Senatoribus denuntiatum fuerit: Silentio enim conuentum esse videri.* Agitabantur vero *Silentia* in *Silentiario*, vti vocatur a Landulpho Sagace lib. 16. & Anastasio in Histor. Eccl. pag. 66. seu vt habet Theophanes pag. 201. εἰς τὸ Σιλεντιαρίκιν, quam vocem vir doctus *Silentiariorum Stationem* perperam vertit. *Silentium* dicitur idem locus apud eumdem Anastasium in vita Stephani III. PP. pag. 303. in var. Lect. *Multa dona ibi largitus est tam vniuerso quam Monasterio quæ necessaria sunt Monachis, quamque foris immobilia loca, qui in Silentio B. Petri Apostoli — vsque in hodiernum diem constituit.* Vbi *Silentium* videtur esse, quod alias *Secretarium Ecclesiæ* dicitur: In Secretariis enim Conuentus Ecclesiasticos, & Synodos egisse Pontifices palam est. Neque, opinor, aliunde *Silentiarij* dicti, seu ij fuerint qui silentium imponebant, quod opinantur plerique, seu quod in iis *Silentiis*, vel collationibus, sederent & dissertarent, quod alio loco discutiendum reseruamus. Certe Silentiariorum dignitas adeo illustris fuit, vt in Concilio Chalcedonensi Act. 1. Θαυμασιωτάτων Epitheton iis tribuatur; & Damasus PP. in Epist. ad Acholium, in Synodo Rom. sub Bonifac. II. PP. hæc scripserit: *Ad meritum filij mei Rusticij addi aliquid amplius non potest, —— cum habeat prærogatiuam officij sui, quod Silentiarius sit filij nostri Gratiani Augusti.* Ὑπαγορεύειν vero σιλέντιον, idem est ac *dictare* apud Spartianum: *Defuncto quidem Sura, Traiani ei familiaritas creuit, causa præcipue orationum, quas pro Imperatore dictauerat.* Id enim muneris fuit illius qui *ab Epistolis* erat. Ita in Concilio Nicæno II. Nicephorus a Secretis, postmodum Patriarcha CP. Imperatoris nomine perorauit, ὁ κατὰ τὴν ἱερὰν σύνοδον ἐγχειρισθεὶς βασιλικὸν ἐπιφώνημα, vt est apud Ignatium Diaconum in Vita eiusdem Nicephori N. 10.

D Τοῦ Ἀσηκρῆτις] Secretarius, a Secretis. Sexta Synod. Act. 2. 4. & 12. Παῦλος ὁ μεγαλοπρεπέστατος Ἀσηκρῆτις Σεκρετάριος βασιλικός. Βασιλικὸς Ἀσηκρῆτις, in 7. Synod. Act. 3. Procopius in Histor. Arcana, τοῖς δὲ Ἀσηκρῆτις καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκριτο τὸ ἀξίωμα, ἐς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόῤῥητα γράφειν, ἐφ' ὧνπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτετάχατο. Idem lib. 2. de Bello Pers. τῶν ἀποῤῥήτων γραμματεύς. Nicephorus CP. in Breuiario: ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν Ἀσηκρῆτις. Ignatius Diaconus in Vita eiusdem Sancti Nicephori N. 7. καὶ τὴν διὰ χειρὸς καὶ μέλανος τέχνην ποιούμενος· ᾑρέθη γὰρ ὑπογραφεὺς τοῖς τῶν κρατούντων μυστηρίοις ὑπηρετούμενος· οὕτω γὰρ παρὰ τῇ Αὐσονίδι διαλέκτῳ τὸ Ἀσηκρῆτις ὄνομα, ὃ ἐπὶ τῶν μυστηρίων μεθερμηνεύεσθαι βούλεται. Munus ipsum μυστικὴ τῶν κρατούντων ὑπηρεσία dicitur eidem N. 9. Occurrit passim apud Scriptores Byzantinos, Theophylact. Simocatt. lib. 8. cap. 10. Constantin. de Admin. Imperio cap. 46. Manass. pag. 159. edit Meursi, Me-

nand. Protect. &c. Ita etiam vnico vocabulo *Asecretis* & *Asecreta*, vsurpant interdum Scriptores Latini. Glossar. Aelfrici, *Asecretis, vel Principis Consiliarius, Geruna.* Saxonibus *Geryne* est mysterium. Carolus Magnus lib. 4. de Cultu Imag. cap. 9. *Mox vt Leontius Asecreta conspexit, &c.* Anonymus de Mirac. Sancti Hugonis Abbatis Cluniacensis. *Redit ergo Peregrinus ille spem gerens veniæ, si Hugonem posset inuenire S. Petri Asecretem.* Paulus Diaconus lib. 4. Chr. Cas. cap. 68. *Postquam Asecretis efficitur, Logothetam illum — Imperij statuit.* Adde Anastasium in Vit. PP. pag. 53. 214. Hincmar. Remens. Epist. 3. cap. 16. Vitam Sancti Georgij Amastreni cap. 5. N. 18. Baron. An. DCCCXI N. 32. Habebant etiam Reges nostri suos *Asecretis*, vt constat ex Epist. Ioannis VIII. PP. 87. & Diplomate Roberti Regis An. MXXIX. in Probat. Histor. Monmorentiacæ pag. 16. Qui vero inter Palatinos Secretarios primus erat, Πρωτασηκρῆτις dicitur Nicetæ Paphlagoni in Vita Sancti Ignatij Patriarch. CP. Choniatæ in Andr. lib. 2. N. 7. & Pachymeri lib. 2. cap. 13. lib. 5. cap. 19. Πρώτιστος τῶν βασιλικῶν γραμματέων Nicephoro in Breuiario pag. 172. 1. edit. Πρῶτος τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, Ignatio Diacono in Vita Sancti Nicephori Patriarch. CP. N. 59. *Protosecretarius*, Anastasio in Collectan. pag. 254. Denique Corippus lib. 1. *Asecretam* sic describit:

Hinc Secreta sacræ tractans Demetrius Aulæ.

Επὶ Ασίας] Bellum Iconiense commemorare aggreditur Cinnamus, in quo cruentam adeo passus est cladem Manuel, accisis totius Imperij viribus, vt nusquam deinceps solitam mentis hilaritatem, qua singulariter præeminebat, exhibuerit, nec corporis sospitate, qua plurimum pollebat, vsque in supremum vitæ diem fruitus sit. Illud multis narrant Nicetas lib. 6. N. 1. & sequenti, & Tyrius sub An. MCLXXIV. quo & commissum prælium testatur, lib. 21. cap. 12. Attigerunt etiam Robertus de Monte & Nicolaus Triuettus An. MCLXXIX. Vincentius Beluac. lib. 31. Spec. Hist. capite 150. Chronicon Reichersperg. pag. 273. & Ægidius de Roya An. MCLXXVI. Pag. 170. B

Μελισσηνῷ ποτε Καίσαρι] Nicephorum Melissenum Cæsarem intelligit, qui ab exercitu circa Damalim, eodem ferme tempore quo in vrbe Alexius Comnenus, Imperator dictus est. Vide Stemma Comnen. Pag. 172. A

Αλλὰ ὀρρωδίᾳ] Hanc periodum nescio quo fato interuerterunt Typothetæ: Scribe igitur: *At is nescio quo semel pauore correptus, ad varios subinde recurrebat prætextus*, vel *variis subinde prætextibus trahebatur.* Pag. 173. A

Ελεφαντίνῳ] De hoc carcere diximus ad Alexiadem. E

Επὶ Αἰγύπτου] Consulendus Tyrius lib. 21. cap. 26. & sequent. Pag. 175. A

Addenda hæc Notula ad pag. 26. Cinnami.

Ανδρὶ γὰρ Λατίνῳ] Solenne fuisse ait Cinnamus Latinis Proceribus, siue, vti vocabantur, Baronibus, vt statim post initas nuptias, fortitudinis suæ ac dexteritatis specimen aliquod ederent, in nouarum nuptarum gratiam: quod potissimum fiebat in equestribus decertationibus ac torneamentis, quæ plurimo non modo cum apparatu, sed & generosorum Militum concursu solebant peragi, & festiuas nuptiarum ceremonias ludosque complere, in quibus noua nupta, cæterisque matronis spectantibus, nouus Coniux vires suas experiebatur: cuius ritus infinita prostant exempla. Interdum etiam, quo amasiarum suarum, edito præclaro aliquo bellico facinore beneuolentiam sibi conciliarent, bellorum occasiones quære- Pag. 26. A

bant, vt in iis bellicæ virtutis laudem consequerentur, vel denique in solenni aliqua venatione contra feras ipsas dexteritatem suam ostentabant. Eo enim spectant quæ habet vetus Poema vernaculum MS. de Alberico Burgundiæ Duce fictitio:

Dit la Roine, ains fist molt grant folaige,
Qui por vn porc a mis son cors en gaige,
Auberi l'oist, si respont sans outraige,
Dame, i'auoie prins si haut mariaige,
Que bien deuoie monstrer mon vasselaige.

FINIS.

ΠΑΥΛΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ
ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ
ΥΙΟΥ ΚΥΡΟΥ
ΕΚΦΡΑΣΙΣ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ, ΗΤΟΙ ΤΗΝ
ΑΓΙΑΝ ΣΟΦΙΑΝ·

PAULI POETÆ
SILENTIARII
CYRI FILII
DESCRIPTIO
MAGNÆ ECCLESIÆ,
SEV
SANCTÆ SOPHIÆ·

NVNC PRIMVM PRODIT OPERA ET STVDIO
CAROLI DV FRESNE D. DV CANGE,
Ambiani, Regi à Consiliis, &
Franciæ Quæstoris.

ACCEDIT DESCRIPTIO EIVSDEM ÆDIS SOPHIANÆ,
atque adeo cæterarum Ædium Sacrarum, ex variis Scriptoribus,
SEV
in PAVLVM SILENTIARIVM vberior Commentarius.

PRÆFATIO.

PRÆFATIO.

CVM affecta iam esset, & ad vmbilicum perducta Voluminis istius Editio, opportune peruenit in manus meas Templi Sanctæ Sophiæ Ἔκφρασις, a Paulo Silentiario carmine heroico & perelegantiexarata, quam quidem (licet ad Historiam Comnenicam minus pertinere illa videatur) Commentatiunculis istis interserere haud alienum putaui. Nam præterquam quod Scriptoribus qui res Byzantinas illustrarunt, Paulus accensetur, proindeque ex eorum classe est qui Regios Typos expectant, tum maxime rem Lectoribus iucundam perinde ac vtilem facturum me sum confisus, si eximium istud Poëma, CPoleos, cuius Sophiana Ædes præcipuum olim fuit estque hodie ornamentum, Bondelmontianæ Descriptioni adiungerem. Hanc autem celeberrimi Templi Ἔκφρασιν, curante Clarissimo viro Antonio *de Vyon D. d'Herouual*, in Camera Computorum Parisiensi Auditore, ad me transmisit ex sua depromptam Bibliotheca, & Magni Salmasij manu ex Palatina anno CIƆIƆCVII. descriptam, Vir Amplissimus Philibertus *de la Mare*, Senator Diuionensis, ob singularem eruditionem perinde ac vitæ integritatem notissimus, ac præsertim Literatis omnibus, quibus pronuper eiusdem Salmasij Opusculorum postumorum editionis spem iniecit, qui huiusce elegantis Poëmatis excerpta aliquot iam antea in Plinianis Exercitationibus, & suis ad Historiam Augustam Notis publicauerat. Et sane licet quanta fuerit Pauli Silentiarij in eo scribendi genere facultas, ex aliis, quæ iam lucem aspexerant, opusculis, plus satis constet: tum illud præsertim quod Regiis nunc Typis excusum prodit, præcipuam mereri laudem videtur ac commendationem, quod præter carminum elegantiam, accuratam Augustissimi Templi descriptionem, vixque oculatioribus hactenus intellectam, nobis repræsentet. Nam Commentarij, quos æui inferioris Græculi de hac Æde scripsere, sublestæ adeo sunt fidei, nulloque non modo digesti ordine, sed etiam vocabulis barbaris aspersi, vt diuinandæ rei potius, quam percipiendæ locum præbeant. Vnde mirum videri non debet, si qui de Græcorum Templis, atque adeo de Sophiano, eorumque partibus scripsere, tantum inter se dissideant, vel certe omnino non conueniant, cum non res solum, sed ne vix verba quidem ipsa percipiant. Sed ecce tantis in tenebris facem porrigit Paulus Silentiarius, vtinam tot lacunis non deturpatus: cuius tanto maior præstantiorque videri debet autoritas, quo accuratiori calamo vniuersam celeberrimi Templi a Iustiniano sua tempestate excitati structuram describit. Floruit enim eo imperante non Poëtica duntaxat & Oratoria laude ætate sua longe clarissimus, sed & natalium splendore, opibusque & honoribus conspicuus. Paulo parentem fuisse Cyrum docet huius Carminis titulus, qui quidem non alius mihi videtur ab eo qui ἀπὸ ὑπάτων, seu Consul Codicillaris extitit, cuius bina habentur Epigrammata in Anthologia Gr. lib. 4. cap. 23. & 27. alterum in Domum a Maximino CPoli extructam, alterum in Statuam Pindari: adeo vt Paulum a parente suam in ποιητικὴν propensionem hausisse par sit credere. Meminit etiam Procopius l. 2. Vandalic. Cyri cuiusdam, qui forte idem fuerit cum Consulari. At quod Agathias de Paulo scribens, hæc subdit, ἀναλεγέσθω τὰ Παύλῳ Κύρου τοῦ Φλώρου ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα, sic digerendum videtur, vt Paulus Cyri, Cyrus vero Flori filius fuerit: idque addidit Agathias, vt Cyrum istum ab

aliis, qui eodem tunc florebant nomine, distingueret. Flori autem cuiusdam Consulis Codicillaris mentio non semel occurrit sub Iustiniano, vt constat ex Nouell. 12. 22. 154. & ex Leg. 3. Cod. de Quadrienn. præscript. Hac loquendi etiam formula vsus videtur Iustinus Martyr Apolog. 2. vbi seipsum Ἰουστῖνον Πρίσκου τοῦ Βακχείου vocat, id est, filium Prisci, Bacchij nepotem, quod aduertit etiam Henricus Valesius ad Eusebium. Vtcumque sit, constat prorsus hallucinatos Vulcanium Agathiæ Interpretem, & Vossium lib. 2. de veterum Poëtarum temporibus, & lib. de Historicis Græcis, qui in vnum virum hæc tria nomina congessere, Paulumque Cyrum Florum appellauere. Pauli Epigrammata aliquot in Græcam Anthologiam contulit iam olim Maximus Planudes illius consarcinator, vna cum elegantissima Ode, quam in Pythia Therma conscripsit, quæ extat præterea in Bibliotheca Regis Christianissimi, cum Scholiis, seu μετ' ἐξηγήσεως, Codd. 995. 1911. 1334. & 1441. Hanc autem publicarunt denuo, & Latinis numeris donarunt Claudius Archanterus A. CIↃDXXCVI. Venetiis, & Federicus Morellus A. CIↃDXCVIII. Parisiis editam. Sed præ cæteris Sophianæ Ædis descriptionem tanta cum accuratione aggressus est Paulus, vt vniuersam illius structuram, singulasque partes, quisquis hanc legerit, statim quodammodo oculis perinde ac animo comprehendat, seu vt Agathiæ verbis vtar, καθάπερ ὁρῶν καὶ θεώμενος. Ea est enim ἐκφράσεως vis ac natura, vt rem ipsam quam describit, ob oculos ponat & repræsentet: vnde recte in Gloss. Græc. Lat. ἐκφράζω, *exprimo*, ἔκφρασις, *exprimatio*: exprimere enim Latinis, est ad viuum effingere. Quamobrem definitur ἔκφρασις ab Hesychio λόγος ἐναργής, ab Aphthonio vero λόγος διηγηματικὸς, ὑπ' ὄψιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον, cuiusmodi est Arcis Alexandrinæ apud eumdem descriptio. Atque in eo, vt est apud istius Scriptoris Scholiastem, διαφέρει ἡ ἔκφρασις διηγήματος, ὅτι τὸ μὲν ψιλὴν ἔχει τοῦ πράγματος ἔκθεσιν, ἡ δὲ πειρᾶται θεατὰς ἐργάζεσθαι μικροῦ τοὺς ἀκούοντας· καὶ τὸ μὲν καθόλου ἐξετάζει, ἡ δὲ τὰ κατὰ μέρος. Verum accurata quantumlibet sit quæ nunc prodit Ædis Sophianæ elucubrata a Paulo Silentiario Ἔκφρασις, vix tamen ea quæ obscuro satis carmine, vocibusque haud passim obuiis aspersa inuoluit, adeo perspicua sunt, vt diligenti examine, vel certe expositione non indigeant. Nam cum partes ipsas Templi vocabulorum Poëticorum circumlocutionibus, graphice licet, describat, partium ipsarum nomina (quod præstitit etiam Procopius) omisit, ita vt legenti rem magis diuinandi, quam animo percipiendi locum præbuerit. Quapropter haud ingratum Lectori fore mihi persuasi, si Sophianæ Ædis, atque adeo data occasione cæterorum apud Græcos Templorum, descriptionem aggrederer, eamque ex Byzantinis præsertim Scriptoribus, aliquot etiam ex nostris recentioribus adornatam, vice Commentarij in Paulum Silentiarium, eidem Scriptori subnecterem. Quod sane Lutetiæ Parisiorum, a libris fere imparatus, serius quam pro tanta rei mole par erat, sum aggressus, cum, vt iam attigi, pene confecta Voluminis editione, elegans istud Poëma ad me peruenisset. Proinde haud ægre mihi condonaturos viros doctos confido, si Commentatiuncula ista mea non ad vnguem expolita videatur, cum inpræsens mihi id potissimum consilij fuerit, vt Notarum instar esset ad Scriptorem haud omnino communis ac triti saporis. Quanquam mihine hanc prouinciam arrogarem, dubitandum fuit, cum istius publicandi Poëmatis spem fecisset in Præfatione ad Procopium vir omnino magnus Claudius Maltretus Soc. Iesu Presbyter, & Collegij Montalbani Rector, qui qua pollet in Græcis perinde ac Latinis Literis eruditione, longe felicius ea fuisset defunctus: etsi, vti me

per Literas monuit, quod penes eum est Pauli Silentiarij Apographum, descriptum perinde sit ex Manuscripto Palatino, proindeque, vt Salmasianum, lacunis scateat, deformatumque sit.

IANVS DOVSA
IN ITINERE SVO CONSTANTINOPOLITANO *DE ÆDE* *SANCTÆ SOPHIÆ,* *vti hodie conspicitur.*


EXTAT *Diuæ Sophiæ Templum, quod aliquoties excalceatus, ne pauimentum ex opinione Turcarum profanare viderer, perlustraui. Est reuera moles tam magnifica, tam excellens, vt ea nihil augustius, aut in speciem magnificentius solem illuxisse arbitrer. Si quis pro amplitudine eius aliquid dicere institueret, incassum laboraret, nunquam vtique ad orationis suæ scopum peruenturus. Nec mihi ergo, qui in hac Epistola breuiloquentiæ studeo, de ea verba facienda sunt. Quis enim composite & apte aliquid diceret, quod huic harmoniæ & fabricæ conueniret? Cuius minimam etiam particulam, si describere vellem, pro operis dignitate id facere nunquam possem.*

PAVLI SILENTIARII
ELOGIVM
EX AGATHIA SCHOLASTICO
lib. 5. Histor. pag. 153. Edit. Regiæ,

vbi de Æde Sancta Sophia.

EI δέ τις ἐθέλοι πόρρω που τυχὼν τῆς πόλεως ἀπῳκισμένος, ἔπειτα γινώσκειν σαφῶς ἅπαντα καθάπερ παρὼν καὶ θεώμενος, ἀναλεγέσθω τὰ Παύλῳ Κύρου τοῦ Φλώρου ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα, ὃς δὴ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῆς ἀμφὶ τὸν Βασιλέα σιγῆς ἐπιστάταις, γένους τε κοσμούμενος δόξῃ, καὶ πλοῦτον ἄφθονον ἐκ προγόνων διαδεξάμενος, ὅμως παιδεία γε αὐτῷ καὶ λόγων ἄσκησις διεσπούδαστο, καὶ ἐπὶ τοῖσδε μᾶλλον ηὔχει, καὶ ἐσεμνύνετο. Καὶ τοίνυν πεποίηταί οἱ καὶ ἄλλα ὡς πλεῖστα ποιήματα μνήμης τε ἄξια καὶ ἐπαίνου. Δοκεῖ μοι δὲ τὰ ἐπὶ τῷ Νεῷ εἰρημένα, μείζονός τε πόνου καὶ ἐπιστήμης ἀνάπλεα καθεστάναι, ὅσῳ καὶ ἡ ὑπόθεσις θαυμασιωτέρα. Εὑρήσεις γὰρ ἂν ἐν αὐτοῖς τὴν ὅλην τῆς θέσεως εὐκοσμίαν, καὶ τὰς τῶν μετάλλων φύσεις λεπτότατα κατεξητασμένας, τῶν τε προτεμενισμάτων τὸ εὐπρεπὲς ἅμα καὶ ἀναγκαῖον, μεγέθη τε καὶ ὑψώματα, καὶ ὅσα ἰθύγραμμα σχήματα, καὶ ὅσα κυκλικά, καὶ ὅσα ἐκκρεμῆ, καὶ προτεταμένα. Γνοίης δὲ ἂν ἐκ τῶν ἐπῶν, καὶ ὅπως ἀργύρῳ τε καὶ χρυσῷ τὸ ἱερώτερον χωρίον καὶ τοῖς ἀπορρήτοις ἀποκεκριμένον πολυτελέστατα καταπεποίκιλται, καὶ εἴ τι ἄλλο πρόσεστι μέγα ἢ ἐλάχιστον γνώρισμα, οὐ μεῖον ἢ οἱ θαμὰ ἐν αὐτῷ περιπάτους ποιούμενοι, καὶ ἅπαντα διασκοποῦντες.

SI quis autem voluerit, procul fortaßis ab Vrbe degens, aperte cognoscere omnia veluti præsens & spectans, perlegat quæ Paulus Cyri filius Flori nepos hexametris versibus conscripsit. Qui quidem Primicerius existens Regiorum Silentiariorum, & generis gloria clarus, amplißimasque a maioribus suis opes adeptus, doctrinæ tamen eloquentiæque magnam operam impenderat, quibus & magis gloriabatur & decorabatur. Scripsit itaque etiam alia quamplurima Poëmata memoratu digna & laude. Videntur autem mihi quæ de Templo scripsit tanto maiore & labore & scientia referta, quanto & argumentum ipsum est admirabilius. Comperies enim in iis vniuersum situs concinnæque dispositionis ordinem, & metallorum naturas subtilißime exploratas. Vestibulorum etiam Templi elegantiam pariter & vtilitatem, magnitudines quoque & altitudines, quotquot etiam sunt figuræ rectis constantes lineis, & quotquot orbiculares, quotquot etiam pensiles & protensæ. Cognoueris quoque e Carminibus quo pacto argento pariter atque auro sacratior locus & mysteriis separatim destinatus sumptuosißime sit exornatus, & si quod est aliud magnum, aut minimum ornamentum, nihilominus quam qui in eo frequenter obambulant omniaque inspectant.



ΠΑΥΛΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ ΥΙΟΥ ΚΥΡΟΥ ΕΚΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ, ΗΤΟΙ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΣΟΦΙΑΝ.

PAVLI POETÆ SILENTIARII CYRI FILII DESCRIPTIO MAGNÆ ECCLESIÆ *SEV* SANCTÆ SOPHIÆ.

ΑΡ' ἔστιν εὑρεῖν μείζονα τῆς νῦν ἡμέρας,
Εν ᾗ Θεός τε καὶ Βασιλεὺς σεμνύνεται;
Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Χριστὸν ἴσμεν δεσπότην,
Ισμεν δὲ πάντως· τοῦτο γὰρ τοῖς σοῖς λόγοις
Ποιεῖς, Κράτιστε, * .. ειμον καὶ βαρβάροις·
Οθεν συνεργὸν αὐτὸν ἐν ταῖς πράξεσιν
Εχεις παρόντα, νομοθετῶν, κτίζων πόλεις,
Ναοὺς ἐγείρων, ὅπλα κυρῶν, εἰ δέοι,

* f. γνώειμον.

A AN reperiri poteſt hodierno maior dies, quo & Deus & Imperator honore afficiuntur? Id certe dici vix poteſt. Chriſtum agnoſcimus & ſcimus Dominum, agnoſcimus omnino: id enim verbis tuis, gentibus etiam barbaris * notum facis, Princeps magnanime. Hinc tuis in negotiis illum præſentem habes adiutorem, ſeu leges ſancias, ſeu vrbes extruas, vel tem-

RRr iij

pla excites, seu bella & arma decernas, si id exigat necessitas, aut cum inducias statuis, & prælia cohibes & compescis: * hinc bellicos labores tuos certa subsequitur victoria. Si enim Occidentem intueamur, postquam terram percurrimus, imperij tui terminus Oceanus occurrit: versus Orientem vero, an non gentes omnes partim armis tuis expugnasti, * partim antequam eo accederes, vltro ad te venientes excepisti? An non denique vniuersam Africam iamdudum tibi subditam habes? Hinc quoque fit vt ex morbis tam facile conualescas, etiam contra omnium spem: hinc denique occultiora pericula, Princeps fortissime, * iis tandem compertis, semper declinasti: non hastis quippe aut clypeis, sed ipsa Dei protectus seruatusque dextera. Miror, Princeps potentissime, magnanimitatem tuam: miror mentis tuæ & fidei præstantiam. Structæ erant insidiæ, paratusque * aderat gladius, aderat & condictus dies, & ipsa palatia iam subierant coniurati, & iam interiorem portam attigerant, qua semel superata, solium tuum inuasuri erant. Hæc etsi tibi nota essent prius, * te continuisti, & vnico confisus es tuo protectori, Deum dico, per quem omnia vincis: neque vero a scopo aberrasti. Quid enim inter hæc? Cecidit sua ipsius manu insidiarum structor primarius: neque enim voluit Iustitia, * eum seruare. Quippe id certo nouerat ex pluribus, qui sæpius hactenus extiterant, tyrannis, si viuus ille tuas venisset in manus, te in lacrymas statim & commiserationem totum effundendum, & omnem hac in re exsuperaturum hominis indolem. * Vitæ namque compatiens erroribus, ingemuisti persæpe delictis nostris, Princeps optime: sed & sæpe lacrymis benignos oculos tuos virtute vere Regia rigas, nobis indolescens; & ad intemperantiam, quæ vt plurimum vitæ comes adsistit, * oculos conuertens, omnes a prauis delictis, Numinis instar, absoluis, & ad ignoscentiam properas. Teipsum incusas, si quando criminum atrocitas alios prohibet te precibus suis * occupare. Neque enim vnquam pateris misericordiam, quæ summa est, ad alterum pertinere. Ex tot vero quæ perpetramus nefandis ausis, habes, o Imperator, clementiæ occasiones. An non in ipsum Deum insurgit, * qui Principem istum non vult imperare, mansuetum, suauem, cum moderatione inimicis perinde ac amicis beneficum? Hæ te seruant animi dotes, efficiuntque, o Imperator,

A Σπονδάς τε τάττων, καὶ καταστέλλων μάχας,
Οθεν τὸ νικᾷν ... φ ἐς * τοῖς σοῖς πόνοις.
Ωσπερ ἐπὶ σ..... πρὸς τὴν ἑσπέραν *f. συμφυές.
Ορος μὲν ἡμῖν ὠκεανὸς τοῦ σοῦ κράτους
Τὴν γῆν διεκδραμοῦσι· πρὸς δὲ τὴν ἕω,
Οὐ πάντας ἤδη, τοὺς μὲν ἐτρέψω μάχαις,
Τοὺς δὲ πρὶν ἐλθεῖν εἰς τόδε προσλαμβάνεις;
Λίβυν δὲ πάντα δοῦλον οὐκ ἔχεις πάλαι;
Οθεν νόσους μὲν διαδιδράσκεις εὐκόλως,
Οὐκ ἐλπισάντος οὐδενός· ὅθεν εἰκότως
Τοὺς ἐν ἀφανεῖ, Κράτιστε, κινδύνους ἀεὶ
Μαθὼν παρῆλθες, οὐ δόρασιν, οὐδ᾽ ἀσπίσιν,
Αὐτῇ δὲ χειρὶ τοῦ Θεοῦ φρουρούμενος.
B Αγαμαί σε, Παγκράτιστε, τῆς εὐψυχίας,
Αγαμαί σε τῆς γνώμης τε καὶ τῆς πίστεως.
Ο λόχος συνέστη, καὶ παρεσκευασμένον
Τὸ ξίφος ὑπῆρχε, καὶ παρῆν ἡ κυρία,
Καὶ τῶν βασιλείων ἐντὸς οἱ ξυνωμόται
Ηδη παρῆλθον, τῆς πύλης τε τῆς ἔσω,
Μεθ᾽ ἣν ἔμελλον προσβαλεῖν τοῖς σοῖς θρόνοις,
Ηπτοντο. ταῦτα γνοὺς δὲ καὶ μαθὼν πάλαι,
Εκαρτέρησας, καὶ πεπίστευκας μόνῳ
Τῷ σου προασπίζοντι, τὸν Θεὸν λέγω,
Ωι πάντα νικᾷς· τοῦ σκοποῦ δ᾽ οὐκ ἐσφάλης.
Τί γὰρ ἐπὶ τούτοις; ἔπεσεν αὐτοχειρία
C Ο τὸν λόχον ἄγων· οὐ γὰρ ἤθελεν ἡ Δίκη
Αυτὸν διασώζειν. ἐμφανῶς δ᾽ ἠπίστατο
Εκ τῶν τυράννων τῶ * .... όντων πολλάκις, *f. τῶν π[illegible].
Ως εἴπερ αὐτοῦ ζῶντος ἐγκρατὴς ἔσῃ,
Εἰς οἶκτον εὐθὺς, εἰς ἔλεον πάντως τρέπῃ,
Κἀνταῦθα νικᾷν πᾶσαν ἀνθρώπου φύσιν·
Ταῖς τοῦ βίου γὰρ συμπαθὼν ἁμαρτάσιν,
Επεστέναξας πολλάκις τοῖς πταίσμασι
Ημῶν, Αριστε· πολλάκις δὲ δακρύοις
Τὸ πρᾷον ὄμμα βασιλικῶς ὑποβρέχεις,
Αλγῶν ἐφ᾽ ἡμῖν· πρὸς δὲ τὴν ἀκρασίαν
Βλέπων, μάλιστα τὴν σύνοικον τῷ βίῳ,
Λύεις ἅπαντας τῶν κακῶν ὀφλημάτων,
D Ωσπερ τὸ Θεῖον, πρὸς δὲ συγγνώμην τρέχεις.
Αἰτεῖς δὲ σαυτὸν, ἡνίκα τῶν ἐγκλημάτων
Τὸ μέγεθος οὐ δίδωσι τῶν δεήσεων
Ετέροις κατάρχειν· καὶ γὰρ οὐκ ἐᾷς ποτὲ
Αλλου γενέσθαι τὸν ἔλεόν σου τὸν πολύν.
* ... ὧν δὲ δρωμένων οὐχ ὁσίων τολμημάτων *f. ἐξ ὧν.
Εχεις ἀφορμὰς τῆς, Ανα, * παῤῥησίας. *f. [illegible]
Οὐχὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐξοπλίζεται
Ο τὸν Βασιλέα τοῦτον οὐ θέλων κρατεῖν,
Τὸν ἥμερον, τὸν ἡδὺν, ἐν τῷ μετρίῳ
Εὐεργετοῦντα καὶ φίλους, καὶ μὴ φίλους;
Σώζει σε ταῦτα, ταῦτα τὴν ψυχὴν ποιεῖ
Τῆς βασιλίδος, Κράτιστε, τῆς εὐδαίμονος,

Τῆς πάντ' ἀρίστης, τῆς καλῆς, καὶ πανσόφου,
Ἔχειν ὑπέρ σου πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν,
Ἣν ζῶσαν εἶχες εὐσεβῆ συνεργάτιν.
Ἐπεὶ δὲ μετῆλθε, παρέσχες τοῖς ὑπηκόοις
Ὅρκον βοηθὸν, ὅρκον ἀῤῥαγέστατον
Ὃν οὐ παρῆλθες, οὐδ' ἑκὼν παραδράμοις.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. πρὸς δὲ τὸν νεὼν
Ἤδη βαδίζειν βουλομένοις, θαῤῥεῖν δίδου.
Ἔστω δὲ τῶν σῶν καὶ τὸ δή που θαυμάτων,
Λόγοις φανῆναι πρᾶγμα τολμῶντας δρᾶσαι
Τὸ πάντα νικῶν θαυμάτων ὑπερβολῇ.
Ἔστιν δὲ δεῖγμα τῶν ἄγαν σου θαυμάτων
Ὁ τοσοῦτος ἔρως, ὃν ἡ πόλις πᾶσα τρέφει
Ἐπί σοι, Βασιλεῦ κράτιστε, καὶ τῷ σῷ νεῷ.
Ἐπεὶ γὰρ ἦγες τὴν ἑορτὴν, ὡς ἔδει,
Ἅπας ὁ δῆμος εὐθὺς, ἡ γερουσία,
Οἱ τὸν μέσον ζηλοῦντες ἀσφαλῆ βίον,
Τὰς τῆς ἑορτῆς ἡμέρας ἐπεξάγειν
Ἤτουν, παρεῖχες· ἐξέδραμον· ἤτουν πάλιν,
Πάλιν παρεῖχες. Τοῦτο δὲ δρῶν πολλάκις,
Ἐπεξέτεινας τὴν ἑορτὴν πλουσίως.

magnanime, vt anima Imperatricis, beatæ, optimæ,* formosæ, & sapientis, apud Deum pro te intercedat, quam, dum superstes erat, piam vitæ consortem nactus es. Postquam vero illa ad superos transiit, solenne subditis tibi populis præstitisti sacramentum, sacramentum omnino infractum,* quod nunquam es prætergressus, nec infringes vltro. Et hæc quidem ita se habent. Nunc vero ad Templum nobis contendere cupientibus, adsis, daque audere. Inter tot quæ hactenus edidisti miracula, illud sit potissimum, quod cernatur oratio rem perficere audere, * quæ cæteras miraculorum excellentia longe superat. Est autem illustre immensorum tuorum miraculorum specimen, amor ille eximius, quo in te & in tuum Templum flagrat vrbs vniuersa, Princeps magnanime. Postquam enim festum, vt par erat, celebrasti, * statim plebs vniuersa, Senatus, & qui mediam ac tutiorem vitæ rationem inierunt, vt celebritatis dies producerentur, postularunt. Concessisti. Effluxere illi: rursum postularunt, rursum concessisti: qua re sæpius repetita, festiuitatis * celebritatem magnifice produxisti.

Biennio ante obierat Theodora, 4. Non. Iul. Ind. 10. De forma corporis Theodoræ, vide Procop. lib. 1. de Ædif. cap. 11. Histor. Arc. c. 10. & Antholog. Gr. lib. 4. cap. 15.

ΤΟΥΤΩΝ ΛΕΧΘΕΝΤΩΝ ἐν Παλατίῳ, διῃρέθη ἡ ἀκρόασις, καὶ ἐλέχθη τὰ λοιπὰ ἐν τῷ Ἐπισκοπείῳ, ἐπὶ Εὐτυχίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου προλεχθέντων τῶν ὑποκειμένων Ἰάμβων.

HIS IN PALATIO recitatis, diuulsus est auditorum consessus. Cætera vero recitata sunt in Domo Patriarchali, cum coram Eutychio sanctißimo Patriarcha subiecti iambi prius recitati fuissent.

Vide Epistolam Bernardi Bruschi ad Cozzam Cottium, de more veterum recitandi, Veronæ editam.

ΗΚΟΜΕΝ ἐς ὑμᾶς, ἄνδρες, ἐκ τῆς ἑστίας
Αὐτοῦ Βασιλέως, ἐς Βασιλέως ἑστίαν,
Τοῦ παμμεγίστου, τοῦ νοητοῦ τῶν ὅλων,
Δι' οὗ τὸ νικᾷν συμφυὲς τῷ Δεσπότῃ.
Ἐκεῖ μὲν ἡμῖν τῶν γερῶν ὁ προστάτης
Καθεὶς ἑαυτὸν εἰς θέατρον ἐκλόγων,
Τὸν νοῦν παρέσχεν εὐμενῶς, ἐνταῦθα δὲ
Ὁρᾶν πάρεστι τῶν ἱερῶν τὸν προστάτην·
Ἔστω δὲ κ' αὐτὸς εὐμενής· τούτων γε μὲν
Μηδεὶς ἀκούσας λοιδορείσθω τοῖς λόγοις·
Εἴποι γὰρ εἰκὸς ἄν τις, ὦ τᾶν, ὡς πάνυ
Ληρεῖς περιττά· τοῦτον αἰτεῖς εὐμενῆ
Λόγοις γενέσθαι, τὴν ἀγαθῶν τὴν οἰκίαν,
Τὸν πᾶσαν εὐμένειαν ἠμφιεσμένον·
Τουτὶ πέπονθας ὅσπερ ἂν εἰκότως πάθοι,
Εἴ τις δέοιτο λιπαρῶν ἐγκείμενος,
Τὸν ἥλιον μὲν ἀνατέλλειν ἐν ἡμέρᾳ,
Τὸ φῶς δὲ λάμπειν, τοὺς λόγους δ' εἶναι λόγους.
Ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῦτον εἶναι τὸν τρόπον

AD vos accedimus, o viri, ex Imperatoris Palatio, ad Palatium Imperatoris ter Maximi, qui omnia mente complectitur, per quem Imperatori tot victorias consequi datur. * illic quidem dignitatum Præses in Theatro recitationum sedens, benigne nos audiuit: hic vero videre est sacrorum Præsidem: sit & ille beneuolus. * Cæterum ex Auditoribus nemo orationem nostram carpat. Dicet enim forsan aliquis: Heus tu, bone vir, quam omnino vana & inutilia deblateras! hunc sermonibus tuis propitium cupis, qui totius bonitatis est domicilium, & omni humanitate instructus. * Id certe tibi accidit, quod ei videretur accidisse, qui enixius & cum precibus efflagitaret, vt Sol per diem exoriretur, luxque luceret, aut vt sermones sint sermones. Ego vero eiusce rei eamdem esse

rationem * non omnino negauerim. At institutum intuens, quod maximum est, & quo nihil animo concipi potest excellentius, vereor in arenam descendere. Illud ipsum tamen quod metum primo incussit, audaciam rursum ingerit. Si enim spes quædam affulgeret posse nos beata dicendi copia * Templi pulchritudinem assequi & æquiparari scribendo: res esset sane lubrica, certamen aggredi, in quo vincere periculosum esset. Quum vero satis intelligamus omnes, nullam vnquam orationem * factis Imperatoris respondere posse; id vero quod est in factis ipsis maximum, esse Templi ædificationem: par non est profecto, vt conceptus de rebus iam ante animo prouisis timor, audiendi nobis animum adimat; sed potius, quantum est in vnoquoque virium, omnem in nobis alacritatem excitemus. * Habet in se boni aliquid hominis audacia. Nisi enim intrepido prorsus & elato animo Templum excitasset Imperator, totius in re spei cogitationem excedens, non ad tantam peruenisset Vrbs * alacritatem & felicitatem. Quid igitur præter decorum videri debet, si vtilis modo innocuæ Orationis libertas erumpat? Quæcumque enim præ imbecillitate prætermiserit, ea licebit oculis vsurpare. * Iudicium porro de illa proferunt, non fabarum comestor Atheniensis, sed viri pij & æqui, quibus & Deus & Imperator oblectantur, qui vrbes regunt, omniumque & rerum, & orationum habenas moderantur. * Horum igitur demereri gratiam, & ad hos adire Carmina mea oportet: idque confidenter agendum est. Ego vero ipse quasi verborum meorum Echo resonabo. Redeo igitur ad Magnum Imperatorem.

A Οὐκ ἂν ἀποφαίην· πρὸς δὲ τὸν σκοπὸν βλέπων,
Ὃς παμμέγιστος, οὐκ ἔχων θ' ὑπερβολήν,
Δέδοικα τὴν ἀγωνίαν· θαρρεῖν δ' ὅμως
Ἐξ ὧν ἐδεδείειν πρότερον, αὖθις ἄρχομαι.
Εἰ μὲν γὰρ ἐλπὶς ἦν τις εὐθενεῖ λόγῳ
Συνεξισοῦσθαι τῷ νεῷ τῷ παγκάλῳ·
Σφαλερὸν ὑπῆρχεν ἐπαποδύεσθαι πάλαις,
Ἐν αἷς τὸ νικᾶν παρακεκινδυνευμένον.
Ἐπεὶ δ' ἅπαντες ἴσμεν, ὡς οὐκ ἄν ποτε
Λόγος φανείη, συντρέχειν * ταῖς πράξεσιν — * συντρέχω.
Ταῖς τοῦ Βασιλέως· ἔστι δ' αὐτῶν πράξεων
Τὸ παμμέγιστον ἡ κτίσις τοῦ σοῦ νεώ·
Οὐ χρὴ δεδοικότας ἐπὶ προδιεγνωσμένοις
Μένειν ἀτόλμους, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν
Κινεῖν ἅπασαν, ὡς ἔχει τις ἰσχύος.
B Ἔχει τι χρηστὸν ἀνδρὸς ἡ παρρησία.
Εἰ μὴ γὰρ εὔτολμός τε καὶ φρονῶν μέγα
Ἐδημιούργει τὸν νεὼν ὁ Δεσπότης,
Πάσης ὑπερβὰς ἐλπίδος θεωρίαν·
Οὐκ ἂν προῆλθεν εἰς τοσαύτην ἡ πόλις
Εὐθυμίαν τε καὶ τρυφὴν εὐδαίμονα.
Τί οὖν ἀπεικὸς, πρόσφορον παρρησίαν
Τανῦν φανῆναι καὶ λόγων ἀζημίων;
Ἃ γὰρ ἂν παραδράμωσιν ἠσθενηκότες,
Ἔξεστι ταῦτα λαμβάνειν τοῖς ὄμμασι.
Κρινεῖ δὲ τούτους οὐ κυαμοτρὼξ Ἀττικὸς,
Ἀλλ' ἄνδρες εὐσεβεῖς τε καὶ συγγνώμονες,
Οἷς καὶ τὸ Θεῖον, καὶ Βασιλεὺς ἐφήδεται,
Οἳ τὰς πόλεις τάττοντες, οἳ τὰς ἡνίας
C Ὅλων ἔχοντες καὶ λόγων καὶ πραγμάτων.
Ἆρ' οὖν ἐπ' αὐτοὺς χρὴ βαδίζειν τοὺς στίχους
Ἐκδημαγωγηθέντας· εἰς παρρησίαν
Χρὴ τοῦτο πράττειν, αὐτὸς ἀντιφθέγξομαι,
Ὥσπερ τις ἠχὼ τῶν ἐμῶν φανεὶς λόγων.
Οὐκοῦν ἐπάνειμι πρὸς Βασιλέα τὸν μέγαν.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ
ΥΙΟΥ ΚΥΡΟΥ
ΕΚΦΡΑΣΙΣ
ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

PAVLI SILENTIARII
CYRI FILII
DESCRIPTIO MAGNÆ ECCLESIÆ.

ΣΗΜΕΡΟΝ οὐ σακέων με φέρει κτύπος, οὐδ' ἐπὶ νίκην
Ἑσπερίην, ἢ Λίβυσσαν, ἐπείγομαι, οὐδὲ τροπαίοις
Ἀμφὶ τυραννοφόνοις καναχήποδα θυμὸν * ἀράσσω·
Μηδοφόνων ἀβόητα μένοι κλέα σήμερον ἔργων.
Εἰρήνη πολύολβε, τιθηνήτειρα πολήων,
Ην πλέον εὐπήληκος Αναξ ἠγάσσατο νίκης,
Δεῦρο, πολισσούχοισιν ἐπαυχήσαντες ἀέθλοις,
Παντὸς ὑπερκύδαντος ὑπέρτερον οἶκον ἀγῶνος
Εὐιέροις ὕμνοισιν ἀείσομεν, ᾧ ὕπο μούνῳ
Πᾶν κλέος ὑψορόφοιο κατώκλασε θέσκελον ἔργου.
Αλλὰ σύ μοι Βασιλῆα φερέσβιον, ὄμπνια Ῥώμη,
Στέψον ἀκηρασίοισι χύδην καταειμένον ὕμνοις·
Οὐχ ὅτι σὸν ζυγόδεσμον ἐφήρμοσεν ἔθνεσι γαίης,
Οὐχ ὅτι σῶν ἐτάνυσσεν ὑπέρβια μέτρα θοώκων, B
Αλσα παρ' ἐσχατόωντα, παρ' ὠκεανίτιδας ἀκτάς·
Αλλ' ὅτι σὸν περὶ πῆχυν ἀπείρονα νηὸν ἐγείρας,
Θυμβειάδος ποίησε φαεινοτέρην σε τεκούσης.
Εἴξατε μοι Ῥώμης Καπετωλίδες, εἴξατε φῆμαι·
Τόσσον ἐμὸς Βασιλεὺς ὑπερήλατο θάμβος ἐκεῖνο,
Οππόσσον εἰδώλοιο Θεὸς μέγας ἐστὶν ἀρείων.
Ενθεν ἐγὼν ἐθέλω σε μελιφθόγγοισι χορείοις,
Χρυσοχίτων αἴθουσα, τεὸν σκηπτοῦχον ἀείδειν.
Καὶ γὰρ Αναξ οὐ μοῦνον ἐν ἔντεσι χεῖρα κορύσσων,
Ῥινοτόρῳ δούλωσεν ἀπείρονα βάρβαρον αἰχμήν,
Οφρα τεοῖς ἀδμῆτα λόφον κλίνειε λεπάδνοις,
Καὶ θέμιδος πλήξειε τεῆς ζυγόν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Τετριγὼς ὑπέροπλα μέλας φθόνος ὤκλασε τόξων C
Αστυόχου Βασιλῆος· ἐπασσυτέροις δὲ βελέμνοις
Ῥωγαλέος δούπησε, πεσὼν δ' ἐβάθυνε κονίην.
Καὶ σὺ δὲ πρεσβυγένεθλε Λατινιὰς ἔρχεο Ῥώμη,
Σύνθροον ἀείδουσα μέλος νεοθηλέϊ Ῥώμῃ.
Ερχεο καγχαλόωσα, τεὴν ὅτι παῖδα δοκεύεις
Μητρὸς ὑπερτέλλουσαν, ἐπεὶ χάρις ἥδε τοκήων.
Ανέρες οἷσι μέμηλε θεουδέα θεσμὰ γεραίρειν,

* ἀράξω.

A NON clypeorum hodie me fragor impellit, aut ad Occidentales vel Libycas celebrandas Victorias feror, neque decantandis Trophæis, quæ de cæsis tyrannis relata sunt, ferocem animum fatigabo. Illaudata maneat hodie partarum de Medis Victoriarum gloria.* Beata Pax, vrbium nutrix, quam Princeps galeatæ longe præfert Victoriæ, huc age, vrbis bono impensos prædicemus labores, & glorioso omni præstantiorem certamine Ædem sacris Hymnis celebremus, præ qua vnica* quidquid est excelsi operis admirandum fatiscit. Tu vero, Alma Roma, autorem salutis tuæ Principem corona, sinceris laudibus abunde cumulatum: non quod jugum tuum populis omnibus impofuit, aut quod immenfos folij tui fines * vltra remotiora nemora, Oceanique littora longe dilatarit: sed quod in recessu tuo immane Templum excitans, matre tua Tiberina longe te fecit illustriorem. Facessite nunc tandem decora omnia, quæcumque de Romano Capitolio fama prædicat: tantum enim meus Imperator superauit istud miraculum, * quantum idolo Deus Maximus præstantior est. Volo igitur vt tu dulcisonis carminibus, o Fornix auro refulgens, Imperatorem tuum prædices. Ille quippe non in bellis solum manum vibrans, infinitos barbaros victoriosis armis subegit,* vt indomitam illorum superbiam frænis tuis submitteret, & legum tuarum iugum illi vererentur; sed & nigra vehementius frendens inuidia, Imperatoris Vrbi imperantis armis prostrata succubuit, crebrisque sagittis elisa fragorem edidit, casuque suo sub puluerem alte condita est. * Tu vero veni, Antiqua & Latina Roma, & concors carmen cane Nouæ Romæ, & gaude quod natam vides, adhuc puellam, matre multo præstantiorem: quandoquidem ea est parentum gratia. At vos quibus sacra-

Βυζαντιὰς Ῥώμη, in Anthol. Gr. l. 4. c. 24. pag. 299. 300. &c. Roma Constantinopolitana in quibusdam Codd. Prisciani post lib. 8. & 9. & apud Senat. de Ortogr. c. 12. Εῴα Ῥώμη, Themistio Orat. 15.

Roma Vetus l. 5. C. de Oper. publ. l. 6. C. de Sacros.

Eccl.&c. Antiqua, Corippo l.1. Παλαιὰ καὶ τριπέμπτηλος Ρώμη. Const. Manass.

rum legum honor curæ est, * huc adeste, & caliginosa deposita tristitia, niueis pallis lætabundi membra induite: detersis vero quinque annorum ab oculis lachrymis, ore bene auspicato præstantes Hymnos concinamus.

Cælestium portarum claustra reserauit in terra * Romanorum Imperator: totis festis ampla gaudia indixit, omnes mentis ægritudines leniit. Ex quo enim cum fragore corruit eximium Imperatorum opus, immensus passim per Vrbem planctus exortus est. Da veniam audaci orationi, da veniam, Potentissime terrarum Princeps, * verba audi æquo animo, si tantisper aures tuas pulso. Nam superueniens ingentium operum gratia Lethæis fluminibus mœroris stimulos omnes demersit. Suauius est iter agentibus post hybernam noctem Solis lumen, & iucunda serenitas * in mari errantibus post tempestates animum exhilarat. Da veniam, Fortissime Princeps, da veniam audaci orationi.

Iam conciderat admirabilis ille fornix hæmisphærij, fundamentis nixus firmissimis, Ædisque Patriarchalis solum omne concusserat: * subsiliebant Vrbe tota, ima fundamentorum, & ad tempus terra ingemiscebat: obscuris mixtus nubibus caliginosus puluis, meridianum cælestis lucis splendorem occuluerat. At tu, bone Christe, manum tuam super Templum extendens, * terram tibi consecratam humana cæde a sceleratis ac maleficis pollui non es passus. Quippe non potes oculis tuis immaculatis intueri in Templis fusum sanguinem, in quibus incruentum Sacrificium peragitur. At neque tota * Ædis inclytæ amplitudo a fundamentis procubuit, artis egregiæ vinculis constricta: sed vnius arcus vertex Orientalis corruit, parsque vna Sphæræ pulueribus est commixta. Erat porro pars altera solo iacens, altera ad hanc vsque diem (quod visu erat admirabile) minime sustentata, & quasi pendula, adhuc in aëre morabatur; * omnes mœrore perculsi gemebant. Verum nemo Musæ nostræ verbis mordacibus succenseat, quod in obliuione deletas sese effundat calamitates. Gratior est post lachrymas risus, postque morbum sanitas. Non sic ab aëre demissum fulgur perculit * homines, cum immensos arescentium torrentium cursus repressit: vel siquando cælum ardens in frugiferam terram late dehiscens, largos & nocuos imbres effudit, & siccos agros marinis immiscuit fluctibus.

* At meus Imperator, comperta tam acerba calamitate, non diu præterea occuluit mentis aciem, neque adduci po-

A Δεῦρό μοι ἀχλυόεσσαν ἀπορρίψαντες ἀνίην,
Χιονέοις ἕσσασθε γεγηθότες ἅψεσι πέπλοις.
Δάκρυ δὲ πενταέτηρον ἀποψήσαντες ὀπωπῆς,
Μέλψομεν εὐφήμοις ὑπὸ χείλεσιν εὔποδας ὕμνους.
Οὐρανίων ὤϊξεν ἐπὶ χθονὶ κλῆθρα πυλάων
Αὐσονίων σκηπτοῦχος, ὅλαις δ' ἐπέτασσεν ἑορταῖς
Εὐφροσύνην εὔρειαν, ὅλας ἤμβλυνε μερίμνας.
Εξότε γὰρ δούπησεν ἐρισθενὲς ἔργον Ανάκτων,
Κῆδος ἔην ἀλίαστον ἀνὰ πτόλιν· Ιλαθι μύθῳ,
Ιλαθι τολμήεντι, Μεγασθενὲς ἥρανε γαίης,
Ιλήκοις ἐπέεσσι καὶ εἰ τεὸν οὖας ὀρίνω
Βαιὸν ὅσον· μεγάλων γὰρ ἐπερχομένη χάρις ἔργων
B Ληθαίοις ἐκάλυψε κατηφέα κέντρα ῥεέθροις·
Καὶ φάος ἠελίοιο φαάντερόν ἐστιν ὁδίτῃ
Χειμερίην μετὰ νύκτα, καὶ ἱμερόεσσα γαλήνη
Ανδράσ' ἀλιπλάγκτοις μετὰ κύματα θυμὸν ἰαίνει.
Ιλαθι τολμήεντι, Μεγασθενές, ἵλαθι μύθῳ·
Ηδη μὲν σθεναροῖσιν ἐπεμβεβαυῖα θεμείλοις
Σφαίρης ἡμιτόμοιο κατήριπε θέσκελος ἄντυξ·
Μυστιπόλου δ' ἐτίναξεν ἐδέθλια πάντα μελάθρου·
Πάντα δ' ὑπεσκίρτησεν ἐν ἄστεϊ βάθρα θεμείλων·
Γαῖα δ' ἐπεστενάχιζεν ἐπὶ χρόνον· ἠερίαις δὲ
Μισγομένην νεφέλῃσιν ὁμιχλήεσσα κονίη,
Οὐρανίης ἀμάρυγμα μεσημβρινὸν ἔσκεπεν αἴθρης·
Χριστὲ μάκαρ, σὺ δὲ σεῖο κατ' ἔνδικα χεῖρα τανύσσας,
Αἵμασιν οὐ μεθέηκας ὑπ' ἀνδροφόνοισι μιῆναι
C Σὴν χθόνα τελχῖνας κακοεργέας· οὐδὲ γὰρ ἔτλης
Ομματος ἀχράντοιο βολῇ πανδερκέι λεύσσειν
Αἷμα χυθὲν τεμένεσσιν ἀναιμάκτοιο θυηλῆς.
Οὐδὲ μὲν εὐρύστερνος ὑπώκλασε μέχρι θεμείλων
Νηός, ἀριστώδινος ἐελμένος ἅμμασι τέχνης·
Αλλὰ μιῆς ἁψῖδος ἀπωλίσθησε κεραίη
Αντολικὴ, σφαίρης τε λάχος κονίῃσιν ἐμίχθη.
Ην δὲ τὸ μὲν δαπέδοισι, τὸ δ' εἰσέτι θάμβος ἰδέσθαι,
Οἷά περ ἀστήρικτον ὁμίλεεν ἐκκρεμὲς αὔραις·
Πᾶς δὲ κατηφείῃ βεβολημένος ἔστενεν ἀνήρ.
Μή τις ἐμὴν σειρῆνα βάλοι νεμεσήμονι μύθῳ
Ατραπὸν ἀμνήστοιο διαστείχουσαν ἀνίης·
Ηδύτερος μετὰ δάκρυ γέλως, μετὰ νοῦσον ὑγείη.
Οὐχ οὕτως ἀκάχησεν ἀπ' αἰθέρος ἐκχυμένη φλὸξ
Ανέρας, ὁππότε νῶτα κατέφλεγεν ἄχλοα γαίης,
D Μυρία καρφομένων ὅτε χεύματα σίξεν ἀναύρων,
Οὐδ' ὅτε καρποτόκοιο κατὰ χθονὸς οὐρανὸς αἴθων
Εὐρὺ χανὼν ὤϊξε πύλας δηλήμονος ὄμβρου,
Καὶ τραφερὴν ξυνῶσε πέδον ῥοθίοισι θαλάσσης.
Αὐτὰρ ἐμὸς σκηπτοῦχος ἀπότροπον ἄλγος ἀκούσας,
Οὐκ ἔτι δὴν ἐκάλυψε νόου σέλας, οὐδὲ κατηφὴς
Ηρεμέειν τέτληκεν ἀεργέος ἅμμασιν ὄκνου·

Ἀλλὰ μινυνθαδίης ἀπεσείσατο κέντρον ἀνίης,
Πρὸς δὲ πόνους ἤιξε παλινδωμήτορας οἴκου.
Τῷ δὲ παρεστηκυῖα σακέσπαλος ἔννεπε Ῥώμη·
» Παγκρατές, Ὀλβιόμοιρε, Δίκης ἕδος, Ἕρμα πολήων,
» Ἥρπασε βασκανίη με, χάρις δέ τις ἐστὶ μεγαίρειν,
» Ὅττι σέθεν ζώοντος * ἐγγύθεν ἐστὶν ἀρωγή, [a]
» [Ὅττι σέθεν ζώοντος ἐπέχραε κάλλεϊ Ῥώμης,]
» Στήθεσιν ἡμετέροισι περιρραγὲς ἕλκος ἀνίσχει.
» Ἀλλά, Μάκαρ, δύνασαι γὰρ ἐφ᾽ ἕλκεϊ φάρμακα πάσσειν,
» Χεῖρα τεὴν προτίταινε, ῥυηφενέος τροφὸν ὄλβου.
» Πάντα κυβερνητῆρι τεῷ διέπουσα χαλινῷ,
» Ὑμετέροις ὑπέθηκα τροπαιοφόροισι θριάμβοις. B
» Ἠρεμέει καὶ Μῆδος ἄναξ, καὶ Κελτὶς ὁμοκλή,
» Καὶ ξίφος ὑμετέροις φιλοτήσιον ὤπασε θώκοις
» Ἰνδὸς ἀνήρ, ἐλέφαντας ἄγων, καὶ μάργαρα πόντου.
» Καρχηδὼν γόνυ δοῦλον ἐμοῖς ἔκλινε τροπαίοις.
» Εἰς ἐμὲ φορτὶς ἅπασα φερέσβιον ἐλπίδα τείνει,
» Κύκλιον εἰσορόωσα δρόμον διδυμάονος ἄρκτου,
» Ὡς κεν ἐμοῖς τεκέεσσιν ἐπίρρυτον ὄλβον ὀρέξω.
» Ἐμπορίην δ᾽ ἀνάγοντες ἐπιπνείουσιν ἀῆται.
» Ταῦτα τεοῖς καμάτοισιν ἐφέσπεται· ἀλλ᾽ ἐπὶ πάσης
» Ἀγλαΐης θημῶνι, πεσεῖν ὑπὸ χεύματα λήθης
» Μήποτέ μοι, Σκηπτοῦχε, τὸ θέσκελον ἔργον ἐάσῃς.
» Οὐ γάρ, Ἄναξ, εἰ καί σε καταπτήσσουσι κλιθέντα
» Αὐσονίοις θεσμοῖσιν ἀπείρονος ἔθνεα γαίης,
» Εἰ καὶ πᾶσαν ἔδειμας ἐμοὶ πόλιν· οὔποτε δήεις C
» Σύμβολον ὑμετέροιο φαάντερον ἄλλο θοώκου.
Ὣς φαμένη, γλυκόεντα λιλαίετο χείλεα πῆξαι
Ποσσὶν ἀνακτορέοισιν. ὁ δ᾽ ἵλαον ἠθάδι Ῥώμῃ
Δεξιτερὴν ὤρεξεν, ὑποκλάζουσαν ἐγείρων.
Ἦκα δὲ μειδήσας, ἵνα μυρίον ἄλγος ἐλάσσῃ,
Εὐφροσύνης πλήθοντας ἀκηδέος ἔκφατο μύθους.
» Ῥίψον ἄχος, Βασίλεια πόλις, μὴ θυμὸν ὀρίνῃς·
» Ὡς βέλος οὐ νίκησε τεὸν σάκος, οὐδέ τις ἄλλη
» Ἄκλονον ἐστυφέλιξε τεὴν φρένα βαρβάρος αἰχμή·
» Μηδὲ βαρυτλήτοισιν ὑποκλάζοιο μερίμναις.
» Τέτλαθι, Παμβασίλεια πόλις, μὴ θυμὸν ἀμύξῃς·
» Καὶ γὰρ ἐμοῖς καμάτοισιν ἀοιδοτέρην σε τελέσσω,
» Αὖτις ἀναστήσας κορυφὴν ἐπάντυγα νηοῦ.
Ὣς φάμενος τεμένεσσιν ἐπείγετο, καὶ τάχα μύθου D
Γείτονος ἔργον ἔην ταχινώτερον· ὀρνύμενος γάρ,
Ὡς θέμις, οὐκ ἀνέμιμνε συνέμπορον ἀσπιδιώτην,
Χρύσεον ἀγνάμπτοιο κατ᾽ αὐχένος ὅρμον ἑλόντα,
Οὐ χρυσέων τινὰ ῥάβδον ἀεὶ προκέλευθον Ἀνάκτων,
Οὐ στρατὸν ἠνορέῃσι κεκασμένον εὔποδος ἥβης,
Σύνδρομον εὐόπλοιο μελαγκρήπιδα κελεύθου·
Ἐξαπίνης δ᾽ ἑκάτερθε συνέρρεον ἄλλοθεν ἄλλοι
Προφθαμένου Βασιλῆος. ἐπεκτύπεον δὲ βοεῖαι

[a] …ὅτ᾽ ἐγ.

Pro his, … margine legitur versus inclusus.

A tuit, vt quantumuis mœstitia oppressus, inertis ignauiæ vinculis detineretur, ac quiesceret: sed breuissimi doloris stimulum excussit, & ad reædificandæ Ædis labores sese accinxit. * Astans vero bellicosa Roma, eum sic est allocuta: Potentissime, Fortunate, Iustitiæ sedes, Vrbium columen, nescio quæ me subit indignatio, (& suam habet quamdam indignatio voluptatem) quod viuente te, dum præsens adest auxilium, Roma pulchritudinem amiserit, * & pectoribus nostris vndique disruptum vlcus exoritur. Sed tu, o Fortunate, (potes enim vlceri medicamentum adhibere) manum tuam porrige affluentis beatitatis nutricem. Omnia tuis gubernans auspiciis, tuis inclytis B triumphis subieci. * Quiescit Medorum Rex, & Gallorum vociferatio. Ipse Indus cum suis Elephantis ad tuum solium gladium & margaritas maris vltro attulit. Meis trophæis seruilia flexit genua Carthago. Naues omnes onerariæ * geminæ Vrsæ cursum respicientes, ad me tendunt, tanquam ad spei suæ metam, spei quæ affert commoda, sic vt affluentem opum copiam liberis meis impertiam: ipsique aduehendis mercibus aspirant venti. Hæc tuos comitantur labores. Verum cum omni pulchritudinis thesauro * ne Lethæis fluminibus, o Imperator, tam diuinum opus obrui patiaris. Licet enim, o Princeps, reuereantur te immensi orbis C gentes, quæ Romanis legibus colla submittunt, etiamsi totam vrbem mihi struxeris, nunquam reperies illustrius Throni tui monumentum.

* Hæc locuta, pedibus Imperatoris grata oscula figere annixa est. At ille fauentem porrexit familiari Romæ dexteram, & procumbentē erexit. Suauiter vero subridens, vt infinitum dolorem pelleret, hæc verba sinceræ lætitiæ plena effatus est: * Depone dolorem, vrbs Regia, nec vexes animum: vt nullum iaculum clypeum tuum læsit, nec quæuis alia Barbarorū vis immotam mentem tuam hactenus concussit: ita ne succumbas acerbis licet calamitatibus. * Perfer, vrbium Princeps, nec animum vellices: * etenim laboribus meis longe te efficiam celebriorem, rursum eri- D gens Templi verticem præclaris fornicibus adornatum. Hæc fatus, ad templum progreditur, & dicto citius operi manum admouet. Festinans enim, vti par erat, non expectauit clypeatos custodes, donec * aureum superbæ ceruici torquem aptassent, non aureas illas secures, quæ Imperatores semper præcedunt, non exercitum illum ex strenua & alacri iuuentute conflatū, nigris insignem caligis, qui Principem per vias comitari solet armatus. Derepente vndique confluxere alij aliunde, *

Rhomphæas, de quibus dixi ad Alexiadis pag. 13.

præeunte Imperatore. Fragorem edidere confertorum virorum clypei, confusum sonum Echo reddebat. At cum templum subiit, & ima Ædis firma agnouit, omnem curam conuertit ad rotundum fastigium. Laudauit vero * artem, & prudenti instructam consilio mentem Anthemij. Vir ille primum iecerat templi fundamenta, laboriosorum Imperatorum obsecutus mandatis: vir admodum industrius in eligendo centro, & in formis ædificiorum delineandis: qui muris tantum tribuit firmitatis, quantum satis erat, vt cum contrarij & obnitentis dæmonis intolerando impetu contendere possent.* Neque enim procubuerunt, excelso vertice auulso: sed concussam imam partem firmissimo fundamento sustentauit magni Romanorum Imperij Rector, * & super muris prioribus rursum præstantissimi verticis decorem extruxit.

Dæmon Contrarius dicitur in Epist. S. Barnabæ, & aliquot Glossariis.

Sed quis enarret, vt ambitioso ornatu Templum instaurauerit? Quis par est exprimendæ verbis magnorum operum effectrici potentissimi Principis prudentiæ? Sed his, o Princeps, quæ arte architectonica accurata sunt, relictis, * ad laboriosorum operum tuorum terminum veniam, confectum nuper miraculum intuens, super quo diuinus amor oculorum omnium radios exterruit. Quisquis in Cælum splendens oculos sustulit, non iam potest * rotundum choreæ astris distinctæ pratum inflexa ceruice intueri: sed & in virentem collem oculos statim deflectit, & floridi torrentis cupit videre latices, atque pubescentem spicam, & consitæ arboribus siluæ opacum: pecora etiam saltitantia, & circumuolubilem oliuam, * vitem viridibus innixam ramis, cæruleamque in mari tranquillitatem nautæ remis humidis percussam. Si quis vero in diuinum hoc Templum pedem inferat, ex eo recedere amplius renuit: * sed huc & illuc, oculis oblectatis, caput attollit & circumfert. Omnis extra Ædem egregie fastigiatam pellitur satietas. Sic nempe, opitulante Dei immortalis consilio, illustre Templum excitat Imperator.

Tuis quippe, o Princeps, laboribus adscribendum, quod in omnibus propitius sit * gloriosus Christus. Neque enim Olympi verticibus excelsam Ossam, aut Ossæ cacuminibus Pelion imponere aggressus es, aërem humanis pedibus scansilē efficiens. Sed confecto sacris laboribus tuis opere, quod spem omnē de ipso conceptam * superat: iam montibus non eges, quibus tanquam gradibus cælum conscendas, sed pietatis alis recta tendentibus in diuinum illud domicilium inueheris.

Sed cur moramur lætum festi diem

A Ἀνδρῶν στεινομένων· κανάχιζε δὲ σύμμιγες ἠχώ.
Ἀλλ' ὅτε δὴ κατὰ νηὸν ἐδύσατο, καὶ βάσιν ἔγνω
Δώματος ἀστυφέλικτον, ὅλην ἔτρεψε μενοινὴν
Ἐς κορυφὴν περίμετρον. ἐπεφήμησε δὲ τέχνην
Καὶ νόον Ἀνθεμίοιο, κεκασμένον ἔμφρονι βουλῇ.
Κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα θεμείλια πήξατο νηοῦ,
Εὐκαμάτων βουλῇσιν ὑποδρήσσων Βασιλήων·
Δεινὸς ἀνὴρ καὶ κέντρον ἑλεῖν, καὶ σχῆμα χαράξαι,
Ὃς τοίχοις ἀνέηκε τόσον σθένος, ὅσσον ἐρίζειν
Δαίμονος ἀντιβίοιο βαρυτλήτοισιν ἐρωαῖς.
Οὐ γὰρ ἀπολμηλύτος ἐεικνήμοιο καρήνου,
B Ὤκλασεν· ἀλλὰ δονητὸν ἐϋκρήπιδι θεμείλῳ
Ἴχνος ἐπεστήριξεν· ἐπὶ προτέροισι δὲ τοίχοις
Ἰθυντὴρ μεγάλοιο παρ' Αὐσονίοισι θοώκου,
Αὖθις ἀμωμήτοιο χάριν δωμήσατο κόρσης.
Ἀλλὰ τίς ἂν μέλψειεν, ὅπως ὑψαύχενι κόσμῳ
Νηὸν ἀνεζώγρησε; τίς ἄξιός ἐστι χαράξαι
Μῆτιν ἀριστώδινα πολυσκήπτρου Βασιλῆος;
Κεῖνα μέν, ὦ Σκηπτοῦχε, μεμηλότα τέκτονι τέχνῃ
Λείψομεν, εὐκαμάτων δὲ τεῶν ἐπὶ τέρματα μόχθων
Ἵξομαι, ἀρτιτέλεστον ἰδὼν σέβας, ᾧ ἔπι πάσης
Θεῖος ἔρως ἀκτῖνας ἀνεκπλοίησεν ὀπωπῆς. [σας,
Πᾶς βροτὸς ἀγλαόμορφον ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσ-
Οὐκ ἔτι δηρὸν τέτληκεν ἀναγναμφθέντι τραχήλῳ
C Κύκλιον ἀστροχίτωνος ἰδεῖν λειμῶνα χορείης.
Ἀλλὰ καὶ ἐς χλοάουσαν ἀπήγαγεν ὄμμα κολώνην,
Καὶ ῥόον ἀνθεμόεντος ἰδεῖν ἐπόθησεν ἀναύρου,
Καὶ στάχυν ἡβώοντα, καὶ εὐδένδρου σκέπας ὕλης,
Πώεα δὲ σκαίροντα, καὶ ἀμφιέλικτον ἐλαίην,
Ἄμπελον εὐθαλέεσσιν ἐπικλινθεῖσαν ὀράμνοις,
Καὶ χαροποῦ γλαυκῶπιν ὑπὸ πόντοιο γαλήνην
Ξαινομένην πλωτῆρος ἁλιβρέκτοισιν ἐρετμοῖς.
Εἰ δέ τις ἐν τεμένεσσι θεουδέσιν ἴχνος ἐρείσει,
Οὐκ ἐθέλει παλίνορσον ἄγειν πόδα· θελγομένοις δὲ
Ὄμμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα πολύστροφον αὐχένα πάλλει·
Πᾶς κόρος εὐπήληκος ἐλήλαται ἔκτοθεν οἴκου.
Τοῖος ἀειφρούρητον ἀμεμφέα νηὸν ἐγείρει
D Κοίρανος, ἀθανάτοιο Θεοῦ χραισμήτορι βουλῇ.
Σοῖς γάρ, Ἄναξ, καμάτοισιν ἐφέλκεται, ἵλαον εἶναι
Χριστὸν ὑπερκύδαντα διαμπερές. οὐ γὰρ ἐρεῖσαι
Ὄσσαν ἐεικνήμιδα κατ' Οὐλύμποιο καρήνων
Ἤθελες, οὐκ Ὄσσης ὑπὲρ αὐχένα Πήλιον ἕλκειν,
Ἀμβατὸν ἀνδρομέοισιν ὑπ' ἴχνεσιν αἰθέρα τεύχων.
Ἀλλ' ὁσίοις μόχθοισιν ὑπέρτερον ἐλπίδος ἔργον
Ἐξανύσας, ὀρέων μὲν ἐπεμβάδος οὔτι χατίζεις,
Ὡς κεν ἀναΐξειας ἐς οὐρανόν· εὐσεβίης δὲ
Ἰθυπόροις πτερύγεσσι πρὸς αἰθέρα δῖον ἐλαύνεις.
Ἀλλὰ τί δηθύνω λαθικηδέος ἦμαρ ἑορτῆς

A Ὑμνῆσαι; τί δὲ μῦθον ἐλαύνομεν ἔκτοθι νηοῦ;
Ἴομεν, ἐν τεμένεσσι Θεὸν δ' ὑμνήσατε μύσται,
Ἱκέσιον καλέοντες ἐμῶν χραισμήτορα μύθων.
Ἄρτι μὲν ἀμβλυνθεῖσα γένυν μετὰ βότρυας ἅρπη
Εὐστομίης ἀνέμιμνε θεριζομένης ἔργον ἀμάλλης.
Ἠέλιος δὲ νότοιο παρὰ πτερὸν ἡνία πάλλων,
Αἰγὸς ἐς ἰχθυόεντος ἀθαλπέας ἤλασε μοίρας,
Ἄρτι κατηφήσαντα λιπὼν ἀφέτηρα βελέμνων.
Ἤλυθε δ' Ἠριγένεια σεβάσμιος, οἰγομένη δὲ
Ἄμβροτος ἀρτιδόμοιο πύλη μυκήσατο νηοῦ,
Λαὸν ἔσω καλέουσα, καὶ ἤρανον· εὖτε κελαινὴ
Νὺξ μινύθει, καὶ πᾶσιν ἀέξεται ἡμάτιον φῶς,
Ὡς ἐτεὸν μινύθει, μεγάλου νηοῖο φανέντος,
B Νὺξ ἀχέων, καὶ πάντας ἐπέδραμε χάρματος αἴγλη.
Ἔπρεπέ σοι, σκηπτοῦχε μεγασθενές, ἔπρεπε Ῥώμη,
Ἔπρεπεν ἀμβροσίοιο Θεοῦ προκέλευθον ἑορτῆς
Ὑμετέροις λαοῖσι θύρην νηοῖο πετάσσαι.
Ἔπρεπεν ἐξείης μετὰ θέσκελον ἦμαρ ἐκεῖνο
Ζωοτόκου Χριστοῖο γενέθλιον ἦμαρ ἱκέσθαι.
Καὶ δὴ νὺξ τετέλεστο προηγέτις εὐτόκου ἠοῦς
Εὐφροσύνην καλέουσα, Θεοῦ δ' ὑπεδέξατο κῆρυξ
Ἄμβροτος ἀγρυπνοῖο * λαῶν κελάδημα χορείης
Θεσπεσίοις τεμένεσσι νέοις, ὅθι μυστίδι φωνῇ
Παννυχίοις Χριστοῖο βιαρκέος ἀνέρες ὕμνους
Ἀσπασίως ἐβόησαν ἀσιγήτοισιν ἀοιδαῖς.
Ἀλλ' ὅτε δὴ σκιόεσσαν ἀνασχίζουσα καλύπτρην
C Οὐρανίας ῥοδόπηχυς ὑπέδραμεν ἄντυγας αἴγλη,
Δὴ τότε λαὸς ἅπας συνεγείρετο, πᾶς τε θοώκων
Ἀρχὸς, ὑποδρηστῶν σθεναροῦ Βασιλῆος ἐφετμῆς,
Καὶ Χριστῷ βασιλῆϊ χαρίσια δῶρα κομίζων,
Ἱκεσίοις στομάτεσσι θεουδέας ἤπυεν ὕμνους,
Ἄργυφον εὐκαμάτοις ὑπὸ χείρεσι κηρὸν ἀνάπτων.
Ἕσπετο δ' ἀρητήρ· ἱερῆς δ' ἐξῆρχε χορείης
Ἀρητὴρ πολύυμνος, ὃν ἄξιον εὕρετο νηοῦ
Αὐσονίων σκηπτοῦχος· ὅλης δ' ἐστείνετο Ῥώμης
Ἀτραπὸς εὐρυάγυια· μολὼν δ' ἐπὶ θέσπιδας αὐλὰς
Δῆμος ἅπας ἐβόησε χαρίσιον, οὐρανίας δὲ
Ἀψίδας ἐδόκησεν ἐς ἄντυγας ἴχνια θέσθαι.
Οἴξατέ μοι κληῖδα θεουδέες, οἴξατε μύσται,
D Οἴξατε δ' ἡμετέροισιν ἀνάκτορα θέσκελα μύθοις,
Εὐχωλῇ δ' ἐπέεσσι κομίσσατε· καὶ γὰρ ἀνάγκη
Ἁπτομένοις βαλβῖδος ἐς ὑμέας ὄμμα τανύσσαι.
Τεσσαρὰ μὲν ἀντολίηνδ' ἀναπέπταται ἐνδόθι κύκλων
Ἡμιτόμων· ὑψοῦ δὲ μετ' ὄρθιον αὐχένα τοίχων,
Σφαίρης τετρατόμοιο λάχος τὸ τέταρτον ἀνέρπει,
Οἷον ὑπὲρ τριλόφοιο καρήατος, ὑψόθι νώτων,
Σχῆμα πολυγλήνοισι ταὼς πτερύγεσσιν ἐγείρει.
Κόγχας ταῦτα κάρηνα σοφοὶ τεχνήμονι μύθῳ
Ἀνέρες ηὐδάξαντο· τὸ δ' ἀτρεκὲς, εἴτ' ἀπὸ κόχλου
Εἰναλίου καλέουσι δαήμονες, εἴτ' ἀπὸ τέχνης
Αὐτοί που δεδάασι. Μέσῃ δ' ἐζώσατο θώκους

* πλων, vel πλῶν.

celebrare? Curue orationem a Templo abducimus? * Eamus: Deum in Templo laudate, Sacerdotes, meorum adiutorem carminum suppliciter inuocantes. Nuper falx obtusa acie, post vuam expectabat æstiuum opus futuri manipuli: Sol vero versus Austrum habenas quatiens, * ad frigidas Capri marini plagas properabat, relicto nuper subtristi Sagittario. Venerat autem veneranda aurora, & aperta recens extructi Templi porta immortalis sonitum dederat, populum & Imperatorem inuitans, vt ingrederentur, quando nigra * nox minuitur, & omnibus diei lux augetur. Quam vere, cum magnum apparet Templum, nox dolorum decrescit, & cunctos inuasit lætitiæ lux. Te decebat, Imperator potentissime, & te quoque, Roma, fores immortalis festiuitatis præuias * populis vestris pandere. Decebat post diuinum istum diem deinceps vitæ parentis Christi Natalem aduenire. Et iam exacta erat præuia nox cælestis auroræ lætitiam vocans, & Dei præco * immortalis, vigilantis Chori concentum in magnifica noua Æde exceperat, vbi sacra voce benefici Christi laudes tota nocte homines perpetuis carminibus læti decantauerant. At vbi velo reducto cælestes fornices * subiit rosea lux, tum populus omnis coiit, omnesque Palatij Proceres, fortissimi Imperatoris præcepto, & Christo Regi gratulatoria ferentes munera, ore supplici diuinos Hymnos cecinere, candidum cereum præ manibus ferentes. * Sequebatur Sacerdos, & sacro Choro præerat laudandus Pontifex, quem Romano Templo dignum censuit Imperator. Totius porro Romæ via quamlibet lata, angusta erat. * Pergens vero populus ad diuinas Ædes, gratulationem publicam celebrauit, sibique visus est in cælestes illos fornices pedem figere. Pandite mihi, Diuini Sacerdotes, pandite fores, aperite meis sermonibus diuina penetralia: Carminibus decus afferte: necesse quippe est, vt qui * valuas tangunt, ad vos oculos attollant.

CONCHA ÆDIS SOPHIANÆ.

Triplex ad Orientem in semicirculi speciem compositum patet domicilium: superne autem in superiori murorum crepidine Sphæræ quarta pars assurgit, eam referens * figuram, quam supra caput tribus Cristis insigne, in expanso tergo pennis oculatis excitat Pauo. Conchas hos vertices, artis Architectonicæ vocabulo, vocant viri intelligentes: quod autem certum est, nomen illud siue a conchæ marinæ figura indidere periti, siue ab arte

vtcumque didicere. Media concha sedes* Sacerdotales complectitur, & subsellia in orbem circumducta; & quidem aliqua ex ipsis sub extremum marginem colligens, ea humi proxime circa centrum contrahit. Quæcumque autem superne assurgunt, spatium suum vsque ad Sedes argenteas sensim extendunt, & excrescentibus circulis semper impositum apicem circumuoluunt. * Hanc excipit concameratio validis incumbens fundamentis, in ima quidem parte in rectas ducta lineas, superne vero in orbem composita: neque tamen circuli omnino, sed Cylindri bifariam diuisi figuræ similis. Duas vero* Conchas alias, versus columnas vtrinque protendit ad Occidentem progredientes, veluti vlnas suas extendens, vt populum canentem in suis Ædibus complectatur. Et has quidem sustentant aureis capitellis, variegatæ & purpureis splendentes floribus* columnæ, circumstantes dimidiam testudinem, arcus immensum pondus sustinentes, quas Niliacarum quondam Thebarum montes excelsi peperere. Vtrimque igitur ima vtriusque fornicis binis columnis attolluntur. * Dimidiatos vero arcus duos minores sub Conchæ vestigiis, & parte infima, sinuarunt periti artifices: quorum sub imam crepidinem tollunt columnæ fastigia ære reuincta ac aurata, tanta cum elegantia, vt eorum aspectu curæ omnes depellantur. Porphyreticis hisce columnis incumbunt aliæ* viridis Thessalici lapidis flores splendidi. Hic vero præclaras fœminarum superiores porticus licet intueri, quæ tholi formam præferunt, quod quidem ab imo intueri licet. Eæ sub sex Thessalicis columnis, non vero sub duabus fulgent. Hic autem artificis ingenium licet demirari, qui duabus columnis* duas alias imposuit, neque earum basim vacuo in aëre defigere perhorruit. At quidquid inter Thessalicas columnas interiacet, lapideis pluteis communiit artifex, quibus innixæ mulieres laboriosos cubitos subfulciunt. * Sic dum versus Orientales fornices oculos attollis, perpetuum intueris miraculum. Sed & præter hos omnes emergit super multis constantem arcubus testudinem veluti quidam alius fornix excelsior, qui verticem aërium explicat & dilatat. Assurgit autem vsque ad caput* immensi istius fornicis, cuius in tergo fundamenta fixit mediæ Ædis vertex. Igitur Concha in aërem ampla attollitur, superne quidem vna exoriens, trinis vero recessibus inferne innixa, dorsis autem dispertita, * quinquefariam separata ac diuisa lucis receptacula aperit, leuioribus vitris operta, per quorũ mediũ belle coruscans ingreditur aurora.

QVATVOR CONCHAE.

A Μυστιπόλοις, καὶ βάθρα περίδρομα· καὶ τὰ μὲν αὐτῶν
Ὑστατίην ὑπὸ πέζαν ἀολλίζουσα συνέλκει
Ἐγγύτερον περὶ κέντρον ἐπὶ χθονός· ὅσσα δ' ἀνίσχει
Ὑψόθεν, εὐρύνουσι διάστασιν ἄχρι θοώκων
Ἀργυρέων κατὰ βαιόν· ἀεξομένοισι δὲ κύκλοις,
Αἰὲν ἐπεμβαίνουσαν ἐπειλίσσουσι κεραίην·
Τὴν δὲ μετ' ἐκδέχεται κρατεροῖς ἀραρυῖα θεμείλοις
Ἐς βάσιν εὐθύγραμμος, ὕπερθε δὲ κύκλιος ἄντυξ,
Σχήμασιν οὐ σφαίρης ἐναλίγκιος, ἀλλὰ κυλίνδρου
Ἄνδιχα τεμνομένοιο. δύω δ' ἐς κίονας ἄλλας
Κόγχας ἀμφοτέρωθι περιβάλλεται ἐς δύσιν ἕρπειν,
B Οἷά περ ἐκτανύουσα περιγναμφθέντας ἀγοστούς,
Λαὸν ὅπως πολύυμνον ἑοῖς ἀγκάσσεται οἴκοις.
Καὶ τὰς μὲν χρυσέοισιν ἐλαφρίζουσι καρήνοις
Στικτοὶ πορφυρέοισιν ἀποστίλβοντες ἀώτοις
Κίονες, ἡμιτμῆγι περισταδὸν ἄντυγι, κύκλου
Ἄχθος ἀερτάζοντες ὑπέρβιον, οὓς ποτε Θήβης
Νειλαίης ἐλόχευσαν ἐϋκνήμιδες ἐρίπναι.
Κίοσι μὲν δοιοῖσιν ἀείρεται ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἀμφοτέρης ἀψῖδος ἐδέθλια· διχθαδίας δὲ
Ἡμιτελεῖς ἀψῖδας ὀλίζονας ἴχνεσι κόγχης
Ἄνδρες ὑπεκλείξαντο δαήμονες, ὧν ὑπὸ πέζαν
Κίονες ἱδρύσαντο καρήατα δέσμια χαλκῷ,
C Γλαύκια, χρυσεόδυκτα, παραπλάζοντα μερίμνας.
Εἰσὶ δὲ πορφυρέαις ἐπὶ κίοσι κίονες ἄλλαι,
Ἀγλαὰ Θεσσαλικῆς χλοερώπιδος ἄνθεα πέτρης.
Ἔνθα τε θηλυτέρων ὑπερώϊα καλὰ νοήσεις·
*Σχη... ολον φορέουσιν, ὃ νέρθεν ἐστὶν ἰδέσθαι· * f. σχῆμα θόλου.
Ἓξ δ' ὑπὸ Θεσσαλικῇσι καὶ οὐ δυσὶ κίοσι λάμπει.
Ἔστι δὲ θαμβῆσαι νόον ἀνέρος, ὃς ποτε δοιαῖς
Πῆξεν θαρσαλέως ἐπὶ κίοσι τετράκι δοιάς,
Οὐδὲ βάσιν κενεοῖο κατ' ἠέρος ἔτρεσε πῆξαι.
Πάντα δὲ Θεσσαλικοῖο μεταίχμια κίονος ἀνὴρ
Λαϊνέοις ἔφραξεν ἐρείσμασιν, ἔνθα κλιθεῖσαι
Ἐργοπόνους ἀγκῶνας ἐπηρείσαντο γυναῖκες.
Οὕτως ἀντολικὰς μὲν ἐπ' ἄντυγας ὄμμα τανύσσας,
D Θάμβος ἀλδίνητον ἐσόψεαι. ἀλλ' ἐπὶ πάσαις
Ἐκφύεται πολύκυκλον ὑπὲρ σκέπας οἷά τις ἄλλη
Ἀψὶς ἠερόφοιτος ἀναρρώουσα κεραίην
Ἠερίην θεῖσαν .....σει δ' ἄχρι καρήνου
Ἄχρι βαθυκνήμοιο καὶ *ο γόος, ἧς κατὰ νώτων * f. ἄντυγος.
Πυθμένας ἐρρίζωσε μέσου κόρυς.. *α..ερος οἴκου. * f. ἄμβροτος, vel ἄβροχος.
Ὡς ἡ μὲν βαθύκολπος ἀνέσσυται ἠέρι κόγχη,
Ὑψόθεν ἀντέλλουσα μία, τετρασσοῖσι δὲ κόλποις
Νέρθεν ἐπεμβεβαυῖα, διατμηγεῖσα δὲ νώτοις,
Πένταχα μοιρηθέντα δοχήϊα φωτὸς ἀνοίγει,
Λεπταλέαις ὑάλοις κεκαλυμμένα, τῶν διὰ μέσσης
Φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα .....ος ἔρχεται ἠώς. * f. ῥοδόσφυρος, vel φαεσφόρος.

PAVLI SILENTIARII
DESCRIPTIONIS SANCTÆ SOPHIÆ
PARS ALTERA.

ΔΙΑΙΡΕΘΕΙΣΗΣ ΠΑ* ....

περιελέχθησαν οἱ ὑποκείμενοι *.

* f. πάλιν τῆς ἀκροάσεως.
* ſupple ἴαμβοι.

DIVVLSO RVRSVM AVDITORVM CONSESSV in modum Præfationis recitati ſunt ſubiecti Iambi.

Εἰ μὲν πρὸς ἄλλο θέατρον ὑμᾶς συγκαλεῖν A
Συχνῶς ἐπεχείρουν, ... ον ἄν τις εἰκότως
Ἡγήσατο τοῦτο· νῦν γε μὴν εὖ οἶδ' ὅτι
Πρὸς τὸν νεὼν δραμόντες αὖθις τὸν μέγαν,
Ἐρᾶτε πάντες τ ...... σ ὡς τῆς θέας·
Οὐκοῦν τὸ λοιπὸν .... τίσω τοῦ ... εοις

SI ad aliud Theatrum ſæpe vos conuocare aggrederer, illud fortaſſis quiſpiam nugas merito exiſtimaret. Nunc autem ad Magnum Templum rurſum concurrentibus vobis, non dubito quin gratum ſit optatumq; ſpectaculum. Quod igitur reliquum eſt debiti, pergam exoluere.

ΠΑΝΤΑ καὶ δύεει.. ου.. ἐπὶ κλίσιν ες ... νηὸς
Σχήμασιν ἠώοις, ὀλίγων ἄτερ. οὐ γὰρ ε... η
Μεσσάτιον κατὰ χῶρον ἕλιξ περὶ ..... ἄντυξ
Οἷά περ ἀντολικοῖς ἐπὶ τέρμασιν ....
Ἴδμονες ἀρητῆρες ἐνίδρυσαν ....
Ἀργυρέοις σίλβοντας ἀπείρες .... ις
Ἀλλὰ δύσις πυλεῶνα μέγαν πολ....... χει, B
Οὐχ ἕνα, τετραδίοις γὰρ ἔχει κατὰ ... ἀνθέων·
Μηκεδανὸς δ' ἐπὶ τοῖσι πύλας .. περ . ρ ... αὐλὸς
Δεχνύμενος προσιόντας ὑπ' εὖρ ... σι θυρέτροις·
Μῆκος ἔχων, ὅσον εὖρος ἀνάκτορα θέσκελα νηοῦ.
Χῶρος ὅδε Γραικοῖσι φατίζεται ἀνδράσι Νάρθηξ.
Ἐνθάδε τις κατὰ νύκτα διαμπερὲς ἦχος ἀνέρπων
Εὐκέλαδος, Χριστοῖο βιαρκέος οὔατα θέλγει,
Ὁππόθι τιμήεντα θεουδέος ὄργια Δαυὶδ
Ἀντιπόροις ἰαχῇσιν ἀείδεται ἀνδράσι μύστης,
Δαυὶδ πρηυνόοιο, τὸν ἤνεσε θέσκελος ὀμφή,
Φωτὸς ἀγακλήεντος, ὅθεν πολύυμνος ἀπορρὼξ
Γαστέρι δεξαμένη τὸν ἀμήτορα παῖδα θεοῖο,
Χριστὸν ἀνεβλάστησεν ἀπειρογάμοισι λοχείαις,
Μητρῴοις δ' ὑπέθηκε τὸν ἄσπορον υἱέα θεσμοῖς·
Ἑπτὰ δ' ἀνθυρωὰς ἱεροὺς πυλεῶνας ἀνοίγει, C
Λαὸν ἔσω καλέοντας ὁμιλαδόν· ἀλλ' ὁ μὲν αὐτῶν
* Ἐντρέφεται νάρθηκος ἐπὶ στεινοῖο μετώπων
Ἐς νότον, ὃς δὲ βορῆος ἐπὶ πτερά· τῶν γε μὲν ἄλλων
Νηοκόρος παλάμῃσι μεμυκότα θαιρὸν ἀνοίγει
Ἑσπέριον περὶ τοῖχον, ὃς ὕστατος ἐστὶ μελάθρου.
Πῆ φέρομαι; τίς ὁ μῦθον ἀνήρπασε πλαγκτὸν ἀήτης
Οἷάπερ ἐν πελάγεσσι; μέσον παραδέδρομε νηοῦ
Χῶρον ὑπερκύδαντα· πάλιν νόστησον ἀοιδή,

* ἀνστρέφεται.

QVIDQVID ſacrati Templi ad Occidentem patet, eadem qua pars Orientalis forma eſt, ſi pauca excipias. Neque enim in Occidentali, medium obtinet inflexus fornix, vt in Orientalibus ſpatiis, vbi * argento ſplendentes ſedes ſuas docti Sacerdotes poſuerunt. Sed Occidens ingens aperit veſtibulum multorum hominum capax, non ſingulare ac vnicum; triplex enim eſt ſub Ædis extrema. Præter hæc veſtibula, longum eſt rectumque ſpatium, * accedentes excipiens ſub amplis foribus, tantumque habens longitudinis, quantum ſacrum Templum latum eſt. Locus hic a Græcis hominibus Narthex appellatur. Hic ſuauis per noctem concentus perpetuo exurgens, benefici Chriſti aures demulcet, * vbi ſacri Prophetæ Dauidis Hymni alternis cantibus a Sacerdotibus concinuntur: Dauidis, inquam, manſueti, quem diuina vox laudauit: viri inclyti, cuius celeberrima propago * Chriſtum Dei abſque matre Filium aluo excipiens, partu nuptiarum experti genuit, materniſque legibus Filium ſine ſemine natum ſubiecit. Qui locus pandit & aperit ſeptem ſacras Portas, populum intus inuitantes cateruatim. Quarum vna ad anguſti Narthecis frontem * verſus Auſtrum conuertitur: alia verſus Septentrionalem alam: cæterarum autem quæ ad murum Occidentalem, qui Templi poſtremus eſt, proſtant, reſonantem cardinem manu aperit Ædituus.

Sed quo feror? quæue * medio veluti in pelago vagantem & errabundam orationem abduxit procella? Præclaram

VESTIBVLVM.

NARTHEX.

Quo pacto Deipara dicatur innupta, *vide S. Auguſt. Serm.* 18. *de Sanct. & Ep.* 3. *ad Diac.*

PORTÆ VESTIBVLI.

Templi partem mediam præteriit. Eo igitur rursum musa regredere, vbi miraculum est, & incredibile visu, & auditu incredibile.

PILÆ.

Extant enim post Orientales & Occidentales arcus, arcus dimidios, post duas Thebanas columnas, * bene compacti muri quatuor, qui anteriori parte carent ornatu, sed ad latera & versus infracta terga fulcimentis constricti, validis cæteroquin fundamentis quadrifariam diuisi insistunt, duris lapidibus aptati; quarum per medium artifex * pulverem lapidis igne cocti, aqua temperatum immittens, earum iuncturam arte Architectonica commisit. Super muros istos immensus orbis inflexus, veluti multicolor rotundæ Iridis arcus, alius quidem ad occasum patet, alius ad Aquilonem, * alius ad Austrum vergit: alius vero rectus stat ad Eurum vrentem. Immotam porro basim quilibet vicinis arcubus vtrinque simul commiscet communi in termino compactam. Sensim vero in aërem exurgens, * ab eo cui antea cohærebat, seiungitur. Sed quod inter ipses arcus interiacet, eximiis adornatum est operibus. Vbi enim a se inuicem artis industria deflexi, nudum aërem ostenderent, illic murus assurgit in trianguli formam inclinatus, donec curuaturas inter se connectat * altera quadruplicis circuli curuatura. Molem vero sustinens vsque attollitur, dum suo flexu rotunda ædificij dorsa circuire cernatur. Media quidem, quæ fornicem teretem conficiunt, coctis lateribus compacta deuinxit ars Architectonica: * summos vero Ædis vertices lapidibus compegit. In ipsas autem iuncturas mollioris plumbi tabulas immisit, ne lapides inuicem connexi, & valida validis ponderibus immissa pondera addentes, terga comminuerent. Infuso vero in medium plumbo * sensim humectata basis lapidem emolliuit.

CORONIS HEMISPHÆRII.

Lapidea vero Coronis, vndique rotunda, dorsum omne ambit, (quo & Hemisphærij basis, & arcuum curuaturæ pertinent) extremi conuersione circuli, quem summis fornicibus artifices circumdederunt. * Sub prominenti autem ornatu, pensiles lapides semitam faciunt angustam ac definitam, vbi is qui defert lumina, intrepidus circumiens, sacras lucernas accendit.

THOLVS.

Excitatus autem desuper in infinitum aërem apex, * vbique quidem in circuli speciem voluitur, & veluti pulchrum cælum, Ædis tectum ambit.

CRVX HEMISPHÆRII.

Supra summum vero verticem, Crucem Vrbis liberatricem ars descripsit. Rem certe videre licet mirandam, vt sensim procedens, inferne latior, superne minus extenditur. * At supra dorsum affabre factum . . . .

A Θάμβος ὅπῃ πολυάπιστον ἰδεῖν, πολυάπιστον ἀκοῦσαι·
Εἰσὶ γὰρ Ἀντολικούς τε, καὶ Ἑσπερίους μετὰ κύκλους,
Κύκλους ἡμιτελεῖς, μετὰ κίονα δίζυγα Θήβης,
Εὐπαγέες τοῖχοι πίσυρες, γυμνοὶ μὲν ὀρθοῦνται
Πρόσθεν, ἐπὶ πλευρὰς δὲ, καὶ ἀρραγέας περὶ νώτους,
Ἀντ... σφιγχθέντες ἐρείσμασιν, εὐκαμάτοις δὲ
Τέτραχι μοιρηθέντες ἐφεδρήσσουσι θεμείλοις,
Πέτραις ἀρραγέεσσιν ἀρηρότες, ὧν, διὰ μέσσου
Ψῆγμα πυριφλέκτοιο λίθου περιχεῦσι κεράσσας,
Ἁρμονίην ξυνώσεν ἀνὴρ δωμήτορι τέχνῃ.
Τοῖς ἔπι μυριομέτρος ἐπιγναμφθεῖσα κεραίη,
Οἷάπερ εὐκύκλοιο πολυχρόος ἴριδος ἄντυξ,
B Ἡ μὲν ἐπὶ ζεφύρου τέτραπται περαιὸν, ἡ δὲ βορῆος
Ἐς κλίσιν, ἡ δὲ νότοιο, καὶ ὄρθιος ἔρχεται ἄλλη
Εὔρου ἐπὶ φλογόεντα· βάσιν δ' ἀτινάκτον ἑκάστη
Γείτοσιν ἀμφοτέρωθεν ὁμοῦ συνέμιξε κεραίαις,
Ξυνοῦ πηγνυμένην ἐπὶ τέρμονος· ὀρνυμένη δὲ
Ἠερίαις κατὰ βαιὸν εὐγναμπτοῖσι κελεύθοις,
Τῆς πρὶν ὁμογνήτοιο δΐσταται. ἀλλὰ καὶ αὐτῶν
Ἀψίδων τὸ μεταξὺ καλοῖς ἀναπίμπλαται ἔργοις.
Ἔνθα γὰρ ἀλλήλων ἀπονοσφιζόμεναι, ἤθεσι τέχνης,
Ἠέρα γυμνὸν ἔδειξαν, ἀνέρχεται ἶσα τριγώνῳ,
Τοῖχος ἐπικλινθεὶς, ὅσον .... ἄχρι συνάψῃ
* Γηλέας .. ἑτέρω .. θε ... ζυγος ἄντυγι κύκλου.
Τετρ .. δ' ἀερτάζων ἀνατείνεται, ὄφρα φανείη
Ἐν στε .... κύκλοιο περίδρομος ὑψόθι νώτου.
C Μέσσα μὲν ατ ... ὅσα κύκλιον ἄντυγα τεύχει,
Ὀπταλέαις πλίνθοισιν ἀρηρότα δήσατο τέχνη,
Ἄκρα δὲ πετραίοισι καρήατα πῆξε δόμοιο·
Ἁρμονίαις δ' ἐνένηκε πλάκας μαλακοῖο μολίβδου.
Ὄφρα κε μὴ λάϊγγες ἐπ' ἀλλήλῃσι δεθεῖσαι,
Καὶ στυφελὰ στυφελοῖσιν ἐπ' ἄχθεσιν ἄχθεα θεῖσαι,
Νῶτα διαθρύψωσι· μεσοδμήτῳ δὲ μολύβδῳ
Ἠρέμα πληθεῖσα βάσις μαλθάσσετο πέτρον.
Λαϊνέη δ' ὅλα νῶτα κατεσφήκωσέ τις ἄντυξ,
Πάντοθεν εὐδίνητος (ὅπῃ καὶ ῥίζα καθέρπει
Σφαίρης ἡμιτόμοιο, καὶ ἄντυγές εἰσιν) ἑλιγμῷ
Τοῦ πυμάτου κύκλοιο, τὸν ἀψίδων κατὰ νῶτα
Ἀνέρες ἐστεφάνωσαν. ὑπὸ προβλῆτι δὲ κόσμῳ
Ἐκκρεμέες λάϊγγες * ἐστερνώσαντο πορείην,
Στεινὴν, τερμιόεσσαν· ὅπῃ καὶ φωσφόρος ἀνὴρ
D Ἄτρομος ἀμφιθέων, ἱερὰς λαμπτῆρας ἀνάπτει.
Ἐγρομένη δ' ἐφύπερθεν ἐς ἄπλετον ἠέρα πήληξ,
Πάντοθι μὲν σφαιρηδὸν ἑλίσσεται, οἷα δὲ φαιδρὸς
Οὐρανὸς ἀμφιβέβηκε δόμου σκέπας· ἀκροτάτης δὲ
Σταυρὸν ὑπὲρ κορυφῆς ἐρυσίπτολιν ἔγραφε τέχνη.
Ἔστι δ' ἰδεῖν μέγα θάμβος, ὅπως κατὰ βαιὸν ἰοῦσα
Εὐρυτέρη μὲν ἔνερθεν, ὕπερθε δὲ μεῖον ἀνέρπει,
Ὡς πόλος ἠερίφοιτος· ἐπ' εὐκαμάτοισι δὲ νώτοις
. . . .
. . . .

* ἐπριώσαντο.

. . . . A . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

.. ατι .. το .. ως .. κυρσα .. χρυσοῖο .. ἄντυξ
. . . . τὸν οὐ κε . . . .
. . . . ἔνδοθι νηοῦ
. . . . ὄφρα σαώσῃ
. . . . . . ει .. φερυ . . . . . οῖο .. σαωτήρ..
. . . . μία .. πεντα . . . . .
Εὐφαέων ἀψῖδας ἐτεχνήσαντο θυρέτρων
Ὃς .. αθ .. κόμοιο σέλας πορθμεύεται ἠοῦς.
Θαρ . . εχ . . τινὰ μῆτιν ἐπήγαγεν εὐρέϊ νηῷ
. . . . . ὁ σκηπτοῦχος, ὅπως δωμήτορι μόχθῳ,
Ἀνέρες εὐτέχνοισιν ὑποδρήσσοντες ἀέθλοις,
Πλίνθοις ὀπταλέῃσιν ἀνεστήσαντο δεθεῖσας
* . . . . . δωντε, καὶ εὐρυπόρου σκέπας οἴκου
. . . . . . πολύμητις ἀνάκτορος ἴδμονι τέχνῃ,
. . . . ὀρόφοιο τέγος τεχνήσατο νηοῦ
. . . . αἱ οὐ Φοινίσσης ὑπὲρ Λιβάνοιο κολώνης,
. . . σε μὲν Ἀλπείων σκοπέλων ἀνὰ δάσκιον ὕλην,
Ἀσσύριος δρυτόμος τις ἀνήρ, ἢ Κελτὸς ἀερσάτων
Δενδροκόμοις βουπλῆγας ἐν ἄλσεσιν· οὔ τινα πεύκην,
Οὐκ ἐλάτην ἐνόησεν ἐπαρκέα οἶκον ἐρέψαι·
Οὐδὲ μὲν οὐ κυπάρισσον Ὀροντίδος ἄλσεα Δάφνης,
Οὐ Παταρῶν εὔδενδρος ἀνηέξησεν ἐρίπνη,
Ἥτις ἀπειρεσίοιο τέγος νηοῖο πυκάσσῃ.
Καὶ γὰρ Ἄναξ πολύυμνος, ἃ μὴ φύσις εὗρε καλύψαι
Δένδρεσι, μηκεδανοῖσι λίθων ἐκαλύψατο κύκλοις.
Οὕτω τετραπόρεσσιν ἐφ' ἁψίδεσσι καλύπτρη
Εὐπήληξ βαθύκολπος ἀείρεται· ἢ τάχα φαίης
Οὐρανὸν ἐς πολύκυκλον ἀλώμενον ὄμμα τιταίνειν.
Ἀλλ' ἐπὶ . . . . καὶ ἑσπέρι . . . .
Ἁψίδων ὑπένερθεν ὅλος . . . . πεπτ . . . . ηρ . . .
Ἐς δὲ νότον κελάδοντα, καὶ ἐς κλίσιν αβ . . . . κτω
Τοῖχος ἐρισθενέτης ἀνατείνεται ἄχρι γενείου
Ἄντυγος ἐν .. χάεις .. λέλαμπε δὲ τετράκι δοιαῖς
Γλη . . . . . . ιω υει . . . . ἐρήρεισται δ' ὅτε . . .
Νέρθι λαϊνέοισιν ἐπ' ἴχνεσιν· ἓξ γὰρ ἐπ' αὐτ . .
Κίονες αἳ . . . . . . ες . . . . χλοάοντι σμαράγδῳ
Ἀκαμάτων ξυνοχῆας ἀνεστήσαντο τενόντων,
Ἔνθα γυναικείων ἀναφαίνεται ἔνδια θώκων.
Τοὺς δὲ χαμαιπαγέες πίσυρες . . . . . . ηνοις
Κίονες ὀχλάζουσιν ὑπὸ ἀστυφέλικτον α . . . .
Χρυσόκομοι χαρίτεσσι κατη . . . .
Θεσσαλίδος πέτρης ἀμαρύγματα· μέσσα δὲ νηοῦ
Ἔνδια καλλιχόροιο διακρίνουσιν ἕδε . . . . . .
Γείτονος αἰθούσης περιμήκεος. οὔ ποτε τοίους

. . . .

lucentium fenestrarum arcus fabricarunt, * per quas auricomæ lumen auroræ immittitur. Audacia fretus quoddam immenso Templo vtile consilium commentus est Imperator, quo pacto qui ædificandis artificiosis ædibus operam dederunt artifices, coctis lateribus colligatas curuaturas arcuum, * & amplæ domus tectum excitarint, & fornicum & amplæ Ædis tectum . . . FENESTRÆ.

. . . .

Sed cum sublimis Templi tectum molitus est, non super Phœnicium Libani montem, non ad Alpinarum rupium vmbrosa nemora mittitur aut * Assyrius lignator, aut Gallus, densis in siluis boum stimulos agitans. Non aliquam piceam aut abietem Ædi tegendæ censuit idoneam: sed neque cupressum Orontidis Daphnes saltus, non arboribus abundans Patarorum mons produxere, * quæ immensi Templi fastigium tegeret. Etenim inclitus Imperator, quæ arboribus tegere renuit natura, magnis lapidum circulis texit. Ita supra quatuor Arcus Testudo erigitur excelsa & ampla, quo dum peruenit vagabundus oculus, * cum cælestes in orbes defixum diceres. Cæterum ad Orientem & Occidentem, sub arcubus totus patet aër: ad Austrum vero resonantem, & ad partes nunquam madidæ Vrsæ, validus exurgit paries vsque ad mentum, seu partem inferiorem immensi Arcus. * Octo vero coruscat columnis . . . . TESTVDO.

. . . .

inferne autem suffultus est hic paries lapideis basibus. Sex enim columnæ, virenti smaragdo similes, supra eas indefessorum neruorum commissuras excitarunt, * vbi matronalium Aularum apparent domicilia. Aulas istas humi defixæ quatuor auricomæ columnæ, eximij Thessalici lapidis fulgores, capitellis suis solide fulciunt: media vero rotundi Templi domicilia distingunt ac separant a sede ingentis Porticus, quæ vicina est. * Nunquam tales GYNÆCEVM

columnas intra Molossiæ, seu Epiri, fines, adeo excelsas, gratas, & variegatis distinctas floribus in nemoribus quisquam excidit. Sed & circa * medium ipsius Porticus . . . . columnas statuit

ARCHITECTI.

Anthemius Architectus industrius (erat autem cum illo scientia perinde ac prudentia præditus Isidorus, vterque enim pulchros Imperantium labores Principum parentes mandatis, admirabile Templum extruxere) sed in * longitudinis modo ac mensura, proximis quidem minores: habent vero eadem ex origine, vt virentibus floribus refulgeant. Atenim non illæ ordinatim, vno eodemque versu, bases firmissimas solo fixerunt, sed terræ insident binæ binis oppositæ. Quarum in fastigio, Arcus * quadrifidis implicatus vinculis, dorsum matronalibus domiciliis subfulcit, plebem recta ducens ad incontaminata

BAPTISTERIVM.

lauacra, vitæ humanæ expiatoria, a quibus perniciosus & noxius peccatorum liuor depellitur. * Ab vtraque deinceps parte super quatuor præclaras columnas Thessalicas, occasum ortumque versus, secundum Porticus longitudinem, voluuntur Architecturæ opera, dimidiatis cylindris similia, elegantia, circum parietes diuina arte fabricatos diffusa. Sed ad * Septentrionem, bifidarum Porta-

PORTÆ SEPTENTRIONALES.

rum cardines, versus vero Meridionalem plagam, e regione Portarum, sinus affabre extructos cœnaculis similes sustentant. Ad Orientem vero & Occidentem, rursum duas alias columnas Thessalicas, & duas perinde ex inclyta Proconneso aduectas, * quæ fulcimenti editioris instar, iuxta Portas compactæ sunt.

PORTA ORIENTALIS. PORTÆ SEPTENTRIONALES. PORTICVS MERIDIONALIS.

Cæterum ad Orientem vnica patet Porta: ad Septentrionem vero per duplicem Portam populus Ædem ingreditur. Inuenies pariter ad Meridiem longam Porticum Septentrionali omnino similem. Habet vero illa quiddam amplius: * muro enim

IMPERATORIS IN ÆDE SEDES.

quodam seclusum locum seruat Romanorum Imperatori, ad solennia & a Deo coronata festa: vbi meus Princeps, solito in throno sedens, sacris libris suum præbet auditum. In omnibus porro, tam superne quam inferne, Porticus * fœmina-

GYNÆCEVM.

rum similes animaduertet quisquis vtramque ingredietur. Neque enim illa quæ ad Occidentem assurgit, & supra Narthecem progreditur, duabus aliis similis est. Sed & ad Occidentalem diuinæ Ædis

ATRIVM.

pedem, Atrium quatuor porticibus circumdatum licet intueri, * quarum quidem vna Nartheci coniungitur, aliæ vero semitis multifidis apertæ sunt. In eximio longi Atrij vmbilico stat ampla

PHIALA.

Phiala quædam, ex eleganti iaspide excisa, vbi immurmurans fons, * vndas suas

A Κίονας ἐτμήξαντο Μολοσσίδος ἔνδοθι γαίης,
Ὑψιλόφους, χλοάοντας ἐν . . . . ἄλσεσι . . . . ις
Ἄνθεσι δαιδαλέοισι τεθηλότας· ἀλλὰ καὶ . . . . ης
Αἰθούσης κατὰ μέσσον ἐρείσατο . . . . . . κίοις
Κίονας Ἀνθέμιος πολυμήχανος . . δὲ σὺν αὐτ . .
Πάνσοφος Ἰσίδωρος, ἔχων νόον· ἀμφότεροι γὰρ
Καλλιπόνων βουλῇσιν ὑποδρήσσοντες Ἀνάκτων,
Νηὸν ἐδωμήσαντο πελώριον· ἀλλ᾽ ἐνὶ μέτροις
Μήκεος, ἐλυτέρων μὲν ἐλίζονες· ἐκ δὲ τιθηνῆς
Τῆς αὐτῆς χλοεροῖσιν ἀποστίλβουσιν ἀώτοις.
Ἀλλὰ γὰρ οὐ στοιχηδὸν ἐπιχερῷ βύπεδας οὗτοι
Πυθμένας ἐρρίζωσαν· ἐφεδρήσσουσι δὲ γαίῃ
Ἀντίοι ἀλλήλοισι δύω δυσίν. ὧν κατὰ κόρσης
B Τετραπόροις σφρῆσιν ἐπειλιχθεῖσα κεραίη,
Νῶτον ὑπεστήριξε γυναικείοισιν ἐδέθλοις,
Λαὸν ἀπιθύνουσα πρὸς ἀχράαντα λοετρὰ,
Ἀνδρομέου βιότοιο καθάρσια, τὴν ἄπο λυγρὴ
Σμῶδιξ ὠλεσίθυμος ἐλαύνεται ἀμπλακιάων.
Τέτρασι δ᾽ ἑξείης ἐπὶ κίοσιν ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἀβροῖς, Θεσσαλικοῖσι, πρὸς ἀμφιλύκην τε καὶ ἠῶ,
Αἰθούσης κατὰ μῆκος ἑλίσσεται ἔργα κυλίνδρων
Ἡμιτόμοις ἀτάλαντα, διοδμήτοις περὶ τοίχοις,
Τρητὰ διαστείχουσιν ἀγάλματα· πρὸς μὲν ἀήτην
Ἀρκτῷον, ξεινοχῆας ἀνακλίνουσι θυρέτρων
Διζυγέων, νότιον δὲ ποτὶ πτερὸν, ἄντα πυλάων,
Εὐτύκτοις κενεῶνας ἐειδομένους τινὶ παστῷ.
Πρὸς δὲ φάος καὶ νύκτα, πάλιν δύο κίονας ἄλλους
C Αἱμονίους, δοιούς τε περικλύστου Προκοννήσου,
Στήμονας, ὑψιλόφους, πυλέων ἄγχιστα παγέντας.
Ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν φαέθοντα πύλη μία, πρὸς δὲ κελαινῆς
Νυκτὸς ἔδος, δισσὴν ἐπὶ δικλίδα λαὸς ὁδεύει.
Δηεὶς καὶ νοτίην βορεώτιδι πᾶσαν ὁμοίην
Μηκεδανὴν αἴθουσαν· ἔχει δέ τι καὶ πλέον ἥδε·
Τεῖχος γάρ τινι χῶρον ἀποκριθέντα φυλάσσει
Αὐσονίων Βασιλῆϊ, θεοστέπτοις ἐν ἑορταῖς.
Ἔνθα δ᾽ ἐμὸς Σκηπτοῦχος ἐφήμενος ἠθάδι θώκῳ,
Μυστιπόλοις βίβλοισιν ἑὴν ἐπέτασσεν ἀκουήν.
Ἶσα δὲ τοῖς ὑπένερθε καὶ ὑψόθι πάντα νοήσεις
Θηλυτέρην αἴθουσαν, ἐς ἀμφοτέρας τις ἀνελθών.
Ἡ γὰρ ὑπερτέλλουσα πρὸς ἕσπερον, οὐκ ἔτι δοιαῖς
Ἴση ταῖς ἑτέρῃσιν, ὑπὲρ Νάρθηκος ἰοῦσα.
D Ἀλλὰ καὶ ἀμβροσίοιο πρὸς ἑσπέριον πόδα νηοῦ.
Τέτρασιν αἰθούσῃσι περίδρομον ὄψεαι αὐλήν,
Ὧν μία μὲν Νάρθηκι συνάπτεται, αἵ γε μὲν ἄλλαι
Πεπταμέναι τελέθουσι πολυσχιδέεσσι κελεύθοις.
Μηκεδανῆς δ᾽ ἐρίτιμον ἐς ὀμφαλὸν ἵσταται αὐλῆς
Εὐρυτάτη φιάλη τις, ἰασπίδος ἔκτομος ἄκρης,
Ἔνθα ῥόος κελαδῶν ἀναπάλλεται ἠέρι πέμπειν
Ὁλκὸν ἀναθρώσκοντα βίῃ χαλκήρεος αὐλοῦ,

Ὁλκὸν ὅλων παθέων ἐλατήριον, ὁππότε λαὸς,
Μηνὶ χρυσοχίτωνι, Θεοῦ κατὰ μύστιν ἑορτὴν,
Ἐννυχίοις ἄχραντον ἀφύσσεται ἄγγεσιν ὕδωρ·
Ὁλκὸν ἀπαγγέλλοντα Θεοῦ μένος· οὐ γὰρ ἐκείνοις
Οὔποτε πυθομένοισιν ἐπέχραεν ὕδασιν εὐρώς,
Εἰ καὶ πουλυέτηρον ἐπὶ χρόνον ἔκτοθι πηγῆς
Κάλπιδος ἐν γυάλοισιν ἐελμένα δώμασι μίμνοι.
Λαοτόρων δ' ἅμα τοῖχον ἐύγραφα δαίδαλα τέχνης
Γλύπτοθεν ἀστράπτουσιν ἁλιστεφέος Προκοννήσου,
Ταῦτα γὰρ ἐξελόχευσε· πολυσμήκτων δὲ μετάλλων
Ἁρμονίη γραφίδεσσιν ἰσάζεται· ἐν γὰρ ἐκείνῃ
Τετρατόμοις λάεσσι, καὶ ὀκτατόμοισι νοήσεις
Ζευγνυμένας κατὰ κόσμον ὁμοῦ φλέβας· ἀγλαΐην δὲ
Ζωοτύπων λάϊγγες ἐμιμήσαντο δεθεῖσαι.
Πολλὰς δ' ἔνθα καὶ ἔνθα, περὶ πλευράς τε καὶ ἄκρας
Ἄντυγας ἀμβροσίοιο κατόψεαι ἔκτοθι νηοῦ
Αὐλὰς ἀσκεπέας· τόδε γὰρ τεχνήμονι κόσμῳ
Ἠνύσθη περὶ σεμνὸν ἀνάκτορον, ὄφρα φανείη
Φέγγεσιν εὐγλήνοισι περίρρυτον ἠριγενείης.
Καὶ τίς ἐριγδούποισι χάδων στομάτεσσιν Ὁμήρου,
Μαρμαρέους λειμῶνας ἀολλισθέντας ἀείσει
Ἠλιβάτου νηοῖο * κραταιπαγέας περὶ τοίχους, (* κατ' ὑπ-παγίας.)
Καὶ πέδον εὐρυθέμειλον; ὅπη καὶ χλωρὰ Καρύστου
Νῶτα μεταλλευτῆρι χάλυψ ἐχάραξεν ὀδόντι,
Καὶ Φρύγα δαιδαλέοιο διέθρισεν αὐχένα πέτρου,
Τὸν μὲν ἰδεῖν ῥοδόεντα, μεμιγμένον ἠέρι λευκῷ,
Τὸν δ' ἅμα πορφυρέοισι καὶ ἀργυφέοισιν ἀώτοις,
Ἀβρὸν ἀπαστράπτοντα· πολὺς δ' * εὐπηχεῖ Νείλῳ (* al. ὑπη-χεῖ.)
Φορτίδα πλήσας ποταμηΐδα λᾶας ἀείρων
Πορφυρέος, λεπτοῖσι πεπασμένος ἄστρασι λάμπει·
Καὶ χλοερὸν λάϊγγος ἴδοις ἀμάρυγμα Λακαίνης,
Μαρμαρά τε στράπτοντα πολυπλάγκτοισιν ἑλιγμοῖς,
Ὅσσα φάραγξ βαθύκολπος Ἰασσίδος εὗρε κολώνης,
Αἱματόεν λευκῷ τε πελιδνωθέντι κελεύθους
Λοξοτενεῖς φαίνουσα, καὶ ὁππόσα Λύδιος ἀγκὼν
Ὠχρὸν ἐρευθήεντι μεμιγμένον ἄνθος ἑλίσσων·
Ὅσσα Λίβυς φαέθων, χρυσέῳ σελαγίσματι θάλπων,
Χρυσοφαῆ κροκόεντα λίθων ἀμαρύγματα τεύχει
Ἀμφὶ βαθυπρίωνα ῥάχιν * Μαυρουσίδος ἄκρης· (* Μαυρου-σίδος.)
Ὅσσα τε Κελτὶς ἀνεῖχε βαθυκρύσταλλος ἐρίπνη
Χρωτὶ μέλαν στίλβοντα, πολὺ γλάγος ἀμφιβαλοῦσα
Ἐκχύδην, ἧχε τύχησιν ἀλώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα·
Ὅσσα τ' ὄνυξ ἀνένεικε διαυγάζοντι μετάλλῳ,
Ὠχριόων ἐρίτιμα, καὶ Ἀτρακὶς ὁππόσα λευρῆς
Χθὼν πεδίοις ἐλόχευσε, καὶ οὐχ ὑψαύχενι βήσσῃ
Πῆ μὲν ἅλις χλοάοντα, καὶ οὐ μάλα τῆλε μαράγδου,
Πῆ δὲ βαθυνομένου χλοεροῦ κυανώπιδι μορφῇ.
Ἦν δέ τι καὶ χιόνεσσιν ἀλίγκιον, ἄγχι μελαίνης
Μαρμαρυγῆς, μικτὴ δὲ χάρις συνεγείρετο πέτρου.

A gestit in aërem emittere, vi quadam ex ærea fistula resilientem: vndas morborum omnium expultrices, cum plebs mense aurata veste induto, in mystico Dei festo, noctu immaculatam aquam vasculis haurit: vndas Dei virtutem prædicantes: nunquam enim * aquas istas putredo mucorve inuasit, quamuis multos annos extra fontem, domi maneant in situlæ concauis asseruatæ. In lapideo muro dædalea vndique coruscant artis opera maritimæ Proconnesi: * hæc enim peperit Proconnesus. Sectorum vero multas in partes lapidum compago penicillorum ductus adæquat. In illa enim tessellis quadrifidis vel octifidis cum venustate simul iunctas venas videas. Ex-

MVSIVVM.

B pressorum vero animalium pulchritudinem imitantur connexi inuicem lapilli. * Multa porro hic & illic, ad latera, & ad extremos diuini Templi fornices, videas Atria discooperta, seu impluuia: id quippe artificioso ornatu confectum est circa venerandum Templum, vt claris auroræ radiis illuminaretur.

MARMORVM VARIETAS.

* Verum quis sonoris Homeri carminibus plenus, marmorea prata circum validos excelsi Templi muros, & amplum Pauimentum, simul collecta decantabit? Vbi & virentia Carysti terga lapidario dente ferrum sculpsit, & * Phrygiam variegati marmoris ceruicem incidit, illam quidem aspectu roseum colorem albo aëre permistum referentem, hanc vero purpureo simul ac argenteo flore suauiter coruscan-

C tem? Multi vero, qui ingentis Nili naves fluuiatiles suo presserunt pondere, surgentes lapides * Porphyretici, tenuibus astris distincti, fulgent. Hic etiam videas virentem Laconici lapidis nitorem, & marmora diuersis spiris fulgurantia; & quæ profunda montis Iassidis, seu Cariæ, parturiit vallis, obliquis ex sanguineo, alboque liuido * semitulis distincta: & quæcumque Lydius anfractus pallidum rubenti commistum florem voluens. Quoscumque Libycus sol, aureo demulcens radio, crocei simul & aurei coloris lapidum fulgores gignit versus Maurausidis montis radices. * Et quodcumque fert mons Celticus crystallis abundans, colore nigricanti marmor, sed lacteis venis

D passim effusis, nulloque ordine huc & illuc vagantibus, distinctum: quidquid nitenti metallo pretiosum immisit virens Onyx: quodcumque * Atracina terra planis in campis, non vero in excelsis montibus genuit, alibi quidem subuiride, nec a Smaragdi colore longe diuersum; alibi autem ad viridis saturi cæruleam formam accedens. Inest & quidpiam niuibus simile, nigro adiunctum fulgori: denique commistus decor in

vnum coit. * At priusquam in multas partes dissectarum tessellarum splendor accederet, lapidarius manu sua tenues lapillos marmoreos contexens, veluti in tabellis, mediis in parietibus, descripsit cornu vinculis illigatum, vberi fructuum varietate oneratum, vna cum calathis & foliis: auem vero in ramis * sedentem expressit. Post præclaros istos meatus, palmitibus auricomis innixa circumserpit vitis, tortuosum nectens obliquis corymbis vinculum: sensim vero propendet, donec vicinum lapidem volubili fulgentium frondium textu tantisper obumbret. * Hæc vero omnia eximiis Ædibus circumposita sunt. Sed & in sublimibus columnis, intra basim lapideam, spinæ prominentis multiplex circumuolutio molliter proserpens, vinculum vagabundum, aureum, suaue, cuspidem asperam voluens, circumagitur: * rotunda vero marmora circumcingit, ramulis vtique purpureis splendentia, lapidis suauem decorem. Mons autem Proconnesi totum pauimentum sternens, beneficæ Imperatrici (vrbi) dorsum amanter supposuit. Sed & subfremens renitet Bosporicus splendor * candidi lapidis subnigricantis.

PICTVRÆ EX MVSIVO.

PAVIMENTVM.

TESTVDO.

Testudo autem auro deuinctos lapillos complectitur, a quibus effuse rutilans aurifluus radius in hominum oculos intolerabilis insilit. Dicat quis meridianum verni temporis solem, * cum vniuersos deaurauit montes, sese intueri. Meus namque Imperator, toto in vnum coeunte orbe, omnimodas Barbarorum & Latinorum congerens diuitias, lapideum ornatum ad immortalis & diuini Templi structuram idoneum non censuit, in quo vnico * supremam spem suam omnem & lætitiam Roma posuerat: sed & argenteo subministrando abundanter ornamento non pepercit. Hic & Pangæi scopuli, & Sunium promontorium, omnes suas argenteas aperuerunt venas: hic multi Principum nostrorum thesauri aperti sunt. * Nam quidquid loci versus Orientalem Magni Templi fornicem incruentis secreuerunt sacrificiis, id non ebur, aut lapidum fragmentum, vel æs dirimit; sed totum argenteis obsepserunt metallis. Neque tamen solis in muris, qui viros Sacerdotali dignitate ornatos a verboso cœtu (seu Cantoribus) * separant, meras argenteas tabellas posuit: sed & ipsas duodecim columnas totas argenteis conuestiuit metallis, longe iaculantibus radiis coruscantes: supra quas, laboriosæ manus artificiosa proportione, * acutiores circuli orbes ferrum excauauit. In quorum medio immaculati Dei, qui humanæ sine semine formæ figuram induit, imaginem descripsit: alibi alatorum An-

CANCELLI BEMATIS.

IMAGINES CHRISTI.

ANGELORVM.

A Πρὶν δὲ πολυτμήτοιο σέλας ψηφῖδος ἱκέσθαι,
Λεπταῖς λαοτόρος παλάμῃ λάϊγγας ὑφαίνων
Μαρμαρέας, ἔγραψε μετὰ πλάκας ἐς μέσα τοίχων
Σύνδετον εὐκάρποισι κέρας βεβριθὸς ὀπώραις,
Καὶ ταλάρους, καὶ φύλλα· κατ' ἀκρεμόνων δὲ χαράσσει
Εζομένην ὄρνιθα· μετ' εὐκεράοις δὲ κελεύθοις,
Κλήμασι χρυσοκόμοισι περίδρομος ἄμπελος ἕρπει,
Δεσμὸν ἑλιξοπόρην σκολιοῖς πλέξασα κορύμβοις·
Ηρέμα δὲ προνένευκεν, ὅσον καὶ γείτονα πέτρην
Βαιὸν ἐπισκιάειν ἑλικώδεϊ πλέγματι χαίτης
Αἰθούσης. τάδε πάντα καλοὺς περινείσεται οἴκους.
B Αλλὰ καὶ ὑψιλόφοις ἐπὶ κίοσιν, ἔνδοθι πέζης
Λαϊνέης, περίβλητος ἕλιξ πολύκεστος ἀκάνθης
Υγρὰ διερπύζων ἀνελίσσεται, δεσμὸς ἀλήτης,
Χρύσεος, ἱμερόεις, ἀκίδα τρηχεῖαν ἑλίσσων·
Μάρμαρα δ' ὀμφαλόεντα περιστέφει, εἶκε κλαδίσκοις
Πορφυρέοις στίλβοντα, χάριν θελξίφρονα πέτρης.
Πᾶν δὲ πέδον στορέσασα Προκοννήσοιο κολώνη,
Ασπασίως ὑπέθηκε βιαρκέϊ νῶτον Ανάσσῃ·
Ηρέμα δὲ φρίσσουσα διέπρεπε Βοσπορὶς αἴγλη
Ακροκελαινιόωντος ἐπ' ἀργυφέοιο μετάλλου.
Χρυσεοκολλήτους δὲ τέγος ψηφῖδας ἐέργει,
Ων ἄπο μαρμαίρουσα χύδην χρυσόρρυτος ἀκτὶς,
Ανδρομέοις ἄτλητος ἐπεσκίρτησε προσώποις.
C Φαίη τις Φαέθοντα μεσημβρινὸν εἴαρος ὥρης
Εἰσοράαν, ὅτε πᾶσαν ἐπεχρύσωσεν ἐρίπνην.
Καὶ γὰρ ἐμὸς σκηπτοῦχος, ὅλης χθονὸς εἰς ἓν ἰούσης,
Βάρβαρον, Αὐσόνιόν τε πολύτροπον ὄλβον ἀγείρας,
Λάϊνον οὐκ ἔκρινεν ἐπαρκέα κόσμον ἐδέθλοις
Αμβροσίου νηοῖο θεουδέος, ᾧ ἔνι πάσης
Ελπίδος εὐφροσύνην ὑπεραυχέα θήκατο Ρώμη·
Αλλὰ καὶ ἀργυρέοιο χύδην οὐ φείσατο κόσμου.
Ενθάδε Παγγαίοιο ῥάχις, καὶ Σουνιὰς ἄκρη,
Αργυρέας ᾤξαν ὅλας φλέβας· ἐνθάδε πολλοὶ
Ημετέρων θημῶνες ἀνωΐχθησαν Ανάκτων.
Καὶ γὰρ ὅσον μεγάλοιο πρὸς ὄρθριον ἄντυγα νηοῦ
Χῶρον ἀναιμάκτοισιν ἀπεκρίναντο θυηλαῖς,
D Οὐκ ἐλέφας, οὐ τμῆμα λίθων, ἢ χαλκὸς ὀρίζει,
Αλλ' ὅλον ἐθρίγκωσαν ὑπ' ἀργυρέοισι μετάλλοις·
Οὐδὲ μὲν οὐδὲ μόνοις ἐπὶ τείχεσιν, ὁππόσα Μύστην
Ανδρα πολυγλώσσοιο διακρίνουσιν ὁμίλου,
Γυμνὰς ἀργυρέας ἔβαλε πλάκας· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Κίονας ἀργυρέοισιν ὅλους ἐκάλυψε μετάλλοις,
Τηλεβόλοις σελάεσσι λελαμπότας ἑξάκι δοιούς·
Οἷς ἔπι, καλλιπόνοιο χερὸς τεχνήμονι ῥυθμῷ,
Οξυτέρους κύκλοιο χάλυψ κοιλήνατο δίσκους·
Ων μέσον ἀχράντοιο Θεοῦ δείκηλα * χαράξας, * χαράξαι.
Ασπορα δυσαμένου βροτέης ἰνδάλματα μορφῆς·
Πῇ μὲν εὐπτερύγων στρατὸν ἔξεσεν ἀγγελιάων,

Αὐχενίων ζωοχῆα κατακλίνοντα τενόντων.
Οὐ γὰρ ἰδεῖν τέτληκε θεοῦ σέβας, οὐδὲ καλύπτρῃ
Ἀνδρομέῃ κρυφθέντος, ἐπεὶ θεός ἐστιν ὁμοίως,
Ἐσσάμενος καὶ σάρκα λυτήριον ἀμπλακιάων.
Πῇ δὲ Θεοῦ κήρυκας ὀδοὺς ἤσκησε σιδήρου
Τοὺς προτέρους, πρὶν σάρκα λαβεῖν θεόν, ὧν ἀπὸ φωνῆς
Ἐσσομένου Χριστοῖο διέπτατο θέσπις ἀοιδή.
Οὐδὲ μὲν οὐδ' αὐτῶν παραδέδρομεν εἴδεα, τέχνη
Οἷς κύρτος, νεπόδων τε δίκτυον, οἵ τε θαμινὰ
Ἔργα βίου προλιπόντες, ἀλιξόνους τε μερίμνας,
Οὐρανίου Βασιλῆος ἐφωμάρτησαν ἐφετμῇ,
Ἀνέρας ἀγρεύοντες· ἀπ' ἰχθυβόλοιό τε τέχνης,
Ζωῆς ἀθανάτοιο καλὴν τανύσαντο σαγήνην.
Ἄλλοθι δὲ Χριστοῖο κατέγραφε μητέρα τέχνη,
Φέγγεος ἀενάοιο δοχήϊον, ἧς ποτε γαστὴρ
Γαστέρος ἐργατίνην ἁγίοις ἐθρέψατο κόλποις.
Ἐς δὲ μέσας ἱεροῦ πλάκας ἕρκεος, αἳ περὶ φῶτας
Εὐιέρους τεύχουσι μεταίχμια, γράμμα χαράσσει
Ἡ γλυφὶς ἓν πολύμυθον· ἀολλίζει γὰρ Ἀνάσσης
Οὔνομα, καὶ Βασιλῆος· ἴσον γε μὲν ὀμφαλοέσσῃ
Ἀσπίδι μεσσατίοισι τύπον κοιλήνατο χώροις
Σταυρὸν ἀπαγγέλλουσα. διὰ τρισσῶν δὲ θυρέτρων
Ἕρκος ὅλον Μύστῃσιν ἀνοίγεται. ἐν γὰρ ἑκάστῃ
Πλευρῇ βαιὰ θύρετρα διέτμαγεν ἐργοπόνος χείρ.
Χρυσείης δ' ἐφύπερθε πανακηλίδοιο τραπέζης,
Ἄσπετος εὐρυκέλευθον ἐς ἠέρα πύργος ἀνέστη,
Τετραπόροις ἀψῖσιν ἐπ' ἀργυρέῃσι βεβηκώς.
Κίοσι δ' ἀργυρέῃσιν ἀείρεται, ὧν ἐπὶ κόρσης,
Ἀργυρέους ἵδρυσε πόδας τετράζυγος ἀψίς.
Ὑψόθι δ' ἀψίδων ἀνατείνεται, οἷά τε κώνου
Εἴκελον, ἀλλ' οὐ πάμπαν ὁμοίϊον· οὐ γὰρ ἑλίσσει
Νειόθεν εὐκύκλοιο περίδρομον ἄντυγα πέζης.
Ἀλλά τις ὀκτάπλευρος ἔφυ βάσις, ἐκ δὲ κελεύθου
Εὐρυτέρης κατὰ βαιὸν ἐς ὀξὺ κόρυμβον ἀνέρπει.
Ὀκτὼ δ' ἀργυρέας τανύει πλάκας· ἁρμονίης δὲ
Ζευγνυμένης δολιχὴ ῥάχις ἵσταται· αἳ δὲ τριγώνοις
Εἰδόμεναι, μίτροισι πόροις ὀκτάζυγος οἴμου,
Εἰς ἓν ἀγειρόμεναι κορυφῆς σημήϊον ἄκρης.
Ὁππόθι καὶ κρητῆρος ἀπήειρεν εἰκόνα τέχνη·
Χείλεά τε κρητῆρος ἀποκλασθέντα, πετήλου
Εἶδος ἐμορφώσαντο. μέσῳ δ' ἐνεθήκατο χώρῳ
Ἀργύρεον στίλβοντα πόλου τύπον· ὑψόθι δ' αὐτοῦ
Σταυρὸς ὑπαστράπτων ἀναφαίνεται· ἵλαος εἴη.
Ἀψίδων δ' ἐφύπερθεν ἕλιξ πολύκεσος ἀκάνθης
Πέζαν ἐφερπύζει νέατον περὶ πυθμένα κώνου, (* πέζα διερπύζει.)
Ὀρθοτενεῖς ἀκτῖνας ἴσας εὐώδεϊ καρπῷ
Ὄγχνης καλλικόμοιο, διακριδὸν ὑψόθι φαίνει
Λαμπομένας σελάεσσιν, ὑπαστράπτουσι δὲ πέζης.
Ὁππόθι δ' ἀλλήλοισιν ἀρηρότα πείρατα πέζης
Ἁρμονίῃ τεύχουσιν, ἐνιδρύσαντο παγέντας

gelorum colla ac pronas ceruices submittentium sculpsit exercitum. * Neque enim potuit Dei gloriam intueri, etiam humano tecti operimento, cum perinde sit Deus, postquam carnem peccatorum redemptricem induit. Alibi Dei Præcones ferreus stylus impressit, priores scilicet antequam Deus carnem assumeret, a quorum ore * venturi Christi prodiit oraculum. Sed & neque eorum prætermisit effigies, quibus sagena ars fuit, & piscium rete, quique communibus vitæ relictis officiis, sceleratisque curis, cælestis Regis secuti sunt mandata, * viros expiscantes: ex piscatoria vero arte, eximiam vitæ immortalis sagenam explicarunt. Alibi vero ars descripsit Matrem Christi, splendoris æterni vas, cuius quondam venter ventris opificem in sacro aluit sinu. * In mediis autem sacri septi tabulis, quæ Sacerdores circumstant, eosque separant, literam describit sculptura vnicam, sed quæ plura verba complectitur: colligit enim Imperatricis & Imperatoris nomina: æqualem vero orbiculari clypeo figuram mediis in locis sculpsit, * crucem in ea exprimens. Tribus autem portis totum septum Sacerdotibus patet: in singulis enim lateribus paruulas portas aperuit manus artificis.

[Marginal notes: PROPHETARVM. — APOSTOLORVM. — DEIPARÆ. — MONOGRAMMA IVSTINIANI ET THEODORÆ. — PORTÆ BEMATIS.]

At supra incontaminatam Mensam, vastum in aërem immensa turris exurgit: * quadrifidis vero argenteis arcubus incumbens, argenteis perinde columnis attollitur, in quarum vertice argenteos pedes statuit arcus quadruplex. Supra arcus protenditur veluti coni figura, non tamen ei omnino similis: neque enim * in imo teretem rotundæ marginis curuaturam circumuoluit, sed enascitur quædam octo lateribus constans basis, quæ ex latiore ambitu sensim in acutum fastigium se se sursum exporrigit. Octo vero tabulas argenteas expandit; & qua illæ inuicem cohærent, longior spina enascitur: hæ trigonis * similes, octiiugis semitæ meatus miscent, in vnum coëuntes summi apicis signum: vbi & Crateris effigiem ars eduxit: incuruata porro Crateris labra, folij speciem formarunt. Medio autem in loco, * fulgentem ex argento Cæli imaginem imposuit. Supra Cælum Crux supereminens conspicitur: Propitia sit. At supra arcus, multiplex spinæ circumuolutio circa pedem serpit, versus vltimam coni partem, recta in radios fragranti * frondosæ pyri siluestris fructui similes, quos multifariam superne fulgoribus coruscantes exhibet: reipsa vero emergunt supra basim. Qua vero parte inuicem iuncti basis fines connectuntur, ex argento compactos Crateras statuere: in singulis ve-

[Marginal notes: CIBORIVM. — PYXIS. — CÆLVM. — CRVX. — CRATERES CIBORII.]

ro Crateribus * candelabra posuere, A seu potius adumbrata cereorum simulachra, ornatum tantum, non vero lumen porrigentia. Vbique enim rotundata argenteis fulgent metallis pulchre læuigatis ac politis: ignis autem experte fulgore argenteum radium, non flammam cereus emittit. * Columnis porro aureis Sacræ Mensæ ex auro omnino conflata terga sustentantur, aureisque perinde fundamentis incumbit illa, & pretiosorum lapidum fulgore variegatur.

SACRA MENSA.

Sed quo feror? quoue nullis cohibita frænis tendit oratio? Gradum siste, vox temeraria, & labia comprime, * neque detegas quæ oculis intueri non licet. Sacerdotes, quorum manibus id per leges B concessum est, velum Phœniceo conchæ Sidoniæ flore tinctum expandentes, Mensæ terga contegite: in quatuor vero argenteis lateribus tegminis directe * explicantes, numerosæ plebi ostendite auri copiam, & elegantia exquisitæ artis opera: quorum quidem vnum Christi vultus imaginem opere variegato expressit. Illam vero non operosæ artis manibus produxit scalprum, aut acus trans vela immissa, * sed fusus multorum colorum fila subinde immutans, fila diuersæ formæ, quæ barbara exarauit formica. Ad roseæ vero auroræ radios, vestis leuior, quæ diuina membra operit aureo fulgore contra fulgurat, & Tyria tunica ex concha marini coloris purpurascit, * C dextrum exerens humerum, sub bene textis staminibus. Illic enim vestimenti tegumentum excidit; sed per latus super sinistrum humerum sursum serpens belle diffunditur. Tegmine pariter nudantur cubitus & extrema manus: videtur autem * dextræ digitos protendere, veluti si sermonem immortalem annuntiaret: sinistra librum tenens, sacros sermones narrantem, librum pandentem quæcumque vtili consilio Rex ipse (Christus) peregit, dum in terris ageret. Tota fulgurat vestis aurea: in illa quippe, * affabre elaboratum, & in tenuia fila diductum aurum, circum stamina inuolutum, fistulæ aut tibiæ cuiuspiam figuræ simile, supra suaue pallium reuinctum hæret, acutioribus fibulis, & serico filo alligatum. D Ab vtraque parte stant Dei Præcones, * Paulus vir diuina omni scientia plenus, & cælestium portarum validus Clauiger, cælestibus & infernis imperans vinculis. Ille quidem librum Sacram Scripturam continentem, hic vero Crucis figuram tenet aureo infixam baculo. * Vtrumque autem candidis sub vestimentis, tela variegati operis contegit. Supra diuina capita, aurei templi

VELVM SACRÆ MENSÆ.

S. PAVLI ET S. PETRI IMAGINES.

A Ἀργυρέοις κρητῆρας. ἐπὶ κρητῆρι δ' ἑκάστῳ
Πυρσοφόρους ἔστησαν, λιπαυγέα δ' εἴκελα κηροῦ
Κόσμον ἀπαγγέλλοντα, καὶ οὐ φάος· ἀργυρέοις γὰρ
Πάντοθι τορνωθέντα περιστίλβουσι μετάλλοις
Φαιδρὰ λεαινομένοισιν· ἀπυρσεύτῳ δ' ἀμαρυγῇ
Ἀργυρέην ἀκτῖνα, καὶ οὐ φλόγα, κηρὸς ἰάλλει.
Κίοσι δὲ χρυσέαις ἱερῆς πάγχρυσα τραπέζης
Νῶτα κατηρείσαντο, κατὰ χρυσέων δὲ θεμείλων
Ἵσταται, ἀφνειῶν δὲ λίθων ποικίλλεται αἴγλῃ.
Γῆ φέρομαι; πῆ μῦθος ἰὼν ἀχάλινος ὁδεύει;
Ἴσχεο τολμήεσσα μεμυκότι χείλεϊ φωνή,
Μηδ' ἔτι γυμνώσῃς, ἃ μὴ θέμις ὄμμασι λαῶν.
Μυσιπόλοι δ' ὑπὸ χερσὶν ὅσοις τόδε θεσμὰ κελεύει,
B Σιδονίης φοίνικι βεβαμμένον ἄνθεϊ κόχλου
Φᾶρος ἐφαπλώσαντες, ἐρέψατε νῶτα τραπέζης·
Τέτρασι δ' ἀργυρέοισιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας
Ὀρθοτενεῖς ἀναπετάσαντες, ἀπείρονι δείξατε δήμῳ
Χρυσὸν ἅλις, καὶ φαιδρὰ σοφῆς δαιδάλματα τέχνης·
Ὧν μία μὲν ποίκιλλε σέβας Χριστοῖο προσώπου.
Τοῦτο δὲ καλλιπόνοιο φυτεύσατο χείρεσι τέχνης,
Οὐ γλυφίς, οὐ ῥαφίδων τις ἐλαυνομένη διὰ πέπλων,
Ἀλλὰ μεταλλάσσουσα πολύχροα νήματα πήνη,
Νήματα ποικιλόμορφα, ἃ βάρβαρος ἤροσε μύρμηξ.
Χρυσοφαὲς δ' ἀμάρυγμα βολαῖς ῥοδοπήχεος ἠοῦς
Ἀπλοῖς ἀντήστραψε θεοκράντων ἐπὶ γυίων, * διπλοῖς.
C Καὶ Τυρίη πόρφυρε χιτὼν ἁλιανθέϊ κόχλῳ,
Δεξιὸν εὐτύκτοις ὑπὸ νήμασιν ὦμον ἐρέπτων.
Κεῖθι γὰρ ἀμπεχόνης μὲν ἀπωλίσθησε καλύπτρη·
Καλὰ δ' ἀνερπύζουσα διὰ πλευρῆς ὑπὲρ ὤμου
Ἀγκέχυται λαιοῖο· γεγύμνωται δὲ καλύπτρης
Πῆχυς καὶ θέναρ ἄκρον· ἔοικε δὲ δάκτυλα τείνειν
Δεξιτερῆς, ἅ τε μῦθον ἀεὶ ζώοντα πιφαύσκων.
Λαιῇ βίβλον ἔχων ζαθέων ἐπιίστορα μύθων,
Βίβλον ἀπαγγέλλουσαν ὅσα χρησμήτορι βουλῇ
Αὐτὸς ἄναξ ἐτέλεσσεν, ἐπὶ χθονὶ ταρσὸν ἐρείδων.
Πᾶσα διαστράπτει χρυσέη στολίς, ἐν γὰρ ἐκείνῃ
Τριπτός, λεπταλέος, περὶ νήματα χρυσὸς ἑλιχθείς,
Σχήμασιν ἢ σωλῆνος ὁμοίϊος, ἤ τινος αὐλοῦ,
Δέσμιος ἱμερόεντος ἐρείδεται ὕψοθι πέπλου,
Ὀξυτέραις ῥαφίδεσσι δεθεὶς, καὶ νήμασι Σηρῶν.
D Ἱστάμενοι δ' ἑκάτερθε δύω κήρυκε Θεοῖο,
Παῦλος ὅλης σοφίης θεοδέγμονος ἔμπλεος ἀνήρ,
Καὶ σθεναρὸς κληιδοῦχος ἐπουρανίων πυλεώνων,
Αἰθερίοις δεσμοῖσιν ἐπιχθονίοις τε κελεύων·
Ὃς μὲν ἐλαφρίζει καθαρῆς ἐγκύμονα ῥήτρης
Βίβλον, ὁ δὲ σταυροῖο τύπον χρυσέης ἐπὶ ῥάβδου.
Ἄμφω δὲ στολίδεσσιν ὑπ' ἀργυφέῃσι πυκάζει
Πτώη ποικιλόεργος· ἐπ' ἀμβροσίων δὲ καρήνων
Νηὸς ἐκολπώθη χρύσεος, τριέλικτον ἐγείρων

Ἀγλαΐην ἀψῖδος· ἐφεδρήσσει δὲ βεβηκὼς
Τέτρασι χρυσείοις ἐπὶ κίοσι· χείλεσι δ' ἄκροις
Χρυσοδέτου πέπλοιο κατέγραφεν ἄσπετα τέχνη
Ἔργα πολισσούχων ἐριούνια παμβασιλήων.
Γῆ μὲν νουσαλέων τις ἀκέστορας ὄψεται οἴκους,
Γῆ δὲ δόμους ἱερούς· ἑτέρωθι δὲ θαύματα λάμπει
Οὐρανίου Χριστοῖο· χάρις δ' ἐπιλείβεται ἔργοις.
Ἐν δ' ἑτέροις πέπλοισι συναπτομένους Βασιλῆας,
Ἄλλοθι μὲν παλάμαις Μαρίης θεοκύμονος εὕροις,
Ἄλλοθι δ' ἐκ Χριστοῖο Θεοῦ χερί· πάντα δὲ πήνης
Νήμασι, χρυσοπόρων τε μίτων ποικίλλεται αἴγλῃ·
Πάντα μὲν ἀγλαΐῃ καταείμενα, πάντα νοήσεις
Ὄμμασι θάμβος ἄγοντα· φαεσφορίην δὲ λιγαίνειν
Ἑσπερίην, οὐ μῦθος ἐπάρκιος, ἦ τάχα φαίης
Ἐννύχιον Φαέθοντα καταυγάζειν σέβας οἴκου.
Καὶ γὰρ ἐμῶν πολύμητις ἐπιφροσύνη Βασιλήων
Ἀντιπόροις ἕλικεσσι πολυγνάμπτοισι δεθείσας
Πλεκτὰς χαλκελάτοις δολιχὰς ἐτανύσσατο σειρὰς
Λαϊνέης προβλῆτος ἀπ' ἄντυγος, ἧς ἐπὶ νώτῳ
Νηὸς ἀερσικάρηνος ἐρείσατο ταρσὰ καλύπτρης·
Αἳ δὲ κατειβόμεναι περιμήκεος ἔκποθεν οἴμου
Ἀθρόαι ἀΐσσουσι κατὰ χθόνα· πρὶν δ' ἀφικέσθαι
Ἐς πέδον, ὑψικέλευθον ἀνεκρούσαντο πορείην,
Καὶ χορὸν ἐκτελέουσιν ὁμόγνιον. ἐκ δέ νυ σειρῆς,
Ἀργυρέους στεφανηδὸν ἀπ' ἠέρος ἧψατο δίσκους
Ἐκκρεμέας περὶ τέλσα μέσου ἐλάοντα μελά-
θρου.
Οἱ δὲ καθερπύζοντες ἀφ' ὑψιπόροιο κελεύθου,
Ἀνδρομέων κυκληδὸν ὑπερτέλλουσι καρήνων.
Τοὺς μὲν ἀνὴρ πολυΐδρις ὅλους ἐτόρησε σιδήρῳ,
Ὄφρα κεν ἐξ ὑάλοιο πυρικμήτοιο ταθέντας
Οὐελάγεις δέξαιντο, καὶ ἐκκρεμὲς ἀνδράσιν εἴη
Φέγγεος ἐννυχίοιο δοχήϊον· οὐδ' ἐνὶ δίσκοις [κλῳ,
Μουνοῖς φέγγος ἔλαμπε φιλέννυχον· ἀλλ' ἐνὶ κύ-
Καὶ μεγάλου σταυροῖο τύπον πολυωπὰ νοήσεις,
Γείτονα μὲν δίσκοιο, πολυτρήτοισι δὲ νώτοις
Ἄγγος ἐλαφρίζοντα σελασφόρον. Εὐσελάων δὲ
Κύκλιος ἐκ φαέων χορὸς ἵσταται. ἦ τάχα φαίης
Ἐγγύθεν ἀρκτούροιο, δρακοντείων δὲ γενείων,
Οὐρανίου στεφάνοιο, λελαμπότα τείρεα λεύσσειν·
Οὕτω μὲν κατὰ νηὸν ἑλίσσεται ἑσπερίη φλόξ,
Φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα· μέσῳ δ' ἐν μείονι κύκλῳ
Δευτατίου στεφάνοιο, σελασφόρον ἄντυγα δήεις.
Μεσσοπαγὴς δ' ἐπὶ κέντρον ἀπ' ἠέρος ἄλλος ὀρούσας
Δίσκος ἐυσελάγιζε· φυγὰς δ' ἀπελαύνεται ὄρφνη.
Ἐγγύθι δ' αἰθούσης, παρὰ κίονας, ἔνθα καὶ ἔνθα
Μουνοφαῆ λαμπτῆρα διακριδὸν ἄλλον ἀπ' ἄλλου
Ἑξείης ἀνέθηκαν· ὅλον δ' ἐπὶ μῆκος ὁδεύει
Τηλεπόρου νηοῖο· κύτος δ' ὑπέθηκαν ἑκάστῳ
Ἀργύρεον, πλάστιγγι πανείκελον· ᾧ ἐνὶ μέσσῳ

A figura curuatur, ſinuoſam excitans arcus pulchritudinem: ſtat vero aureis quatuor columnis innixa. * In auro texti veſtimenti extremis marginibus deſcripſit ars ingentia & ſalutaria patronorum Vrbis Imperatorum opera. Alibi quidem ægrorum ſanatrices domus quis inſpiciat, alibi Ædes Sacras, alibi denique fulgent Chriſti miracula: ineſt vero operibus gratia. * In aliis autem veſtimentis, alibi quidem Deiparæ Mariæ manibus, alibi Chriſti Dei manu coniunctos Principes inuenias: omnia denique fuſi ſtamine, aureorumque liciorum ſplendore variegantur. Omnia quidem ſplendore tecta, omnia cernes * admirationem oculis inducentia. Veſpertinis luminibus deſcribendis par nulla eſt oratio. Certe
B dixeris nocturnum ſolem venerandas Ædes illuminare. Imperatorum enim meorum ſagax prudentia, contrariis & oppoſitis voluminibus * nexiles æreas longaſque catenas expandit, a prominenti coronide lapidea, in cuius dorſo excelſum Templum ima tecti fundauit. Illæ vero per longam viam defluentes, confertim feruntur ad terram: ſed priuſquam * ſint ad terram allapſæ, iter remetiuntur, & ſocium chorum conficiunt. Ex catena autem diſcos argenteos in modum coronæ ſuſpenſos, qua extremæ medij Templi partes procurrunt, appendit. Hi vero ab excelſa via proſerpentes, * ſupra humana capita circulatim pendent. Hos quidem vir multiſcius totos ferro perforauit, vt confectas ex vitro igne ela-
C borato cuſpides exciperent, & vas nocturni luminis ſupra homines penderet. Neque * in diſcis vnis nocturnum ſplendet lumen, ſed & eodem in circulo maioris etiam Crucis figuram paſſim perforatam intuebere, diſco propinquam, variegatis vero dorſis vas luciferum ferentem. Ita rotundus quidem ex collucentibus luminibus chorus conficitur. * Certe Vrſæ, aut Draconis capitis vel cæleſtis Coronæ, fulgentia aſtra te intueri propius dicas. Sic igitur per Templum veſpertina flamma mire fulgurans circumuoluitur. In medio vero minori ſecundæ coronæ circulo, ambitum lumina perinde ferentem inuenies: * at verſus medium centrum elegans alter ab aëre emergens diſcus lumen emittit: ſic nox vbique depel-
D litur. Iuxta Porticus, ad columnas, hic & illic lucernas vnico inſtructas lumine, ab inuicem diſiunctas deinceps ſuſpenderunt: * quæ per totam amplæ Ædis longitudinem procurrunt: vnicuique autem argenteum ſuppoſuere alueum, lanci omnino ſimilem: cuius in medio, lucentis olei

PHARI ET CORONÆ.

CRVCES, ſeu SIGNOCHRISTA.

crateres insident. Neque tamen vniusmodi & æqualis procedit omnium ordo: multa enim sursum ac deorsum licet intueri cum decore ac ornatu * suauiter fluctuantia, quæ ex multis implicata nexibus catena in aëreis viis gradatim fulgurant. Ita biceps lumen ostendit in dimidij Tauri fronte descripta Hyas. Sed & argenteas naues videas, quæ oneris mercisque loco lumen vehunt: * pensiles autem lucido in aëre, veluti in mari fluitant lucernæ, vbi nec Austrum, nec sero occidentem Bootam verentur.

POLYCANDELA.

In imo vero solo videre est elegantia tigna, bicornis ferri medium transcurrentia, * quorum ad lumen Sacerdotum cohors rectis regulis rubricantibus astricta procedit. Atque alia quidem in solo sunt, vbi venustæ columnæ bases suas posuere: alia vero supra murorum vertices longis procurrunt viis, * ne expertia quidem illa lucis. Et certe frustra neglectæ fuissent ampli fastigij partes imæ. At circa extantes Coronidis lapides, singulares in tereti fornice appendens lucernas, æreis paxillis vir mysteriorum peritus alligauit. Quemadmodum cum quis Regiam suam puellam * cum studio adornans, collo elegans aptat monile, quod ignei lucernulæ auro deuinctæ fulgoris instar coruscat: ita meus Imperator in omnibus fornicibus lumina circulis defixa per totam Ædis marginem currentia eduxit. Est præterea super argenteas columnas, supra verticem, * semita angusta, per quam viri cereos deferentes vadunt, plena perinde luminibus, & venustis corymbis refulgens. Illa enim aut montanis piceis, vel teneris cupressis similes arbores quispiam appellauerit. In acutum quippe verticem desinunt: circumcurrunt vero circuli sensim effecti * latiores, donec ad vltimum venias ambitum, qui circa stipitem voluitur, vnde flos emergit ignem vbique spargens. At loco radicis, argenteos crateras videre est, arboribus lumina ferentibus suppositos. In venustæ istius siluæ medio, * immortalis Crucis figura, ferens lucem mortalibus iubar accendit, venustis distinctum clauorum nodis. Infinita porro alia diuersis exornatum modis Templum intus lumina complectitur, in sublimi nexilibus catenis suspensa: quorum quidem alia in Porticibus accensa lucem præbent, alia in media Æde, * alia ad Orientem & Occidentem, alia denique in verticibus ignis flammam effundunt: prorsus vt nox lucida, diei instar ridens, ipsa quoque rosea sit. Alius quidem ardentes coronæ ac choreæ istius arbores intuens, mœrentem animum exhilarat.

A Εὐφαέος κρητῆρες ἐφεδρήσσουσιν ἐλαίου.
Οὐ μὴν ἰσοτενής τις ὅλοις μία τέξα καθέρπει,
Πολλὰ δ' ἀνάντα, κάταντα, σὺν ἀγλαΐῃσι νοήσεις
Νήδυμα κυμαίνοντα· πολυστρέπτου δ' ἀπὸ σειρῆς
Ἠερίαις βαθμηδὸν ἐπαστράπτουσι κελεύθοις.
Οὕτω καὶ δικόρυμβον ὑὰς σελάγισμα φαείνει,
Ἡμιτόμου ταύροιο καταγραφθεῖσα μετώποις.
Ἀλλὰ καὶ ἀργυρέας τις ἴδοι νέας· ἐμπορίης δὲ
Φόρτον ἀερτάζουσι φαεσφόρον· ἐκκρεμέες δὲ
Εὐφαέος πλώουσι κατ' ἠέρος ἀντὶ θαλάσσης,
Οὐδὲ νότον τρομέουσι, καὶ ὀψὲ δύοντα βοώτην.
Ἐς δὲ βαθὺ κρηπῖδος ἐδέθλιον ἁβρὰ νοήσεις
Δούρατα, δικραίροιο μέσον τροχάοντα σιδήρου,
Ὧν ἐπὶ νηοπόλοιο φάλαγξ ἀγανείσεται αἴγλης,
Ἰθυπόροις κανόνεσσιν ἐρευθομένοισι δεθεῖσα.
B Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ πέζαν, ὅπῃ καὶ πυθμένας ἁβροὶ
Κίονες ἱδρύσαντο· τὰ δ' ὑψόθεν εἰσὶ καρήνων
Τοίχων μηκεδανῇσι παρατείνοντα κελεύθοις.
Ναὶ μὴν οὐδ' ἀσέλαστα· μάτην δ' ἐλέλειπτο καρήνου
Ταρσὰ βαθυστέρνοιο· περὶ προβλῆτι δὲ πέτρῳ
Ἄζυγας εὐδίνητον ἐς ἄντυγα λαμπάδας ἄψας,
Χαλκείοις σταλίκεσσιν ἀνὴρ ἐνεδήσατο μύστης.
Ὡς δ' ὅτε παρθενικήν τις ἑὴν βασιληΐδα κούρην
Ἀμφιέπων, χαρίεντα κατ' αὐχένος ὅρμον ἑλίξει,
Χρυσοδέτου στράπτοντα πυραυγέϊ λυχνίδος αἴγλῃ,
Οὕτω ἐμὸς σκηπτοῦχος ἐπήορεν ἄντυγι πάσῃ
Φάεα κυκλοφόρητα, συνέμπορα πάντοθι πέζης.
C Ἔστι καὶ ἀργυρέαις ἐπὶ κίοσιν, ὑψόθι κόρσης,
Στεινὴ πυρσοφόροισιν ἐπίδρομος οἶμος ὁδίταις,
Πλησιφαής, φαιδροῖσιν ἀποστίλβουσα κορύμβοις.
Κεῖνα γὰρ ἢ κώνοισιν ὀρειτρεφέεσσιν ὁμοῖα
Δένδρεά τις καλέσειεν, ἢ ἁβροκόμοις κυπαρίσσοις.
Εἰσὶ μὲν ὀξυκάρηνα, περιτροχάουσι δὲ κύκλοι
Εὐρύτεροι κατὰ βαιόν, ἕως ἐπὶ λοίσθιον ἔλθῃς
Ἄντυγος, ἣ περὶ πρέμνον ἑλίσσεται· ἔνθεν ἐκείνοις
Ἄνθος ἀνεβλάστησε πυρισπόρον. ἀντὶ δὲ ῥίζης,
Ἀργυρέους κρητῆρας ἴδοις ὑπένερθε παγέντας
Δένδρεσι πυρσοκόμοισι. μέσον γε μὲν ἄλσεος ἁβροῦ,
Ἀμβροσίου σταυροῖο τύπος, φαεσίμβροτον αἴθει
Φέγγος, εὐγλήνοισι πεπαρμένον ἅμμασιν ἥλων.
Μυρία δ' αἰολόμορφον ἀνάκτορον ἐντὸς ἐέργει
D Ἄλλα πολυγνάμπτοισι μετάρσια φάεα σειραῖς·
Καὶ τὰ μὲν αἰθούσῃσιν ἀναίθεται, ἄλλα δὲ μέσσῳ,
Ἄλλα δὲ πρὸς φαέθοντα καὶ ἑσπέριον, ἄλλα καρήνοις
Ἔκχυτον ἀστράπτοντα πυρὸς φλόγα· νὺξ δὲ φαεινὴ
Ἠμάτιον γελόωσα ῥοδόσφυρός ἐστι καὶ αὐτή.
Καί τις ἀνὴρ στεφάνοιο χοροστασίης τε δοκεύων
Δένδρεα φεγγήεντα, λυπαλγέα θυμὸν ἰαίνει·

Ος

Ὃς δὲ πυριπαίρητον ἐπακτρίδα θέλγεται, ἄλλος A
Εἰσορόων λαμπτῆρα μονάμπυκα, σύμβολον ἄλλος
Οὐρανίου Χριστοῖο * νόον λαθικηδέα τέρπει.
Ὡς δ' ὁπόταν αἰνεφέλοιο δι' ἠέρος ἄνδρες ὁδῖται
Ἀστέρας ἄλλοθεν ἄλλον ἀναθρώσκοντας ἰδόντες,
Ὃς μὲν ἀποσκοπέει γλυκὺν Ἕσπερον, ὃς δ' ἐπὶ Ταύρῳ
Θυμὸν ἀποπλάζει, γάνυται δέ τις ἀμφὶ Βοώτην,
Ἄλλος ἐπ' Ὠρίωνα, καὶ ἄβροχον ὁλκὸν Ἀμάξης
Ὄμμα φέρει, πολλοῖς δὲ πεπασμένος ἀστράσιν αἰθὴρ
Ἀτραπιτοὺς ὤϊξεν, ἔπεισε δὲ νύκτα γελάσσαι.
Οὕτω καλλιχόροιο κατ' ἔνδια θέλγεται οἴκου
Ἀγλαΐης ἀκτῖνι φεραυγέος, ἀλλ' . . . .
Πᾶς μὲν εὐφροσύνης ἀναπλ . . . . B
Ψυχαίην ἐλάσασα μελαγκρήδεμνον ὀμίχλην.
Πάντας ἐπαυγάζει σέλας ἱερόν· οὗτε καὶ αὐτὸς
Ναυτίλος οἰήκεσσι θαλασσοπόροισι κελεύων,
Εἴτε λιπὼν ἄξεινα μεμηνότος οἴδματα Πόντου,
Πλαγκτοὺς ἀντιπόρων σκοπιῶν ἀγκῶνας ἑλίσσει
Ἐννύχιον μετὰ τάρβος ἔχων γναμπτῇσι κελεύθοις,
Εἴτε μετ' Αἰγαίωνα παρ' Ἑλλησπόντιον ὕδωρ
Νῆα κατιθύνῃσι ῥοώδεος ἀντία δίνης,
Δεχνύμενος προτόνοισι Λιβυστίδος ὄγκον ἀέλλης·
Οὐκ Ἑλίκην, οὐκ ἡδὺ φάος Κυνοσουρίδος Ἄρκτου
Εἰσορόων, οἴηκι φερέσβιον ὁλκάδα πάλλει,
Ἀλλὰ τεοῦ νηοῖο θεουδέα λαμπάδα λεύσσων,
Φορτίδος εὐτόλμοιο προηγέτιν, οὐχ ὑπὸ μούνοις C
Φέγγεσιν ἐννυχίοισι· τὸ γὰρ καὶ Πρωτέος ἀκταὶ
Ἐν Φαρίῃ τεύχουσι Λιβυστίδος ἐς πόδα γαίης·
Ἀλλὰ καὶ εὐδώροισι Θεοῦ ζώοντος ἀρωγαῖς.
Μίμνε μοι, ὦ Σκηπτοῦχε, πολυχρονίοις ἐπὶ κύκλοις,
Ἐς φάος ἑσπέριόν τε καὶ ὄρθριον· εἰς σὲ γὰρ ἠὼς
Ἀμπαύει πολύυμνε, καὶ ἕσπερος οἶδε μερίμνας.
Σοὶ λιμένες γλαυκῶπιν ἀποκρίνουσι γαλήνην
Πάσῃ ἐς ἀγχίαλοιο πόλιν χθονός· ἐκχυμένου δὲ
Κῦμα περιστέλλοντες ὑπ' εὐκόλποισιν ἀγοστοῖς
Νηρέος, ἀφριόωσαν ὑποσαίνουσιν ὁμοκλήν·
Καὶ ποταμῶν ὑπόειξε ῥόῳ βρυχώμενον ὕδωρ,
Οὐκ ἔτι δ' ἁρπακτῆρα μιαίνεται ὁλκὸν ὁδίταις·
Τὸν πρὶν ἀνικήτοισιν ἀγηνορέοντα ῥεέθροις
Μύγδονα Σαγγάρειόν τις ἰδὼν Βιθυνίτιδι γαίῃ, D
Νῶτα λιθοτμήτοιο διαζωσθέντα γεφύρης,
Κρήγυον ἡμετέρων ἐπέων οὐ ῥυθμὸν ἐλέγξει.
Ταῦτά σοι, ὀλβιόμοιρε, μάκαρ, δηναιὸν ἀέξει
Ζωοφόρου λυκάβαντος ἐπεμβάδα· ταῦτα θριάμ-
Ἑσπερίοις, Λιβυκοῖς τε, καὶ ἠώοισι γεραίρει [βοις
Σὸν κράτος . . . . . π . . . . ἀντυ . . . . άννων
Πολλάκις αὐτοφόνοιο χερὸς δηλήμονι τόλμῃ
Αὐχένας ἐστρώνιξε, πρὶν ἔντεσι χεῖρας ἑλίξεις·
Τῶν δὲ κατηλοίησε κάρηνα, πρίν σε πυθέσθαι

* νόῳ λαθικηδέϊ.

* Alius autem igne inspersum Rete inspiciens, demulcetur. Alius vnico fulgens lumine candelabrum, alius cælestis Christi signum intuens, mentem oblectat. Quemadmodum cum innubi aëre exilientes stellas aliunde aliam, viatores intuentur; * alius quidem suauem Vesperum respicit, alius versus Taurum animo vagatur, quidam Boota oblectatur, alius ad Orionem, & siccam Currus semitam oculos expandit, multis vero inspersum astris cælum vias aperuit, & noctem ridere suasit: * sic intra eximiæ Ædis domicilia, collucentium vbique luminum radiis omnes non modo demulcentur, sed & eorum aspectu, depulso mentis nebulo, lætitia replentur. Omnibus sacrum affulget lumen: quandoquidem & nauta ipse, * qui gubernaculis in mari imperat, siue furiosis relictis irati Ponti fluctibus, vagabundos inuicem concurrentium scopulorum anfractus, inter nocturnos tremores, per flexuosas vias circumflectit; siue emenso Ægeo mari, in Hellespontiacum * nauem dirigit contra fluentes vortices, Libycæ procellæ tumorem rudentibus excipiens; non Elicen, non suaue Cynosuræ lumen intuens, salutiferam suam nauem clauo impellit, sed diuinam Templi tui respiciens lucem, * audacis onerariæ ducem, non nocturnis duntaxat luminibus (hoc enim faciunt & Protei littora in Pharo, ad extremos Libycæ terræ fines) sed & benefica Dei viui ope.

Viue, o Imperator, ad multos annos, * & lucem Occidenti pariter Orientique affunde: in te quippe curas suas deponere nouit Aurora & Vesper, o laudate Princeps. Tibi cæruleam in omnibus maritimæ terræ vrbibus portus serenitatem reseruant, & effusi maris fluctus sinuosis sub anfractibus comprimentes, * spumantem illius mitigant fragorem. Cessere etiam aquæ fluminum, fluctibus suis mugientes: nec amplius rapaces cursus viatoribus inficiunt. Quisquis enim videt Sangarium Mygdonium in Bithyniæ finibus, inuictis prius insolescentem fluentis, * lapideo ponte nunc reuinctum, assentationis nostrorum carminum numeros non arguet. Hæc tibi, o Fortunate & Beate Princeps, longæuas vitalium annorum accessiones adiungunt: hæc triumphis Occidentalibus, Libycisque, & Orientalibus * Imperium tuum munerant. Hæc tyrannorum, qui pessima audacia sibi manus intulere, priusquam arma capesseres, ceruices sæpius præcipitarunt: horum etiam attriuere capita, priusquam nefandos

RETE.

Petras Cyaneas & Symplegadas intelligit, de quibus Gyllius l. 2. de Bosporo Thracio, cap. 24.

De Ponte Sangario imposito, V. Procop. l. 5. de Ædif. c. 3. Theoph. pag. 198. Agathia in Anthol. p. 380 edit. H. Stephan. & Notas ad Alexiadem p. 280.

ausus tibi fama nuntiaret. Si quando enim * paululum cunctata iustitia infensum tibi hominem aliquem ad pedes tuos adduxit, necessariæ iracundiæ procellas confestim sedas, & reducem continuo refers serenitatem: vinculumque æreum, quod pœnali prius nexu constringebat hominem, * ceruicem statim relaxat. Tu vero propitium aperiens oculum eum, qui tuus prius hostis erat, auges honoribus, & cingulo donas, effractis vinculis quibus hominis neci destinati collum alligabatur. Et quæ famuli tui membra immitis tumulus contegere debuit, lucrifacis: vinctusque tua magis serenitate, * o Teraugusté, quam ferro superatus animum ad te totum conuertit, eumque ex metu, in tui ipsius amorem & fiduciam transferens, tuis lubens verticem frænis subiecit. Nosti enim quanto sit amor vi ac necessitate potentior: * nosti vt in pascuis persæpe taurus fistula persuasus, pedi fragorem euitat.

Inde semper laborum tuorum præcursor tibi fit Christus, ac sublimia tua consilia gubernatrice manu dirigit, siue ad bella * enses nudare, siue recondere necesse sit: qui diuinum Pontificem tibi dedit eligere, qui asperam quadrifidæ virtutis viam omnem nullo labore percurrit: quem sacris Romæ thronis diuinum quoddam oraculum præfecit. * Sed ab inuictis & bellicosis tuis laudibus paululum digressi, nostra carmina in venerandum Pontificem conuertamus. Tua enim perinde laus est illa, o Imperator: victoria quippe modo hinc, modo inde parta, tum ob bellicosos, tum ob impensos vrbis præsidio labores, * suauem coronam vicissim capiti tuo imposuit. Etenim, o Imperator, quando benefico mentis consilio templis tuis Magnum Pontificem adsciuisti, scelesti dæmonis confestim concidit impets, confestim praua passionum omnium bella effugasti, * confestim in ciuilibus laboribus adeptus es victoriam.

Sed & tu beneuolum mihi auditum præbe, o laudate Pater, diuini præses Templi. Sub tuo suffragio seruatur gloria Principum, & tuis sub precibus, * regiis Imperij frænis gentes submisit alata victoria. Et aliæ quidem quæ repercutientibus scutis insolescebant, Imperatoris ad pedes armorum vi adducuntur: aliæ vero infinitæ orbis Gentes Barbaræ Romam conueniunt tuæ, inclite Pontifex, serenitatis splendorem audientes. * Vidi enim nuper sacram Ædem præ nigricantibus viris loci angustia laborare. Ij vero diuinæ tuæ domus aspectu illecti, animosque ceruices cælesti pariter ac terrestri solio libentes submiserunt: infelices qui manui tuæ capita non subie-

A Φῆμιν ἀπαγγέλλουσαν ἃ μὴ θέμις· εἴποτε γάρ σοι
Βαιὸν ἐλιννύσασα δίκη παρὰ ποσὶ κομίσσῃ
Ἀντιβίων τινὰ φῶτα, κατευνάζεις μὲν ἀέλλας
Εὐθὺς ἀναγκαίοιο χόλου, στρεπτὴν δὲ γαλήνην
Εὐθὺς ἄγεις, καὶ δεσμὸς ὁ χάλκεος ὁ πρὶν ἐέργων
Ἀνέρα ποιναίοισιν ἐν ἅμμασιν, εὐθὺς ἀνοίγει
Αὐχενίην κληῖδα· σὺ δ' ἵλαον ὄμμα τανύσας,
Τὸν πρὶν ἐειδομένοντα σέθεν, ζυγόδεσμον ἀράξας
Ἀντιφόνου, ζωστῆρας ἐς αἰγλήεντας ἀέξεις.
Κερδαίνεις δ' ὅσα τύμβος ἀμείλιχος εἶχε καλύψαι
Γυῖα τεοῦ θεράποντος· ἀφ' ὑμετέρης δὲ γαλήνης
Νικηθεὶς, Τρισέβαστε, πολὺ πλέον ἠὲ σιδήρῳ
Εἴς σε μεταστρεφθεῖσαν ὅλην φρένα δέσμιος ἕλκει·
B Ἐκ δὲ φόβου πρὸς ἔρωτα τεὸν καὶ πίστιν ἀΐξας,
Ὑμετέροις ἐθέλοντα λόφον δούλωσε λεπάδνοις·
Οἶδα γὰρ ὅσσον ἔρως κρατερώτερός ἐστιν ἀνάγκης·
Οἶδα δὲ ὡς νομίοισιν ἐν ἄλσεσι πολλάκι ταῦρος
Πειθόμενος σύριγγι, καλαύροπος ἦχον ἀλύσκει.
Ἔνθεν ἀεὶ καμάτοιο τεοῦ προκέλευθος ἀνέστη
Χριστὸς ἄναξ, βουλὰς δὲ κυβερνητῆρι χαλινῷ
Σεῖο κατιθύνει κρατερόφρονας, εἴτ' ἐπὶ χάρμην
Φάσγανα γυμνῶσαι τελέθει χρέος, εἴτε καλύ-
Ὅς σε καὶ ἀρητῆρα θεουδέα δῶκεν ἑλέσθαι, [ψαι·
Ῥηϊδίως κραναὴν ἀρετῆς τετράζυγος οἶμον
Πᾶσαν ἐπιστείχοντα, τὸν ἠγαθέοισι θοώκοις
Ῥώμης οὐρανίης τις ἐφήρμοσεν ἔνθεος ὀμφή.
Ἀλλὰ τροπαιοφόρων τε καὶ εὐπολέμων σέθεν ὕμνων
C Βαιὸν ἀποκλίναντες, ἐπιτρέψωμεν ἀοιδὴν
Σεμνὸν ἐς ἀρητῆρα· τεὸς δέ τις ἐστὶ καὶ αὐτὸς
Ὕμνος, Ἄναξ· νίκη γὰρ ἀμοιβαδὸν ἄλλοθεν ἄλλη,
Εὐπτολέμοις καμάτοισι, καὶ ἀστυόχοις ἐπὶ μόχθοις,
Ὑμετέροις στέφος ἁβρὸν ἐπεστήριξε καρήνοις.
Καὶ γὰρ ὅτε, Σκηπτοῦχε, νόου βιοδώτορι βουλῇ
Ὑμετέροις τεμένεσσι μέγαν κληρώσαο μύστην,
Εὐθὺς ἀλιτρονόοιο κατήριπε δαίμονος ὁρμή,
Εὐθὺς ὅλων παθέων χαλεπὴν ἐτρέψαο χάρμην,
Εὐθὺς ἐπ' ἀστυόχοις καμάτοις ἀνεδήσαο νίκην.
Ἀλλά μοι ἱμερόεσσαν ὑποστήριξον ἀκουήν,
Καὶ σὺ Πάτερ πολύυμνε, θεουδέος ἡγέτα νηοῦ.
Σῇ μὲν ὑπὸ σφρηγῖδι φυλάσσεται εὖχος Ἀνάκτων,
Σεῖο δ' ὑπ' εὐχωλῇσι κατάπλεος ἔθνεα νίκη
Κοιρανίης ὑπέθηκε πολισσούχοισι λεπάδνοις.
D Καὶ τὰ μὲν ἀντιτύποισιν ἐπαυχήσαντα βοείαις
Ἔγχεσιν ἄγει Βασιλῆος ὑπ' ἴχνεσιν, ἄλλα δὲ Ῥώμῃ
Μυρία βαρβαρόφωνα συνήλυθον ἔθνεα γαίης,
Ὑμετέρης ἀΐοντα σέβας, Τρίλλιστε, γαλήνης.
Χθιζὰ μελαγχροίοισιν ὑπ' ἀνδράσιν ἔνθεον αὐλὴν
Στεινομένην ἐνόησα· τεῆς δ' ἀπὸ θεσπίδος αὐλῆς
Θελγόμενοι, ψυχήν τε καὶ αὐχένα πρόφρονι βουλῇ
Οὐρανίοις ἔκλιναν ἐπιχθονίοισί τε θοώκοις·
Τλήμονες, οἳ μὴ χεῖρα τεὴν δέξαντο καρήνοις,

Χεῖρα δυσαλθήτων ἐλατήριον ἀμπλακιάων,
Χεῖρα λιποκτεάνοισιν ἐπαρκέα, χεῖρα τιθήνην
Ὀρφανικῶν, πάσης δὲ κατευνήτειραν ἀνάγκης.
Καὶ γὰρ ἀπ' ὠδίνων σε σαοφροσύνη τε καὶ αἰδὼς
Ἐλπίδος οὐρανίης ἱεραῖς ξυνῶσε πορείαις.
Λιτὰ δέ σοι καὶ δόρπα, καὶ ὀμφήεσσα μενοινή,
Λιτὰ δέ σοι βλεφάρων ἀμαρύγματα, λιτὰ δὲ ταρσῶν
Ἴχνια σῶν, καὶ λιτὸν ἔπος σέο χείλεα πάλλει.
Οὐ μὲν ἐπισκυνίοιο κατηφιόωσαν ὁμίχλην
Ἀμφιέπεις, Χριστῷ δὲ γεγηθότα θυμὸν ἀέξεις,
Ἤπιον εὐαύγητον ἄγων σέλας· ἐν δὲ προσώποις
Μειλίχιον μείδημα παρήια σεμνὰ χαράσσει.
Ταῦτα δὲ πρηϋνόοιο φέρεις σημήια θυμοῦ.
Ἐσσὶ γὰρ εὐθίκτοισιν ἀνέμβατος ἴχνεσιν ὀργῆς,
Ἑδριάων ἀτίνακτος ἐπ' ἀφλοίσβοιο γαλήνης.
Πάντα μὲν ὑλαίων ἀπεσείσαο πήματα μόχθων·
Εὐσεβίης δ' ὀχετηγὸν ἐνηέα θυμὸν ἀνοίγων,
Συμπαθὲς ἀνδρομέοισιν ἐπ' ἄλγεσιν ὄμμα τιταίνεις,
Οὐδὲ λιπερνήτης τελέθει βροτός, ὅν σὺ νοήσεις·
Αὐτίκα γὰρ καθαροῖο νόου θημῶνα πετάσσας,
Λυδὸν ἐϋχρύσοιο παρέδραμες ὄλβον ἀναύρου,
Ἔκχυτον ἐκ παλάμης ποταμηρρύτον ὄλβον ὀπάζων.
Πάντα μὲν ὠγυγίων τε καὶ ὁπλοτέρων κλέα μόχθων
Ἐξεδάης, πᾶσαν δὲ ποσὶν καθαροῖσιν ὁδεύεις
Ἀτραπιτὸν λειμῶνι θεουδέϊ· σὰς δὲ μερίμνας
Ἰθυνόῳ πλάστιγγι κανὼν σταθμήσατο μύστης.
Ἔνθεν ὑπ' ἀχράντοισι νόον μελετήμασι θέλγων,
Ὤνιον οὐ τέτληκας ἰδεῖν σέβας, οὐδὲ καρήνοις
Ἐμπορίην ἱεροῖσιν ἐφήρμοσας, οὐδὲ βεβήλοις
Ἀνδράσιν οἶμον ἔδειξας ἀνέμβατον· εἰ δέ σε δώροις
Γρηῢς ὑποσσαίνων τις ὀΐεται εἰς χάριν* ἐλθεῖν,
Βριθὺς ὁμοκλητῆρι χαλέψαο τόνδε χαλινῷ,
Ὄσσον ἀποσμῆξαι κραδίης νέφος, ὄσσον ἐλέγξαι
Χρυσὸν ἀτιμηθέντα, καὶ ἀφραίνοντα διδάξαι
Ὡς καθαρὸν καθαροῖσι θέμις τεμένεσσι θαμίζειν.
Ἀλλὰ μένοις, καὶ σκῆπτρον ἐμοῦ Βασιλῆος ἀέξων
Σαῖς, Μάκαρ, εὐχωλῇσι· μένοις δ' ἀλιγείτονι Ῥώμῃ
Πᾶσαν ἁμαρτινόου βιότου σμώδιγγα καθαίρων.

* ἕλκειν.

ΤΕΛΟΣ Ἐκφράσεως τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας.

A iecere, * manui inauspicatorum criminum expultrici, manui pauperibus bona eroganti, manui orphanorum nutrici, omnis denique sopitrici necessitatis. Etenim ab incunabilis modestia perinde ac pudor te sacris cælestis spei semitis adiunxit. * Simplices tibi sunt dapes, & diuina mens: simplices tibi sunt & oculorum fulgores, simplicia pedum tuorum vestigia, simplex denique quæ ore tuo manat oratio. Nunquam tetricam supercilij nubem affectas: in Christo vero conceptam animi auges lætitiam, * lene facileque præbens iubar: suauis in vultu risus venerandas signat genas. Hæc placidi animi defers argumenta: sensibilibus quip- B pe iræ vestigiis es imperuius, & inconcussus stas in tranquilla serenitate. * Omnes quidem terrestrium laborum molestias abegisti: vt pietatis vero canalem, mitem animum tuum explicans, super humanos dolores condolescentem animum expandis: neque mortalis, quem tu quidem videris, fit pauper; confestim enim aperto sinceræ mentis thesauro, * Lydias aurei fluentis diuitias prætergrederis, effusas de manibus fluuij instar opes erogans. Omnem quidem veterum & recentiorum laborum gloriam didicisti, & quamcumque semitam puris inambulas pedibus diuino in prato. Tuas vero cogitationes ad rectam legem * sacra examinat regula. Hinc puris meditationibus mentem demulcens, vena- C lem non sustinuisti videre honorem, neque sacris verticibus mercaturam aptasti, nec prophanis viris inaccessam viam ostendisti. Si autem * per assentationem gratiam tuam muneribus demereri se posse quis putauerit: hunc statim minaci fræno corripis, donec mentis nebulum depuleris, ostenderisque aurum te despicere, & insanientem docueris, purum & immaculatum pura templa frequenter adire debere. Sed viue, & mei Imperatoris, tuis precibus, o Beate, sceptrum adaugens; viue maritimæ Romæ, omnes peccatricis vitæ liuores detergens.

FINIS Descript. Magnæ Ecclesiæ.

CONIECTVRÆ ALIQVOT IN LACVNAS
secundæ partis Descript. S. Sophiæ, quas margines vix cepissent.

PART. II. *in Iambis.* v. 2. λῆρον, vel ὄχλον. v. 4. ἔρχεται πάντες τῷ ἔπος ὡς τῆς θέας. v. 5. τὸ λοιπὸν προσκαταθήσω τῷ χρεοῖς, vel προσαποδώσω. PART. II. v. 1. πάντα μὲν ἑσπερίαν τε ἐπὶ κλίσιν ἴσατο νηός. *aliis legendum placet,* πάντα μὲν ἑσπερίαν ἐπὶ κλίσιν ἴσα τὰ νηοῦ &c. v. 2. οὐ γὰρ ὁμοίη. *ita Salmasius ad Solinum pag.* 1218. v. 3. περιδέδρομεν, *Salmas.* v. 6. ἀπειρεσίοισ... v. 7. πολύανδρον ἀνοίγει. v. 8. κατὰ πέλας μελάθρου. v. 10. ὑπ' εὐρυάλοισι. v. 36. αἰπυπόροις. v. 53. ὅσον ἄντυγας. v. 55. πηλίκον ἑτέρα πετράζυγος. v. 56. περὶ δ' ἀερτ. v. 57. ἔνστροφος εὐκύκλοιο. v. 95. ὧν διὰ χρυσοκόμοιο. v. 96. θάρσος ἔχων. v. 100. ἄντυγας, ἁψίδων π. v. 101. παμβασιλεῦς πλ. v. 102. ἀλλ' ἐπὶ ὑψορό-

φοιτέρος. v. 116. ἀλλ' ὅτι δ' ἀμφιλικοις καὶ ἑσπερίοις περὶ κύκλοις. v. 117. ὅλος περιπέπλαται αἴθηρ, vel ἀήρ. v. 118. ἀβρόχου ἄρκτου. v. 120. ἄντυγος εὐρυχώροιο. v. 122. ἐπ' αὐτῶν. v. 123. κίονες αἰγλήεντες ὅλοι χλοάουσι. v. 124. φορέουσι καρήνοις. v. 130. ἐέδεθλων, vel ἔδεθλα. v. 134. ἀλλὰ καὶ αὐτῆς. v. 135. καὶ πετραχίοις. v. 136. ὧ δὲ σοῦ αὐτοῦ. v. 166. *alias* θεοσέπτοις, *seu potius* θεοσέπτοις. v. 207. *Salmasius in Hist. Aug pag.* 267. *citans hunc versum, pro* ἀργυφέοισιν, *scripsit* ἀργυρέοισιν. v. 208. εὐπήχεϊ, *ita reponit idem Salmasius in Solinum pag.* 562. *pro* εὐπήλεϊ, *licet ultimum Epithetum Nilo recte conueniat, qui limosus dicitur, ob limum quem voluit, quo agri fœcundantur: unde Virgilius de Nilo:* Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena. *Alij* εὐμήκεϊ, *legendum censent.* v. 220. *pro* ἑείπῃ, *Salm. habet* ἀρουρα. v. 222. *sic restituit ac disiunxit idem Salmasius, cum MS. haberet* ἱκετύχησιν. v. 274. *Salmas. in Hist. Aug. pag.* 326. *scripsit* ὀξυτέρου, *& versu seq.* χαράξαι, *pro* χαράξας. v. 278. *Lambecius ad Orig. CP. N.* 32. *habet* ἀγγελιαίων, *pro* ἀγγελιάων.

DESCRIPTIONIS ÆDIS SOPHIANÆ SYLLABVS.

1. MAGNA Ecclesia Constantiniana.
2. Magna Ecclesia Constantiana.
3. Magna Ecclesia Theodosiana.
4. Magna Ecclesia Iustinianea.
5. Prima Encænia.
6. Secunda Encænia.
7. Architecti.
8. Impensæ.
9. Materia.
10. Marmora.
11. Musiuum.
12. Amplitudo.
13. Longitudo.
14. Latitudo.
15. Altitudo.
16. Porticus exteriores ad Meridiem & Septentrionem.
17. Porticus Occidentales.
18. Narthex.
19. Pyramides.
20. Atrium.
21. Garsonostasium.
22. Phiala.
23. Augusteum.
24. Statua Iustiniani.
25. Portæ Occidentales.
26. Porta Orientalis.
27. Portæ Septentrionales.
28. Pilæ quatuor maiores.
29. Trigoni.
30. Arcus Orientales.
31. Arcus Septentrionalis & Meridionalis.
32. Hemisphærium.
33. Tholus, seu Trulla, vel Trullus.
34. Altitudo centri.
35. Casus Trullæ, seu Hemisphærij.
36. Muri obnitentes Pilis.
37. Porticus inferiores Templi.
38. Porticus superiores, seu Catechumena.
39. Aulæ.
40. Sedes Imperatricis.
41. Cochleæ.
42. Sedes Imperatoris.
43. Coronæ.
44. Pauimentum.
45. Testudo.
46. Tectum.
47. Fenestræ.
48. Lampades & Candelæ.
49. Bema.
50. Concha.
51. Absida.
52. Fenestræ Conchæ.
53. Mensa Sancta.
54. Gradus Mensæ Sanctæ.
55. Columnæ Mensæ Sanctæ.
56. Mare.
57. Ciborium.
58. Crateres Ciborij.
59. Lilia Ciborij.
60. Sphæra, seu Malum Ciborij.
61. Crux Ciborij.
62. Turris.
63. Pyxis.
64. Columba.
65. Vela Ciborij.
66. Synthronus.
67. Prothesis.
68. Diaconicum Bematis.
69. Quatuor Conchæ.
70. Cancellus Bematis.
71. Portæ Sanctæ.
72. Velothyra.
73. Solea.
74. Ambo.
75. Gradus Ambonis.
76. Puteus Sacer.
77. Ναός.
78. Vmbilicus.
79. Cancelli Ναοῦ, seu Chori.
80. Portæ Cancellorum Ναοῦ.
81. Pronaus.
82. Baptisterium.
83. Fons Baptisterij.
84. Diaconicum exterius.
85. Secretarium.
86. Metatorium.
87. Vestiarium.
88. Salutatorium.
89. Sceuophylacium.

DESCRIPTIO
ECCLESIÆ SANCTÆ SOPHIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ
ATQVE ADEO CÆTERARVM ÆDIVM SACRARVM
ex variis Scriptoribus,

SEV

IN PAVLVM SILENTIARIVM
VBERIOR COMMENTARIVS.

I. EX ÆDIFICATO & mœnibus longe amplificato Byzantio, veterique Vrbis appellatione in ſuum nomen transfuſa, Conſtantinus M. recens Chriſtianam Religionem amplexus, anno Imperij viceſimo, Templum Deo Omnipotenti, cui totum ſe commendarat, extruxit, illudque τῇ Αγίᾳ Σοφίᾳ, ſeu Diuinæ Sapientiæ, dicauit, id eſt, Chriſto: *Filium namque Dei*, vt ait Rupertus lib. 10. de Diuin. offic. cap. 15. *dicimus veram & incommutabilem Sapientiam, per quam vniuerſam condidit creaturam.* Byzantini autem omiſſo Αγίας vocabulo, Σοφίαν Ædem iſtam nude poſtmodum appellarunt. Iſtius conditorem agnoſcunt Conſtantinum Theophanes, Cedrenus, Glycas, Paulus Diacon. lib. 11. Nicephorus Calliſt. lib. 7. cap. 49. & quotquot fere Conſtantini res attigere Scriptores. At Codinus non de nouo excitaſſe Magnam Eccleſiam, ſed ædem Paganorum prius exiſtentem, idolis & deorum ſimulachris purgatam, ad Eccleſiæ Chriſtianæ vſum immutaſſe Conſtantinum perperam ſcripſit; cum diſertis verbis tradat Cedrenus a fundamentis Sophianam ædificaſſe Ædem, illiuſque condendæ Euphratæ cuidam ab eo curam demandatam. Ædis Conſtantinianæ forma fuit dromica, id eſt quadrata, ſed oblongior. Ita enim δρομικὸν accipiendum cenſent plerique e doctioribus, etſi Allatius repugnet; vnde recte Theodoſius Zygomalas apud Cruſium pag. 201. δρομικὸν, quod eſt δίκην νάρθηκος, & τὸν δρομικὸν, νάρθηκα dixit appellari. Eiuſmodi autem eſt Narthecis, ſeu Ferulæ figura, vt infra oſtendimus. Denique δρομικὸν dictum videtur a Stadiis curſoriis, quæ in maiorem longitudinem quam latitudinem porriguntur. Magnæ igitur Eccleſiæ Conſtantinianæ formam fuiſſe dromicam teſtatur Codinus in Deſcr. S. Sophiæ. Addit Anonymus Autor Deſcriptionis eiuſdem Ædis a Combefiſio editus, ὁμοίαν fuiſſe τοῦ ἁγίου Ανδρονίκου καὶ τοῦ ἁγίου Ακακίου, quo loco appoſite Αγαθονίκου, pro Ανδρονίκου, reponit Combefiſius: nulla enim S. Andronici Ædes occurrit extructa Conſtantinopoli; Agathonici vero a Conſtantino condita legitur apud Cedrenum, Nicephorum lib. 7. cap. 49. Suidam. verb. Βηρίνη, & Codinum in Orig. Lambecianis pag. 37. 38. qui perinde δρομικὴν fuiſſe ſcribunt, & quam denique in auguſtiorem formam excitatam refert Procop. lib. 1. de Ædif. cap. 5. Acaciani autem Templi mentio eſt in Veteri Vrbis Deſcriptione, vbi in 10. Regione ſtatuitur, loco Heptaſcalo nuncupato, vt eſt apud Socratem lib. 2. cap. 38. lib. 6. cap. 23. Nicephorum lib. 3. cap. 38. lib. 9. cap. 42. Cedrenum, Synaxar. &c.

Ecclesia Constantiniana.

MAGNA ECCLESIA CONSTANTIANA.

II. Verum cum nimium angusta visa esset Constantiniana Ædes, nec satis capax, vel quod, vt alij volunt, concidisset, forte ex terræ motibus, Constantius Constantini filius ad eam amplitudinem, qua postmodum conspecta est, perduxit. Socrates lib. 2. cap. 16. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον καὶ ὁ Βασιλεὺς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν ἔκτισεν, ἥτις Σοφία μὲν προσαγορεύεται· συνῆπται δὲ τῇ ἐπωνύμῳ Εἰρήνῃ, ἣν ὁ πατὴρ τοῦ Βασιλέως μικρὰν οὖσαν τὸ πρότερον, εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ηὔξησε, καὶ νῦν εἰσὶν εἰς ἕνα περίβολον ἄμφω ὁρώμεναι, μιᾶς τῆς ἐπωνυμίαν ἔχουσαι. Theophanes: ἣν δὲ ἡ ἐγκαινισθεῖσα Ἐκκλησία σφαιροειδὴς ἐξ ἔτεσι κτισθεῖσα, ὑπὸ μὲν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου θεμελιωθεῖσα, ὑπὸ δὲ Κωνσταντίου πληρωθεῖσα, καὶ ἐγκαινισθεῖσα. Socrati & Theophani consentiunt Philostorgius lib. 3. cap. 3. Autor vitæ S. Pauli Patr. CP. apud Photium, Zonaras in Iustiniano, Nicephorus Call. lib. 9. cap. 9. & aliquot alij, qui Magnam Ecclesiam Constantio adscribunt. Confecta Æde, Constantius magno apparatu illius Encænia celebrauit, Eudoxio sacras preces faciente, trigesimo quarto post anno quam fundamenta iecisset, 15. Febr. an. Chr. 360. Constantio ipso X. & Iuliano Cæsare III. Coss. Idatius in Fast. *His Coss. dedicatum est Constantinopoli Dominicum die 15. Kal. Mart.* Cedrenus An. 22. Constantij: οὗτος ὁ Εὐδόξιος ἐνεκαίνισε τὸ δεύτερον τὸν ναὸν τῆς Ἁγίας Σοφίας, διὰ τὸ μετὰ τὸν πρῶτον ἀπαρτισμὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν ἐγκαινισμὸν τὸν δι' Εὐσεβίου, πάλιν πεσεῖν, καὶ αὖθις οἰκοδομηθῆναι διὰ τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίου. Istorum Encæniorum meminere præterea Autor vitæ S. Athanasij apud Photium, Socrates lib. 2. cap. 42. Sozomenus lib. 4. cap. 25. & Chronicon Alexandr. hoc anno: ex quibus colligitur iacta fuisse prima Magnæ Ecclesiæ fundamenta an. Christi 326. quo Constantius solus imperare cœpit.

MAGNA ECCLESIA THEODOSIANA.

III. Arcadio autem postmodum imperante, cum exorta esset seditio in Maiore Ecclesia de expellendo Ioanne Chrysostomo; iniecto ab iis qui partes illius amplexabantur igne, statim illa conflagrauit an. Chr. 404. Marcellinus Comes: *Ecclesiam Constantinopolitanam flamma ignis, quæ de B. Ioannis throno quondam Episcopi nata fuit, subito conflagrauit, vicinamque Ecclesiæ vrbis faciem serpens nihilominus exussit.* Socrates lib. 6. cap. 16. τινὲς γὰρ τῶν Ἰωαννιτῶν κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τὴν Ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν, vbi addit incendium istud accidisse 20. Iunij, Honorio VI. & Aristæneto Coss. Theophanes vero perperam incendium Magnæ Ecclesiæ in annum duodecimum Arcadij coniicit, cum fuerit decimus. At quos Ioannitas vocant Socrates & idem Theophanes an. 12. Theodosij Iunioris, qui ignem in Ædem immisere, *Xylocercetas* appellat Chronicon Alexandrinum, horamque istius cladis annotat: ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐξεώθη Ἰωάννης Ἐπίσκοπος ΚΠ. καὶ αἰφνιδίως ἐκάη ἡ Μεγάλη Ἐκκλησία σὺν τῇ Σενάτῳ ἀπὸ κρατούντων αὐτῆς τῶν λεγομένων Ξυλοκερκητῶν, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ὥρᾳ ϛ'. Erant autem Xylocercetæ, vt hoc obiter moneam, Ioannis sectatores, quique partibus illius fauebant impensius contra quosdam Episcopos, qui coacta Synodo Episcopatum Constantinopolitanum ei abrogauerant. Sed cum Ecclesia sua depulso Ioanne, conuentus separatim agere primo cœpissent in Constantini Balneis, postea extra Vrbem in Ξυλοκέρκῳ, seu in Circo ligneo, quem Constantinus, μήπω τὴν πόλιν συνοικίσας, εἰς ἱπποδρόμου θέαν ἐκάθηρε, ξύλοις περιτειχίσας, vt ait Sozomenus, eos egere. Perstitit autem Xylocercetarum secta, seu Ioannitarum, vti appellantur præterea a Socrate lib. 6. cap. 16. lib. 7. cap. 25. vsque ad tempora Procli Episcopi CP. qui tandem eos ad concordiam reduxit Theodosio XVI. Consule, vt produnt idem Socrates lib. 7. cap. 44. Theodoret. lib. 5. cap. 34. & Theophanes an. 30. Theodosij Iunioris. Sed non desunt qui a nemine ignem, sed diuinitus immissum tradunt, quod velle videtur Marcellinus, vt & Historia Conciliabuli excitati contra Ioannem

Chryſoſtomum : καθ' ἣν δὲ ἡμέραν ὁ τῶν πιστῶν ἥλιος ἀπ' αὐτῶν ἔδυ ἐξοριζόμενος, πῦρ θεῖον ἀπὸ μέσου τοῦ θρόνου, ἐν ᾧ καθήμενος ταῖς ἱεραῖς διδαχαῖς τοὺς ἀκούοντας ἐπύρσευεν, ἐξ οὐδεμιᾶς ἀνθρωπίνης αἰτίας ἀναφθὲν, καὶ εἰς ὕψος διὰ τῶν ἁλύσεων, ὄφεως τρόπον ἕρπον, ἐπὶ νώτου ἐκτετίνακτο, τοῦ ἐπισκοπείου τὴν ὕλην καταλυμαινόμενον· ἐντεῦθεν ἄνεμος ἀπηλιώτης ἐπιπνεύσας σφοδρῶς, καὶ ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ τὸν βασιλικὸν οἶκον τῆς συγκλήτου γερουσίας, ἐπὶ μεσημβρινὴν κείμενον, διενεγκὼν τὸ πῦρ, εἰς τέλος κατελυμήνατο αὐτόν· ἐν τρισὶ τοίνυν ὥραις τῆς ἡμέρας ἔργων πολυχρονίων κατασκευὴ, καὶ κάλλος ἀνέκφραστον ἐξηφανίσθη. Neque tamen tota conflagrauit eo incendio Magna Eccleſia, ſed præſertim ea pars quæ Bema complectitur. Cedrenus: ἐν δὲ τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἐνέπρησεν, ὡς δὲ ἄλλοι φασὶν, ὅτι πῦρ ἐξελθὸν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου πάντα κατέκαυσε. Id omnino prodit Georgius Alexandrinus in vita Chryſoſtomi apud Photium, ſcribens eam potiſſimum partem incendio abſumptam, quæ circa Ambonem erat : καὶ τὸ πῦρ ἀναφθὲν τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Ἄμβωνος πολλὰ τῶν πέριξ κατενεμήσατο. Addit Anonymus Combefiſij τὴν στέγην τῆς Ἐκκλησίας pariter conflagraſſe : ſed errat, cum id ſub Theodoſio M. an. 6. cum Secunda Synodus habita eſt Conſtantinopoli, & cedente Gregorio Nectarius ſubſtitutus eſt Patriarcha, accidiſſe ſubdit. Denique Magna Eccleſia rurſum conflagrauit Honorio imperante, Aëtio III. & Symmacho Coſſ. vt autor eſt Marcellinus Comes: *Templum Regiæ Vrbis igne crematum :* cuius quidem incendij meminit ipſe Honorius in Reſcripto, quod extat poſt Epiſtolam 31. Innocentij PP. Reſtaurata poſtmodum a Theodoſio Iuniore, dedicata eſt ab Attico Patr. CP. an. 7. eiuſdem Theodoſij, Indict. 13. Honorio X. & Theodoſio VI. Coſſ. Chronicon Alexandr. τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπετελέσθη τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ϛ'. ἰδῶν Ὀκτωβρίων, ἡμέρᾳ κυριακῇ, &c. Stetit porro Magna Eccleſia vſque ad an. 530. quo in ſeditione, quam Victoriatorum vocant, maxima Vrbis pars incendio conſumpta eſt : atque inter alia ædificia, quæ eo deleta ſunt, Magna Eccleſia cum ſtupendis & admirandis columnis, quas vſque ad 437. fuiſſe, neſcio an vere, ſcribit Codinus, igne conſumpta procubuit, an. 5. Iuſtiniani, Indict 10. poſt Coſſ. Lampadij & Oreſtis An. 2. menſis Ianuarij 15. vt eſt in Chronico Alexandr. vnaque cum ea, illius tabularia & priuilegiorum chartas ac redituum interiiſſe præterea autor eſt Cedrenus. Quærit Gyllius lib. 2. Deſcript. CP. cap. 3. eone loco fuerit Magna Eccleſia Conſtantiniana, quo poſtea Ædem Sophianam extruxit Iuſtinianus. Dubitandi occaſionem mouet Autor Deſcriptionis Vrbis, qui in 2. regione Eccleſiam Magnam, & Eccleſiam Antiquam, Auguſtæum vero forum, quod Ædis Sophianæ propylæum quodammodo fuit, in 4. Regione ſtatuit. Verum his reponit Gyllius, Zonaram & alios tradere Iuſtinianum Ædem multo maiorem a fundamentis excitaſſe, & domos proximas emiſſe ad eam augendam, vt & Auguſtæum forum, licet diuerſis in Regionibus ponantur. Cenſet denique Templum Antiquum, quod hodie intra Regium ſeptum includitur, & Paruam Sophiam vocant, eam eſſe Eccleſiam, quam Vrbis Deſcriptio Antiquam appellat, & nonnulli e Conſtantinopolitanis Græcis eſſe Ædem S. Irenes, quam Conſtantinus iuxta Sophianam excitarat, perſuaſum habent.

IV. Abſumpta igitur in ſeditione Victoriatorum Maiore Eccleſia Conſtantiniana, ſeu Conſtantiana, Iuſtinianus Imp. compoſita ciuitate, & punitis ſeditionis autoribus, nouam & longe ampliorem cœpit eodem anno exædificare. Marcellinus Comes: *Eccleſia tunc incenſa mox cœpit ab eodem Auguſto renouari.* Agathias lib. 5. τοῦτον δὲ πρότερον ἐμπρησθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, σφόδρα περιφανῆ καὶ θαυμάσιον ἡλίκον ἐκ βάθρων αὐτῶν καὶ κρηπίδων ἀνεδομήσατο, μεγέ- MAGNA ECCLESIA IVSTINIANEA.

θοις τε ὑπερβολῇ, καὶ σχήματος εὐπρεπείᾳ, καὶ ποικιλίᾳ μετάλλων ἐπικοσμήσας. Paulus Warnefridus lib. 1. de Gest. Langob. cap. 25. de Iustiniano: *Extruxit quoque idem Princeps intra Vrbem Constantinopolim Christo Domino, qui est sapientia Dei, Templum, quod Græco vocabulo* Αγίαν Σοφίαν, *id est Sanctam Sapientiam nominant: cuius opus adeo cuncta ædificia excellit, vt in totis terrarum spatiis huic simile non possit inueniri.* Nec absimilia habet Manuel Chrysoloras de Ædis elegantia: οἶμαι καὶ οὐδὲν τῶν χειροκμήτων τούτων ἔργων παρ' ἀνθρώποις ὅμοιον, οὐδ' ἐλπὶς γενέσθαι. Cedrenus diem cœpti operis 23. Februarij fuisse obseruat: ἐν τῷ ςή ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, Ινδικτιῶνος ιε' τῆς κγ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας, τὴν τῆς μεγάλης Εκκλησίας ἀνοικοδομὴν ἤρξατο ποιεῖν Ιουστινιανός. Sed in hoc Cedreni loco manifestum esse mendum tam in anno mundi, quam in Indictione, satis superque probauimus in Notis ad Bondelmontium pag. 185. vbi etiam ostendimus confectum fuisse totum Ædis Sophianæ opus intra quinque annos, menses 11. dies 10. vt habent Theophanes & idem Cedrenus. Quippe conflagrauit Magna Ecclesia primo seditionis die, quæ in quintum vsque protracta est, a quo ad dedicationem, quæ facta est 26. Decembris anno Chr. 637. post Consulatum Belisarij II. Iustiniani XI. Ind. 15. intersunt tot anni & dies, quot a Theophane & Cedreno computantur. Vnde euidenter patet prorsus hallucinari Græculos & Scriptores aliquot inferioris æui, qui Templum Sophianum intra 17. annos confectum tradidere, vti eo pariter loco docuimus.

PRIMA ENCÆNIA.

V. Encænia porro S. Sophiæ eo quo diximus die celebrata scribit Marcellinus Comes ad eumdem annum: *Ecclesia maior Constantinopoli ab Imperatore Iustiniano singulariter in mundo constructa dedicatur die 6. Kl. Ianuarias.* Theophanes: τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δεκεμβρίῳ κζ' ἰνδικτιῶνος πρώτης γέγονε τὰ πρότερα ἐγκαίνια τῆς μεγάλης Εκκλησίας· καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας Αναστασίας, καθημένου Μηνᾶ τοῦ Πατριάρχου ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, καὶ τοῦ Βασιλέως συλλιτεύοντος τῷ λαῷ. Ex quibus emendandus videtur Codinus, qui peractum opus 22. eiusdem mensis refert, nisi inter confectum Templum, & illius Encænia interfuisse quatuor dies voluerit. Dedicationis apparatum & celebritatem pluribus commemorant idem Codinus & Anonymus, qui tradunt Iustinianum solenni pompa e Palatio per Augustæum vna cum Patriarcha in Ecclesiam a se extructam peruenisse, atque in hæc verba prorupisse, νενίκηκά σε Σολομών.

SECVNDA ENCÆNIA.

VI. At cum non multo post confectum opus Ædis Sophianæ Trulla concidisset, facta rursum noua Encænia. Concidit autem pars Orientalis Trullæ ex continuis terræ motibus perrupta an. 32. Iustiniani, vnaque & sacram Mensam, & Ciborium & Ambonem contriuit. Sed cum eam statim de nouo instaurasset Iustinianus, Trullamque longe quam antea editiorem eduxisset, Ædem iterum ab Eutychio Patriarcha dedicari curauit, & vt ait Zonaras, καὶ καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ Πατριάρχου τὸ δεύτερον. Facta autem ista Encænia anno post Trullæ casum quinto: eo enim referendi versus Pauli Silentiarij 1. Part. versu 37.

Δακρύ δὲ πενταέτηρον ἀποψήσαντες ὀπωπῆς,
Μέλψομεν εὐφήμοις ὑπὸ χείλεσιν εὔποδας ὕμνους.

Diem & annum distinctius annotat Chronicon Alexandrinum, Iustiniani scilicet an. 36. Indict. 12. Decembr. 24. τούτῳ τῷ ἔτει λς'. τῆς Ιουστινιανοῦ βασιλείας μηνὶ Απελλέῳ, κατὰ Ρωμαίους Δεκεμβρίῳ, κδ' ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ιβ' ἰνδικτιῶνος, ἡ τῶν ἐγκαινίων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης Εκκλησίας ΚΠ. τὸ δεύτερον ἀπετελέσθη ἑορτή. Die etiam, qui Christi Natalitia præcedit, celebrata ea Encænia innuit idem Silentiarius 1. Part. v. 196.

Επρεπεν

Ἔτρεπεν ἐξείης μετὰ θέσκελον ἦμαρ ἐκεῖνο
Ζωοτόκου Χριστοῖο γενέθλιον ἦμαρ ἱκέσθαι.

Ex quibus emendandus Codex Theophanis editus, qui 20. Decembris die peracta Encænia habet. Horum vero ceremoniam sic describit idem Theophanes: ἡ δὲ παννυχὶς τῶν αὐτῶν ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα, καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν ὁ Πατριάρχης ΚΠ. Εὐτύχιος μετὰ τῆς λιτῆς, συμπαρόντος καὶ τοῦ Βασιλέως, καθεζόμενος ἐν τῷ ὀχήματι, καὶ φορῶν τὸ Ἀποστολικὸν σχῆμα, καὶ κρατῶν τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, πάντων τῶν λαῶν ψαλλόντων τὸ, Ἄρατε πύλας, ἄρχοντες, ὑμῶν. Iam vero quod addit Anonymus, seu Codinus, Encæniorum celebritatem ad ipsa vsque Theophaniorum festa productam, siquidem de secundis Encæniis egit, id videtur pariter dixisse Silentiarius in Procemio vers. 74.

Ἐπεὶ γὰρ ἦγες τὴν ἑορτὴν, ὡς ἔδει,
Ἅπας ὁ δῆμος, εὐθὺς ἡ γερουσία,
Οἱ τὸν μέσον ζηλοῦντες ἀσφαλῆ βίον,
Τὰς τῆς ἑορτῆς ἡμέρας ἐπεξάγειν
Ἤτουν· παρεῖχες· ἐξέδραμον, ἤτουν πάλιν,
Πάλιν παρεῖχες· τοῦτο δὲ δρῶν πολλάκις,
Ἐπεξέτεινας τὴν ἑορτὴν πλουσίως.

VII. Tam elegantis stupendique Templi Architecti memorantur potissimum duo, inter tot, quos ex vniuerso pene orbe coegerat Iustinianus, Anthemius scilicet Trallianus, & Isidorus Milesius, vterque artis mechanicæ peritissimus. De Anthemio, sic Paulus Silentiarius 1. part. vers. 134. ARCHITECTI.

——— πολυφήμησε δὲ τέχνην
Καὶ νόον Ἀνθεμίοιο κεκασμένον ἔμφρονι βουλῇ·
Κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα θεμείλια πήξατο νηοῦ,
Εὐκαμάτων βουλῇσιν ὑποδρήσσων Βασιλήων,

Cui succinit Procopius lib. i. de Ædif. cap. 1. τοὺς τεχνίτας ἐκ πάσης γῆς ἤγειρεν ἅπαντας· Ἀνθέμιος δὲ Τραλλιανὸς ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατος, οὐ τῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῦ προγεγενημένων πολλῷ, τῇ Βασιλέως ὑπούργει σπουδῇ, τοῖς τεκταινομένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζων, τῶν τε γενησομένων προδιασκευάζων ἰνδάλματα. De Anthemio etiam pluribus agit Agathias lib. 5. & vt non modo in Æde condenda præcipuus habitus sit, sed & vt in arte, quam Mechanicam vocant, excelluerit; ita vt & terræ motus naturales, & fulgura ipsa arte imitaretur. Vnde forte eidem Silentiario parte 2. vers. 235. Ἀνθέμιος πολυμήχανος dicitur. Neque alius est ab eo, qui a Codino μαΐστωρ μηχανικὸς appellatur. De Isidoro vero, idem Procopius sic ait: καὶ μηχανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος, Ἰσίδωρος ὄνομα, Μιλήσιος τὸ γένος, ἔμφρων τε ἄλλως, καὶ πρέπων Ἰουστινιανῷ ὑπουργεῖν Βασιλεῖ. Et Paulus Silentiarius part. 2. vers. 136.

——— Ἦν δὲ σὺν αὐτῷ
Πάνσοφος Ἰσίδωρος ἔχων νόον, &c.

Vtriusque præterea meminit idem Procopius lib. 2. de Ædif. cap. 3. vt Codinus cuiusdam Ignatij, inter tot magistros Architectos, quibus vsus est Iustinianus in condenda Æde, quos centenarium explesse numerum idem tradit, de quo multa nugatur.

VIII. In ea autem ædificanda, nulla sumptuum habita ratione, ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων, inquit Procopius, tantam pecuniarum vim expendit, vt cum iis demum egeret, tributis & vectigalibus subditos non vexarit modo, sed stipendia etiam Professoribus publicis constituta Præfecti Vrbis monitu, sustulerit, vt autor est Zonaras: ex quo, τῶν ἐν ταῖς πόλεσι διδασκαλείων ἐσχολακότων, ignorantia & rusticitas in iis successerit. Nescio an is quem Ἔπαρχον vocat hoc loco Zonaras, sit ille Strategius, qui IMPENSA.

Codino & Anonymo φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων, & Iustiniani frater adoptiuus, ἀδελφοποίητος, fuiſſe, & Templi impenſas feciſſe dicitur. In illius porro, atriorumque ac ædium circumiacentium ſtructuram, præter ſacra vaſa ac reliquos ornatus, & quæ ex vniuerſo orbe liberaliter erogata ſunt, expenſas octogies centenas, ſeu vt habent aliæ editiones, ter millies biſque centies centenas libras, iidem tradunt.

MATERIA. IX. Ædis parietes & cameræ coctis lateribus conſtructi ſunt, inquit Gyllius. LATERES. Ita etiam Paulus Silentiarius part. 2. verſ. 58.

Μέσσα μὲν ατ.... ὅσα κύκλιον ἄντυγα τεύχει,
Ὀπταλέαις πλίνθοισιν ἀρηρότα δήσατο τέχνη.

Idem verſ. 97.

—— Ὅπως δομήτορι μόχθῳ,
Ἀνέρες εὐτέχνοισιν ὑποδρήσσοντες ἐέθλοις,
Πλίνθοις ὀπταλέοισιν ἀνεστήσαντο δεθείσας, &c.

Et Agathias lib. 5. ἤρεψε δὲ αὐτὸν (ναὸν) ἐκ πλίνθου ὀπτῆς καὶ τιτάνου, πολλαχοῦ καὶ σιδήρῳ συνδήσας. *Parietum interior pars*, ſubdit idem Gyllius, *cruſtis marmoreis veſtita excellentibus, & variis fulgurat, & permiſcet cum ſummas naturæ vires, tum mentes ſpectantium.*

MARMORA. X. Columnis præterea marmoreis ingentibus, ac mole ſua ſtupendis, aliiſque minoris altitudinis ac molis vbique ſuſtentatur ac exornatur, tam eleganti & grata colorum varietate, vt Procopius in hæc verba prorumpat: τίς τῶν κιόνων καὶ λίθων διαριθμήσαιτο τὴν εὐπρέπειαν, οἷς τὸ ἱερὸν κεκαλλώπισται; λειμῶνί τις ἂν ἐντετυχέναι δόξειεν ὡραίῳ τὸ ἄνθος· θαυμάσειε γὰρ εἰκότως τῶν μὲν τὸ ἁλουργὸν, τῶν δὲ χλοάζον· καὶ οἷς τὸ φοινικοῦν ἐπανθεῖ, καὶ ὧν τὸ λευκὸν ἀπαστράπτει· ἔτι μέντοι καὶ οὓς ταῖς ἐναντιωτάταις ποικίλλει χροιαῖς, ὥσπερ τις ζωγράφος, ἡ φύσις. Iſtam etiam marmorum varietatem pluribus, variiſque in locis commendat Paulus Silentiarius, & marmorum ipſorum genera ac colores recenſet 2. part. verſ. 200. & ſeqq. Inprimis vero *Ægyptium*, ſeu Thebaïcum *purpureum*, ſtellulis interſtinctum laudat, part. 1. verſ. 246. part. 2. verſ. 208. de quo præter Plinium lib. 36. cap. 7. & 8. Statius in Epithalam. Stellæ & Violantillæ:

—— *Rupeſque nitent, queis purpura ſæpe*
Orbibus, & Tyrij moderator liuet aheni

Et in Balneo Etruſci:

Sola nitet flauis Nomadum deciſa metallis
Purpura.

Marmor iſtud Ægyptium *Romanum* vocant Scriptores eiuſce æui, vt ex Cedreno in Conſtantino M. & Porphyrogenneta in Baſilio N. 55. & Scriptoribus de Templo S. Sophiæ ſtatim initio colligere eſt. *Phrygium*, colore variegatum, ac roſeum albo cæruleo permixtum referens recenſet part. 2. verſ. 205. de quo idem Statius, vt & de Libyco, in Epithalam. ſtellæ & Violantillæ:

Hic Libyus Phrygiuſque ſilex.

Et in Balneo Etruſci:

—— *Sola cauo Phrygiæ quam Synados antro*
Ipſe cruentauit maculis lucentibus Attis.

Laconicum virens, verſ. 211. cuius etiam meminit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 10. & idem Statius:

—— *Hic dura Laconum*
Saxa virent.

Carium, obliquis ex ſanguineo alboque liuido ſemitulis diſtinctum, verſ. 213.

Lydium, virenti pallidoque colore commixtum, verſ. 215. *Præconneſium* verſ. 247. cuius etiam meminit Anonymus ſub finem. *Libycum*, cærulei ſimul & crocei coloris, verſ. 217. *Celticum* nigrum, candidis venis interſtinctum, verſ. 220. *Boſporicum* album, in extremis oris nigricans, verſ. 249. *Theſſalicum*, part. 1. verſ. 255. part. 2. verſ. 229. 251. *Moloſſium*, part. 2. verſ. 132. &c. Ex tot igitur marmoris ſpeciebus, extant infinitæ, quæ Sophianam Ædem ſuffulciunt, & adornant, Columnæ, quas inter præſertim commendantur a Scriptoribus octo Porphyreticæ, ſeu Ægyptiæ, paris altitudinis & molis, quas a muliere vidua, Marcia nomine, Roma tranſmiſſas, & a Solis delubro ab Aureliano olim extructo abſtractas, autor eſt apud Codinum Plutarchus Iuſtiniani Protoſecretarius. Has ad quatuor Conchas, intra Bematis cancellos, ſtare ſuo loco oſtendemus. Octo præterea praſini ſeu viridis coloris, ſtupendæ pariter magnitudinis, ac eximij decoris, Epheſo a Conſtantino Prætore tranſmiſſas: cæteras partim Cyzico, partim Troade, vel ex Cycladibus, atque etiam Athenis aduectas refert idem Codinus. Theuetus lib. 19. Coſmogr. cap. 1. de Columnis Templi Sophiani: *Le dedans eſt beau, & s'y voit grand nombre de colonnes & piliers longs & maſſifs, & de pierre de marbre, iaſpe, & porphyre, fort bien diaprez, & cecy eſt au long du Chœur, qui encore eſt debout. Sur chacun de ces pilliers on voit vne pierre large & grande de marbre gris rouge, ou ſerpentin. Quand à l'eſtage d'en haut les colonnes y ſont moindres en proportion, mais plus richement eſtoffées.* Dom. de Saligniaco in Itiner. *Elle eſt ornée de pluſieurs hautes & groſſes colonnes bien rares, ſçauoir huit de porphyre, ſeize de ſerpentin, & quatre de marbre blanc: & par deſſus, d'vne belle galerie pauée de marbre tranſparant, & de pluſieurs petites colonnes de marbre & de ſerpentin.* Atque harum quidem columnarum capitella ærea argento & auro exornantur. Silentiarius part. 1. verſ. 252.

COLVMNÆ.

—— ὧν ὑπὸ πέζαν
Κίονες ἱδρύσαντο καρήατα δέσμια χαλκῷ
Γλαύκια χρυσοτευκτα, περιπλάζοντα μερίμνας.

Quos quidem ornatus temporis iniuria ac vetuſtate conſumptos renouauit Romanus Argyrus. Scylitzes: κατελάμπρυνε δὲ καὶ τὰ κιονόκρανα τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Βλαχερνῶν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ.

XI. Sed præter hanc marmoris iucundam gratamque varietatem, Muſiuo, cuius inuentionem Præconneſi incolis tribuit Silentiarius verſ. 190. vbique fere exornatur. Cameræ enim, inquit Gyllius, calculis & teſſellis vitreis inauratis fulgent, etiam ad oculos barbarorum, in quibus expreſſæ variæ cernuntur imagines & figuræ, ita vt tabellarum vicem expleant. Paulus Silentiarius part. 2. verſ. 230.

MVSIVVM.

Πρὶν δὲ πολυτμήτοιο σέλας ψηφῖδος ἱκέσθαι,
Λεπτὰς λαοτόρος παλάμη λαΐγγας ὑφαίνων
Μαρμαρέας ἔγραψε μετὰ πλάκας, ἐς μέσα τοίχων,
Σύνδετον εὐκάρποισι κέρας βεβριθὸς ὀπώραις,
Καὶ ταλάρους, καὶ φύλλα, &c.

Et quo deſcribit loco Porticus Atrium ambientes, verſ. 190.

—— πολυτμήτων δὲ μετάλλων
Ἁρμονίη γραφίδεσσιν ἰσάζεται· ἐν γὰρ ἐκείνῃ
Τετρατόμοις λάεσσι, καὶ ὀκτατόμοισι νοήσεις
Ζευγνυμένας κατὰ κόσμον ὁμοῦ φλέβας· ἀγλαΐην δὲ
Ζωοτύπων λαΐγγες ἐμιμήσαντο δεθεῖσαι.

Manuel Chryſoloras: οὐ τοὺς κίονας, οὐ τὰς ψηφῖδας, οὐ τὰς τῶν τοίχων μαρμαρώσεις, οὐ τὴν ὕελον, οὐ τὸν ἐν αὐτῇ χαλκόν, οὐ τὸν μόλιβδον, οὐ τὸν σίδηρον, οὐ τὴν σάπφειρον,

ἐν τὸν χρυσὸν, οὐ τὴν ὕελον αὖθις τὴν ἐν ταῖς ψηφίσιν, οὐκ ἄλλο οὐτιοῦν μέρος ἀκριβῶς δυνάμεθα καταλέξαι. Musiui etiam materiam expressit Anonymus, dum ait Iustinianum, testudines, tum Ædis, tum Porticuum, ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ deaurasse, cuiusmodi *Musiuum deauratum* vocat Anastasius in Gregorio IV. pag. 160. μωσίον χρυσὸν, Anonymus de locis SS. p. 81. χρυσαυγὰς ψηφίδας Sophronius in Encomio SS. Cyri & Ioannis. Quale vero fuit cæmentum, quo tota Ædis compages, seu potius lapides aut lateres continentur, & ex quibus constiterit speciebus, describit idem Anonymus Combefisianus p. 249. tametsi plerisque in locis, οὐ τίτανος, ὅνπερ ἄσβεστον ὀνομάζουσιν, οὐκ ἄσφαλτος, ἀλλὰ μόλιβδος ἐς τέλμα χυθεὶς, καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας, lapides inuicem connectat ac constringat, quod etiam attigit Silentiarius: qui præterea addit Iustinianum in compingenda, vel tegenda Æde, lignis vti neutiquam voluisse, sed marmoreis longioribus tabulis totam texisse, vers. 110. & seqq. ne, inquit Agathias, incendiis rursum pateret, ξύλοις τε ἥκιστα χρησάμενος, ὡς ἂν μὴ εὐκολώτατα πυρπολοῖτο.

AMPLITVDO.

XII. Immensam Ædis Iustinianææ amplitudinem non semel commendant Scriptores, atque inprimis Ioannes Cantacuzenus lib. 3. cap. 1. τὸν νεὼν τῆς Σοφίας τοῦ Θεοῦ μεγέθει μέγιστον ὄντα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἁπάντων. Et lib. 4. cap. 4. ὁ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας κάλλει τε καὶ μεγέθει τοὺς ἁπανταχοῦ νικῶν. Manuel Chrysoloras: τίνος γὰρ λόγου ὕψος ἢ μέγεθος ἐξισώσεται τῷ ἐκείνου ὕψει, ἢ μεγέθει. Guillelmus de Baldenzeel in Itiner. *Credo quod sub Cælo postquam mundus creatus est, non fuit tale ædificium completum, quod huic poterit in nobilitate & magnitudine cæteris comparari.* Sed licet magnitudine & mole sua cæteras totius Orbis Ædes sacras excedat, tam apta tamen constat concinnitate & proportione, vt nec longitudine aut latitudine immodica sit. Procopius: εὖρός τε αὐτῆς, καὶ μῆκος οὕτως ἐν ἐπιτηδείῳ ἀποτετόρνευται, ὥστε καὶ περιμήκης καὶ ὅλως εὐρεῖα οὐκ ἀπὸ τρόπου εἰρήσεται. Sed ita confecta est, vt non omnino quadrata sit, & longitudo latitudinem paululum excedat: ἐν τετραπλεύρῳ μὲν γὰρ ὁ τέμενός ἐστιν, οὐ κατὰ πολὺ δὲ φαίνεται παρέχον τοῦ εὔρους τὸ μῆκος, quod de Æde S. Michaelis CP. dixit idem Procopius lib. 1. c. 3. seu potius, quod de Æde Sancti Anthimi scripsit cap. 6. longitudo tantum superet latitudinem, quantum in latere Orientali porrigitur Bema: ποσοῦτον δὲ παρέχει μόνον τοῦ εὔρους τὸ μῆκος, ἐς ὅσον δὴ χῶρον τὸν ἀβέβηλον, ἐν ᾧ τὰ ὄργια τὰ ἄρρητα τελεῖσθαι θέμις, κατὰ τὴν πλευρὰν, ἣ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τέτραπται, διήκειν ξυμβαίνει. Vnde colligitur eam fuisse apud Græcos Templorum formam ac figuram.

LONGITVDO.

XIII. Euagrius lib. 4. cap. 30. illius longitudinem a Concha, vbi incruentum sacrificium litatur, ad portam Conchæ aduersam, esse pedum 190. scribit: ἔστι μὲν οὖν τὸ μῆκος ἐκ τῆς κατ' ἀντικρὺ θύρας τῆς ἱερᾶς κόγχης, ἔνθα τὰ τῆς ἀναιμάκτου καλλιερεῖται θυσίας, μέχρις αὐτῆς, ποδῶν ρϟ'. Ab Euagrio paululum discrepat Gyllius. *Longitudinem*, inquit ille, *ab Oriente ad Occasum eam ipse metiri ausus non sum, sed metiendam curaui per hominem Turcum, qui mihi retulit longitudinem Templi esse ducentorum & quadraginta pedum.* Bondelmontius de longitudine Templi agens, ait, *per Ecclesiam esse de angulo ad angulum* 120. *brachia, quia*, inquit, *desuper rotunda, & in plano quadrangulata recedit.* Quibus verbis innuit longitudinem se mensum esse, non ab imo Conchæ, sed qua illa Ædi coniungitur.

LATITVDO.

XIV. Latitudinem a Meridie ad Septentrionem centum & quindecim pedum esse ait idem Euagrius. At Gyllius, ex Turci relatione, ducentorum & tredecim pedum esse scribit.

ALTITVDO.

XV. Altitudinem vero tantam esse prodit Procopius, vt non modo cætera Vrbis ædificia superexcellat, sed & ex supremo Ædis verti-

ce Vrbs tota despiciatur : ἐπῆρται γὰρ ἐς ὕψος οὐράνιον, ὅσον καὶ ὥσπερ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσαλεύουσα ἐπινένευκεν. ὑπερκειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτὴν, ὅτι αὐτῆς ἐστιν, ὡραϊζομένη δὲ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται. Porro altitudinem a summa curuatura arcuum usque ad pauimentum, centum quadraginta duorum pedum esse ait idem Gyllius ; nam de ea silet Euagrius, qui altitudinem tantum a centro Hemisphærij refert, de qua agemus infra. Bondelmontius vero a testudine Ædis ad pauimentum, altitudinem esse ait 144. brachiorum.

XVI. Totam Ædis structuram ambiunt exteriores Porticus columnis marmoreis sustentatæ, musiuoque opere exornatæ, de quibus nescio an verba ista Procopij capienda sint, an vero de interioribus Porticibus : τὶς ἂν — ταύτης τε παμπληθεῖς διηγεῖτο στοὰς, καὶ τὰς περιστύλους αὐλὰς, αἷς ὁ νεὼς περιβέβληται ; Ad Meridiem enim & Septentrionem habuit Porticus exteriores, vt & ad Occidentem, de quibus mox acturi sumus. Nam ad Orientem vix crediderim extitisse, quidquid dicat Gyllius, qui ait verisimile esse istam cecidisse aliquo terræ motu, ipsiusque in locum excitatam fuisse molem illam, quæ hodie extat lapide quadrato constructa, velut crepido cliuosa obiecta ad fulciendam partem Ædis Orientalem. Quippe, etsi Ædes sacræ maiores Porticibus circumcingi solerent, ad Orientem tamen nullæ excitabantur, forte ob Bematis & Sacrosancti Altaris reuerentiam, quod ad partem Templi Orientalem semper erat, ne eo coeuntium tumultu, ac obloquentis plebis garrulitate, sacra facientium Sacerdotum turbaretur attentio. Id enim satis prodit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 8. vbi ait Templum S. Michaëlis in Anaplo vbique Porticibus exterioribus cingi, præterquam ad Orientem : στοὰ τὸν νεὼν περιβάλλει ἐγκύκλιος εἰς τὰ πρὸς ἕω ἀπολιποῦσα μόνον. Similia tradit de Æde Deiparæ Hierosolymitana lib. 5. cap. 6. αἳ (στοαὶ) περιβάλλουσι τὸ ἱερὸν ὅλον, πλὴν πρὸς ἕω τετραμμένης πλευρᾶς.

Porticvs exteriores ad Merid. et Sept.

XVII. At ad Occidentem, Templi valuæ, inquit Gyllius, loco vestibuli duas Porticus habent, inferiorem, qua aditur Templum plano pede, superiorem, qua Gynæconitides aulæ adeuntur, ambas tam longas, quam Templum latum, largas viginti octo pedes. Paulus Silentiarius, part. 2. vers. 9. marmore grandi constructas ait:

Porticvs Occidentales.

Μηκεδανὸς δ᾽ ἐπὶ τοῖσι πυλὰ . . . . αὐλὸν,
Δεχνύμενος προσιόντας ὑπὸ ἀρ . . . . θυρέτροις,
Μῆκος ἔχων, ὅσον εὖρος ἀνάκτορα θέσκελα νηοῦ.

De his binis Porticibus Occidentalibus, ita præterea Euagrius : Εἰσὶ δὲ πρὸς δυόμενον ἥλιον ἐκπρεπεῖς ἕτεραι στοαὶ δύο, καὶ πάντοτεν ὑπαίθριοι αὐλαὶ, εἰς κάλλος ἐξησκημέναι. Subdit deinde Gyllius, Porticum superiorem supra Porticum inferiorem sitam esse inter pilas sustinentes quartam partem sphæræ Occidentalem, & fenestras. Nam a parte interiori octo pilis, ab exteriori totidem sustinetur : inter quas fenestræ, tam inferiores quam superiores, illucent, cinctæ columnis quadratis. Inter hanc Porticum & Aulas fœminarum nihil interest, nisi pilæ sustinentes Porticus cameram interiorem : pauimentum enim Porticus æquale est Aularum pauimento. Quæ quidem superioris Porticus descriptio cum Procopiana quadrat, in qua columnas in hemicycli figuram perinde excitatas obseruare est : τοῦ δὲ δὴ ἑῴου καταντικρὺ τὰς εἰσόδους ἔχων ἐγήγερται τεῖχος, καὶ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν οἵ τε κίονες, καὶ τὰ αὐτῶν ὕπερθεν ὁμοιότατα τοῖς δεδηλωμένοις ἐν ἡμικύκλῳ ἑστήκασι. Porticus porro inferior, addit idem Gyllius, duplex est : interior clauditur vtrimque muris marmorum iucundissima varietate vestitis : tegitur cameris figuratis ornamento tessellato calculorum inauratorum. Atque ita tribus Porticibus exor-

natur Ædis Sophianæ vestibulum, duabus inferioribus, & vna superiori: quo respexit Silentiarius part. 2. vers. 7. dum ait triplices esse Porticus Occidentales:

Αλλὰ δύσις πυλεῶνα μέγαν . . . . χει,
Οὐκ ἕνα, τειχθαδίοις γὰρ ἔχει κατὰ τέλσα μελάθρου.

Sed prima, quæ occurrit ex inferioribus Porticibus, pertinuisse videtur ad Porticus Atrij, de quibus infra, quod τετράςυλον fuisse constat: ex quo necesse est harum vnam Templi vestibulo affixam fuisse. De Porticuum istarum portis, seu aditibus, sic prosequitur idem Gyllius: *Ex huius Porticus latere Orientali nouem portis patet aditus in Templum: ex latere Occidentali quinque portis æneis duplicibus patet exitus ex interiori Porticu in exteriorem Porticum, ex qua proditur in aream, vbi perennes saliunt aquæ.* De nouem portis, per quas Templum aditur, agetur infra: at eas per quas ab interiori Porticu in exteriorem proditur, attigit etiam Silentiarius 2. part. vers. 22. nec quinque duntaxat, sed septem recenset, in iis binos illos in Porticum aditus complexus, qui ad Meridiem & ad Septentrionem aperiuntur.

Επτὰ δ' ἀμφιθυρώας ἱερὰς πυλεῶνας ἀνοίγει,
Λαὸν ἔσω καλέοντας ὁμιλαδόν· ἀλλ' ὁ μὲν αὐτῶν
Εντρέφεται Νάρθηκος ἐπὶ στεινοῖο μετώπων
Ες νότον, ὃς δὲ βορῆος ἐπὶ πτερά.

NARTHEX. XVIII. Porticus istas Occidentales, quæ elegantis ac magnifici vestibuli vicem præbent Ædi Sophianæ, Νάρθηκος, seu *Ferulæ* nomine æuo suo donatas tradit idem Silentiarius part. 2. vers. 13.

Χῶρος ὅδε Γραικοῖσι φατίζεται ἀνδράσι Νάρθηξ.

Nec alia appellatione donantur eiusmodi Porticus in Ædium sacrarum vestibulis excitatæ, a Procopio lib. 1. de Ædif. cap. 4. vbi de Templo SS. Sergij & Bacchi: ἔςι δὲ αὐτοῖς μία μὲν ἡ ἐπὶ τῶν προθύρων ςοὰ, Επὶ τοῦ Νάρθηκος, τοῦ προμήκης εἶναι, ὠνομασμένη. & lib. 5. cap. 6. de Templo Deiparæ Hierosolymitano: ςοά τις ἐκδέχεται ἐντεῦθεν ἑτέρα Επὶ τοῦ Νάρθηκος ὠνομασμένη, οἶμαι, τοῦ μὴ εὐρυνέσθαι, vbi Procopius vocabuli, seu appellationis, rationem insinuat, sicque dictas istiusmodi Porticus ante Templorum vestibula, quod in maiorem longitudinem quam latitudinem porrigerentur, atque ita Ferulæ speciem quodammodo referrent, quæ oblongior est quam latior, vt obiter attigimus in Notis ad Alexiadem: quippe τὸ δρομικὸν, inquit Zygomalas, νάρθηξ λέγεται. Vnde non omnino hallucinatos illos euidens est, qui Narthecem Ecclesiæ, Porticum fuisse scripsere, vt vult Allatius, Goarum innuens; quandoquidem id disertis verbis tradunt Silentiarius & Procopius: quibus fauet Codinus in Originib. Lambecianis pag. 45. καὶ τοῦ ἵππου αὐτῆς ἔκτισε ὁλιαθήσαντος ἔμπροσθεν τοῦ νάρθηκος τοῦ ναοῦ, & Theorianus in legatione, Νάρθηκα, in quo Pœnitentes stabant, ἔξω τῆς ἐκκλησίας statuens, vbi diuinas Scripturas, inquit ille, audiebant, quæ scilicet in Æde sacra, aut recitabantur, aut decantabantur: vnde ἀκροώμενοι passim in Narthece extra Ecclesiam dicuntur constitisse, apud Gregorium Thaumat. Can. 11. Zonaram ad Can. 1. Concilij Nicæni I. Balsamonem ad Can. 14. eiusdem Concilij: ἐν βασιλικοῖς πυλῶσι, seu Regiis ac præcipuis Porticibus, vel foribus, apud Alexium Aristenum, quemadmodum nuncupantur ab Anastasio non semel, vt infra indicamus, neque aliam forte ob rationem dixit Silentiarius vers. 13. in Narthece voces sonoras Dauidis psalmos concinentium alternis cantibus Sacerdotum (in Nao scilicet) exaudiri, ac aures Dei mulcere:

Ενθάδε τις κατὰ νύκτα διάμπερες ἦχος ἀνέρπων
Εὐκέλαδος Χριςοῖο βιαρκέος οὔατα θέλγει.

Vbi per κτ̀ νύκτα, videtur innuiſſe preces veſpertinas, de quibus Paulinus Nat. 7.

> *—tunc ergo ſolutis*
> *Cœtibus a Templo Domini, poſtquam data feſſis*
> *Corporibus requies, ſumpta dape, cœpimus hymnis*
> *Exultare Deo, & Pſalmis producere noctem.*

At cur Porticum, quam nude ac ſimpliciter Νάρθηκα vocat Silentiarius, Επὶ τῦ Νάρθηκος appellet Procopius, nulla mihi alia ſuboritur coniectura, quam quod familiarem Byzantinorum ciuium loquendi morem expreſſerit, qui quod nude *Narthex* dici debuerat, *ad Narthecem*, vel *in Narthece* efferebant, ἀκροωμένοις forte innuentes, qui in eo conſiſtebant, aut qui ad eum relegabantur: quemadmodum poſteriores Græci vrbem Conſtantinopolitanam, non πόλιν, ſed ςὰν πόλιν appellabant, vti alibi obſeruatum eſt. Neque enim omnino arridet eorum ſententia, qui ἐπὶ, pro ἀπὸ, perperam ſubſtitutum cenſent. Quatuor porro in Æde Sophiana Nartheces ſtatuit Codinus: Απὸ τῦ βήματος μέχρι τῶν τεσσάρων Ναρθήκων, vt & Anonymus: καὶ τῶν τεσσάρων Ναρθήκων κατεχρύσωσε τὰ ὄροφα ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ λαμπρότατα. Sed iure addubitari poteſt, an hoc loco quatuor aliquas Porticus exteriores innuerit, binas ſcilicet ad Occidentem, & duas alias ad Septentrionem & Meridiem. Quod quidem indicare videtur idem Anonymus, ſcribens Iuſtinianum ſtatuiſſe, (an vere, alij viderint) vt quiſquis pro delictorum modo arceretur a ſacris, in his quatuor Narthecibus ſtaret: quo quidem loco Φίνας Nartheces vocat, incomperta mihi ratione, niſi forte quod ad Templi fines haberentur Porticus iſtæ exteriores. Certe tertium Narthecem eiuſdem Ædis Sophianæ obſeruare eſt in Sexta Synodo Act. 18. vbi δικύμβαλον ἐν τρίτῳ Νάρθηκι Μεγάλης Εκκλησίας ſtatuitur, nullo alio indicio: qui quidem tertius Narthex, prima fortaſſis fuerit e tribus Porticibus, quas ad Occidentem Ædis Sophianæ ſtetiſſe ſcribit Paulus Silentiarius, quæque ἐξώτατος Νάρθηξ videtur nuncupari apud eumdem Anonymum pag. 248. Nam autor eſt Goarus etiamnum Græcis ἐξωνάρθηκας, exteriores Porticus, vt interiores ἐσωνάρθηκας dici. Porro δικύμβαλον, ni fallor, locus eſt conſtans duabus trullis, κυμβαλικῶς, ſeu in modum Cymbali, quemadmodum fuit maior Ædis trulla, extructis. Ita Τεικύμβαλον τῦ Τζυκανιςηρίου memorat alicubi Codinus in Orig. Iure igitur Allatius hæc verba de Narthece infert: *Narthex vero extra Eccleſiam forte an antiquis temporibus fuerit, non diſputo.* Nam vt Nartheces, quod ex prædictis ſatis patet, olim extra Eccleſiam, ſeu potius extra Eccleſiæ ſepta, fuere, etſi forte, vt Pronai, ſacri haberentur; ita viciſſim pro certo haberi debet, poſterioribus ſæculis Narthecem, eam Ædis ſacræ partem, quam hodie *Nauim* vocamus, appellatam, vt patet ex Euchologio & cæteris Græcorum Ritualibus libris, & aliquot inferioris ætatis Scriptoribus, quos laudat idem Allatius in Diſſert. de Recentiorum Græcorum Templis pag. 110. & ſequentibus. His fauere videtur Lexicon MS. ex Bibliotheca Regia, Cod. 2062. vt & autor Etymologici: Νάρθηξ, ἀπὸ νέρθεν, ἤγουν κάτωθεν τῦ ἄμβωνος κεῖσθαι. Hinc enim euincitur Narthecem in Eccleſia extitiſſe, ſi quidem infra Ambonem extitit: idque inde factum exiſtimo, quod cum in pleriſque Templis ac Ædibus ſacris deeſſent capaciores Porticus & Nartheces ad earum veſtibula; qui ex Canonum præcepto in iis conſiſtere tenebantur, intra ipſius Eccleſiæ clauſtra poſtmodum admiſſi ſint; ita tamen vt a reliqua Fidelium plebe diſcernerentur, eaque obirent munia, quæ in Narthece olim, in primo Ædium ſacrarum, atque adeo Pronai, vel *Nauis* ingreſſu. Vnde recte Nartheces dixit Symeon Theſſal.

Opuſcul. contra hæreſes, ſua nimirum ætate, τῶν ναῶν ἀρχὰς nuncupatos. Vide Theophanem pag. 203.

PYRAMIDES.

XIX. Quæ porro ad Orientem extant Pyramides ad Ædis angulos exteriores, excitauit Andronicus Palæologus ſenior, quo partes Templi Orientalem & Septentrionalem ruinam ac caſum minitantes fulciret. Id pluribus narrat Nicephorus Gregoras lib. 7. Hiſtor. ἤκουσε γὰρ παρὰ τῶν δοκίμων οἰκοδόμων, ὡς τῷ μακρῷ χρόνῳ καμόντα συνίζησιν τὰ δύο αὐτοῦ ἐπεπόνθεσαν μέρη, τότε πρὸς ἄρκτους ὁρῶν, καὶ ἔτι πρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένον, ἃ δὴ πτῶσιν ἀπειλοῦσι ταχεῖαν, εἰ μὴ συνεπιλάβοιτό τις· ὅθεν χιλιάδας νομισμάτων οὐκ ὀλίγας τοῖς οἰκοδόμοις ὁ Βασιλεὺς δεδωκὼς ἐκ τῶν τῆς Δεσποίνης χρημάτων, τὰς ὁρωμένας ταύτας ἐκ βαθέων τῶν θεμελίων ἀνήγειρε Πυραμίδας, δι' ὧν κράτιστα τὸν ἀπειλούμενον ἔστησε κίνδυνον.

ATRIVM.

XX. Ante Templi Sophiani veſtibulum, proindeque ante Occidentales Porticus, proſtat quadrata ingens Area: placet enim illius deſcriptionem hoc loco exequi, priuſquam Templum ipſum ſubeamus, cum veſtibuli præcipuum ſit ornamentum. Aream iſtam, ſeu Atrium quatuor Porticibus circumdatum, αὐλῆς nomine donat Silentiarius part. 2. verſ. 174.

Τετράσιν αἰθούσῃσι περίδρομον ὄψεαι αὐλήν,
Ὧν μία μὲν νάρθηκι συνάπτεται, αἵ γε μὲν ἄλλαι
Πεπταμέναι τελέθουσι πολυσχιδέεσσι κελεύθοις.

Vbi obſeruandum, exteriorem veſtibuli Porticum ad Atrij Porticus pertinuiſſe, ſi non & tertia fuit, quod iam monuimus: alioquin Atrium Sophianum tribus tantum conſtitiſſet Porticibus, non vero quatuor, proindeque non τετράστυλον fuiſſet, vel *Quadriporticus*, ſed *Triporticus*, vti eiuſmodi Atria dicuntur Anaſtaſio in S. Hilaro PP. *Nymphæum & Triporticum ante Oratorium S. Crucis*, &c. Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini cap. 34. de Atrio Templi Hieroſol. μακροῖς περιδρόμοις στοῶν ἐκ τετραπλεύρου περιεχόμενον. Et Sidonius lib. 2. Epiſt. 10.

Huic eſt Porticus applicata triplex,
Fulmentis Aquitanicis ſuperba,
Ad cuius ſpecimen remotiora
Claudunt atria Porticus ſecundæ.

Eadem porro Αὐλῆς appellatione donantur eiuſmodi Areæ, ſeu impluuia ante Ædes ſacras, a Procopio lib. 1. de Ædif. cap. 7. 8. lib. 5. cap. 6. Αἴθρια dicuntur Euſebio lib. 3. de vita Conſtant. cap. 34. & 38. & lib. 10. Hiſt. cap. 4. quia εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ κάτοψιν λαμπρὸν καὶ ταῖς τοῦ φωτὸς ἀκτῖσιν ἀνειμένον ἀέρα præbent, vt idem Scriptor loquitur. Impluuia Paulinus Nat. 10. ea Atria appellat:

Iſtic Porticibus late circumdata longis
Veſtibula impluuio tectis reſerantur aperto,
Et ſimul aſtra oculis, ingreſſibus atria pandunt.

Semitæ vero iſtæ multiplices, de quibus Silentiarius, portis elegantibus claudebantur, quas θύρας μεσαύλους vocat non vno loco idem Procopius, αὐλείους πύλας Euſebius lib. 3. de vita Conſt. cap. 38. μεσαύλιον enim τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας dicitur Theophani & Cedreno Atrium, quod αὐλὴ cæteris Scriptoribus. Gloſſ. Lat. Gr. *Atrium*, μεσαύλιον. Paulinus Nat. 10. de variis eiuſmodi Atriorum aditibus:

Baſilicis hæc iuncta tribus, patet area cunctis,
Diuerſoſque aditus ex vno pandit ad omnes,
Atque itidem gremio diuerſos excipit vno
A tribus egreſſos, medio ſpatioſa pauito.

Procopius

Procopius igitur lib. 1. cap. 4. de Æde SS. Sergij & Bacchi: ἐπὶ κοινῆς δὲ προπύλαια πάντα, ἥ τε αὐλὴ καὶ μέσαυλοι θύραι, & lib. 5. cap. 6. de Templo Hierosolymitano: θύραι μέσαυλοι ἱεροπρεπεῖς οὕτως, ὥστε μηνύουσι τοῖς ἔσω ἰοῦσιν, ὁποίῳ ποτὲ θεάματι ἐντυχεῖν μέλλουσι. Mox subdit: προπύλαια δὲ ὃ ἀμφὶ θαυμάσια οἷα, καὶ τις ἐπὶ κιόνων δυοῖν ἐπηρμένη ἀψὶς ἐς ἄφατον ὕψος. Ex quibus patet aliud esse αὐλὴν, aliud προπύλαιον: Aula enim dicitur atrium impluuium porticibus circumdatum; Propylæum vero, frons ac vestibulum Templi fuit, quod προτεμένισμα vocat Zonaras in Can. 66. Trullanum, vt & Agathias lib. 5. & Photius in Descriptione Nouæ Ecclesiæ a Basilio Macedone extructæ in Palatio, vbi istius Ædis προπυλαίων elegantiam describit, vt Ædis Tyrensis Eusebius lib. 10. cap. 4. Gloss. Gr. MS. ex Bibl. Reg. προτεμενίσματα, προπύλαια. Vel etiam Propylæum fuit ille forsitan arcus, seu excelsus fornix, de quo Procopius loco proxime laudato, quem Arcus nomine donat Leo Ostiensis lib. 3. cap. 27. *Vestibulum autem Ecclesiæ superne quidem fecit musiuo pulcherrimo cum Arcubus decorari*; & infra: *Arcus eiusdem vestibuli deforis musiuo nihilominus vestiens.* Sic non semel Anastasius. Ita porro ἀψῖδα interpretatur Zonaras in Canon. 46. Concil. Carthag. ὃ γὰρ περὶ τῆς ἀψῖδος, περὶ τοῦ προπυλαίου ἐστίν. Vnde cum in Synodo III. Carthaginensi Can. 23. cauetur, vt iis, quorum crimina publica sunt, *ante Absidem* manus imponatur; id videtur intelligendum de Abside Narthecis, vbi consistebant Pœnitentes, non vero de Absida, seu Concha altaris, de qua agemus in sequentibus: quem quidem Canonem laudant Capitularia Caroli Magni lib. 5. cap. 53. & Hincmarus Remens. de Gestis habitis pro diuortio Thietbergæ: quibus adiungenda sunt quæ habet Chrodegangus Metens. Episc. in Regula Canon. cap. 30. Quod vero *Absis* his Scriptoribus dicitur, *Arcum* vocat Paulinus Epist. 12.

Alma domus triplici patet ingredientibus arcu.

Infra:

Tergeminis geminæ patuerunt arcubus aulæ.

Quatuor denique porticibus ambiri Atrium Sophianum scribit Silentiarius, quemadmodum Ædis Tyri Atrium Eusebius lib. 10. Hist. cap. 4. τὰ τῶν προπύλων εἰσόδων τέτταρσι μὲν περιξ ἐγκαρσίοις κατεκόσμησε στοαῖς, εἰς τετράγωνον περιφράξας τὸν τόπον κίοσιν πανταχόθεν ἐπαιρομέναις. Latinis, vti mox innui, eiusmodi impluuia, quatuor porticibus cincta, *Atria* dicuntur. Gloss. Gr. Lat. τετραστῷον, *Atrium*. Græci vero τετράστυλα ea vocant; *Quadriporticus* Anastasius Biblioth. in S. Symmacho PP. *& Cantharum B. Petri cum Quadriporticu marmoribus ornauit.* Idem in Dono: *hic atrium B. Petri Apostoli superius, quod est ante Ecclesiam in Quadriporticum magnis marmoribus strauit.* Occurrit apud eumdem in Leone III. pag. 121: 139. 142. & in Itinerario Hierosol. Harum vero Porticuum intercolumnia vt plurimum cancellis ac pluteis munita erant, quibus incumbere licebat, & in atrium prospicere. Paulinus:

Sed circumiectis in porticibus spatiari
Copia larga subest, interpositisque columnas
Cancellis fessos incumbere, & inde fluentes
Aspectare iocos, pedibusque madentia siccis
Cernere, nec calcare sola: & certamine blando
Mirari placido salientes murmure fontes.

Romani vero eiusmodi Atria *Paradisos* vocabant, vt autor est Leo Ost. libro 3. cap. 27. *Fecit & Atrium ante Ecclesiam, quod nos Romana consuetudine Paradisum vocamus.* Anastasius in S. Paulo PP. *Fecit autem in Atrio, ante turrem S. Mariæ ad Gradus, quod vocatur Paradisus, oraculum*, &c. Paulus

Warnefridus lib. 5. de Geſt. Langob. cap. 31. *Donus Papa Romanæ Eccleſiæ locum, qui Paradiſus dicitur, ante Baſilicam B. Petri Apoſtoli, candidis & magnis marmoribus ſtrauit.* Ita paſſim vocem hanc vſurpant Scriptores, a Græco, παράδεισος, deſumptam, quæ Heſychio dicitur τόπος ἐν ᾧ περιπατοῦσι, id eſt, locus porticibus, in quibus deambulationes fiunt, ſeptus, vel certe quiuis alius deambulationi aptus. Porticus vero, quæ ante Palatia, ſiue Nobilium Ædes, erant, προδόμοις appellat Lexicon Gr. MS. ex Bibliotheca Regia: πρόδομος, ἡ πρὸ τῆς οἰκίας στοά, ἣν καὶ Ὅμηρος αἴθουσαν καλεῖ.

GARSONOSTASIVM.

XXI. Idem Atrium, ſequiore Græcia, Γαρσονοστάσιον etiam dictum fuiſſe autor eſt Theophanes pag. 203. & ex eo Cedrenus pag. 387. καὶ ἐκαύθη τὸ μεσαύλιον τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας τὸ λεγόμενον Γαρσονοστάσιον. Hanc autem Garſonoſtaſij appellationem hauſiſſe videntur Græci a voce Latinobarbara, *Garcio*, noſtris *Garçon*: nos diceremus, *la place des Garçons*, quia in eo Atrio, ſeu impluuio, morari ſolebant, vel Magnatum famuli ſeu pediſſequi, vel e plebecula pueri, dum ibi vel illi dominos egreſſuros expectant, vel hi ludo magis quam ſacris intenti commorantur. Qui vero apud nos *Garciones* proprie dicantur, docent Grammatici inferioris æui. Willelmus Brito in Vocabulario MS. *Lixa, Mercenarius, Garcio qui ſequitur Curiam, & portat aquam in caſtris exercitus.* Papias: *Garcio, qui circa culinas papando incedit.* Hac notione vocem hanc vſurpat S. Bernardus de Vita & moribus Relig. cap. 10. *Nunc ergo tantæ multitudini Garcionum ac iumentorum cur nobiſcum non ferimus neceſſaria.* Varie autem ſcripta reperitur: *Garcio* enim effertur in Chronico Reicherſperg. an. 1105. *Garcio*, apud Petrum Bleſenſem Epiſt. 102. *Guarſio*, in vita Garneri Præpoſiti Sancti Stephani Diuion. pagina 130. denique *Garzo*, apud Pilichdorffium contra Valdenſes cap. 18. De vocis etymo, nugatur Ludouicus *d'Orleans* ad 2. Annal. Taciti, qui ab euertendo *Garçones*, quaſi *Warçones* dictos ſcripſit, *quia*, inquit, *iuuentus, quæ mobilitate viget, omnia euertit ſubitis eruptionibus.* Neque, opinor, felicius vocis originem attigit Iuſtus Lipſius, qui *Garciones* appellatos vult, quaſi *Garriones*, a garritu: vt & Chriſtophorus Beſoldus in Diſcurſu de Natura populor. qui a Græco χλάσων, *fatuus*, per metatheſin literæ vnius, deducit. Qui vero noſtris *Garciones*, *Garciferi* vocantur in LL. Burgorum Scotic. cap. 66. apud Lambertum Ardenſem, & aliquot alios Scriptores.

PHIALA.

XXII. In medio iſtius Areæ, ſeu Atrij Sophianæ Ædis, Phialam ſtatuit Iuſtinianus. Sic Labrum, ſeu Fontem appellabant, vbi perennes aquæ ſaliebant, e quibus plebs lauaretur: quia, inquit Euſebius lib. 10. Hiſt. Eccl. cap. 4. non licebat ἀνάγνοις καὶ ἀνίπτοις ποσὶ τῶν ἔνδον ἐπιβαίνειν ἁγίων. Fons autem iſte φιάλη μεσαύλου τῆς Ἐκκλησίας, interdum λουτὴρ μεσαύλου, dicitur in Euchologio pag. 449. & 465. Sic porro deſcribitur a Paulo Silentiario part. 2. verſ. 177.

> Μηκεδανῆς δ' ἐέτιμον ἐς ὄμφαλον ἵσταται αὐλῆς
> Εὐρυτάτη φιάλη τις ἰάσπιδος ἔκτομος ἄκρης,
> Ἔνθα ῥόος κελάδων ἀναπάλλεται ἠέρι πέμπειν
> Ὁλκὸν ὅλων παθέων ἐλατήριον, &c.

Erat igitur Sophiana Phiala confecta ex Iaſpide: ita vero adornata, vt porticibus ambiretur, in quibus erant fontes alij, ſeu putei, qui aquam populis Ædem ingreſſuris ad lauationem ſuppeditabant. Anonymus: ἐποίησε δὲ εἰς τὴν φιάλην γυρόθεν στοὰς φρεατικὰς δώδεκα, καὶ λέοντας λιθίνους ἐρεύγεσθαι ὕδωρ εἰς ἀπόνιψιν τοῦ κοινοῦ λαοῦ. Quod vero per ora leonum marmoreorum aquæ emitterentur, Λεονταῖον locus videtur appellatus, ex iis quæ habet idem Scriptor. In Phiala Sophiana Cruces paſſim marmoribus inſcriptas, euincit libellus accuſationis in Arſenium Patr. CP. apud Pachymerem libro 4.

cap. 3. accuſabatur enim τὸ προσκέεσθαι τοῖς Σουλτὰν θρέμμασι, ὡς καὶ σφιν ἐφεῖναι τῷ λουτρῷ τῆς Ἐκκλησίας συχνάκις ἐλλούεσθαι, τιμίων χαρακτήρων σταυροῦ ἐκεῖσε τοῖς μαρμάροις ἐγκεχαραγμένων, Ἀγαρηνοῖς οὖσι καὶ ἀμυήτοις. Binas eiuſmodi Phialas in Atrio Nouæ Eccleſiæ ex Ægyptio ac Romano, & ex Sangario marmore extruxit pariter Baſilius Macedo, quas eleganter deſcribit in illius vita Conſtantinus, ex filio nepos, cap. 55. Porro ante Ædium ſacrarum veſtibula balnea & lauacra publica collocata, docet inprimis Euſebius loco laudato, in deſcriptione Ædis Tyrenſis, & Paulinus Epiſt. 12. & 31. vt & Natali 9. & 10. apud quem *Cantharus* appellatur, *faſtigiatoque* interdum *ſolido ære tholo* tectus deſcribitur, vt & apud Anaſtaſium Bibl. in Anaſtaſio II. PP. & in S. Simmacho. Sunt enim Canthari apud Vlpianum leg. 41. §. 11. D. de Legat. 1. aquarum receptacula, vnde aquæ erumpunt. Eadem igitur notione *Phialam* appellarunt Græci, quod *Nymphæum* Anaſtaſius in S. Hilaro PP. Idem Paulinus Nat. 10.

Interior variis ornatibus Area ridet,
Læta ſuper tectis, & aperta luce ſerenis
Frontibus, atque infra niueis redimita columnis,
Cuius in expoſito prælucens Cantharus extat,
Quem cancellato tegit ærea culmine turris.
Cætera diſpoſitis ſtant vaſa ſub aëre nudo
Fonticulis, grato varie quibus ordine fixis
Diſsidet artis opus, concordat vena metalli,
Vnaque diuerſo fluit ore capacius vnda.

Meminit idem Conſtantinus cap. 59. Phialæ, ſeu Balnei Venetæ factionis, & alterius Phialæ Praſinæ factionis, & lib. de Admin. Imp. cap. 51. loci φιάλας dicti, in quo iudicia inter remiges exercebantur: vnde illius Iudex Præfectus Phialæ vocitabatur, illius forte, quam Theophanes pag. 307. & Cedrenus pag. 442. a Rhinotmeto excitatam fuiſſe ſcribunt, εἰς τὸ τελεῖσθαι ἐκεῖ σαξοδέξιμον. Huius etiam mentio eſt apud Leonem Grammaticum in Theophilo, & Gregorium in vita S. Baſilij Iunioris N. 38. At Phiala proprie dicitur totum illud ædificium, quo cingebatur & tegebatur Cantharus ipſe, ſeu aquarum receptaculum, quod τὸ ἐμβαδὸν καὶ τὸν πυθμένα τῆς φιάλης vocat idem Conſtantinus, ἐμβάτην Theophanes & Euchologium, in quo & κολυμβεῖον nuncupatur. In ſimili labro ſcriptum olim verſum hunc retrogradum, qui habetur in Anthologia, apud Gruterum, & alios, aiunt, ΝΙΨΟΝ ΑΝΟΜΗΜΑΤΑ ΜΗ ΜΟΝΑΝ ΟΨΙΝ. Quippe Fideles priuſquam Ædem ſacram ingrederentur, aquis iſtis, quæ a Sacerdote benedicebantur, facies & manus lauabant. Hinc Paulinus ad Seuerum:

Sancta nitens famulis interluit Atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lauat amne miniſtro.

Atque hæ fontium aquæ quotannis in peruigilio ſacrorum Theophaniorum, interdum in ipſo feſto die, conſecrabantur & benedicebantur, quarum benedictionis Ordo habetur in Euchologio: vnde νόσων ἀπελαστικὴ, δαιμόνων φυγαδευτικὴ apud Clement. in Conſtit. Apoſt. ἰαματικὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, alibi ἁμαρτημάτων λυτήριον, &c. in eodem Euchologio dicuntur. Harum loco ſucceſſere, præſertim apud Latinos, quæ in Templorum valuis exponi ſolent luſtrales vndæ, vti qui de Ritibus Eccleſiaſticis ſcripſere pridem docuerunt. Enimuero quod Silentiarius de perpetuo aquarum Sophianæ Phialæ miraculo ſubdit, & vt in peruigilio ſacri Feſti, menſe quem χρυσοχίτωνα vocat, eæ vaſculis hauſtæ, & a plebe Chriſtiana domum aſportatæ, incorruptæ manerent, nulloque corriperentur mucore

vel putredine, præclare omnino refertur a Sancto Ioanne Chrysostomo Orat. de Baptismo Christi, qui festum istud, sacrum Epiphaniorum diem, proinde mensem χρυσοχίτωνα Ianuarium fuisse coarguit. Huic autem mensi fortassis id Epitheti tribuit Silentiarius, ob *Rogas* Magistratuum, aut xenia & strenas, quibus donabantur, ipsique adeo Principes: vel certe quia eo mense Magistratum inibant Consules, & χρυσοχίτωνες in publicum procedebant. Dicitur enim Ianuarius, *μὴν ὑπάτων*, *mensis Consulum*, in Anthol. lib. 1. pag. 124. de quorum Processibus agunt Nouella Iustiniani 105. Claudianus, Marcellinus Comes, Corippus, Chronic. Alexandr. & alij. Sic autem Chrysostomus: Ταύτη γάρ ἐστιν ἡμέρα, καθ' ἣν ἐβαπτίσατο, καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ἡγίασε φύσιν, διά τοι τοῦτο καὶ μεσονυκτίῳ κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην ἅπαντες ὑδρευσάμενοι, οἴκαδε τὰ νάματα ἀποτίθενται, καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον φυλάττουσιν· ἅτε δὴ σήμερον ἁγιασθέντων τῶν ὑδάτων. Καὶ τὸ σημεῖον γίνεται ἐναργές, οὐ διαφθειρομένης ὑδάτων ἐκείνων φύσεως τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον, καὶ δύο, καὶ τρία πολλάκις ἔτη, τοῦ σήμερον ἀντληθέντος ἀκεραίου καὶ νεαροῦ μένοντος, καὶ μετὰ τοσοῦτον τὸν χρόνον τοῖς ἄρτι τῶν πηγῶν ἐξαπαρθεῖσιν ὕδασιν ἁμιλλωμένου. Extat porro etiamnum hodie Phiala ista Sophiana, vbi, vt ait Gyllius, perennes saliunt aquæ, ad quas ex area descenditur multis gradibus.

AVGVSTÆVM.

XXIII. Aulæ ipsæ & Atria Ædium sacrarum sua habebant προαύλια. Præ cæteris vero Atrium Sophianæ Ædis porrectiori & amplo Foro, Porticibus perinde cincto, & magnificis Ædificiis exornato, obuersabatur, quod Αὐγουσταῖον, Αὐγουσταιών, & Αὐγουστεών promiscue appellatur a Scriptoribus. Erat autem, vt innui, Forum maius, cui Zonaras προαυλίου interdum appellationem tribuit, vt & Nicephorus Gregoras. *Proaulam* dixit Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 412. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Proaula, i. domus coram aula, Selde:* ἀγορὰν non semel vocat Procopius lib. 1. de Ædif. capite 2. vbi describitur. Huic complura inædificata erant Palatia, ac domus insignes, & Ædes aliquot sacræ: atque inprimis Magnum Palatium vicinum fuisse testatur Procopius, cuius Triclinium, quod Augustæum spectabat, Τρίκλινον τοῦ Αὐγουστεῶνος dicitur apud Theophanem variis in locis, in quo corona donatas aliquot Augustas refert, vt & Theophylactus Simocatta lib. 1. cap. 1. Incertum porro an Triclinium istud, an vero ipsum Augustæum Forum intelligat Chronicon Alexandrinum, dum ait anno 2. Leonis M. Augustæum a Theodosio Vrbis Præfecto ἐκ πλαγίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας extructum fuisse, vel certe instauratum. Augustæo perinde inædificatum erat, vt autor est Nicetas in Alexio Man. Filio, Alexij Templum, seu Monasterium; illud, opinor, quod ab Alexio Patriarcha CP. qui Monomacho imperante vixit, nomen sortitum est, vti Zonaras & Scylitzes commemorant; diuersum a S. Alexij Æde, in cuius Catechumeniis celebratas aliquot Synodos legimus apud Allatium lib. 2. de Concord. vtr. Eccl. cap. 11. & 12. Augustæum præterea spectabant Triclinia Patriarchæ, quæ Θωμαΐτην & Μάκρωνα nuncupabant, vt habent Codinus de Offic. cap. 17. N. 8. & idem Nicetas in Alexio Man. Fil. In Thomaïte extitisse Bibliothecam Patriarchæ scribit Scylitzes in Theophilo. Sed præsertim, vt dixi, Augustæum obuersabatur Ædi Sophianæ, vel certe illius Atrio; adeo vt præcipuum Templi Atrium haberetur & diceretur. Zonaras enim de statua Iustiniani, quæ stetit in Augustæo, scribens, ait illam stetisse ἐν τῷ προαυλίῳ τοῦ μεγάλου ναοῦ. Hinc Aulæ, seu potius αὐλαίας vocabulo, quod idem sonat ac Atrium, sæpe donatur a Scriptoribus Byzantinis, a Niceta præsertim in Alexio Man. Fil. N. 6. & Pachymere lib. 9. Suidas in Iustiniano αὐλὴν diserte vocat, quo loco Interpres, ipseque Gyllius perperam

domum aut Palatium vertunt, cum Atrium esset, & locus περίστυλος, seu Porticibus vndique septus, portisque clausus, quod testatur idem Nicetas loco citato, scribens πύλας τοῦ Αὐγουστεῶνος effractas fuisse in seditione quadam: vt & Codinus in Orig. dum ait Iustinianum, confecta Æde Sophiana, a Palatio, ἕως τῆς πύλης τοῦ Αὐγουστεῶνος, curru vectum processisse: vbi perperam στύλης reponit Meursius. Tradit denique idem Codinus de Off. cap. 17. N. 10. vestibula Magnæ Ecclesiæ in Augustæo extitisse. Augustæum autem ædificatum primo, & ita appellatum volunt a Constantino Magno, ob matrem Helenam, cui Augustæ titulum concesserat, cuiusque statuam eo in Foro posuit: ita Hesychius Milesius & Chronicon Alexandrinum. Suidas in loco patente, nuncupato Daphne, stetisse statuam illam refert, indeque appellatum locum Augustæum. Ex quibus percipitur stetisse in ea Augustæi parte, quæ spectabat Regionem tertiam. Nam Ædem S. Stephani, quam in Daphne statuit Theophanes, in Palatio idem Scriptor & Chronicon Alexandrinum pag. 878. alij in Sigmate excitatam volunt, vt habet Gyllius lib. 2. cap. 15. ex quibus euidens est Daphnen & Sigma vicina fuisse. In eo porro consentiunt Scriptores, ita appellatum Augustæum propter matrem Helenam, quam, vt scribunt Eusebius lib. 3. cap. 46. Sozomenus lib. 2. cap. 1. Sulpitius Seuerus lib. 2. Hist. Veteres nummi ac inscriptiones testantur, Augustam appellauit. Neque enim audiendi Suidas, Codinus, cæterique dubiæ fidei Scriptores, tradentes ita Forum istud appellatum, quasi γουστεῖον, ἤγουν ὀψοπώλιον, quia forte inaudierant *Gustum* cupedias appellari Latinis, quæ vox occurrit apud Apitium lib. 4. de Re culinaria cap. 5. In Augustæo præterea statua argentea Theodosij Magni columnæ imposita stetit, vt autor est Marcellinus Comes: *Columna haud longe ab Ecclesia constituta est, quæ argenteam Theodosij Magni statuam ferens hactenus contemplatur:* eo nempe loco, vbi postmodum Iustinianus, hac diruta, suam excitauit, vti Zonaras refert, qui statuam istam argenteam septem millia libr. pependisse, & ab Arcadio filio erectam prodit.

XXIV. Excitata igitur Æde Sophiana, dirutaque Theodosiana statua, loco ipsius suam equestrem imposuit Iustinianus, ex tegulis æreis inauratis combustæ Chalces conflatam, Anno Imperij 17. Theophanes: τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπληρώθη ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας πλησίον τοῦ Παλατίου, ὁ λεγόμενος Αὐγουστεύς, καὶ ἀνεκινέθη ἡ στήλη τοῦ Βασιλέως Ιουστινιανοῦ ἔφιππος. Fuit autem χαλκῆ vestibulum Magni Palatij, ac Triclinium, per quod in illud ibatur, sic appellatum, quod æreis tegulis tectum esset. Illud Anastasius Imp. Ætherio architecto peritissimo vsus, a fundamentis excitauerat, & in admirandam altitudinem eduxerat, vt docet Epigramma, quod habetur in Anthologia Gr. lib. 4. cap. 23. Nominis rationem firmat Cedrenus, scribens ita appellatum διὰ τὸ ἐκ χαλκῶν κεράμων κεχρυσωμένων ἐστέγασθαι. Cum porro in seditione Victoriatorum, vt est in Chr. Alexandrino, conflagrasset, illud rursum instaurauit, & in priorem altitudinem eduxit Iustinianus, quemadmodum refert Procopius, a quo nouum istud triclinium describitur lib. 1. de Ædif. cap. 10. Statuam vero Iustinianæam, quæ immensæ molis & altitudinis extitit, describunt pluribus idem Procopius lib. 1. cap. 2. & ex eo Pachymeres in ἐκφράσει Αὐγουσταιῶνος, quam legi in MS. Bibliothecæ Regiæ, Nicephorus Gregoras lib. 7. qui illius dimensiones exarauit, Nicephorus Callistus in Procemio Hist. pag. 16. Ioannes Tzetzes Chil. 8. N. 184. Codinus, Gulielmus de Baldenzeel in Hodœporico pag 103. Bondelmontius in descript. CP. & Gyllius lib. 2. cap. 17. Ex prædictis porro Scriptoribus Græcis, liquet statuæ ipsi, perinde ac Foro, Αὐγουσταιῶνος nomen inditum fuisse.

STATVA IVSTINIANI.

PORTÆ OCCIDENTALES.

XXV. Tot igitur præclara Veſtibula, & Atria, tot inſignes ac marmoreæ Porticus Ædi ipſi partim obuerſantes, partim adiunctæ, ſatis declarant quantum Ædes ipſa intus contineat elegantiæ ac decoris, & vt verbis vtar Procopij de Hieroſolymitano Deiparæ Templo ſcribentis, μηνύουσι τοῖς ἔσω ἰοῦσιν, ὁποίῳ θεάματι ἐντυχεῖν μέλλουσι, vt vero Euſebij lib. 3. de vita Conſt. cap. 38. τοῖς τὴν ἐκτὸς πορείαν ποιουμένοις καταπληκτικὴν παρέχων τὴν τῶν ἔνδον ὁρωμένων θέαν, quibus quædam conſentanea habet lib. 10. Hiſt. cap. 4. Cum ergo nemo ſit, cui his perſpectis, aut perlectis, neſcio quod animo non oboriatur tam grande miraculum oculis vſurpandi deſiderium, tum vt huius liber pateat aditus, portæ Ædis aperiendæ ſunt. Plures autem proſtant etiamnum, pluresque extitere olim, in quatuor Templi lateribus, ſi quibuſdam neotericis fides. Ab Occidente enim, qua maximus aditus illius eſt, nouem portis illud initur, vt autor eſt Gyllius. Harum numerum non expreſſit Silentiarius: ſed cum dixiſſet veſtibulum, ſeu Porticum Occidentalem, habere ſeptem portas, e quibus vna ad Meridiem, altera ad Septentrionem proſtat, addit cæterarum quæ muro Orientali, qui Ædis poſtremus eſt, adiacent, clauſos cardines aperire Æditumm: quia fortaſſis eæ erant portæ, quæ Æditurum curæ incumbebant, ſeu Oſtiariorum. Nam, vt eſt apud Iſidorum Iuniorem in Epiſt. ad Luitfredum, *ad Oſtiarium pertinent claues Eccleſiæ, vt claudat & aperiat Templum Dei, & omnia quæ ſunt intus extraque cuſtodiat, Fideles recipiat, infideles & excommunicatos reiiciat.* Vnde πυλωροὶ dicuntur in Epiſtola quæ S. Ignatio tribuitur, & alia S. Cornelij PP. quæ extat apud Euſebium lib. 6. Hiſt. Eccl. cap. 35. θυρωροὶ in Concilio Laodic. Can. 34. & Epiphanio in Expoſit. Fidei Cathol. niſi per vocem, νεωκόρους, intelligatur Subdiaconus, cui Catechumenos & Pœnitentes in Eccleſiam introducere, & ex ea educere incumbebat, ex eodem Concilio Laodiceno, vt Canones 22. & 23. interpretantur Zonaras & Balſamon, quemadmodum Diaconi ſacris Bematis foribus præerant, autore Dionyſio de Eccleſiaſt. Hierarchia capite quinto. Ita igitur Silentiarius part. 2. verſ. 25.

. . . . τὰς γε μὲν ἄλλων
Νηοκόρους παλάμῃσι μεμυκότα θαιρὸν ἀνοίγει
Εσπέριον περὶ τοῖχον, ὃς ὕστατός ἐστι μελάθρου.

Porro pluribus Portis patuiſſe Ædium ſacrarum aditus innuit etiam Paulinus Nat. 9.

——gaudetque piis ſua mœnia vinci
Cœtibus, atque amplas populis rumpentibus aulas
Laxari denſas numeroſa per oſtia turbas.

Addit Gyllius maximum Sophiani Templi aditum ab occaſu eſſe plano pede: nec enim vt Pantheum Romanum gradibus vt olim aſcendi, aut vt nunc deſcendi.

PORTA ORIENTALIS.

XXVI. Ab Oriente vnica aperitur Porta, qua, inquit idem Gyllius, quinque gradibus deſcenſus patet in Ædem. Silentiarius part. 2. verſ. 161.

Αλλ' ἐπὶ μὲν Φαέθοντα, πύλη μία.

Τῆς ἑῴας iſtius πύλης meminit Autor Hiſtoriæ de Miraculo in ſacro Eccleſiæ Puteo edito. Per hanc denique Sultanum Turcicum Templum ingredi aiunt, ex qua in proximam Aulam ſecedit, ad latus Bematis Meridionale extantem, vbi conſiſtit, cum Sacris prophanis intereſt.

PORTÆ SEPTENTRIONALES.

XXVII. Denique ad Septentrionem duplicem Portam ſtatuit Silentiarius part. 2. verſ. 154.

——— πρὸς μὲν ἀήτην
Ἀρκτῷον ξυνοχῆας ἀνακλίνουσι θυρέτρων
Διζυγέων.

Et infra verſ. 161.

——— πρὸς δὲ κελαινῆς
Νυκτὸς ἕδος δισσὴν ἐπὶ δικλίδα λαὸς ὁδεύει.

At vero ad Meridiem nullas portas fuiſſe obſeruat, ſed e regione Septentrionalium, ſinus affabre confectos Aulis ſimiles fuiſſe innuit, verſ. 156.

——— νότιον δὲ ποτὶ πτερὸν, ἀντὶ πυλάων
Εὐτύκτους κενεῶνας ἐειδομένους τινὶ παστῷ.

XXVIII. Ædem ipſam ingredientis primo ſeſe offerunt aſpectui quatuor Pilæ maiores, paulo vltra mediam Templi partem, verſus Orientem, quibus tota illius moles, vel certe immenſi Hemiſphærij pondus incumbit. Sic autem appellantur eiuſmodi fulcimenta ex lapidum congerie in altum educta. Paulinus: PILÆ 4. MAIORES.

Quæque prius Pilis ſtetit, hæc modo fulta columnis,
Vilia mutato ſpreuit cæmenta metallo.

Idem alio loco:

Nam ſteterant vaſto deformibus agmine Pilis,
Nunc meliore datis eadem vice fulta columnis,
Et ſpatij cœpere, & luminis incrementa.

At Pilas iſtas πεσσοὺς vocant Procopius & Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini cap. 36. πινσοὺς vero Theophanes, Cedrenus & Codinus de S. Sophia: Lexic. Gr. MS. Bibliothecæ Regiæ ſign. 2062. πινσὸς, ὁ τοῦ τοίχου, nempe *fulcimentum.* Suidæ, πισσοὶ dicuntur; πεσσοὶ, Harmenopulo lib. 2. tit. 4. §. 40. & 56. & Nicephoro Calliſt. in Prooemio pag. 18. Iis autem vocabulis innuuntur grandiores & validiores Pilæ, quæ grauiora ædificiorum onera fulciunt ac ſuſtentant: vnde vox ἀντιπίσσια efficta, de qua poſtea. Sed de nominis origine parum conſtat, niſi a Græco πεσσὸς, quod idem ſonat ac κύβος, deducatur. Pilæ enim iſtæ, figura vbique quadrata, & in modum cubi, vel certe ex lapidibus quadratis confectæ, exurgunt. Cum igitur latis ac prægrandibus conſtent lapidibus, & certam quodammodo lapidum congeriem efficiant, ideo λόφοι, ſeu *aggeres* appellantur a Procopio, qui Pilas iſtas ſic deſcribit: κατὰ δὲ τοῦ νεὼ μέσα λόφοι χειροποίητοι ἐπανεστήκασι τέσσαρες, οὓς καλοῦσι πεσσούς· δύο μὲν πρὸς βορρᾶν, δύο δὲ πρὸς ἄνεμον νότον, ἀντίοι τε καὶ ἴσοι ἀλλήλοις, κίονας ἐν μέσῳ ἑκάτεροι κατὰ τέσσαρας μάλιστα ἔχοντες. πεποίηνται δὲ λόφοι λίθοις εὐμεγέθεσι ξύνθετοι, λογάδην συνειλεγμένοις, ἔς ἀλλήλους τε πρὸς τῶν λιθολόγων ἐπισταμένως ἐναρμοσθεῖσιν, ἐς ὕψος μέγα ἱκνοῦνται· εἰκάσαις δ᾽ ἂν αὐτοὺς εἶναι σκοπέλους ὀρῶν ἀποτόμους. Et infra deſcribens quemadmodum inuicem iniecto & fuſo plumbo lapides cohæreant: οἱ λόφοι, ὧνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, οὐ κατὰ ταῦτα ταῖς ἄλλαις οἰκοδομίαις πεποίηνται, ἀλλὰ τρόπῳ τοιῷδε. λίθων ἐπιβολὴ ἐν τετραγώνῳ διαπεπόνηται, σκληρῶν μὲν φύσιν, ἐργασίαν δὲ λείων, ἐκτομῶν δὲ, εἰ μὲν τὰ προὔχοντα ποιεῖσθαι τῶν τοῦ λόφου πλευρῶν μέλλοιεν, ἐγγωνίων, εἰ δὲ τὴν μεταξὺ κεκλήρωνται χώραν, ἐν τετραπλεύρῳ γεγενημένων. Ita præterea deſcribuntur Pilæ iſtæ à Silentiario part. 2. verſ. 53.

Ἔστι γὰρ ἀντολικούς τε καὶ ἑσπερίους κατὰ κύκλους
Κύκλους ἡμιτελεῖς, κατὰ κίονα δίζυγα Θήβης,
Εὐπαγέες τοῖχοι πίσυρες, γυμνοὶ μὲν ὁρᾶσθαι
Πρόσθεν, ἐπὶ πλευρὰς δὲ, καὶ ἀρραγέας περὶ νώτους
Ἀντιπόροις σφιγχθέντες ἐρείσμασιν, εὐκαμάτων δὲ
Τετράχα μοιρηθέντες ἐφεδρήσσουσι θεμείλοις,
Πέτραις ἀρραγέεσσιν ἀρηρότες, &c.

Pilas, inquit Procopius, coagmentat, non calx, quam viuam & inextinctam vocant, non bitumen, sed plumbum lacunis infusum, ἀλλὰ μόλυβδος ἐς τέλμα χυθεὶς, καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας, τῶν τε λίθων τῇ ἁρμονίᾳ ἐντετηκὼς, καὶ συνδέων ἀλλήλοις αὐτούς. Quod & attigit Silentiarius 2. part. vers. 60. At vers. 39. vdetur innuere immissam in Pilas calcem arena mixtam:

. . . . ὧν, διὰ μέσσου
Ψῆγμα πυριφλέκτοιο λίθου προχοῇσι κεράσσας,
Ἁρμονίην ξυνώσεν ἀνὴρ δομήτορι τέχνῃ.

Cui concinit Anonymus, scribens ἔμπλασιν πάντων τῶν πινσῶν, factam esse μετ' ἐλαίου καὶ ἀσβέστου, additque ferreis præterea vectibus inuicem connexos esse lapides, ne conuellerentur, ac dissilirent. Quod vero tradit Procopius singulas Pilas, habere duas columnas in sui medio, sic a Gyllio describitur: *Ad eorum* (arcuum) *imam curuaturam extremæ partes vltra Pilas proiectæ in Spheræ quartam partem recedentes, quæ nituntur quatuor arcubus, qui sustentantur duabus Pilis minoribus, & duabus maioribus. Quatuor enim Pilæ maiores non solum sustinent quatuor arcus maiores, sed etiam earum singulæ duos arcus minores, vnum pergentem in longitudinem, alterum in latitudinem, quibus Templum longe porrigitur, & late dilatatur.*

TRIGONI. XXIX. In altum proinde eductæ quatuor maiores Pilæ, quatuor maiores Arcus sustentant, qui in quadrum connexi, interiectum opus in trianguli formam in quatuor lateribus efficiunt, cuius ima pars presse intercepta arcuum coitu, acutum facit angulum infimum, ac superior sese explicans, Hemisphærio terminatur, cæterosque angulos ibi efficit. Ita Procopius, quod & attigit Silentiarius 2. part. vers. 53.

—— ἀνέρχεται δ' ἴσα τριγώνῳ
τοῖχος ἐπικλινθείς.

In his triangulis visuntur etiamnum hodie quatuor Euangelistæ opere musiuo depicti.

ARCVS. XXX. Quatuor igitur Arcus maiores in ordinem quadrum dispositi Pilis istis quatuor maioribus incumbunt, fulcientes Hemisphærium. Procopius: ἐπὶ τούτοις δὲ ἀψῖδες τέσσαρες ἐν τετραπλεύρῳ ἀνέχουσιν, ita vt earum capita bina coeant, Pilarumque fastigiis innitantur, curuaturæ vero in altitudinem immensam educantur: τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἐπηρμένα εἰς ἀπέραντον ὕψος ἠώρηνται. Ac duo quidem Arcus, qui ad Orientem & ad Occidentem porriguntur, vacuo in aëre erecti stant: τῶν δὲ ἀψίδων αἱ μὲν δύο κατὰ κενοῦ τοῦ ἀέρος ἐπανεστήκασι πρὸς ἀνίσχοντά τε καὶ δύοντά που τὸν ἥλιον. Paulus Silentiarius part. 2. vers. 116.

Ἀλλ' ἐπὶ . . . καὶ ἑσπερ . . .
Ἀψίδων ὑπένερθεν ὅλος πεπέταται αἰθήρ.

Evagrius: αἱ δὲ ψαλίδες κεναὶ ἐξ ἐδάφους μέχρι τῆς καλύπτρας τῆς ὀροφῆς ἐπαίρονται. Cum ergo nihil substructum habeant, sed aperti & vacui a parietibus sint, Templum longe capacius efficitur, οὐδενὸς ἐμποδὼν τῷ θαύματι τοῦ τηλικούτου μεγέθους γινομένου, ait idem Scriptor. Sic enim ab Oriente & Occidente quarta pars Sphæræ applicatur Hemisphærio, vt intus vna & eadem concameratio esse videatur: foris vero separata apparet, ornatius efficiens Hemisphærium supra duas quartas Sphæræ partes. Horum Arcuum alterum, Occidentalem scilicet, misere distractum, ac iamiam ruinam minitantem, renouauit Basilius Macedo, & in eo Deiparæ & Apostolorum Petri & Pauli imagines depingi curauit, vt autor est Constantinus in illius vita cap. 54. τὴν πρὸς δύσιν ἀψῖδα τὴν μεγάλην τε καὶ μετέωρον, ἱκανῶς διαρραγεῖσαν, καὶ πτῶσιν οὐκ εἰς μακρὰν ἀπειλοῦσαν, αὐτὸς ἐμπειρίᾳ τεχνιτῶν περισφίγξας καὶ ἀνανεωσάμενος, ἀσφαλῆ καὶ μόνιμον ἀπειργάσατο.

XXXI.

XXXI. Arcus alij duo, Septentrionalis ſcilicet & Meridianus, ſuppoſitum habent parietem cum columellis. Procopius: αἱ δὲ λειπόμεναι (τῶν ἀψίδων) οἰκοδομίαν τινὰ καὶ κίονας μικροὺς κομιδῆ ἔνερθεν ἔχουσιν. Paulus Silentiarius part. 2. verſ. 118. de iiſdem Arcubus: ARCVS SEPTENT. ET MERID.

Ἐς δὲ νότον κελάδοντα, καὶ ἐς κλίσιν ἀβρόχου ἄρκτου
Τοῖχος ἐϋστενέτης ἀνατείνεται ἄχρι μυείου
Ἄντυγος.

Parietem hunc ſic deſcribit Gyllius: *Quorum quidem* (Arcuum) *duo, Septentrionalis & Meridianus, curuaturam ſuam imam ſubſtructam habent tenui pariete feneſtellis vitreis pleno, ſuſtentato columnarum duplici ordine, inferiore & ſuperiore. Inferior habet octo columnas ad ſolum nitentes, ſuperior ſex ſuſtinentes parietem ſubtilem, & ſubiectum imæ Arcus curuaturæ.* Duplicem iſtum columnarum ordinem & numerum deſcripſit pariter Silentiarius, ac primo inferiorem, 2. part. verſ. 120.

——— λέλαμπε δὲ τέτραχι δοιαῖς.

Et mox (nam hoc loco Codex MS. lacunis ſcatet) de ſuperiori columnarum ordine:

. . . . ἓξ γὰρ ἐπ' αὐτ. .
Κίονες αἱ . ἐς . χλοάοντι σμαράγδῳ,
Ἀκαμάτων ξυνοχῆας ἀνεστήσαντο τενόντων,
Ἔνθα γυναικείων ἀναφαίνεται ἔνδια θώκων.

Neque aliter Euagrius: ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον, κίονες αὖθις παρατετάχαται ἐκ Θετταλοῦ λίθου πεποιημένοι, ὑπερῷά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, περικύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες εἰς τὰ τελούμενα. Sunt igitur iſtæ columnæ ex marmore Theſſalico, quod & indicat Silentiarius verſ. 129. Θεσσαλίδος πέτρης ἀμαρύγματα. Atque in hunc, qui etiamnum perſtat, modum parietes iſtos excitauit Iſidorus Iunior, Iſidori, qui vna cum Anthemio Ædem Sophianam primum ædificauerat, ex fratre, aut ſorore, nepos. Nam cum anno 32. Iuſtiniani Hemiſphærij pars Orientalis ex terræ motu collapſa eſſet, ex eo quod integrum remanſerat, defectum, qui tantæ ruinæ præbuerat occaſionem, agnoſcens, Arcum Orientalem & Occidentalem ſuo, vt erant, loco reliquit, Septentrionalis vero & Meridiani curuaturæ ſubſtructum parietem introrſum porrexit, pauloque latiorem effecit, vt congrua cum cæteris proportione oualem quodammodo figuram efficeret. Agathias: Ἰσίδωρος δὲ ὁ νέος καὶ οἱ ἄλλοι μηχανοποιοὶ τὸ πρότερον ἐν ἑαυτοῖς ἀναθεωρήσαντες σχῆμα, καὶ τῷ σωζομένῳ τὸ πεπονθὸς ὁποῖόν τε ἦν, καὶ ἐς ὅτι δή που ἡμάρτητο ἐπιφρασάμενοι, τὴν μὲν ἑώαν τε καὶ ἑσπερίαν ἀψίδα οὕτω μένειν κατὰ χώραν ἐφῆκαν· τῆς δὲ ἀρκτώας τε καὶ νοτίας τὴν ἐπὶ τοῦ κυρτώματος οἰκοδομίαν πρὸς τὰ ἔνδον προτείναντες, καὶ εὐρυτέραν ἠρέμα ποιησάμενοι, ὡς μᾶλλον ἁρμοδιώτατα ταῖς ἄλλαις συνενδυκέναι, καὶ ὁμολογεῖν τὴν ἰσόπλευρον ἁρμονίαν, περιστεῖλαι ταύτῃ δεδύνηνται τὴν τοῦ κενώματος ἀμετρίαν, καὶ ὑποκλέψαι βραχύ τι τῆς ἐκτάσεως μέρος, ὁπόσον ἑτερόμηκες ἀπετέλεστο σχῆμα, οὕτω τε ἐπ' αὐτῷ ἤδρασαν πάλιν τὸν ἐν μέσῳ ὑπερανέχοντα, εἴτε κύκλον, εἴτε ἡμισφαίριον, εἴτε ὁτῳδήποτε ὀνόματι πρὸς αὖθις ἐπικεκλημένον. Sed audiendus inprimis Gyllius, qui totam hanc Ædis partem Graphice deſcribit: *Latitudo*, inquit, *dilatatur vltra Pilas Arcubus & columnis, & parietibus, ex vtroque latere, Septentrionali ſcilicet & Meridionali, ſex velut Aulas capiens, tres inferiores, & totidem ſuperiores, vario marmore veſtitas, concameratas, calculis inauratis & figuratis ornatas. Ita enim ex ſingulis Pilis duplices Arcus naſcuntur in Templi latitudinem porrecti, vt eorum alterum conquieſcat in muro extrinſecus obnitente maioribus Pilis, a quibus quatuor Arcus in vtrumque parietis latus emittuntur, duo quidem inferiorum Aularum concamerationem ſuſtinentes, reliqui duo ſuperiorum totidem Aularum teſtudines,*

quarum latera singularum partim adnituntur ad Arcus, partim ad columnas. Vnde fit vt pars Ædis interior, & media illa ingens vacua, si sola consideretur comprehensa intra Pilas & Columnas, sit forma ouata: si vero tam intra quam extra Pilas perspiciatur, sit quadrata. Ita enim ex vtroque latere velut alæ appensæ sunt tres Aulæ inferiores, & totidem superiores, vt ab imo pauimento procedat quadrata, vsque ad curuaturam superiorum Aularum, deinde intra octo Pilas in ouatam formam contrahatur vsque ad curuaturam quatuor Arcuum sustinentium Hemisphærium. Has Aulas, & in oualem formam contractam mediam Ædis partem, nescio an intelligat Silentiarius 2. part. vers. 129.

. . . . μέσσα δὲ νηῶ
Ἔνδοθι καλλιχόροιο διακρίνουσιν ἔεθλα
Γείτονος αἰθούσης περιμήκεος.

Nam per ναὸν καλλίχορον mediam Ædis partem in Chori, seu in oualem formam contractam; per αἴθουσαν vero περιμήκη, Porticus, quæ intra quatuor Pilas interius curuantur, & a Meridie & Septentrione eam cingunt, videtur intellexisse: cuiusmodi ναοῦ, seu Chori Ædis Blachernianæ fuit figura, vt autor est Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 3. vbi de columnis Ædis: καὶ τὰ μὲν ἄλλα τοῦ νεὼ μέρη κατ' εὐθὺ ἑστᾶσιν οἱ κίονες, κατὰ δὲ μέσα ὑποστέλλονται εἴσω. Sed de Aulis agetur infra.

HEMISPHÆRIVM.

XXXII. Quatuor maioribus Arcubus, qui quatuor maioribus Pilis, quas structiles columnas vocat Vlpianus, innituntur, incumbit ingens Hemisphærium, (Trullum, aut Trullam vulgo vocant) seu Ædificium rotundum ac teres, quod in immensam altitudinem educitur. Procopius: ὕπερθεν δὲ αὐτῶν (ἀψίδων) κυκλοτερὴς οἰκοδομία ἐν στρογγύλῳ ἐπῆρται. Huius parietem, qui in orbem fertur, sustinetque testudinem orbiculatam, ex lateribus tenuibus, spongiosis ac candidis, quos ex Rhodo Insula aduehi curauerat Iustinianus, confectum esse ait Codinus, iisque leuibus adeo, vt eorum quinque lateris vnius pondus ex aliis exæquarent: ex quo, inquit, in vulgus fama sparsa sit, Trullam Templi Sophiani esse hederaceam, ὅτι ὁ τροῦλλος κισσάρινός ἐστιν. Quo loco Allatius legendum censet κυπαρίσσινος, tanquam si Hemisphærium confectum fuerit ex nunquam putrescenti ligno. Nam certe cupressinis tabulis tegi solitas Ædes sacras autor est Leo Ost. lib. 1. cap. 20. Verum alij, vt Lambecius & Combefisius, legunt, ὅτι κισσηρίου ἐστὶν ὁ τροῦλλος, id est, pumicea Trulla. Parietes vero isti lateritij opere Musiuo interius vbique exornantur. Anonymus, εἶθ' οὕτως ἐμουσίωσεν αὐτήν. Quadraginta fenestris, teste Gyllio, lucem admittit idem paries, ὅθεν ἀεὶ διαγελᾷ περιττὸν ἡμέρα, ait Procopius. Vnde cum pars illa Hemisphærij tota luminibus, seu potius fenestris colluceat, τὸ ἔμφωτον dicitur Euagrio, qui eius latitudinem, seu diametrum esse pedum 75. scribit: τὸ δὲ πλάτος τοῦ ἐμφώτου αὐτοῦ, ποδῶν οε'. Qua vero Hemisphærium quatuor Arcubus insistit, seu in ima sui parte, maior Coronis totum illius circuitum interiorem ambit ac circumdat. Silentiarius 2. part. vers. 67.

—— ὅπῃ καὶ ῥίζα καθέρπει
Σφαίρης ἡμιτόμοιο, καὶ ἄντυγές εἰσιν, ἑλιγμῷ
Τοῦ πυμάτου κύκλοιο τὸν ἀψίδων κατὰ νῶτα
Ἀνέρες ἐστεφάνωσαν.

Mox addit vt prominentes eiusdem Coronidis lapides viam angustam, cancellis, vt par est credere, ferreis munitam, porrigant, qua κανδηλάπτης, seu κηροφόρος, & qui luminaria accendit in Hemisphærio pendentia, progredi solet:

—— ὑπὸ περιβλῆτι δὲ κόσμῳ
Ἐκκρεμέες λάϊγγες ἐστερνώσαντο πορείην
Στεινήν, τερμιόεσσαν, ὅπῃ καὶ φωσφόρος ἀνὴρ
Ἀτρόμος ἀμφιθέων ἱεροὺς λαμπτῆρας ἀνάπτῃ.

XXXIII. Muro Hemiſphærij teſtudo orbiculata, in Sphæræ modum compacta, incumbit. Hanc vulgo θόλον vocant Græci Scriptores. Eſt autem θόλος, vt eſt apud Heſychium, στρογγυλοειδὴς οἶκος, ſeu vt eſt apud Iſidorum & Papiam, *eminens rotunditas & faſtigium Templi.* Vgutioni, proprie quidem *Tholus, eſt velut ſcutum breue, quod in medio tecti eſt, in quo trabes coeunt.* Cuius quidem vocis meminit Vitruuius lib. 4. cap. 7. tametſi de ſignificatione inter ſe diſſentiant illius Interpretes. *Tholo faſtigiatum* dixit Paulinus: & vetus Epigramma in Aſclepiodotum lib. 4. Anthol. Gr. cap. 28. κοῖλον ἔρεισμα θόλου eleganter appellauit parietes in orbem interius circumductos, qui teſtudinem Sphæricam ſeu Tholum ſuſtinent. Ab eiuſmodi Tholis, dictum Θολωτὸν Magni Palatij Triclinium, ab Anaſtaſio Dicoro extructum, vt refert Zonaras; quod idem eſſe conſtat cum Trullo, in quo habita Sexta Synodus, ἐν τῷ Σεκρέτῳ τοῦ θείου Παλατίου τῷ λεγομένῳ Τρούλλῳ, vt habent Acta eiuſdem Synodi: quod quidem Triclinium a Macario Ancyrano dicitur fuiſſe οἶκος περιφανὴς ἐν καλῷ τῶν Βασιλέων ΚΠ. παλατίῳ κείμενος. *Baſilica* nuncupatur ab Anaſtaſio Bibl. in Agathone PP. pag. 54. & *Palatium* in Leone II. pag. 56. Ita ab eadem figura domum quamdam in Vrbis conſpectu, Τρούλλου nomine donatam ſcribit Leo Grammaticus pag. 453. Tradit Procopius Hemiſphærij teſtudinem eatenus de induſtria ſurſum tenuari ac deficere, vt per ipſius aperturas lux intret affatim: καὶ διαλείπει τὸ οἰκοδόμημα καταβραχὺ, ἐξεπίτηδες παρειμένον τοσοῦτον, ὅσον τοὺς χώρους, οὗ δὴ τὸ διηρημένον τῆς οἰκοδομίας ξυμβαίνει εἶναι, φέγγους διαρκῶς ἀγωγοὺς εἶναι. Rem mirandam, inquit Silentiarius, intueri licet, vt inferne latior, ſenſim deficiat, & in orbem, veluti cælum, conuoluatur teſtudo, 1. part. verſ. 78.

Ἐστι δ' ἰδεῖν μέγα θάμβος, ὅπως κατὰ βαιὸν ἰοῦσα,
Εὐρυτέρη μὲν ἔνερθεν, ὕπερθε δὲ μεῖον ἀνέρπει,
Ὡς πόλος ἠερόφοιτος.

Ita etiam Agathias, vbi de Hemiſphærio: καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν εἰκότως ἰθύτερος μὲν καὶ εὐεπίστροφος, καὶ πανταχόθεν τῇ γραμμῇ ἐξισάζων, στενότερος δὲ καὶ ὀξυτενὴς, καὶ οἷος οὐχ' οὕτω λίαν ἐκπλήττειν τοὺς θεωμένους ὡς πάλαι, πολλῷ δὲ ὅμως πλέον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βεβηκέναι. Ita autem ſenſim tenuatur & deficit teſtudo, vt cymbali figuram effingat, & κυμβαλικῶς circinata ſit, vt eſt apud Anonymum. Sic enim ſecundo extructam prodit, ne rurſum caderet, ἵνα μὴ πάλιν ταχέως πέσοι. Quæ quidem cæterarum Trullarum, vel Tholorum, forma etiam fuit, vt nempe inferne latiores, ſenſim in Sphæram deſinerent, atque adeo oui formam referrent: vnde ὠωτὰ, vel ὠοτὰ dicta ſunt eiuſmodi ædificia, vt illud quod ὠωτὸν appellat Ioles pag. 172. ſeu ὤατον vti præfert Editio Regia, & in Palatio extitiſſe narrat: quod illud idem eſt, quod antea Θολωτὸν, & Τρούλλον vocabant. Cum igitur Sphæræ ſpeciem quodammodo exhiberet, ideo σφαίρας nomine donatur a Zonara non ſemel, & aliis: nam & Trullam inſtar Sphæræ vbique ſinuari dixit Silentiarius verſ. 74.

Ἐγρομένη δ' ἐφύπερθεν ἐς ἄπλετον ἠέρα πήληξ
Πάντοθι μὲν σφαιρηδὸν ἑλίσσεται, οἷα δὲ φαιδρὸς
Οὐρανὸς ἀμφιβέβηκε δόμου σκέπας.

Atque hæc quidem teſtudo ita parieti tereti imponitur, vt propter illius tenuitatem, non firmæ inniti fabricæ, ſed aurea catena de cælo pendere videatur. Procopius: τούτου δὲ τοῦ κυκλοτεροῦς παμμεγέθης ἐπανεστηκυῖά τις σφαιροειδὴς θόλος ποιεῖται αὐτὸ διαφερόντως εὐπρόσωπον. δοκεῖ δὲ οὐκ ἐπὶ στερρᾶς τοῦ οἰκοδομίας διὰ τὸ παρειμένον ἑστάναι, ἀλλὰ τῇ χρυσῇ σειρᾷ τῇ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐξημμένον καλύπτειν τὸν χῶρον. Eadem propemodum habet de Hemiſphærio Ædis SS. Apoſtolorum lib. 1. de Ædif. cap. 4. In interiore Tholi, ſeu, vt vocant, Trullæ, centro ac teſtudine, Iu-

THOLVS, *ſeu*, TRVLLA.

ſtinianus opere muſiuo Chriſtum in Iride ſedentem, orbem iudicantis effigie, deſcribi curauit, vt αὐτόπται teſtantur: quemadmodum in Nouæ Eccleſiæ a ſe in Palatio excitatæ Tholi teſtudine, Chriſti & Angelorum ei adminiſtrantium effigies, Baſilius Macedo, vt autor eſt Photius in illius Deſcriptione. In ſuprema vero, & quæ extra eminet, Sophiani Tholi parte, poſitam fuiſſe Crucem, ſeu Σιγνόχεισον, tradit Silentiarius part. 2. verſ. 78.

. . . . ἀκροτάτης δὲ
Σταυρὸν ὑπὲρ κορυφῆς ἐρυσίπτολιν ἔγραφε τέχνη.

ALTITVDO CENTRI. XXXIV. Immenſam Hemiſphærij, ac ſtupendam altitudinem prædicat his verbis Euagrius: θόλος ἐστὶν ὁ τῶν ἀνακτόρων νηὸς, τέτταρσι μετεωριζόμενη, ψαλίσιν, ἐς τοσοῦτον ὕψος ἐπαιρομένη, ὡς ἔνερθε μὲν τοῖς ἀτενίζουσι δυσέφικτον εἶναι τοῦ ἡμισφαιρίου ἀποπεράτωσιν· ὕπερθε δὲ τοὺς γενομένους μηδαμῆ πειρᾶσθαι, εἰ καὶ μάλα τολμητής τις εἴη, ὑποκύπτειν, καὶ ἐς τὸν πυθμένα τὰς ὄψεις παραπέμπειν. Eam autem altitudinem a pauimento ad centrum Hemiſphærij, ſeu Tholi mediam teſtudinem, eſſe pedum 180. tradit idem Scriptor: ὃ δὲ βάθος ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ ἡμισφαιρίου μέχρις ἐδάφους, ποδῶν ρπ΄ Neque diſſentit Ioannes Grauius Anglus, ipſe αὐτόπτης, in Præfatione ad Tabulas Geographicas Naſſir-Eddini Perſæ, ſcribens accepiſſe ſe a Turcis, *Vlug Beigum*, præter alia inſtrumenta Mathematica exactiſſima, quæ parauerat, *quadrantem* ſtupendæ molis conſtruxiſſe, cuius *radius* altitudinem ſummi fornicis Templi Sanctæ Sophiæ adæquaret: *Quæ etſi*, inquit, *dictu incredibilia*, *(nam teſtudo Hemiſphærij centum octoginta pedes Romanos ſuperat) illi tamen Perſas fide dignos hæc eadem narrantes ſæpius audiuiſſe contenderunt.* Ad eam porro altitudinem eductus potiſſimum Tholus, cum poſt illius caſum denuo inſtauratus eſt.

CASVS TRVLLÆ SEV HEMISPHÆRII. XXXV. Anno quippe Iuſtiniani 32. cum crebris terræ motibus concuſſum Hemiſphærium rimas ageret, tandem pars illius Orientalis concidit, & Ciborium, & Sacram Menſam vna cum Ambone contriuit. Annum, menſem, & diem caſus Trullæ deſcribit Theophanes: τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Μαΐῳ ζ΄ ἡμέρᾳ γ. ὥρα πέμπτῃ φιλοκαλουμένου τοῦ τρούλλου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας (ἦν γὰρ διερρηγμένος ἐκ τῶν γενομένων σεισμῶν, ἐργαζομένων τῶν Ἰσαύρων) ἔπεσεν τὸ ἀνατολικὸν μέρος τῆς προκυποσολῆς τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ συνέτριψεν τὸ κιβώριον, καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὸν ἄμβωνα. Ad hunc Hemiſphærij caſum ſpectant etiam verſus Pauli Silentiarij part. 1. verſ. 52.

Ἤδη μὲν θεναρεῖσιν ἐπεμβαυῖα θεμείλοις
Σφαίρης ἡμιτόμοιο κατήριπε θέσκελος ἄντυξ, &c.

Et verſ. 141.

Οὐ γὰρ ἀποτμηγέντος ἑλικνήμοιο καρήνου
Ὤκλασεν.

Collapſum igitur, vel certe labefactatum Hemiſphærium non modo de nouo inſtaurauit Iuſtinianus, ſed etiam in maiorem altitudinem extulit, Iſidoro Iuniore Mileſio vſus Architecto, Iſidori, qui Ædem Sophianam primum extruxerat, nepote, cuius meminit Procopius lib. 2. de Ædif. cap. 2. obierat enim Anthemius. Agathias: τότε δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κλόνου τὸ μεσαίτατον μέρος τῆς ὀροφῆς, καὶ ἅπαντα ὑπερβάλλον ἀποβεβληκότα, ἐπεσκεύασέ τε αὖθις ὁ Βασιλεὺς βεβαιότερον, καὶ ἐπὶ μεῖζον ὕψος ἐξῆρε. Quam quidem maiorem altitudinem 25. pedum eſſe tradunt Scriptores omnes. Theophanes: Βασιλεὺς ἤγειρεν ἄλλους πινσοὺς, καὶ ἐδέξατο τὸν τροῦλλον, καὶ οὕτως ἐκτίσθη, ὑψωθεὶς πλέον εἴκοσι πόδας εἰς ἀνάβασιν ἐπάνω τοῦ πρώτου κτίσματος. Zonaras: ὅθεν λέγεται καὶ τὸν τροῦλλον προστάξει τῶν Βασιλέων καθαιρεθῆναι, καὶ αὖθις ἀνεγερθῆναι ἐπὶ πόδας εἴκοσι καὶ πέντε μετεωρότερον, καὶ καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ Πατριάρχου τὸ δεύτερον. Ex quibus apparet quæ fides adhibenda ſit nugacibus ac imperitis æui extremi

Græculis, ſcribentibus, vlnis duntaxat quindecim a priori altitudine exciſis, Hemiſphærium rurſum ædificatum, in quibus eſt Glycas: ἀνεγείρεται αὖθις, πεδινὸς δὲ λειπόμενος πρὸς τὸ πρότερον ὀργυιῶν ιε′. Eadem habent Anonymus & Codinus. Cum igitur Euagrius Hemiſphærij altitudinem a Pauimento ad illius centrum, pedum 180. Gyllius vero altitudinem a ſumma curuatura Arcuum vſque ad Pauimentum, 142. pedum eſſe tradant, videtur confici Hemiſphærij ipſius altitudinem eſſe 38. pedum. Nam Turcus, per quem Ædem Sophianam metiri curauit Gyllius, Hemiſphærium non menſus eſt, qui ſi recte menſus eſſet illius altitudinem, eam ab altitudine quam tradit Euagrius, parum diſcrepare comperiſſet, vt Gyllius quidem exiſtimat: quanquam hoc longe altius eſſe par eſt credere, ſi latitudini altitudo reſpondeat. Cum denique anno mundi iuxta Græcos 6494. Indict. 15. menſe Octobri ex terræ motu ſuccuſſa pleraque Vrbis Templa ac ædificia corruiſſent, ipſiuſque Hemiſphærij Sophiani pars, hanc Imperator Baſilius Bulgaroctonus rurſum inſtaurauit, δαπανήσας εἰς μόνας τὰς μηχανὰς τοῦ ἀνόδου, δι' ὧν οἱ τεχνῖται ἱστάμενοι, καὶ τὰς ὕλας ἀναγομένας δεχόμενοι, ᾠκοδόμουν τὸ πεπλοκὸς, χρυσίου κεντηνάρια δέκα. Ita Scylitzes & Glycas.

XXXVI. Ex ſingulis porro Pilis, vti ſupra ex Gyllio oſtendimus, duplices Arcus naſcuntur in Templi latitudinem porrecti, ita vt eorum alterum cornu conquieſcat in muro extrinſecus obnitente maioribus Pilis, a quibus quatuor Arcus in vtrumque parietis latus emittuntur, duo quidem inferiorum trium Aularum concamerationem ſuſtinentes: reliqui duo ſuperiorum totidem Aularum teſtudines; quarum latera ſingularum partim adnituntur ad Arcus, partim ad parietes, partim ad Columnas. Quippe cum ex crebris terræ motibus, vel pondere Hemiſphærij, Pilæ maiores quatuor laborarent, extructi ſunt muri quatuor longi plus viginti pedes, lati plus octo, in altitudinem maiorum Pilarum aſſurgentes, quibus vice ἐρεισμάτων vtrumque latus Ædis pertinens ad Septentrionem & ad Meridiem præfulcitur ac præmunitur. Eiuſmodi Pilarum, ſeu *Peſſorum*, vel *Piſſorum* fulcimenta, παραπίσια vocant libri Baſilicωn ad Leg. 14. Cod. de Operib. Publ. tanquam πεσσοὺς adiunctos ad muros ipſos fulciendos: quo loco fruſtra Cuiacius in Paratit. παραπήσια legendum cenſet. Ea fulcimenta, vt & quatuor, quæ iis adnituntur, Cochleas, Iuſtiniano adſcribit Cedrenus: ἐποίησε δὲ καὶ τοὺς ἔξω τοῦ ναοῦ κατέναντι τῶν ἔσω πινσῶν τέσσαρας κοχλίας, οὓς ἀπὸ γῆς φυτεύσας, μέχρι τοῦ ξύλου ἀνεβίβασεν, ἔρεισμα τούτους τῶν ἀψίδων κατεργασάμενος.

MVRI OBNITENTES PILIS.

XXXVII. In ipſa Æde Sophiana ad Meridiem & Septentrionem binæ procurrunt Porticus duplices, inferiores ſcilicet & ſuperiores, ſecundum ipſius longitudinem, columnis marmoreis prægrandibus ſuſtentatæ, quæ Ædis latitudini nihil officiunt. Procopius: στοαί τε εἰσὶν ἑκατέρωθι δύο, οἰκοδομίαν μὲν τοῦ νεὼ οὐδεμίαν διῃρημέναι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον αὐτοῦ ποιοῦσαι τοῦ εὔρους τὸ μέτρον, καὶ τῷ μήκει μέχρι ἐς τὸ πέρας ξυνεξικνούμεναι, τὸ δέ γε ὕψος καταδεέστεραι. Cameratæ atque auro decoratæ ſunt, alteraque precantibus viris aſſignata, inferior nempe, altera quæ & ſuperior, fœminis, nihil habent diſparile, nihil diuerſum: καὶ αὐταῖς ἥ τε ὀροφὴ θόλος, καὶ ὁ χρυσὸς ἐγκαλλώπισμα. τούτοιν δὲ ταῖν στοαῖν ἀτέρα μὲν τοῖς ἄνδρας εὐχομένοις διακεκλήρωται, γυναιξὶ δὲ ταὐτὸ ποιουμέναις ἡ ἄλλη ἀνεῖται, &c. Porticuum iſtarum inferiorum pluteos (ita enim appellat Vitruuius lib. 5. cap. 1. ſuperiorum ab inferioribus columnis interſepta) ſuſtentant non modo quæ recto ordine diſpoſitæ ſunt columnæ marmoreæ; ſed etiam quatuor aliæ validiores viridis coloris, cæteris tamen vicinis altitudine inferiores, Gynæconitides, ſeu ſuperiores Porticus, atque adeo

PORTICVS INFERIORES.

inferiorum testudines, in ipso sui medio, binæ ab vtroque latere fulciunt. Paulus Silentiarius part. 2. vers. 135.

Αἰθούσης κατὰ μέσσον ἐρείσατο . . χίοις
Κίονας Ἀνθέμιος πολυμήχανος ——
—— ἀλλ' ἐνὶ μέτροις
Μήκεος ἐλγυτέρων μὲν ὀλίζονες· ἐκ δὲ πυθμένης
Τῆς αὐτῆς χλοεροῖσιν ἀποστίλβουσιν ἀώτοις.
Ἀλλὰ γὰρ οὐ στοιχηδὸν ἐπηχερὼ εὔποδας οὗτοι
Πυθμένας ἐρρίζωσαν· ἐφεδρήσσουσι δὲ γαίῃ
Ἀντίοι ἀλλήλοισιν δύω δυσίν, ὧν κατὰ κόρσης
Τετραπόροις σφρῆσιν ἐπιλιχθεῖσα κεραίη
Νῶτον ὑπεστήριξε γυναικείοισιν ἐδέθλοις.

Eiusmodi Columnas mole sua cæteris maiores, quæ non tam ad ornatum excitantur, quam ad fulciendas superiores Porticus, πεσσοὺς etiam appellare videtur Eusebius lib. 3. de vita Constantini cap. 36. in descriptione Templi Hierosolymitani: de Porticibus enim interioribus verba faciens: αἱ δ' δύω τῶν ἔσωθεν ὑπὸ πεσσοῖς ἀνηγείροντο.

PORTICVS SVPERIORES *seu* CATECHVMENA, *vel* GYNÆCONITIDES.

XXXVIII. Porticus superiores, fœminis precantibus addictæ, vt plurimum Catechumeniorum, vel Catechumenorum nomine donantur a Scriptoribus: non quod in iis vnquam Catechumeni constiterint, sed quod diuinos, qui a Sacerdotibus & Cantoribus concinebantur, Hymnos, ibi auditu exciperent mulieres: vnde Κατηχούμενα, *loca Dei verbo, Officiisque Ecclesiasticis audiendis superne extructa* recte viri docti interpretantur. Leo Nou. 73. ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅπερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος Κατηχούμενα καλεῖν ἔγνω. Hinc ascendere in Catechumena, apud Constantinum Porphyrog. de adm. Imp. cap. 29. extremo. Anastasius Bibl. in Collectaneis: *Et ascenderunt ad eum in Catechumenium Ecclesiæ ipsius Monasterij.* Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. & ex eo Codinus de Off. cap. 17. N. 43. ἀνῆσαν εἰς τὰ λεγόμενα κατηχούμενα. Nicetas in Alexio lib. 1. N. 2. παρὰ τῶν ἐπάνωθεν τοῦ κατηχουμενίου ἱσταμένων, &c. vbi perperam Wolphius κατηχουμένιον, *locum vbi Catechumeni instituuntur*, vertit: quo in errore versatur etiam Meursius. Nam etsi Symeon Thessalonicensis Opusc. contra Hæreses, τὰ κατηχούμενα, τῶν κατηχουμένων οἶκον interpretetur, id intelligendum est de statione Catechumenorum in Ecclesia, vel certe in Narthece. Ὑπερῷα nude non semel appellantur superiores istæ Porticus Sophianæ. Euagrius: στοαὶ δὲ τῶν λελεγμένων ὑπερῴων ἔνερθε κίοσι καὶ ψαλίσι μικραῖς τοσοῦτον ἔργον ἀποπερατοῦνται. Sic ὑπερῷα τοῦ μεγάλου ναοῦ dicuntur Nicetæ Paphlagoni in vita Ignatij Patr. CP. ὑπερῷα τῆς γυναικωνίτιδος Procopio, ἔμβολοι τῶν γυναικωνιτῶν Codino. Paulus Silentiarius de iisdem part. 1. vers. 256.

Ἐνθάδε θηλυτέρων ὑπερώϊα καλὰ νοήσεις.

Et part. 2. vers. 125.

Ἔνθα γυναικείων ἀναφαίνεται ἔνδια θώκων.

Catechumeni Sophiani meminit præterea Ignatius Diacon. in vita Nicephori Patr. CP. N. 69. illudque τὸν τοῦ μεγίστου νεὼ περίπυστον κατηχούμενον vocat. At sequior Græcia vtramque Porticum inferiorem & superiorem Catechumenorum nomine donauit, vt aduertere est ex Anonymo de Locis Hierosol. cap. 1. & Codino in Descr. S. Sophiæ, qui inferiores τὰ πρῶτα κατηχούμενα, superiores δεύτερα κατηχούμενα nuncupat, vti supra a nobis obseruatum. Vtraque, inferior scilicet & superior, marmore coruscanti strata conspicitur, vt est in Itinerario D. de Saligniaco. Superiores vero in Tholi modum cameratæ sunt. Silentiarius part. 1. vers. 257.

Σχῆμα θόλου φορέουσιν, ὃ νήθεν ὅτιν ἰδέσθαι.

Ita enim restituenda lacuna ex Procopio, vbi agit de superioribus Porticibus: καὶ αὐταῖς ἡ ὀροφὴ, θόλος. In modum Scyphi testudinatas habet Anonymus: ἀνεγείραντες δὲ τὰς ἀψῖδας τῶν ὑπερῴων, τῶν τε δεξιῶν καὶ τῶν εὐωνύμων, καὶ ταύτας σκεπάσαντες σκυφικὰς ἀψῖδας. Vbi σκυφικὰς, idem valet ac κυμβαλικὰς, Scyphi aut Cymbali instar. Superiorum istarum Porticuum intercolumnia pluteis muniuntur marmoreis, altis quatuor pedes, quibus incumbentes vident interiorem Ædis partem, tam infernam, quam supernam. Paulus Silentiarius 1. part. vers. 263.

Πάντα δὲ Θεσσαλικοῖο μεταίχμια κίονος ἀνὴρ
Λαϊνέοις ἔφραξεν ἐρείσμασιν, ἔνθα κλιθεῖσαι
Εργοπόνοις ἀγκῶνας ἐπηρείσαντο γυναῖκες.

His consentanea habet Euagrius, de lateribus Meridionali & Septentrionali τοῦ ναοῦ scribens: ὑπερῷά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, παρακύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα. De similibus pluteis interpositis, sic Paulinus, dum agit de Porticibus Atrij:

Sed circumiectis in porticibus spatiari
Copia larga subest, interpositisque Columnas
Cancellis fessos incumbere.

Quod vero ait Euagrius, pluteis incumbentibus mulieribus diuina sacrificia intueri licuisse, id intelligendum est de loco sacrificij, ac Bemate: nam dum illud peragebatur, velum statim ad intercolumnia subducebatur, neque iis capita aut oculos ad illa inspicienda promittere, sub anathematis pœna, fas erat. Id omnino colligere est ex Vita Sancti Basilij, quæ Amphilochio tribuitur, qui ritus illius Autor fuisse videtur. Nam cum mulierculam impudice sibi subministranti Diacono annuentem, dum de Catechumeniis in altare prospiceret, aduertisset, vela in Catechumeniis appendi præcepit: βῆλα παραχρῆμα ἐκέλευσε κρεμασθῆναι, διατεξάμενος ταῖς γυναιξὶν, ὡς εἴ τις ἔξω τῶν βήλων ὀφθῇ διακύπτουσα, τῆς θείας λειτουργίας γινομένης, ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀκοινώνητον μένειν. In Catechumeniis, ac dextra eorum potissimum parte, coactas Synodos non semel legimus. Octauam enim Synodum ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων τοῦ περιωνύμου ναοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας celebratam fuisse autor est Nicetas Paphlago in Vita Ignatij Patriarch. CP. Extat apud Leunclauium in Synopsi Basil. Decretum Synodi, προκαθημένου τοῦ ἁγιωτάτου Ιωάννου Πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων, συνεδριαζόντων αὐτῷ τῶν ἱερωτάτων Μητροπολιτῶν. Eandem inscriptionem præfert Michaëlis Cerularij Patriarchæ de Proiecto Pittacio Decretum, apud Allatium Dissert. 2. de Lib. Eccl. Græc. In Catechumeniis denique Sophianis quandoque coactam plebem narrat Paulus Diaconus lib. 21. Histor. Misc. Nec mirum, cum ampla admodum tum latitudine tum longitudine essent, vti mox ex Aularum ad alas ναοῦ existentium descriptione colligere est. Porro magnam Porticum, quæ vna cum Bemate & tecti parte ex terræ motu corruerat, anno antequam Ioannes Cantacuzenus Byzantium cepisset, instaurauit primum Anna Imperatrix, Andronici Palæologi vidua: cui postmodum operi ipse Cantacuzenus, ac denique Ioannes Palæologus Imperatores extremam manum imposuere. Rem pluribus narrat idem Cantacuzenus lib. 4.cap. 4.

XXXIX. Neque tamen recta linea procedunt in interiore Æde Porticus. Nam inter quatuor maiores Pilas ab vtroque latere, ad Meridiem & ad Septentrionem ita velut alæ appensæ sunt tres Aulæ inferiores, & totidem superiores, vt ab imo pauimento pars illa Ædis interior & media AVLÆ.

ingens & vacua, procedat quadrata vſque ad curuaturam ſuperiorum Aularum, deinde intra octo Pilas, in ouatam formam contrahatur, vſque ad curuaturam quatuor Arcuum ſuſtinentium Hemiſphærium. Vnde fit vt ſi pars illa conſideretur comprehenſa intra Pilas & columnas, ſit forma ouata: ſi vero tam intra quam extra Pilas perſpiciatur, ſit quadrata. Aulas iſtas *Cubicula* vocant Scriptores, quorum vſum deſcribit Paulinus Epiſt. 12. vbi de Templo Sancti Felicis Nolano: *Cubicula intra Porticus quaterna longis Baſilicæ lateribus inſerta, ſecretis orantium, vel in lege Domini meditantium, præterea memoriis religioſorum ac familiarium accommodatos ad pacis æternæ requiem locos præbent.* Anaſtaſius in Sergio PP. *Hic tectum & cubicula vniuerſa in circuitu Baſilicæ Beati Pauli Apoſtoli — ſtudioſius renouauit ac reparauit.* Eiuſmodi cubiculorum non ſemel alibi meminit, a quibus Capellarum noſtrarum, vti nunc appellantur, origo videtur deſumpta. Οἰκίσκοι dicuntur Sancto Nilo ad Olympiodorum Præfectum, in Deſcriptione Templi ab eodem Olympiodoro extructi: ἐν δὲ τῷ κοινῷ οἴκῳ πολλοῖς καὶ διαφόροις οἰκίσκοις διειλημμένῳ ἀρκεῖσθαι ἕκαστον οἰκίσκον πεπηγμένῳ τιμίῳ σταυρῷ, &c. Forma Aularum ſeu Cellarum, quas dixi (verbis vtor Gyllij) cingere vtrumque latus, talis eſt. Ex tribus lateribus Aulæ quadratæ ſunt, ex quarto latere quod intuetur interiorem Ædis partem, figuram Templi ſequitur, quod obrotundam efficit Pilarum & columnarum diſpoſitio. Suſtinetur arcubus & columnis concameratio Aularum, quarum deſcribam duntaxat tres, quibus cognitis, cæteræ omnes ſimili forma eſſe cognoſcentur. Incipiam a tribus ſuperioribus ſitis in latere Templi Septentrionali, quarum prima eſt in angulo intuenti Septentrionem & Orientem. Eius duo latera exteriora ſurgunt a muro, & deſinunt in arcum. In laterum medio columnæ tres ſunt quadratæ loco parietis, nempe feneſtrarum paraſtades, quarum ſcapus habet perimetrum quinque pedum & vnius dodrantis. Supra eaſdem eminent aliæ tres quadratæ: hæ omnes ſunt marmoris albi in colorem glaucum vergentis. Latus pertinens ad interiorem Ædis partem habet ſex columnas virides, ſubiectas arcui ſuſtinenti quartam partem Sphæræ Orientalis, quarum imus ſcapus ambitum habet ſeptem pedum & octo digitorum. Earum intercolumnia, diaſtyli diſpoſitione diſtincta, lata ſeptem pedes & vndecim digitos, pluteis muniuntur marmoreis, altis quatuor pedes, quibus incumbentes vident interiorem Ædis partem, tam infernam, quam ſupernam. Latus interiectum inter primam Aulam & ſecundam a pariete exteriori vergente ad Septentrionem, vſque ad Pilam magnam ſuſtinentem arcum Hemiſphærij, largum eſt quadraginta quatuor pedes, quorum partem poſſident Pilæ, partem arcus ſurgens a tergo Pilæ ſuſtinens Hemiſphærium: quo toto patente, lato iuxta pauimentum viginti pedes, tranſitur a prima Aula ad ſecundam Aulam. Reliquam lateris inter primam & ſecundam Aulam intermedij partem, latam viginti quatuor pedes, occupant Pilæ arcus & murus ſurgens velut ala vſque ad concamerationem Hemiſphærij. Secundæ Aulæ concameratio extrema ſuſtinetur arcubus & parietibus: media vero nititur quatuor columnis albis ad glaucum colorem accedentibus, quarum ſcapus in ambitu complectitur ſeptem pedes. Secunda, ſiue media Aula quadrata eſt, cuius duo latera ſuſtinentur partim muris, partim arcubus, quorum alterum cornu naſcitur a tergo duarum magnarum Pilarum ſuſtinentium magnum Hemiſphærium: alterum ſuſtinetur Pilis orientibus ex interiori parte murorum alarium fulcientium Pilas maiores. Huius ſecundæ, ſiue mediæ Aulæ latus exterius, loco parietis habet octo columnas quadratas, quarum perimeter eſt ſex pedum. In earum medio eſt

est magna Pila inter columnas eas parastadum vicem præstantes sunt fenestræ. Præterea supra easdem columnas existunt Pilæ parastadum vicem præbentes superioribus fenestris, quæ tam superiores, quam inferiores, numero sexdecim, Aulam hanc mediam illustrant: cuius latus vergens in latus interius sex viridibus columnis ornatur. Harum intercolumnia habent pluteos similes pluteis primæ Aulæ. Camera media sustinetur columnis colorem medium inter album & glaucum præ se ferentibus, in quadratum ordinem dispositis, quarum duæ stant non longe a latere exteriori: reliquæ duæ parum absunt ab interiori latere ornato sex columnis. Ex hac media Aula exitus patet in tertiam, per arcum tam late patentem, quam alterum, per quem aditus est a prima Aula in secundam. Tertia Aula similis est primæ Aulæ longitudine, fenestris, parastadibus, columnis: quibus quatuor sustinetur eius Camera, & latus interius sex viridibus. Iam vero inter Pilas duas, quibus sustinetur quarta pars Sphæræ Occidentalis, extant quatuor columnæ virides, eædemque binæ inter se coniunctæ: inter has intercedunt sex columellæ virides Ionicæ. Hactenus Gyllius.

XL. In istarum Aularum superiorum vna, Imperatrix consistere solebat, cum diuinis Officiis intererat. Id diserte tradit Euagrius, vbi de columnis Thessalicis, quæ ad Septentrionem & Meridiem, vtrumque Arcum Septentrionalem & Meridianum suffulciunt: ἐν δεξιᾷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον, κίονες αὐτοῖς ὑποτετάχαται ἐκ Θετταλοῦ λίθου πεποιημένοι· ὑπερῷα δὲ μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, παρακύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα, ὅθεν καὶ ἡ Βασιλὶς προσοῦσα ταῖς ἑορταῖς τῇ ἱερουργίᾳ τῶν μυστηρίων ἐφίσταται. SEDES IMPERATRICIS.

XLI. In hanc superam Ædis partem, ascensus existit quatuor Cochleis, quas dixi ad fulciendas quatuor maiores Pilas vna cum muro opposuisse Iustinianum, cum collapsum Hemisphærium denuo instaurauit. Κοχλίας Cedrenus appellat loco supra descripto N. 36. sed non satis proprie, inquit Gyllius, cum magis in anfractuum normalium, quam Cochlearum modum gradus surgant: quinque enim ab anfractibus ab imo ascenditur, non exasperatis in gradus, sed in mollem cliuum substructis ex amplis mensis marmoreis. Horum quinque anfractuum singuli alti vndeviginti pedes & sesquipedem, lati quinque pedes: ex quibus patet pauimentum superiorum Porticuum, seu γυναικωνιτίδων, a pauimento & solo Ædis ad altitudinem pedum 97. & sesquipedis eductum, proindeque reliquam Ædis altitudinem ad summam curuaturam arcuum 45. pedum & sesquipedis fuisse; siquidem, vt obseruat Gyllius, tota Templi altitudo a pauimento ad illam curuaturam est 142. pedum. Anfractibus istis succedunt alij anfractus, vsque ad Templi tectum, non cliuis molliti, sed in gradus fracti. Per hos igitur anfractus & cochleas adeuntur Aulæ & Porticus superiores, & summæ Templi partes. Totam hanc graduum seriem λαβύρινθον ἀνάγοντα εἰς τὰ ὑπερῷα τῆς ἐκκλησίας vocat Scylitzes pag. 804. Meminit præterea Paulus Diaconus lib. 23. Histor. Miscellæ ascensus in Catechumenia per Æneam Portam: *Processit autem & Imperatrix Eirene, cum præcessissent Imperatores, sceptris obsequentibus per scholas antelatis; & ascendentibus per æneæ Portæ ascensum in Catechumenia Ecclesiæ, non exiens in plateam Emboli*, &c. vbi *platea Emboli*, videtur esse inferior Porticus. COCHLEÆ.

XLII. In inferiore Porticu Meridionali extitit Ædicula, vel Aula, in qua Imperator, cum sacrorum librorum lectionem auditu excipiebat, consistere solebat. Ait enim Silentiarius stare ad Meridiem Porticum marmoream, Septentrionali omnino similem: sed illam habere quiddam am- SEDES IMPERATORIS.

plius: muro enim ſecluſum locum ſeruare, vbi Imperatores ſacrorum librorum lectionem auditu excipiunt. Sic ille part. 2. verſ. 164.

. . . . ἔχει δέ τι πλέον ἤδε·
Τεῖχει γὰρ τινι χῶρον ἀποκριθέντα φυλάσσει
Αὐσονίων Βασιλῆϊ, θεοστέπτοις ἐν ἑορταῖς,
Ἔνθα δ' ἐμὸς σκηπτοῦχος ἐφήμενος ἤθαδι θώκῳ
Μυστιπόλοις βίβλοισιν ἑὴν ἐπέτασσεν ἀκουήν.

Ex quibus videtur poſſe colligi Ædiculam, ſeu Aulam iſtam muris ſeptam, eam eſſe, quæ etiamnum ſtat ad latus Meridionale Bematis, in qua ſummus Turcorum Sultanus conſiſtit, dum ſacra profana in ſacro olim Templo peraguntur: & ad quam per portam Orientalem ex Saraio accedit. Atque inde docemur quid velit Codinus de Offic. cap. 15. N. 4. dum ait Imperatorem in Eccleſiam Sophianam procedere, ibique Sancti Baſilij precationes, ſeu illius librorum lectionem auditu excipere, iuxta Diaconicum: ἀπέρχεται εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν ὁ βασιλεύς, καὶ ἀκούει παρ' αὐτοῦ τὰς τοῦ μεγάλου Βασιλείου εὐχάς, πλησίον τοῦ διακονικοῦ. Nam hic ſumitur Diaconicum pro Conchula Bematis, quæ ad ſiniſtram, ſeu ad latus Meridionale, Maioris Conchæ erat, vt infra probamus, atque adeo quæ loco huic muro ſecluſo proxima erat, in quo Imperator conſiſtere ſolebat, cum ſacrorum librorum lectioni auditum ſuum præbebat. Incertum porro an alius eidem addictus eſſet locus in Eccleſia, dum Sacroſanctæ Liturgiæ intererat, proindeque an eo loci aſſignata olim fuerit Theodoſio Imperatori a Sancto Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo in Eccleſia ſedes. Nam cum aliquando Mediolani Theodoſius, more vtique recepto, Sacrarium ingreſſus, poſt Donorum oblationem, in eo conſediſſet, id ægre tulit Ambroſius; conſideranſque eam conſuetudinem, vel ex aſſentatione, vel ex ordinis inſcitia eſſe natam, Imperatori in Eccleſia locum aſſignauit ante Sacrarij cancellos, ita vt populum Imperator, Imperatorem ordine Sedis Sacerdotes antecederent: τόπον εἶναι τοῦ Βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τέταχε τὸν πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου, ὥστε τοῦ μὲν λαοῦ τὸν κρατοῦντα τὴν προεδρίαν ἔχειν, αὐτοῦ δὲ τοὺς ἱερέας προκαθῆσθαι. Verba ſunt Sozomeni lib. 7. cap. 24. quibus conſona habet Theodoritus lib. 5. cap. 17. Addit Theophanes ab eo tempore morem hunc inualuiſſe, vt deinceps Imperatores extra Bema cum reliqua plebe conſiſterent: ὅθεν καὶ μέχρι τοῦ νῦν καλῶς ἐκράτησεν τὸ ἔθος, ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου τοὺς Βασιλεῖς ἵστασθαι μετὰ τοῦ λαοῦ. Et Nicephorus Calliſt. lib. 12. cap. 41. vbi eamdem rem recitat, ſua etiamnum ætate id obtinere ſcribit, nempe vt Imperator ad Bematis cancellos ſedeat. At ſi ſecundum Sozomenum aſſignata fuit Sedes Imperatoris πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου, ante cancellos Bematis; non potuit conſiſtere, ſeu ἵστασθαι μετὰ τοῦ λαοῦ, quandoquidem populus in Pronao conſiſtebat, & inter cancellos Bematis & Pronaum, ſeu Narthecem, Ναὸς, vel Chorus Clericis & Cantoribus addictus, intercedebat, vt ex ipſo Silentiario & aliis abunde conſtat. Quod ſi ante Bematis cancellos conſtitit, eam Sedem in Solea ſtetiſſe neceſſe eſt, atque adeo Imperatorem, non populum duntaxat, ſed etiam Clericos, & Cantores, quos *populum canentem* vocat Silentiarius, præceſſiſſe. Atque inde forte quidam *Soleæ* nomen inditum exiſtimarunt, quod eo loci Imperator in Eccleſia *Solium* ſuum haberet. Vt ſeſe res habeat, hanc Sancti Ambroſij Conſtitutionem tanta cum animi deuotione ac ſubmiſſione excepere Imperatores, vt Theodoſius Iunior & Valentinianus, in eo decreto, quod extat poſt Concilium Epheſinum, in hæc verba prorumpant: *Ad ſacra Altaria munerum tantum offerendorum cauſa accedimus: & cum circumſeptum ſacrorum*

Adytorum ingreßi ſumus, ſtatim egredimur, nec quicquam ex propinqua Diuinitate nobis arrogamus. Nam etſi in Concilio Laodiceno Can. 19. ſolis Sacerdotibus, τοῖς ἱερατικοῖς, εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον καὶ κοινωνεῖν liceret, is tamen mos inualuerat, vt Adyta ingredi ad offerenda Dona Imperatori liceret, vt colligitur ex Synodo Trullana Can. 69. κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν, inquit Balſamon, quod ab ipſo Sancti Ambroſij æuo obtinuiſſe par eſt credere.

Coronæ.

XLIII. Iam vero quod ait Silentiarius illic ſedere Imperatorem θεοστέπτοις ἐν ἑορταῖς, id intelligendum eſt de ſolennioribus feſtiuitatibus, in quibus ad Maiorem Eccleſiam procedebat, quas numero duodecim fuiſſe videtur innuere Codinus in Orig. pag. 91. Edit. Meurſianæ, cum in cæteris, in Palatij ſacris Ædibus, diuinis intereſſe Officiis ſoleret. Ea autem Feſta maiora θεοστέπτους ἑορτὰς vocauit, quod in iis Imperator Corona redimitus Sacris intereſſet. Theophanes de Iuſtino Imperat. ταῦτα μαθὼν, μεγάλως ἤλγησε τὴν ψυχὴν, ὥστε καὶ τῇ ἑορτῇ προελθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐ κατεδέξατο φορέσαι τὸ στέμμα, ἢ τὴν χλαμύδα, &c. Similia habet An. XXXI. Iuſtiniani: ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἐφόρεσεν τὸ στέμμα ἐπὶ ἡμέρας μ΄. ἀλλὰ καὶ τῇ ἁγίᾳ Χριστοῦ γεννήσει χωρὶς αὐτοῦ προῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Apud Francos noſtros eum olim obtinuiſſe morem, vt Reges in maioribus anni feſtiuitatibus, in Eccleſia Coronati diuinis Officiis intereſſent, pluribus probauimus ad Ioinuillam Diſſertat. 5. atque inde eas feſtiuitates, *Curias Coronatas*, aut *Dies Coronæ* appellatas fuiſſe, ſeu ἑορτὰς θεοστέπτους. Nam vt apud Latinos, Francos nimirum, Germanos, Anglos, & alios, in hiſce occaſionibus, inter ipſa ſacra Miſſæ ſolennia Regum capitibus Corona imponebatur ab Archiepiſcopis, aut Epiſcopis, vt ex Anſelmo Epiſcopo in Epiſt. ad Ernulphum Priorem, Eadmero lib. 4. Hiſtor. Nouorum pag. 105. Iuone Carnot. Epiſt. 66. 67. 84. & Baldrico lib. 3. Chron. Camerac. cap. 55. colligitur: ita apud Byzantinos a Patriarcha in Æde Sophiana, ὅτε δημοτελὴς καὶ μεγάλη ἐτύγχανε δεσποτικὴ ἑορτὴ, coronabantur Imperatores aliqua ex iis corollis, quæ ſupra ſacram menſam pendebant, quæ peracta ſolennitate in ſuum remittebatur locum, vt pluribus narrat Conſtantinus Porphyrogenneta lib. de Admin. Imper. cap. 13. cuius ritus originem Conſtantino Magno adſcribit. Neque extra iſtas ceremonias, ex illius edicto, fas erat Imperatori Coronam ſibi imponere, vel certe inde auferre; adeo vt Leonem Copronymi filium miſerabilem vitæ exitum ex eiuſmodi ſtatuti tranſgreſſione incurriſſe tradant idem Porphyrogenneta, Theophanes, Cedrenus, Glycas, Sigebertus, & alij. Inter has autem Corollas, quæ Sacræ Menſæ imminebant, præ cæteris, & operis elegantia, & lapillorum pretio, conſpicua fuit illa, quam a Conſtantino Magno dedicatam fuiſſe, præter Porphyrogennetam, refert Nicetas in Andronico Comneno lib. 2. N. 11. quamquam id controuerſum video. Quippe plerique e Scriptoribus Byzantinis Sophiam ex Iuſtino Auguſto viduam, & Conſtantinam, Tiberij filiam, Mauricij Auguſti coniugem, ipſi Mauricio magni pretij Coronam obtuliſſe narrant, quam ille in Eccleſiam perlatam, Deo conſecrauit. Ita Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Anaſtaſius, & Paulus Diaconus ad 19. an. Mauricij. Addit præterea Cedrenus Coronam Heraclij, quæ 70. libris eſt æſtimata, a filio Heracleona in Ædem Sophianam illatam, vbi aliæ præterea appenſæ erant corollæ, vt idem Nicetas tradit in Alexio lib. 3. N. 6. Ex quibus perſpicuum fit, Coronas a Principibus & Magnatibus, Templis olim oblatas, & ſupra Sacram Menſam appenſas: quem morem e Latinis attigere præter Anaſtaſium, Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis Comitiſſæ cap. 2. Autor Rela-

tionis de Thesauro Canusinæ Ecclesiæ, Leo Ostiens. lib. 3. Chron. Casin. cap. vlt. Petrus Diaconus lib. 4. eiusdem Chronici cap. 90. & Epistola 345. ex iis quæ habentur Tom. 4. Historiæ Francorum. Appendebantur autem vt plurimum Corollæ istæ ad Ciboria: vnde supra Sacram Mensam illas pependisse, passim legimus. Anastasius in Leone IV. Papa. *Nam & super Ciborium obtulit coronas quatuor, & calices sexdecim ex auro mundissimo.* Hariulfus lib. 3. Chron. Centul. *Super illa tria Altaria habentur tria Ciboria ex argento & auro parata, in quibus tres dependent Coronæ, singulæ per singula ex auro gemmisque paratæ cum aureis cruciculis, aliisque diuersis ornamentis.* Et Chronicon Trudon. lib. 1. *In medio Ciborio pendentem Coronam æream argento paratam.* Eiusmodi Coronas Altari imminentes *Spanoclistas*, seu ἐπιλωκλείσους, & *Regna*, non semel vocat Anastasius pag. 132. 133. 134. 146. 150. 174. Porro Paulinus Epist. ad Seuer. Conchæ apparatum describens, Coronas pariter in ea statuit:

Crucem Corona lucido cingit globo,
Cui Coronæ sunt Corona Apostoli,
Quorum figura est in columbarum Choro.

Verum an priores Imperatores in Templo coronati Sacris interfuerint, dubium facere videntur verba hæc Theodosij & Valentiniani in Constitutione, quam modo laudauimus: *Dei Templum ingressuri foris arma relinquimus, & ipsum etiam Diadema deponimus, & quo submissioris Imperij speciem præferimus, eo magis Imperij nobis maiestas promittitur.* Sane etsi Ædem sacram Coronati ingrederentur posteriores Augusti, cum tamen ad Regias Portas accesserant, Coronas deponebant. Leo Grammaticus in Michaële: μέχρι δὲ τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν ὁ Βασιλεὺς, οὐκ ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Βασιλεῦσι, ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν. Hæc de Corollis annotasse intererat, cum & ad Ædem Sophianam quodammodo pertineant: nunc reliquam descriptionem prosequamur.

PAVIMENTVM. XLIV. Templi Pauimentum pretiosis, variique generis marmoribus tum Porphyreticis subuirentibus, tum reliquis roseo colore variegatis ac perpolitis stratum conspicitur. Anonymus: τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ κατεκόσμησε διὰ πολυτελῶν καὶ ποικίλων μαρμάρων, διάτε καὶ Ρωμαίων πηγαννησίων, καὶ τῶν λοιπῶν ῥοδοποικίλων, καὶ στιλβώσας αὐτά. His concinit Silentiarius part. 2. vers. 248.

TESTVDO. XLV. Testudo vero opere musiuo vbique exornatur, vt ait idem Silentiarius part. 2. vers. 251.

Χρυσεοκολλήτοις δὲ τέγος ψηφῖδας ἐέργει,
Ὧν ἀπὸ μαρμαίρουσι χύδην χρυσόῤῥυτος ἀκτὶς
Ανδρομέοισιν ἄπλητος ἐπεσκίρτησε προσώποις.

Sed & auro puro, vt vult Procopius: χρυσῷ γὰρ ἀκιβδήλῳ κατείληπται ἡ ὀροφὴ πᾶσα, κεραννῦσα τὸν κόμπον τῷ κάλλει. νικᾷ μέντοι ἡ ἐκ τῶν λίθων αὐγὴ ἀντιστράπτουσα. Vel potius tessellis vitreis inauratis, vt Anonymus: κατεχρύσωσε τὰ ὄροφα ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ λαμπρότατα.

TECTVM. XLVI. Quod ad tectum spectat, tradit idem Silentiarius part. 2. vers. 108. in operienda Æde, neutiquam lignis vsum Iustinianum, sed totam longis marmoreis tabulis texisse:

Καὶ γὰρ Αναξ πολύυμνος ἃ μὴ φύσις εὗρε καλύψαι
Δένδρεσι μηκεδανοῖσι λίθων ἐκαλύψατο κύκλοις.

Quo respexit Agathias, scribens Iustinianum nequaquam ligna adhibuisse, ne incendiis, vt prius, Ædes obnoxia esset: ὡς ἂν μὴ εὐκολώτατα πυρπολοῖτο.

FENESTRÆ. XLVII. *Ædis interiora,* inquit Gyllius, *fulgent clarissima luce, ob multitudinem luminum. Summus murus, qui in orbem fertur inter quatuor summos Ar-*

cus subiecti illuminantur viginti sex fenestris : Aulæ intermediæ triginta duabus : in singulis extremis Aulis Orientalibus lucent plus viginti. Prætereo duas Occidentales , & quatuor inferiores Aulas , tum duas partes Sphæræ , tum sacram Ædis partem solis Sacerdotibus olim patentem. Sileo superiorem Porticum , etiam in medium Templum clarum lumen emittentem , quorum omnium lumina numerare omisi , ob multitudinem. Atque eo spectant ista Procopij : φωτὶ δὲ καὶ ἡλίου μαρμαρυγαῖς ὑπερφυῶς πλήθει· φαίης ἂν οὐκ ἔξωθεν καταλάμπεσθαι ἡλίῳ τὸν χῶρον, ἀλλὰ τὴν αἴγλην ἐν αὐτῷ φύεσθαι, τοσαύτη τις φωτὸς περιουσία εἰς τοῦτο δὴ ἱερὸν περικέχυται.

XLVIII. Verum etsi tot fenestris lucem excipiat Ædes Sophiana, maiori ferme ex lucernis, lampadibus, ac luminibus passim ad fornices, & cæteras Templi partes appensis, quibusdam etiam ἀκοιμήτοις , seu perpetuo lucentibus , vel interdiu , vel de nocte , in diurnis ac vespertinis Officiis , quodammodo collucebat : vbique enim *micabant coronæ , candelabra resplendebant ,* vt verbis vtar Scriptoris vitæ S. Desiderij Episcopi Caturcensis cap. 9. & vt ait Silentiarius part. 2. vers. 442. appensæ erant tum ad Columnas & parietes , tum etiam a testudine per catenas pendebant , tanto numero , vt in aëre , tanquam in mari , fluitare lampades viderentur. LAMPADES ET CANDELÆ.

. . . . ἐκκρεμέες δὲ
Εὐφαέος πλώουσι κατ᾽ ἠέρος ἀντὶ θαλάσσης.

Neque aliter hanc Lychnorum passim in Ædibus sacris pendentium multitudinem expressit Paulinus Nat. 9.

Ecce vides quantus splendor , velut Æde renata
Rideat : insculptum camera crispante lacunar
In ligno mentitur ebur , tectoque superne
Pendentes lychni spiris retinentur ahenis ,
Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
Funibus , vndantes flammas leuis aura fatigat.

A laquearibus enim pendebant Lychnuchi orbiculares & in modum coronæ effecti circuli complures , gradatim sibi ipsis impositi , ita vt infimus maior esset medio , & medius supremo , singulique lampadibus vitreis adornati , cuiusmodi eleganter describuntur a Paulino Natali 7. Hos luminosos circulos , quibus substrati erant disci argentei , eleganter descripsit idem Silentiarius vers. 406.

—— ἐκ δέ νυ σείρης
Ἀργυρέους στεφανηδὸν ἀπ᾽ ἠέρος ἥψατο δίσκους
Ἐκκρεμέας περὶ τέλσα μέσου ζηχάοντα μελάθρου, &c.

Atque istos quidem circulos *Coronas* interdum vocant æui medij Scriptores Latini , vt autor vitæ S. Desiderij loco proxime laudato , Anastasius Bibl. in S. Siluestro & Sixto III. PP. Flodoardus lib. 3. Hist. Remens. cap. 5. lib. 4. c. 13. Ratbertus de Casibus S. Galli cap. 9. Iso Magister de Miraculis S. Galli cap. 8. Vdalricus in Consuet. Cluniac. lib. 1. cap. 11. Petrus Venerab. in Statut. Clun. cap. 52. Ægidius Aureæ vallis cap. 53. Vita B. Ioannis Gorziensis Abbat. cap. 10. N. 90. &c. S. Bernardus *Rotas* appellandas potius censuit , lib. de Vita & moribus Clericorum cap. 11. *Ponuntur in Ecclesia gemmatæ , non Coronæ , sed Rotæ , circumseptæ lampadibus , sed non minus fulgentes insertis lapidibus.* Sed præsertim instructas eiusmodi lampadibus Coronas , *Phara* appellant alij. Leo Ost. lib. 3. Chron. Casin. cap. 31. *Fecit & Pharum , coronam scilicet maximam argenteam cum -- sex & triginta lampadibus ex ea pendentibus.* Ita promiscue apud Valafridum Strabonem lib. 2. de Mirac. S. Galli cap. 35. Bedam de Rat. tempor. cap. 24. In Hist. Translat. S. Sebastiani N. 94. in vita Gudilæ Virg. N. 18. Præterea apud Anastasium

non ſemel, apud quem in S. Silueſtro *Phara Canthara* dicuntur eæ potiſſimum Coronæ, quæ lampadibus & diſcis inſtructæ erant, quas φωταδόχα ἄγγεια vocat Ducas cap. 29. Denique alios Lychnuchos in modum Crucis effictos appendit Iuſtinianus. Silentiarius verſ. 417.

Καὶ μεγάλου σταυροῖο τύπον πολύωπα νοήσῃς,
Γείτονα μὲν δίσκοιο, πολυτρήτοισι δὲ νώτοις
Ἄγγος ἐλαφρίζουσα σελασφόρον.

Hunc Porro ritum Cruces luminibus exornandi, ætate S. Chryſoſtomi, cuius autor perhibetur, obtinuiſſe narrant Socrates & Nicephorus Call. & in Proceſſibus publicis Eccleſiaſticis prælatas: σταυροὶ ἀργύρεοι κηρῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀνημμένων προηγοῦντο. Nec deſunt qui Crucem ſupra Ambonem ſtantem, lucernis, lampadibus, ac luminibus perinde fulguraſſe ex Codino obſeruant: Εἶχε δὲ καὶ συχνὰ λυχνιτάρια καὶ μαργαριτάρια ἀπίδοτα. Sed & apud Latinos hunc inualuiſſe ritum docet Anaſtaſius in S. Hadriano PP. *Fecit & Pharum maiorem in eadem B. Petri Eccleſia in typum Crucis, qui pendet ante Preſbyterium, habentem candelas 1370. & conſtituit, vt quatuor vicibus in anno ipſum Pharum accendatur.* In Leone III. *fecit — Crucem anaglypham interſatilem, ex auro mundiſſimo pendentem in pergula ante Altare cum candelis duodecim penſ. lib.* 13. Eiuſmodi etiam Cruces luminoſas intellexit Silentiarius verſ. 481. dum ait alium mentem oblectare intuendo σύμβολον οὐρανίου Χριστοῖο. Sunt enim eæ lucernæ, quas *Signa Chriſti* appellat Anaſtaſius in Leone III. *Fecit in Baſilica B. Petri Apoſtoli — Gabathas fundatas Signochriſtas, quæ pendent in Quadriporticu, in Pharo æreo in medio Baſilicæ numero* 48. & in Gregorio IV. *Signum Chriſti habet nauicellas duas, & murenas tres.* Infra: *Signum Chriſti pendentem in catenulis tribus. — Signum Chriſti habet hiſtoriam in modum leonis incapillatam cum diuerſis operibus puriſſimis aureis pendentibus in catenulis quatuor, & vncino vno.* Narrat Chronicon Alexandrinum pag. 716. Arcadio imperante, terræ motu τὸ σιγνόχριστον τοῦ Καπετωλίου cecidiſſe: quo loco *Signum Chriſti* nihil aliud eſt, quam Crucis Signum, quod in tecti vertice Capitolij Conſtantinopolitani erectum erat; σημεῖον nempe, quod τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου dicitur apud Mathæum, vti locum hunc interpretantur S. Chryſoſtomus Homil. 77. in 24. Math. Theophylactus, Euthymius, Origenes, Ephræmus de ſecundo Domini aduentu, & alij: vnde *Signum Domini* appellatur a Paulino Epiſt. 12. *Vel hoc de Signo Domini ſuper ingreſſum picto, hac ſpecie, quam verſus indicat:*

Cerne coronatam Domini ſuper atria Chriſti
Stare Crucem.

Alios denique Lychnuchos in modum Retis appenſos obſeruat Silentiarius verſ. 480.

Ὃς δὲ πυραμπείρητον ἐπακτρίδα θέλγεται, ἄλλος
Εἰσορόων λαμπτῆρα μονάμπυκα.

Eiuſmodi ſunt, quos deſcribit Anaſtaſius in Leone III. PP. *Fecit vero vbi ſupra ante ingreſſum Præſepij Pharum in modum Retis cum caniſtro, — necnon & alium Pharum maiorem in modum Retis cum caniſtris 20. pendentem ſub trabem maiorem, &c.* In Leone IV. *Fecit autem ad illuminationem ipſius Baſilicæ Rete ahenum cum caniſtris argenteis decem & ſeptem.* Et in Benedicto III. *In Baſilica B. Pauli Apoſtoli iſdem Antiſtes -- pulcherrimi decoris Rete factum miro opere, totum ex gemmis aluaberis, & bullis aureis — offerens, pendere iuſſit.* Atque hi quidem Lychnuchi ad fornices & ad parietes appenſi erant: at a pauimento exurgebant veluti quædam trabes, ſeu arbores (ſic enim appellantur a Silentiario verſ. 463. 464. 479.) plenæ luminibus, quibus inferior pars Templi illuminaretur, verſ. 443.

Ἐς δὲ βαθὺ κρηπῖδος ἐέθλιον ἄκρα νοήσῃς
Δούρατα δικραίροιο μέσον ζωγχόωντα σιδήρου,
Ὧν ἐπὶ νηοπόλοιο φάλαγξ διαφαίνεται αἴγλης
Ἰθυπόροις κανόνεσσιν ἐρευθομένοισι δεθεῖσα.

Ait porro Silentiarius ad eiusmodi Arborum collucentium lumen progredi in Templum Sacerdotum cohortem, rectis regulis rubricantibus illigatam; quibus verbis Clerum designauit, qui Ecclesiasticis Canonibus ac Regulis subiacet: vnde ἐν τῷ κανόνι, vel ἐκ τοῦ κανόνος, & *sub Canone Ecclesiastico constituti* dicuntur quicumque ex Clero sunt, in Conciliis, locis indicatis in Notis ad Alexiadem pag. 420. Appellantur autem κανόνες ἐρευθόμενοι, seu *Regulæ rubricatæ*, quod earum capita ac tituli minio vt plurimum exararentur. Vnde apud Latinos passim *Rubrica* sumitur pro quauis regula: est enim *Rubrica*, in Gloss. Græcolat. διὰ μίλτου ἐπιγραφή. Glossar. Medicum ex Biblioth. Reg. Cod. 1486. *Rubrica, Titulus factus de rubeo.* Prudentius lib. 2. contra Symmach.

—— dicant cur condita sit lex
Bis sex in tabulis, aut cur Rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos, &c.

Vita S. Deicoli Abbat. Lutrensis N. 29. *Dedit autem Dominus per merita serui sui eidem loco talem profectum, vt multi Nobilium -- Monachicam disciplinam eligerent, & Monasterium satis ditarent, ipsi quoque Sacræ subiacerent Rubricæ.* Historia inuentionis Corp. S. Celsi: *Discussis sane inibi multis quæ Synodica postulat Rubrica.* Ita leges *Rubricas* vocat Sidonius libro 8. Epistola 6. Iam vero Silentiarius vers. 462. arbores istas πυρσοκόμους, ita adornatas depingit, vt in imo latiores circulos sensim in acutos, instar piceæ, aut cupressi, desinentes, sustinuisse dicat. Eiusmodi autem candelabra multis instructa luminibus a terra surgentia, vt & Coronas in aëre pendentes, quas κύκλους vocat Symeon Thessal. lib. de Templo, πολυκάνδηλα appellant Scylitzes in Michaele Calaphate pag. 557. Theophanes, & ex eo Anastasius in Hist. Eccl. & Paulus Diac. lib. 18. Hist. Miscellæ in Heraclio, Leo Grammaticus pag. 449. 481. idem Anastasius in Leone III. PP. pag. 133. denique Codinus & Anonymus in Descrip. Ædis Sophianæ. Cum igitur tot lampadibus ac luminibus vbique illa colluceret, etiam ante Iustinianum, earum sumptibus non semel prouisum est ab Imperatoribus, vt colligitur ex Leg. 19. Cod. de Operib. Publ. Sed præ cæteris Basilius Macedo, ἐνδείᾳ ἐλαίου ἤδη σχεδὸν ἀποσβεσθέντων τῶν λύχνων τῶν ἱερῶν, μεγίστου κτήματος ἐπιδόσει, ὃ προσαγορεύεται Μαλίτεα, τούτοις τὸ φῶς διαμένειν προσεπενοήσατο ἄσβεστον, verba sunt Constantini Porphyrogennetæ in aui vita cap. 54. quibus consona habet Cedrenus pag. 587. Totam denique hanc in Æde Sophiana collucentium vbique luminum seriem & multitudinem obseruat etiam Beniaminus Tudelensis in Itinerario, his verbis: *In medio autem Templo Columnæ sunt aureæ & argenteæ, candelabra maxima & laternæ, lampades, & alia ex auro & argento, plura quam dinumerare quispiam possit.*

XLIX. Exacta & confecta, ex Scriptoribus, Ædis Sophianæ fabricæ descriptione, partes illius interiores singulatim, eadem, qua priora, methodo nobis restant enucleandæ. In tres autem potissimum apud Græcos, vt & apud Latinos, Templum diuiditur, Βῆμα scilicet, Ναὸν, & eam in qua Fideles consistunt. Symeon Thessal. de Templo: ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τελαδικῶς θεωρεῖται, τοῖς πρὸ τοῦ ναοῦ φημὶ, καὶ τῷ Ναῷ, καὶ τῷ Βήματι. Locum Templi sanctissimum, & in quo sacra mysteria peraguntur, τὸ ἱερώτατον χωρίον, καὶ τοῖς ἀπορρήτοις διακεκριμένον, vti appellatur ab Agathia lib. 5. varie iidem Græ- BEMA.

ci vocant; interdum enim ἄδυτα, interdum ἱερατεῖον, aut θυσιαστήριον, ſed communi ac magis recepto apud illos vocabulo, Βῆμα nuncupant: totum nempe locum illum, qui cancellis a Nao diſparatur. Cumque in Bema ſolis Sacerdotibus ius eſſet introeundi, vel in eo ſedendi; inde qui ei inſeruiebant, dicti οἱ ἀπὸ τοῦ Βήματος Gregorio Nanzianzeno Orat. 19. & eorum ordo, τάξις τοῦ Βήματος, ab eodem appellatus, Orat. in Sanctum Baſilium; quod & de Diaconorum præcipuis intelligi debet, quos λειτουργῶν ἐκκρίτους Dionyſius vocat, qui Epiſcopo aſtabant ſacra facienti. Atque vt a Græcis ἱερατεῖον, ita a Latinis *Preſbyterium* dicitur, quod in eo ſoli conſiſtant Preſbyteri. Eſt enim *Preſbyterium* apud Sanctum Cyprianum Epiſt. 35. 46. & 49. & in Epiſtola Bonifacij PP. quæ habetur in Collectione Romana Holſtenij, Preſbyterorum conſeſſus & conuentus, qui συνέδριον τοῦ πρεσβυτερίου dicitur Baſilio Epiſt. 319. ad Innocent. De Preſbyterio, ita Synodus Romana ſub Eugenio II. PP. cap. 33. *Sacerdotum, aliorumque Clericorum Eccleſiis ſeruientium honores a Laïcorum diſcrete apparere conuenit. Quamobrem nulli Laïcorum liceat in eo loco, vbi Sacerdotes reliquiue Clerici conſiſtunt, quod Preſbyterium nuncupatur, quando Miſſa celebratur, conſiſtere, vt libere ac honorifice poſſint ſacra officia exercere.* Prædictis hæc addit Synodus Romana ſub Leone IV. PP. cap. 33. *Nec inter ſacros Cancellos Ordinibus debitos, niſi permittente Epiſcopo, adtentent accedere* Seculares. Vbi Preſbyterium, ſacros Cancellos promiſcue appellari perſpicue patet. Iis conſimilia habent Anaſtaſius in eiuſdem Leonis vita pag. 177. & Gelaſius I. Papa Epiſt. 9. Atque hac notione *Preſbyterium* paſſim vſurpant Anaſtaſius in vitis Pontificum, Ordo Romanus, Cæſarius Eyſterbach. & alij quos ſuo loco referemus. Sed & *Senatorium* videtur appellari in eodem Ordine Romano non ſemel, voce Latina, quæ idem quod πρεσβυτέριον ſonat: vbi *ad Senatorium* dicitur *deſcendere Pontifex, vt ſuſcipiat oblationes Principum*, vel *vt communicet eos qui in Senatorio ſunt.* Deſcendit nempe ab Altari, vbi ſacra peragit, in Preſbyterium, vt Principum & Fidelium oblationes ſuſcipiat, vel *vt communicet* eos qui ſunt in Preſbyterio, nempe Sacerdotes, Clericos, atque adeo populum ipſum, quod diſerte ibi dicitur. Nam licet ex Concilio Toletano IV. Canon. 18. *Sacerdos & Leuita ante Altare communicent, in Choro Clerus, extra Chorum populus*, certum eſt hac in re varios fuiſſe Eccleſiarum ritus: quippe olim laïcis & fœminis ad communicandum patuere Sancta Sanctorum, vt eſt in Concilio Turonenſi II. & lib. 7. Capit. Caroli Magni cap. 203. Sed vt verum fatear, neſcio an his locis, in Ordine Romano, *Senatorium* idem ſit omnino quod *Preſbyterium.* Dubitandi cauſam mouet, quod in eo *locus Principum* fuiſſe dicitur: *Pontifex autem ſuſtentatus hinc inde dextra læuaque a Primicerio Notariorum, deſcendit ad Senatorium, quod eſt locus Principum, vt ſuſcipiat oblationes eorum.* Et infra: *Pontifex deſcendit ad Senatorium, —— & ſuſcipit oblationes Principum per ordines arcuum.* Siquidem enim *Senatorium* locus fuit, in quo conſiſtebant Principes, ſeu Magnates, dum ſacræ intererant Liturgiæ; idem ille forte fuerit cum Solea, de qua agemus, ſeu pauimento editiori ante Cancellos Bematis, ita appellatus, quod ibi *Senatores*, ſeu *Principes* conſiſterent. Nam obſeruatum ſupra, ad ſacros Cancellos aſſignatam fuiſſe Imperatoribus in Eccleſia Sedem ab Ambroſio. *Senatores* autem appellatos Magnates, apud Scriptores Chriſtianos veteres, notum eſt. Proinde in Senatorio Pontifex non modo ſuſcipiebat oblationes Principum, ſed & populum ibidem communicabat. Idem Ordo Romanus: *Mox vt Pontifex cœperit communicare populum in Senatorio, &c.* Quo certe loco, nempe ante Altaris Cancellos, etiamnum in Ædibus ſacris

Fideles

Fideles Sacram Eucharistiam accipiunt. Denique *Presbyterium* alibi vsurpat pro loco in quo Presbyteri consistunt: *Presbyteri in Presbyterio omnes permanent inclinati.* Videat igitur Lector vtram harum coniecturarum probet. Βῆμα autem hanc Ædis sacræ partem appellarunt veteres, ab ipso Altari, cui id nominis indiderunt, quod, vt ait Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, θρόνος sit, ἐν ᾧπερ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προεκάθητο μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων. Nam & Βῆμα pro Tribunali non semel vsurpari obseruarunt viri docti. Alij a gradibus, quibus ad illud ascenditur, alij denique ab Altaris gradibus, quod editius fuisse infra ostendemus, dictum censent. Nam & *Bema*, vt autor est Augustinus contra Epist. Manetis cap. 8. & lib. 18. contra Faustum cap. 4. Manichæi diem festum vocarunt, quo Manes occisus est, quod quinque gradibus instructo Tribunali, & pretiosis linteis adornato, illum celebrarent: quod quidem festum a Catharis sui temporis *Malisola* appellatum fuisse scribit Ekbertus Schonauiensis Serm. 1. contra Catharos. Cum igitur præcipua veneratione colenda haberetur sacra hæc Ædis pars, in ea exornanda sumptibus non pepercit Iustinianus: totam enim argento obduxit. Anonymus: τὸ δὲ θυσιαστήριον ἐξ ἀργύρου λαμπροτάτου· στήθεα καὶ κίονας εὐμεγέθεις, ἀργυρᾶ πάντα πεποίηκεν, σὺν τοῖς πυλῶσιν αὐτῶν, πάντα ἀργυρᾶ χρυσέμβατα. Tantam autem argenti vim immisit in totum Bema, vt ad libras quadraginta millia impendisse tradat Procopius: ὁ γὰρ τοῦ ἱεροῦ τὰ μάλιστα χῶρος ἀβέβηλος, καὶ μόνοις ἱερεῦσι βατὸς, ὅνπερ καλοῦσι Θυσιαστήριον, λιτρῶν ἀργύρου μυριάδας ἐπιφέρεται τέτταρας.

L. Bematis pars præcipua fuit Concha: sed quid potissimum fuerit Concha, inter Eruditos omnino non constat. Salmasius ad Plinium multus est in ea disquirenda; qui etsi probabilia dixerit, rem tamen non adeo accurate explicuit, vt perspicua sit. Goarus in Euchologio Concham cum Ciborio perperam confundit, cum Ciborium in Concha fuerit, non ipsamet Concha. Verum non admodum arduum erit Concham reperire ei qui Templorum Græcanicorum figuram inspexerit attentioribus oculis, quorum Ichnographias aliquot nobis exhibuit idem Goarus pag. 13. 26. 27. Videre est enim in ea parte, in qua stat, vel statuitur Altare, recessus aliquot in modum Hemicylindri, superne, vt par est credere, in Conchæ speciem clausi. Dixi aliquot recessus: quandoque enim vnicus conspicitur, interdum trinus, vt mox indicabimus. Est igitur Concha, τοῦ Θυσιαστηρίου pars: vnde Germano Patr. CP. In Hist. Eccl. dicitur κόγχη τοῦ Θυσιαστηρίου, id est, Concha Bematis, seu partis illius Templi, in qua Sacra peraguntur. Concham Sophianæ Ædis eleganter ac graphice descripsit Procopius. Ab humo, inquit, extat ædificium, non recta productum linea, sed laxa sensim obliquitate flexum, receditque in medio, ac figura semitereti, quam artis periti Semicylindrum vocant, ad perpendiculum surgit: in quartam vero Sphæræ partem desinit operis huiusce culmen. Sed præstat Græce loquentem audire: οἰκοδομία τις ἐκ γῆς ἀνέχει, οὐκ ἐπ' εὐθείας πεποιημένη, ἀλλ' ἐκ τῶν πλαγίων ὑπεσταλμένη καταβραχὺ, καὶ κατὰ μέσα ὑποχωροῦσα, ἐπὶ σχῆμά τε κατὰ ἥμισυ τὸ στρογγύλον ἰοῦσα, ὅπερ οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφοὶ ἡμικύλινδρον ὀνομάζουσιν, ἐς ὕψος ἀπότομον ἐπανέστηκεν. ἡ δὲ τοῦ ἔργου τούτου ὑπερβολὴ ἐς σφαίρας τεταρτημόριον ἀποκέκριται. Deinde addit vt intra Conchæ recessum pauimentum columnis prematur semicirculari forma dispositis, ita vt sibi inuicem tanquam in Choro quodammodo adsurgant. Neque minori elegantia ac concinnitate Conchæ Sophianæ & structuram & formam expressit Paulus Silentiarius 1. part. vers. 221.

CONCHA.

Τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδοθι κύκλων
Ἡμιτόμων, ὕψος δὲ μετ' ὄρθιον αὐχένα τοίχων,

Σφαίρης τετρατόμοιο λάχος δὲ τέταρτον ἀνέρπει.

Concha igitur Semicylindri, ſeu κύκλου ἡμιτόμου, ad perpendiculum efficti, formam referebat, quouſque ſuperne clauderetur in quartam Sphæræ partem, ἐς σφαίρας τεταρτημόριον, inquit Procopius. Quæ quidem Sphæræ pars quarta interius vndique ſinuata, a Conchæ marinæ figura, quam effingebat, nomen eſt ſortita, vt autor eſt Silentiarius verſ. 226.

Κόγχας ταῦτα κάρηνα σοφοὶ τεχνήμονι μύθῳ
Ανέρες ἐδιδάξαντο· τὸ δὴ ἀτρεκές, εἴτ᾽ ἀπὸ κόγχου
Εἰναλίου καλέουσι δαήμονες, εἴτ᾽ ἀπὸ τέχνης
αὐτοί που δεδάασι.

Ita porro efficta erat Concha Sophiana, vt etſi vnica ſuperne appareret, trinos tamen receſſus operiret, ac proinde triplicem Concham efficeret. Silentiarius part. 1. verſ. 272.

Ως ἡ μὲν βαθύκολπος ἀνέσσυται ἠέρι κόγχη
Υψόθεν ἀντέλλουσα μία, τρισσοῖσι δὲ κόλποις
Νέρθεν ἐπεμβεβαυῖα.

Et verſ. iam laudato:

Τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδοθι τοίχων
Ημιτόμων, &c.

Vbi ſatis oſtendit inferne, ſeu ſub Conchæ volutatione, tres Conchas contineri, quæ vnica Sphæræ quarta parte continentur, ac conteguntur. Trinos iſtos receſſus belle deſcripſit Paulinus Nat. 10.

Eſt etiam interiore ſinu maioris in aula
Inſita cella procul, quaſi filia culminis eius,
Stellato ſpatioſa ſinu, trinoque receſſu
Diſpoſitis ſinuata locis.

Et Epiſt. 12. ad Seuerum: *Proſpectus vero Baſilicæ, non vt vſitatior mos eſt, ſed ad Domini mei Beati Felicis Baſilicam pertinet, memoriam eius aſpiciens: tamen cum duabus læua dextraque Conchulis intra ſpatioſum ſui ambitum apſis ſinuata laxetur, vna earum immolanti hoſtias iubilationis Antiſtiti patet, altera poſt Sacerdotem capaci ſinu receptat ouantes.* Triplicem igitur receſſum habuit Concha ſub eadem concameratione, maiorem & medium, in quo erat Sacra Menſa, & Sacerdotum ſedes, ſeu Synthronus: duos præterea alios minores, alterum ad dextram, ſeu Septentrionem, quem Protheſim vocabant; alterum ad ſiniſtram, ſeu Meridiem, Diaconicum appellatum, vti mox oſtendemus. Quemadmodum autem, & quare triplex Concha efficta fuerit, ſic narrant poſtremi æui Græculi. Tradunt quippe Architectos ſacrum Bema, ſeu potius τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, hoc eſt eam Bematis partem, in qua Altare ſtatui ſolet, ædificaturos, de lumine in illud immittendo inuicem deliberaſſe, ac primum quidem vnicam Concham, quam μύακα μονοκάλαμον vocant, vel vnius tenoris, per quam lux admitteretur, conficere ſtatuiſſe: præcepiſſe vero Imperatorem (ita enim Codinus) duplicem ædificari: verum reſtitiſſe Architectos, quod locus ille nullis exterioribus ſuffultus eſſet lapideis fulcimentis, ac proinde incumbenti oneri ferendo haud par eſſet. Cumque incerti quid agerent, verſarent animum, Imperatore præſertim non ſibi conſtante, diceteque interdum vnicum arcum, interdum duos, μίαν ἀψῖδα, ἄλλοτε δὲ δύο, fieri debere; tandem Angelum, Imperatoris habitu Architectorum magiſtro apparuiſſe, præcepiſſeque, vt τρίφωτος μύαξ, ſeu triplex Concha fieret, & διὰ τριῶν στοῶν, per triplicem Porticum (ita ſuperiorem Conchæ concamerationem appellare videntur Græculi) ſacrum Bema, vel ipſum Altare illuminaretur, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus San-

cti: atque ita triplicem Concham confectam esse. Quasi vero antequam operi manum admouissent Architecti, totius Ædis non fuisset delineata forma ac figura: quod diserte de Sophiana tradit Procopius, vbi de Anthemio Architecto: hunc enim condendæ Ædis figuram delineasse ac designasse scribit: τῶν γενησομένων προδιασκευάζων ἰνδάλματα. Ita passim nugas suas imperitis venditant nugigeruli ac recentiores Græci. Enimuero ab hac triplici Concha *Trichoram apsidem* dictam vult Salmasius, apud Paulinum: *Reliquiis Apostolorum & Martyrum intra apsidem trichoram sub Altari sacratis.* Sic enim legendum contendit, pro *trichora sub Altaria*, cui subscribo lubens, cum vnicum fuerit Altare in Apside, seu Absida, atque adeo in tota Æde sacra, quod & infra satis indicat. Nam constat *trichora* dicta fuisse ea triclinia, quæ tribus cameris, Conchis, aut partibus constabant, cuiusmodi fuit illud, de quo Spartianus in vita Pescennij: *Domus eius hodie visitur in campo Iouis, quæ appellatur Pescennij, in qua simulachrum eius in trichoro constituit.* Neque enim arridet eiusdem Salmasij coniectura, qui *trichorum*, fastigium domus interpretatus est. Nam hoc loco *trichorum*, est triclinium istius domus, tribus, vt dixi, cameris constans, cuiusmodi sunt in antiquis Monasteriis Refectoria, quæ inde *trichora* & *trichoria* appellantur. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Tricorum, vel Triclinium, Gereord-hus.* i. domus refectionis: qua notione *tricorium*, seu *trichorium*, vsurpat Ordericus Vitalis lib. 3. & 6. pag. 495. & 603. At Ioannes de ianua *trichorium, domum trina conuiuantium sessione ordinatam* esse ait, quemadmodum solent Monachi in suis Refectoriis considere. Vgutioni vero dicitur *Trichorium, locus iuxta ignem causa prandij, habens cameras, vel tres absidas. Octachorum* occurrit in inscriptione ad Fontem S. Theclæ, Mediolani a S. Ambrosio exarata, apud Gruter. 1666. 8. Ita porro Concha Sophiana effiicta est, vt vltra Pilas, & qua parte parietes ad latera Bematis desinunt, sinuari incipiat in formam hemicylindri, seu vbi procurrere cessant Porticus in interiore Æde: quod Paulinus de Templo S. Felicis agens, sic descripsit: *Totum vero extra Concham Basilicæ spatium, alto & lacunato culmine geminis vtrinque Porticibus dilatatur.* Addit Procopius Conchæ Sophianæ imminere nescio quam structuram μηνοειδῆ, seu bicornis lunæ instar sinuatam; quæ simul concinnitate admirationem, simul dubiæ compagis specie timorem parit, vt quæ neque videatur pendere tuto, & quamuis firmissime nitatur, periculum tamen ostentet ibi versantibus: ὕπερθέν τε μηνοειδές τι αὐτῇ ἕτερον τοῖς προσεχέσι τῆς οἰκοδομίας ἐπῆρται, τῇ μὲν εὐπρεπείᾳ θαυμάσιον, τῷ δὲ σφαλερῷ τῆς συνθέσεως δοκοῦντι φοβερὸν εἶναι ὅλως. δοκεῖ γάρ πῃ οὐκ ἐν βεβαίῳ ἐπηωρῆσθαι, ἀλλ' ἐπικινδύνως τοῖς ἐνθάδε οὖσι μετεωρίζεσθαι· καίτοι διαφερόντως ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς ἀσφαλείας ἐστήρικται. Id etiam attigit Gyllius, scribens *extare Templi extremitates, vltra octo Pilas proiectas, in Sphæræ quartam partem recedentes, ex supera parte quiddam lunæ curuatæ in cornua simile præ se gerentes.* Denique supra hoc lunatum ædificium, adsurgit fornix alius excelsior vsque ad caput immensi istius fornicis, cuius tergo incumbit mediæ Ædis vertex, vti habet Silentiarius vers. 266. Intra Conchæ recessum vtrinque, ait idem Procopius, columnæ a pauimento assurgunt, non recto quidem ordine, sed intus semicirculari forma dispositæ, ita vt sibi inuicem tanquam in Choro assurgentes, lunato ædificio subsint: τούτων δὲ δὴ ἐφ' ἑκάτερα κίονες ἐπ' ἐδάφους εἰσὶν, οὐδὲ αὐτοὶ κατ' εὐθὺ, ἑστῶτες, ἀλλ' εἴσω κατὰ σχῆμα τὸ ἡμικύκλον ὥσπερ ἐν χορῷ ἀλλήλοις ὑπεξανιστάμενοι· καὶ αὐτῶν ὑπεράνωθεν οἰκοδόμημα μηνοειδὲς ἀποκρέμαται. Hanc Concharum partem columnis adornatam τὸ κιονῶδες videtur appellare Pachymeres lib. 1. cap. 19. Conchæ præterea appellatione non semel donant Scriptores Baptisterium Lateranensis Eccle-

ſiæ, quam *Concham Paragonicam*, interdum *Porphyream*, *Conſtantini* vocat Ioannes Hocſemius in Engelberto a Marca Epiſcopo Leod. cap. 35. *Concham Porphyreticam*, Magnum Chronicon Belgicum pag. 160. *in qua*, ait idem Hocſemius, *intrauit Conſtantinus Paganus*, *&* *ibi lotus fuit*: de quo Conſtantini Baptiſterio agunt præterea Theophanes an. 18. Conſtantini, & Anaſtaſius in vit. PP. pag. 14. 23. 28. Ab eiuſmodi perinde ſtructuræ forma dictum fuit Τρίκογχον, Triclinium in Palatio Conſtantinopolitano, cuius mentio eſt in Chronico Alexandrino pag. 734. & apud Leonem Grammaticum p. 455. & 497. vt & aliud in eodem Palatio Triclinium, Ἑπτάκογχον nuncupatum a ſeptem Conchis, quibus conſtabat, in quo habita legitur Collatio Catholicorum cum Seuerianis, Iuſtiniano imperante, quæ habetur in Conciliorum Codice: quod videtur idem eſſe cum eo, quod *Hepta* nude dicitur apud Liberatum Diaconum cap. 9. Obſeruandum denique ἱερὰν κόγχην appellari ab Euagrio ipſum Bema cancellis ſuis clauſum. Ait enim Sophianæ Ædis longitudinem a porta Templi Conchæ obuerſa, ad ipſam Concham, ἔνθα τὰ τῆς ἀναιμάκτου καλλιερεῖται θυσίας, pedum eſſe 170. totius vero Templi longitudinem eſſe pedum 260. Vnde confici videtur longitudinem Bematis fuiſſe pedum 70. reliquam fuiſſe in Nao & Pronao, vel, ſi mauis, Narthece.

ABSIDA. LI. Iam vero maiorem Concham, quæ Græcis Scriptoribus nude Κόγχη dicitur, Latini inferioris ætatis paſſim *Abſidam* appellauere. Diſerte enim Paulinus Epiſt. 12. Abſidam cum Concha confundit. Nec abludit Valafridus Strabo lib. de Reb. Eccleſ. cap. 6. dum ait *Abſidam* eſſe *exedram ſeparatam a Templo*, *&* *Græce Cyclon vocari*: κύκλον enim, vel certe κύκλιον, appellatam eſſe Concham a Græcis, docemur ex Anonymo: ἀναδύων δὲ εἰσπορεύεσθαι ἐν τῷ ἰλύματι (f. εἰλήματι) τῷ καλουμένῳ Κυκλίῳ, ὅπερ ἐστὶν ὑποκάτω βαθμίδων, τοῦτο Αγια ἁγίων προσονομάζουσιν. Neque alia appellatione quam ἀψῖδος, Concham Eccleſiæ Sanctæ Sophiæ Nicænæ donauit Gregorius Cæſarienſis Orat. in Nicænos Patres, vt Concham Nouæ Eccleſiæ in Palatio a Baſilio Macedone excitatæ, Photius in illius deſcriptione, hiſce verbis: ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεγειρομένη ἀψὶς, τῇ μορφῇ τῆς Παρθένου περιαστράπτεται. Ædium quippe ſacrarum Conchæ in fornicis, vel arcus, ſeu ἀψῖδος ſpeciem ſuperne effinguntur. Eſt enim ἀψὶς, in Gloſſ. Gr. Lat. *forfex*, *arcus*, *fornix*. Et apud Ælfricum in Gloſſ. Saxon. *Abſida*, dicitur eſſe *Sinewealt cleofa*, id eſt, rotunda concameratio, vel Porticus. Hinc S. Hieronymus lib. 2. in Epiſt. ad Epheſios, dixit, *in ſummo Cæli fornice*, *&*, *vt ipſo verbo vtar*, *apſide*. Verum ſi res ſtricte accipiatur, aliud fuit *Concha*, aliud *Abſida*. Nam *Abſida* proprie eſt ipſe ſemicirculus, ἡμίκυκλος, qui ab inferiori θυσιαστηρίου parte in altum aſſurgit, & in apſidem, ſeu arcum, aut ſemicirculum ſinuatur: Concha vero, ipſius Apſidis pars interior in Conchæ ſpeciem camerata, curuata, & ſinuata. Vnde recte Paulinus Apſidem a Camera, interiori ſcilicet, diſtinguit: *Apſidem ſolo & parietibus marmoratam camera muſiuo illuſa clarificat.* Et Caſſianus Collat. 24. cap. 6. *velut ſi quis apſidis cameram volens in ſublime concludere.* *Apſidem* porro & *abſidem* dici vulgo, idem annotat Paulinus. Siquando autem plura eſſent Altaria in Templo, aut Æde ſacra, vnumquodque *abſidam* ſuam habebat. Leo Oſt. lib. 3. cap. 28. *vnicuique Altari ſua abſida*. Præcipua vero, *Mediana* & *Major* eidem Scriptori dicitur eodem cap. vt & lib. 1. cap. 19. *In Baſilica*, *Abſida media*, *ad quam per octo gradus aſcenditur.* Vbi obſeruandum partem iſtam Templi ſacratam editiorem eſſe, & ad eam per plures gradus perueniri: vnde Βήματος nomen illi inditum non inſulſe opinantur viri docti, quidquid alij reclament. Quæ quidem

ſententia firmari præterea poteſt ex Euodio Vſalenſi lib. 2. de Mirac. Sancti Stephani cap. 1. *ipſaque etiam per ſe gradus abſidæ conſcendens, vniuerſis eminus conſpicienda aſtabat.* In confeſſo tamen eſſe debet, in pleriſque Scriptorum locis, in quibus Abſidarum fit mentio, id vocabuli pro toto Bemate, id eſt, ea Templi parte, vbi τὰ ἅγια τῶν ἁγίων peragebantur, vſurpari; quemadmodum κόγχην vſurpant Græci. Panegyricus Berengarij lib. 5.

Talibus aræ adeunt geſtis apſida ſacratæ
Lumina terrarum.

Ita paſſim apud Gregorium Turon. lib. 2. de Mirac. S. Martini cap. 47. Anaſtaſium in vit. PP pag. 13. 17. 32. 150. 160. 166. Edit Reg. Walterium Aurelian. Epiſcop. in Capitul. cap. 4. S. Althelmum de Laude virginit. apud Caniſium pag. 826. Petrum Diacon. lib. 4. Chr. Caſin. cap. 3. Petrum Damian. lib. 3. Epiſt. 8. Candidum Monach. apud Browerum in Annal. Fuld. pag. 116. Autorem Chronici Fontanell. cap. 14. 16. & aliquot alios. Sed vt plurimum *Abſidam* dici a Scriptoribus ipſam Concham, vel ipſam ſacram menſam, ſeu Altare conſtat: verbi gratia, cum in Abſidis repoſitas Sanctorum Reliquias ſcribunt, quas ſub Altaribus, & intra Altaria recondi ſolitas notum eſt, vt S. Auguſtinus Serm. 32. de diuerſis cap. 3. Gregorius Turon. lib. 10. Hiſt. cap. 31. lib. 1. de Mirac. cap. 63. Anaſtaſius in Gregorio IV. PP. pag. 166. Paulinus Epiſt. 12. ad Seuerum, Euodius Vſalenſis lib. 1. de Mirac. S. Steph. cap. 3. Rodulfus Preſbyter in vita Rabani Mauri N. 27. Autor Chronici Fontanell. cap. 2. Andr. Siluius in Chr. Marcian. &c. Cum igitur Abſida nihil aliud ſit quam fornix, ſeu arcus; non mirum ſi in cæteris ædificiis, etiam prophanis, vocem hanc vſurpent Scriptores, vt Anaſtaſius in vitis Pontificum Rom. pag. 127. 129. 162. Leo Oſt. lib. 3. cap. 11. & Petrus Diac. de Viris Illuſtr. Caſin. cap. 18. Denique *Exedram* vocat Abſidam, ſeu Concham, Valafridus Strabo loco ſupra laudato: quia, vt autor eſt Euſebius in Hiſt. Eccl. ædificia Templis adiuncta, & ab iis quodammodo ſeparata, ἐξέδρας appellabant. Eiuſmodi enim erant Conchæ, quæ etſi Ædium Sacrarum non modo pars, ſed etiam ſacratior, eſſent, extra ipſas tamen procurrebant, & ab iis quodammodo ſecludebantur: *Exedra*, inquit, *eſt Abſida quædam ſeparata modicum a Templo, vel Palatio, & dicta inde, quod extra hæreat*: quaſi vocis iſtius Etymon a Græcis non eſſet arceſſendum. Per *Exedram* igitur, *Abſida*, ſeu *Concha*, intelligi videtur apud Sanctum Auguſtinum in Geſtis cum Emerito Donatiſtarum Epiſcopo: *Cum Deuterius Epiſcopus Metropolitanus Cæſarienſis vna cum — Epiſcopis in Exedram proceſſiſſet, — ſcilicet Eccleſiæ maioris Cæſariæ*, &c.

LII. Sed nondum plane ſum aſſecutus, cur Iſidorus lib. 5. Orig. cap. 8. *Abſidam* dictam ſcribat, *eo quod lumine recepto per arcum reſplendeat*: a quo hauſit quæ habet in eamdem ſententiam idem Valafridus Strabo: *Abſida*, inquit, *Græce, Latine lucida dicitur, quia lumen acceptum per arcum intromittit.* Neque enim commune aliquid habet *Abſida* cum lumine; niſi forte eam Conchæ partem ſuperiorem, per quam lux intromittitur, Abſidam dictam proprio vocabulo cenſuerint, qua ipſa ſcilicet Conchæ Apſis circinatur, & in Conchæ ſpeciem interius ſinuatur & effingitur. Obſeruat enim Silentiarius ſuperiorem Conchæ partem in dorſa diſpertitam, quinquefariam ſeparata ac diuiſa lucis receptacula, leuioribus vitris operta, continere. Ita ille part. 1. verſ. 274. vbi de Concha: FENESTRÆ CONCHÆ.

—— διατμηγεῖσα δὲ νώτοις
Πένταχα μοιρηθέντα δοχήϊα φωτὸς ἀνοίγει,

Λεπταλέοις ὑάλοις κεκαλυμμένα, τῶν διὰ μέσσης
Φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα φαεσφόρος ἔρχεται ἠώς.

De fenestris Absidarum agit Anastasius in Leone III. PP. *Simul & fenestras de Absida ex vitro diuersis coloribus conclusit, atque decorauit.* Et Paulinus Nat. 9.

——— Et aperta per arcus
Lucida frons bifores perfunderet intima largo
Lumine, conspicui ad faciem conuersa sepulchri,
Quo tegitur posito sopitus corpore Martyr.

MENSA SANCTA. LIII. In media ac maiori Concha erat ἁγία τράπεζα, seu sancta Mensa. Epiphanius Hagiopolita de Locis SS. πρὸς ἀνατολὴν δὲ τῶν κιόνων ὡς ἀπὸ διαστήματος ὀλίγου ἐστὶ κόγχη, καὶ ἵσταται τράπεζα, ἔνθα λειτουργεῖ ὁ Πατριάρχης. Sic autem appellabant Græci Altare præcipuum, super quo τὰ ἅγια fiebant, seu Christi Corpus conficiebatur: Latini *Sanctam Mensam* vocant. Nicolaus I. Papa Epist. 2. *Altare Sanctum in quo Deo Omnipotenti Sacrificiorum vota persoluimus, lapis est naturaliter communis, — quia vero sacratum est Dei adiutorio, & benedictionem suscepit, Mensa Sancta efficitur.* Amalarius Fortunatus lib. 3. de Eccles. Offic. cap. 21. ita dictam censet, *quod sit Mensa Domini, in qua conuiuabatur cum Discipulis.* Cui succinit Germanus Patr. CP. ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τῆς τραπέζης τοῦ Χριστοῦ, σὺν τοῖς μύσταις. Ait præterea Sacram Mensam sepulchrum Christi repræsentare: ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τοῦ τόπου τῆς ταφῆς, ἐν ᾗ ἐτέθη ὁ Χριστὸς, ἐν ᾗ πρόκειται ὁ ἀληθινὸς καὶ οὐράνιος ἄρτος, ἡ μυστικὴ καὶ ἀναίμακτος θυσία. Et certe Mensam veteribus dici sepulchrum, vel quod posteriores *Tumbam* appellauere, docet Vetus Inscriptio, quæ extat Mediolani in Monasterio S. Ambrosij: MM. MINICIÆ. RVFINÆ. QVÆ. VIXIT. ANNIS. XXII. MENSE. VNO. DIEBVS. XXIV. MINICIA. DOMICIA. SORORI. POSVIT. MENSAM. CONTRA. VOTVM. Alia Brixiæ, ad S. Faustinum: ATTIO. PROCVLO. LECTORI. FILIO. DVLCISSIMO. QVI. VIXIT. ANN. XVIII. M. VIII. FABIA. SECVNDA. CONTRA. VOTVM. MENSAM. POSVIT. B. M. Denique *Mensæ* nomine priscis Christianis videtur nuncupatus locus, in quo Sancti Martyres quodammodo immolabantur, dum vitam pro Christo effundebant, quemadmodum Christus ipse in Sacra Mensa a Sacerdotibus, in Sacrosanctis Missarum Liturgiis, quotidie immolatur. Qua quidem significatione, Carthagine *Mensa Cypriani* appellabatur locus, vbi *Martyrium consummauit* Sanctus Cyprianus, & vbi postmodum in memoriam Mensa erecta est, *non*, inquit S. Augustinus Serm. 113. de diuersis, cap. 2. *quia ibi est vnquam Cyprianus epulatus, sed quia ibi est immolatus.* Extant sermones aliquot eiusdem Augustini ad hanc Mensam habiti, cuius idem præterea meminit Enarrat. in Psalm. 38. & 80. & Serm. 237. de Tempore. Narrat Sozomenus lib. 9. cap. 1. & ex eo Nicephorus Call. lib. 14. cap. 2. Pulcheriam Augustam, Theodosij Iunioris sororem, Sacram Mensam Maiori Ecclesiæ Constantinopolitanæ, seu Ædi Sophianæ Constantianæ, auro & lapidibus pretiosis insignem & diuitem obtulisse, & Inscriptionem in rei memoriam posuisse: ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων θαυμάσιόν τι χρῆμα θεαμάτων κάλλιστον, ὑπὲρ τῆς ἰδίας παρθενίας, καὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ἡγεμονίας, ἱερὰν ἀνέθετο τράπεζαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ΚΠ. καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς τραπέζης, ὡς ἂν πᾶσιν ἔκδηλα ᾖ, τάδε ἐπέγραψεν. Neque minori magnificentia, aut parciori sumptu, sacram aliam Mensam in noua Æde Sophiana erexit Iustinianus, vt quæ tota auro & lapidum pretiosorum fulgore coruscabat. Silentiarius part. 2. vers. 337.

—— ἀφνειῶν δὲ λίθων ποικίλλεται αἴγλη.

Sed & mirabili & inuſitato opere, & inaudita hactenus materia confecta erat. Conſtabat enim, ſi Scriptoribus Græcis fides, auro, argento, cryſtallo, cæteriſque metallis pretioſioribus; præterea margaritis, & omnis generis lapillis comminutis, ſimulque permiſtis, conflatis & liquefactis. Codinus: τὴν τε ἁγίαν τράπεζαν, προσκαλεσάμενος τεχνίτας, ἐβουλεύσατο βαλεῖν χρυσὸν καὶ ἀργυρὸν, λίθους τε τιμίους ἐκ πάντων, μαργαρίτας, χαλκοῦ, σίδηρον, μόλυβδον, ὕελον, καὶ πᾶσαν ὕλην τετελειωμένην, καὶ καταμίξαντες ἀμφότερα, καὶ χωνεύσαντες, ἔχωσαν ἀββάκιον. Eadem iiſdem pene verbis habet Anonymus, hæcque ſubdit: τίς γὰρ θεάσηται τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ οὐκ ἐκπλαγείη; ἢ τίς δυνήσεται κατανοῆσαι ταύτην, διὰ τὸ πολλὰς χροιὰς καὶ σιλπνότητας ἐναλλάσσειν, ὡς τὸ ταύτης εἶδος ὁρᾶσθαι, ποτὲ μὲν χρυσίζον, ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ ἀργυρείζον, εἰς ἄλλο δὲ μέρος σαπφείριζον ἐξαστράπτον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀποστέλλειν οβ΄. χροιὰς κατὰ τὰς φύσεις τῶν λίθων, καὶ μαργαριτῶν, καὶ πάντων τῶν μετάλλων. Nec diſſentit Nicetas in Murtzuphlo cap. 3. qui de Sacræ Menſæ Iuſtinianeæ materia hæc ſcribit: ἡ μὲν θυωρὸς τράπεζα, ὃ ἐκ πασῶν τιμίων ὑλῶν σύνθεμα συντετηγμένων πυρὶ καὶ περιχωρησασῶν ἀλλήλαις εἰς ἑνὸς ποικιλοχρόου κάλλους ὑπερβολὴν ἐξαισίου τῷ ὄντι, καὶ ἀξιαγάστου παρὰ ἔθνεσιν ἅπασι, &c. Præ cæteris vero Sacram hanc Menſam graphice deſcripſit Cedrenus, & inſcriptionem, quam in orbe poſuit Iuſtinianus, exhibuit: τότε ποιεῖ καὶ τὴν Ἁγίαν Τράπεζαν, ἔργον ἀμίμητον. ἀπό τε γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου παντοίου, καὶ ξύλου, καὶ μετάλλου, καὶ εἴδους ἄλλου, ὅσα τε γῆ φέρει, καὶ θάλασσα, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, ἐκ πάντων συνάξας τὰ μὲν κρείττονα καὶ τιμιώτερα πλείονα, τὰ δὲ ἐλάττω ἐνδεέστερα, τὰ τηκτὰ τήξας, τὰ ξηρὰ ἐπέβαλεν, καὶ οὕτως εἰς τύπον ἐπιχέας, ἀνεπλήρωσεν αὐτὴν, ὅθεν καὶ ποικίλη φαινομένη, θάμβος παρέχει τοῖς εἰς αὐτὴν ἀτενίζουσιν, ἐπιγράψας γύρωθεν ταῦτα. ΤΑ. ΣΑ. ΕΚ. ΤΩΝ. ΣΩΝ. ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝ. ΟΙ. ΔΟΥΛΟΙ. ΣΟΥ. ΧΡΙΣΤΕ. ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. ΚΑΙ. ΘΕΟΔΩΡΑ. Α. ΕΥΜΕΝΩΣ. ΠΡΟΣΔΕΞΑΙ. ΥΙΕ. ΚΑΙ. ΛΟΓΕ. ΤΟΥ. ΘΕΟΥ. Ο. ΣΑΡΚΩΘΕΙΣ. ΚΑΙ. ΣΤΑΥΡΩΘΕΙΣ. ΥΠΕΡ. ΗΜΩΝ. ΚΑΙ. ΗΜΑΣ. ΕΝ. Τῌ. ΟΡΤΟΔΟΞῼ. ΠΙΣΤΕΙ. ΣΟΥ. ΔΙΑΤΗΡΗΣΟΝ. ΚΑΙ. ΤΗΝ. ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ. ΗΝ. ΗΜΙΝ. ΕΠΙΣΤΕΥΣΑΣ. ΕΙΣ. ΤΗΝ. ΙΔΙΑΝ. ΣΟΥ. ΔΟΞΑΝ. ΑΥΞΗΣΟΝ. ΚΑΙ. ΦΥΛΑΞΟΝ. ΠΡΕΣΒΕΙΑΙΣ. ΤΗΣ. ΑΓΙΑΣ. ΘΕΟΤΟΚΟΥ. ΚΑΙ. ΑΕΙΠΑΡΘΕΝΟΥ. ΜΑΡΙΑΣ. Denique Sacræ Sophianæ Menſæ materiam Electrinam quodammodo fuiſſe docent Gloſſaria MSS. quæ aſſeruantur in Bibliotheca Regia, Codd. 930. 1688. & 2062. ἤλεκτρον, χάλκωμα καθαρὸν, ἢ ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λίθοις, οἵας ἦν κατασκευῆς ἡ τῆς Ἁγίας Σοφίας τράπεζα. Neque Sacra duntaxat Ædis Sophianæ Menſa ex liquatis vel contuſis pretioſis eiuſmodi materiis conſtitit, ſed etiam ea, quam in Noua a ſe condita in Palatio Eccleſia ſtatuit Baſilius Macedo, vt autor eſt in illius vita Conſtantinus Porphyrogenneta cap. 55. καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περικεχυμένον ἔχοντος τὸν χρυσὸν, καὶ λίθοις τιμίοις ἐκ μαργαριτῶν ἠμφιεσμένοις πολυτελῆ τὴν σύμπηξιν καὶ σύστασιν ἔχουσιν. Et Photius in deſcriptione eiuſdem Templi, Menſam illius Sacram, ſeu θείαν τράπεζαν, χρυσοῦ τι θαυμασιώτερον σύνθημα vocat. Sed Sacra hæc Menſa primum a Iuſtiniano confecta caſu Trullæ, qui anno 32. eiuſdem Iuſtiniani accidit, contrita & comminuta eſt, vt Cedrenus, Zonaras, & alij tradunt. Vnde coniicere eſt aliam eiuſdem materiæ & operis confectam ab ipſo Iuſtiniano, qui eamdem, quam in priori, Inſcriptionem poſuit, ſiquidem in ſecunda ſacræ Menſæ inſcriptione Theodoræ mentio facta ſit, quæ ante caſum Trullæ obierat. Menſam hanc poſtmodum direptam, & in partes confractam a Francis, qui Conſtantinopolim expugnarunt anno 1204. tradit Nicetas loco citato: ἡ μὲν οὖν θυωρὸς τράπεζα —— κατεμαχίσθη καὶ διεμερίσθη τοῖς σκυλεύταις, ὥσπερ καὶ πλοῦ-

τος ἅπας ὁ ἱερὸς ὁ ποσότης τὸ πλῆθος, καὶ τὴν αἴγλην ἀπέραντος.

GRADVS SACRÆ MENSÆ.

LIV. Sacra porro Mensa Sophiana altius educta erat, & ad eam gradibus aliquot perueniebatur. Codinus ex Bibl. Regia: ἐποίησεν Ἰουστινιανὸς ὁλόχρυσον, καὶ τὴν σκάλαν ἐν κύκλῳ, ὅπου ἵστανται οἱ ἱερεῖς εἰς τὸ ἀσπάζεσθαι τὴν ἱερὰν τράπεζαν. Vbi Goarus obseruat σκάλας, Græcis hodiernis gradus appellari. Hinc Symeon de Templo: καὶ ἐπηρμένον δὲ καὶ λαμπρότατον (θυσιαστήριον) ὡς θρόνος θεοῦ.

COLVMNÆ SACRÆ MENSÆ.

LV. Neque gradibus duntaxat excelsior erat Sacra Mensa Iustinianea, sed & aureis columnis innixa & sustentata, fundamento perinde aureo incumbebat. Silentiarius part. 2. vers. 335.

Κίοσι δὲ χρυσέαις ἱερῆς πάγχρυσα τραπέζης
Νῶτα κατηρείσαντο, καὶ χρυσέων τε θεμείλων
Ἵσταται, ἀφνειῶν τε λίθων ποικίλλεται αἴγλη.

Anonymus: ὑποκάτωθεν δὲ ταύτης ἔστησε κίονας, καὶ αὐτοὺς ὁλοχρύσους μετὰ λίθων πολυτελῶν. Has Altarium Columnas vt plurimum amplexari solebant, qui confugiebant in Ædes Sacras, veluti ad asylum. Theophanes de Papa Vigilio, pag. 191. ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ὀργὴν τοῦ Βασιλέως, τῷ θυσιαστηρίῳ Σεργίου τοῦ Μάρτυρος μονῆς τῶν Ορμίσδου προσέφυγεν, κἀκεῖθεν ἑλκόμενος, κατέσχεν τοὺς βαστάζοντας τὸ θυσιαστήριον κίονας, καὶ τούτους κατέστρεψεν, βαρὺς ὢν, καὶ μέγας τῷ σώματι. Vigilius ipse in Epist. encyclica: *Cum a sancto eius Altare tracti pedibus traheremur, columnas tenuimus, & super nos etiam ipsa Mensa ceciderat, nisi Clericorum nostrorum fuisset manibus sustentata.* Epistola Clericorum Italiæ To. I. Concil. de eodem Vigilio: *Quo viso, Sanctus Papa columnas Altaris complexus est.* Theophanes pag. 318. εὗρεν τὸν Τιβέριον κρατοῦντα τῇ μιᾷ χειρὶ τὸ κιονάκιον τῆς ἁγίας τραπέζης τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ἁγίας Θεομήτορος. Et Gregoras: οἱ δὲ ἠγκαλίζοντο τήν τε θείαν τράπεζαν, καὶ τὸν ὑπὸ ταύτην στυλίσκον. Vbi vnica columna Altare interdum sustentatum videtur indicare Gregoras: neque abs re, cum obseruare liceat, ex Euchologio potissimum, apud Græcos Altaria, vt plurimum lapidea, quandoque quatuor in angulis, columnis, sæpe etiam vnica ac media innixa, ita vt omnia sub iis aperta omnibus sint, atque obuia; aliquando solida basi, vel lapidea, vel lateritia, vel cæmentitia suffulta. Vide Aimoinum lib. 2. Histor. Franc. cap. 32. & Anastasium in Leone III. pag. 126.

MARE.

LVI. Addit denique Anonymus, vt & Codinus, Sacræ Mensæ Sophianæ *Mare* lapillis & multo auro fuisse exornatum: τήν τε θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐξ ἀτιμήτων λίθων πεποίηκεν, καὶ κατεχρύσωσεν αὐτήν. Meminit etiam istius Sacræ Mensæ loci Euchologium Gr. pag. 499. vbi de Officio Magni & Angelici habitus: ἀφ᾽ ἑσπέρας εἰσφέρονται τὰ ἱμάτια τοῦ μέλλοντος λαβεῖν τὸ ἅγιον σχῆμα, ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἀποτίθενται ἐν τῷ θαλασσιδίῳ τῆς ἁγίας τραπέζης. Vbi Goarus θάλασσαν, & θαλασσίδιον, *cauum Mensæ recessum* interpretatur, appositeque ita dictum obseruat ad instar θαλάσσης, seu aquarum receptaculi, quod circa Altaria ad abluendas victimas apud Iudæos extrui solebat, vt est 3. Reg. cap. 18. & 2. Paralip. cap. 4. vers. 6. de quo Villalpandus To. 2. part. 2. cap. 34. Paulinus Nat. 9.

Namque tenes etiam magna Salomonis in Æde
Quam fuerit decori siccum Mare: quod sapiens Rex
Ære fudit solido, & tauris suspendit ahenis.

Videtur autem pars illa Sacræ Mensæ θεμείλων vocabulo designari a Silentiario, seu fundamentorum, quæ aurea perinde fuisse scribit:

—— καὶ χρυσέων τε θεμείλων
Ἵσταται.

LVII.

LVII. Sacræ Menſæ imminebat *Ciborium* : ita autem appellabant vmbraculum quoddam altius eductum, quo vniuerſa Menſa Sacra tegebatur. De nominis ratione non omnino conſtat. Notum eſt ex Athenæo & Heſychio, κιβώριον eſſe apud Ægyptios genus poculi. Porphyrio ad illud Horatij lib. 2. Od. 7. CIBORIVM.

Obliuioſo leuia Maßico ciboria exple,

Ciborium ait eſſe *poculi genus, in modum foliorum colocaſiorum factum.* Ex quibus videtur Ciborium ita appellatum fuiſſe, quod ſuperne clauderetur in modum eiuſmodi poculorum, quorum opercula in formam acutiorem deſinunt; nam ea fuit Ciboriorum forma. Alij a κίβος, vel κιβωτὸς deducunt, quæ voces Græcis arcam ſonant : & ita Germanus Ciborium non ſemel vocat. At cæteri κιβωρίου voce vt plurimum vtuntur : Chronicon Alexandr. pag. 892. τὰ κιβώρια καὶ ἄλλα κειμήλια ἀφείλοντο. Κιβούριον habet etiam Theophanes an. 32. Iuſtiniani. Quatuor potiſſimum columnis, quæ ad Sacræ Menſæ, vti vocant, cornua exurgebant a pauimento, totum Ciborij opus inſiſtebat : ita vt, inquit Germanus Patriarcha CP. quod intra eum ambitum includitur ſacrum ſpatium, & Ciborio deſuper veluti Cælo operitur & contegitur, illud ſit, de quo Propheta dixit, *operatus eſt ſalutem in medio terræ Deus* : οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὄροφον ἀπαρτίζουσιν, ὡς ὅλην δὲ γῆν ὁρίζονται τὸ ὑπὸ τεσσάρων κιόνων τοῦ εἰρημένου κιβωρίου συγκλειόμενον, ἢ περιγραφόμενον ἱερὸν ἔδαφος, ἐν ᾧ πληροῦται καὶ ὁ Προφητικὸς λόγος, ὁ λέγων, Εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς ὁ Θεός. Pulchre autem & eleganter deſcribitur Ciborium Sophianum a Silentiario part. 2. verſ. 303.

Χρυσείης δ᾽ ἐφύπερθε πολυχρυσάντοιο τραπέζης
Ἄσπετος εὐρυκέλευθον ἐς ἠέρα πύργος ἀνέστη
Τετραπόροις ἁψῖσιν ἐπ᾽ ἀργυρέῃσι βεβηκώς.
Κίοσι δ᾽ ἀργυρέοισιν ἀείρεται, ὧν ἐπὶ κόρσης
Ἀργυρέοις ἵδρυσε πόδας τετράζυγος ἁψίς.

Quatuor igitur columnis, iiſque argenteis & ingentibus, quibus ex eodem metallo quatuor innitebantur arcus, totum incumbebat Ciborij opus. Arcuum autem Ciborij non ſemel meminit Anaſtaſius. In Leone III. *Fecit & in circuitu Altaris vbi ſupra, alia vela alba holoſerica roſata, quæ pendent in arcu de Ciborio numero quatuor.* De columnis vero Ciborij argenteis egit Anonymus: ἔστησε δὲ κίονας εὐμεγέθεις, αὐτοὺς ἀργυροχρύσους, σὺν τῷ κιβωρίου καὶ τῶν κρίνων. Anaſtaſius in S. Gregorio I. PP. *Hic fecit B. Petro Apoſtolo Ciborium cum columnis ſuis quatuor ex argento puro.* Idem in Leone III. *Fecit in Baſilica B. Pauli Apoſtoli Ciborium cum columnis ſuis miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratum ex argento puriſſimo, &c.* Ibidem : *Fecit in Baſilica B. Petri Apoſtoli ſuper Altare maius Ciborium cum columnis ſuis quatuor ex argento puriſſimo deaurato, cum diuerſis Hiſtoriis miræ magnitudinis mirifice decoratum, quod penſat libr.* 2704. Ciborium ipſum, quod ἀργυρέγκαυστον fuiſſe perinde prodit idem Anonymus, cuiuſmodi paſſim deſcribuntur Ciboria apud eumdem Anaſtaſium, in immenſum, veluti turris, attollebatur, quæ ſenſim in acutum verticem deſinebat, pini fere adinſtar, niſi quod in ima ſui parte octilatera, ſeu in octo latera diuiſa erat, quæ ſurſum ſeſe efferentia, trigoni ſupera parte longioris, ſingula ſpeciem efficiebant. Sed præſtat ipſum audire Silentiarium :

Ὑψόθι δ᾽ ἁψίδων ἀνατείνεται οἷά τε κώνου
Εἴκελον, ἀλλ᾽ οὐ πάμπαν ὁμοίϊον· οὐ γὰρ ἑλίσσει
Νειόθεν εὐκύκλοιο περίδρομον ἄντυγα πέζης.

Ἀλλά τις ὀκτάπλευρος ἔφυ βάσις, ἐκ δὲ κελεύθου
Εὐρυτέρης κατὰ βαιὸν ἐς ὀξὺ κόρυμβον ἀνέρπει.
Ὀκτὼ δ' ἀργυρέας τέμνει πλάκας, ἀρμονίης δὲ
Ζευγνυμένης δολιχὴ ῥάχις ἵσταται, αἱ δὲ τριγώνοις
Εἰδόμεναι μίσγουσι πόρεις ὀκτάζυγος οἴμου
Εἰς ἓν ἀγειρομένοις κορυφῆς σημήιον ἄκρης.

Ita autem Sacræ Menſæ imminebat Ciborium, vt totam illam, veluti Cælum, contegeret, inquit Germanus Patr. CP. καὶ ὡς οὐρανὸν μὲν ὃ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὀρόφιον ἀπαρτίζουσιν. Photius in Deſcript. Nouæ Eccleſiæ: καὶ αὐτὸς ὁ κονοειδὴς, καὶ τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἐπικείμενος σὺν τοῖς ὑπερείδουσι στυλίσκοις, καὶ ὑπορόφοις ὄροφος. Neque aliter deſcribitur Ciborium a Paulino lib. 2. Epigr. 2.

Diuinum veneranda tegunt Altaria fœdus,
Compoſitiſque Sacra cum Cruce Martyribus.

Vbi alludit ad Arcam Teſtamenti, cuius adinſtar Ciborium adinuenere Chriſtiani, vt quemadmodum diuinas Tabulas, & veteris Legis fœdera includebat & operiebat Arca, ita nouæ Legis Sacramenta ac myſteria illud contegeret & includeret: quod & obſeruatur a Germano Patr. CP. vbi de Ciborio: ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης Κυρίου, ἐν ᾗ λέγεται, Ἅγια ἁγίων, καὶ ἁγίασμα αὐτοῦ, ἐν ᾗ προσέταξεν ὁ Θεὸς γενέσθαι δύο χερουβὶμ ἑκατέρωθεν τορνευτά. Atque inde Ciboria ſupra Altaria poſita legimus: Anaſtaſius in S. Symmacho PP. *Vbi & ſuper Altare Ciburium argenteum fecit, penſant. libr.* 120. In Leone III. pag. 132. *Fecit — ſuper Altare maius Ciborium ex argento puriſſimo, penſ. libr.* 212. Infra: *Vbi & obtulit Ciborium ſuper Altare cum columnis ſuis.* Ibidem: *Ciborium vero quod exinde abſtulit, poſuit ſuper Altare.* Chronicon S. Trudonis lib. 1. *Altare -- auro argentoque imaginatum, cum Ciborio deſuper.* Leo Oſt. lib. 1. cap. 20. *Super Altare autem S. Benedicti argenteum Ciborium poſuit, illudque auro & ſmaltis ſimul exornans.* Denique Flodoardus lib. 4. Hiſt. Rem. cap. 19. *Ciborium quoque ſuper Altare S. Mariæ argento aggreſſus eſt operire.* Cum igitur Ciborium, totum Altare operiret, eique quodammodo immineret, ideo καλύπτρας vocabulo donatur Sophianum a Silentiario part. 2. verſ. 344. Vbi de velis agit, quæ ad quatuor Ciborij latera appendebantur:

Τέτρασι δ' ἀργυρέαις ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας
Ὀρθοτενεῖς πετάσαντες, &c.

Certe a Theodoro Studita, Ciborium Ædis Sancti Ioannis Bapt. carmine, quod εἰς τὸ Κιβώριον τοῦ ἁγίου Προδρόμου conſcripſit, καλύπτρας nomine indigitatur:

Θείας τραπέζης συγκαλύπτραν με βλέπων,
Χερουβικὴν νόμιζε ταξιαρχίαν·
Χριστὸν γὰρ ἔνδον μυσταγωγεῖσθαι νόει,
Τὸν τῶν ἄνω τε δεσπότην, καὶ τῶν κάτω.

Neque aliis ferme verbis Ciborium deſignauit Symeon Theſſal. lib. de Templo, illud vocans τὴν ἐπουράνιον περὶ τὸν Θεὸν σκηνὴν, ἔνθα οἱ τῶν ἀγγέλων δῆμοι, καὶ τῶν ἁγίων ἡ κατάπαυσις. Ex quibus tandem docemur, cur Ciborium *Tegimen* & *Vmbraculum* appelletur in Ordine Romano, vbi in illius conſecratione diuinæ inſtar Arcæ, ſi non effictum, certe inuentum & adumbratum perinde Ciborium, diſertis verbis innuitur. Sic autem illa concipitur: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui fideli famulo tuo Moyſi præcepiſti, vt duos Cherubim ſuper Arcam Teſtamenti collocaret, quam extenſis ad alterutrum alis protegerent, verſis vultibus in Propitiatorium, Quæſumus ineffabiliter clementiam tuam, in quo* TEGIMEN *venerandi Altaris tui, in quo ipſe vnigenitus Filius tuus*

Dominus noster Iesus Christus, qui est propitiatio pro peccatis nostris, fidelium manibus iugiter immolatur, & sub quo Sanctorum tuorum corpora, quæ veraciter fuerunt Arca Testamenti tui, receptacula scilicet Spiritus Sancti, per eumdem Consubstantialem tibi Filium, qui factus est nobis a te sanctificatio & redemptio in virtute eiusdem Spiritus veritatis, vniuersa antiqui hostis falsitate cum satellitibus suis depulsa, cum ipsis ornamentis ad ipsum VMBRACVLVM *pertinentibus, vel ab illo dependentibus, aut eidem suppositis, tua sancta benedictione perfundere, & consecrare, atque ad tuitionem pignorum Sanctorum, ac roboranda siue multiplicanda vota fidelium tuorum diutino tempore conseruare digneris, annuente eodem Domino Iesu Christo*, &c. Præfatio autem ad Consecrationem, *Præfatio Ciborij, id est, Vmbraculi Altaris*, inscribitur. Ex hac igitur oratione ad Consecrationem Ciborij, patet non modo Altare, sed & Sanctorum corpora illud operuisse, quia recondita erant sub ipso Altari. Atque inde fortasse accidit, vt Ædiculas, vel Tabernacula, in quibus ea recondi solent, quando non reconduntur sub Altari, Ciboria plerumque appellent Scriptores. Anastasius in Honorio PP. *Ornauit autem sepulchrum eius* (S. Agnetis) *ex argento, -- posuit & desuper Ciburium æreum deauratum miræ magnitudinis.* Hugo Flauiniacensis in Chr. Virdun. pag. 166. *Propitiatorium sane Sanctorum exornant corpora, quorum meritis floret Ecclesia: & in medio quidem alto satis & prominenti Ciborio Sanctus requiescit Vitonus, redimitus frontem auro purissimo, & gemmis pretiosissimis, quibus concluditur Maiestas Dei incircumscripta & incomprehensibilis, habens ad dexteram B. Petri, & ad læuam eiusdem B. Vitoni auro prominentes imagines, opere factas cælatorio, quas ambiunt columnæ ex auro purissimo, cum basibus argenteis, arte fusili & anaglypho productæ. Ipsum quoque Ciborium, Dominicæ Resurrectionis, Apparitionis, & admirabilis Ascensionis opere cælatorio protensis adornatur insigniis, habens ante se Altare sacratum in honore S. Pulcronij, & omnium Martyrum, habens & ipsum suum Ciborium, quo continetur eiusdem Beati Pulcronij (corpus) auro & argento decoratum.* Anselmus in Episcopis Leod. cap. 30. *In vno collocati sunt feretro, quod feretrum in Ciborio iuxta corpus Beati Lamberti vsque in hodiernum diem collocatum est cum aliis Sanctorum pignoribus.* Sane etiamnum in *Ciboriis*, seu, vt vocamus, Tabernaculis, ad latera ipsius Ciborij sacram Pyxidem asseruantis, reponi solent Sanctorum feretra. Obseruanda porro vox, *Maiestas*, apud Hugonem Flauiniac. qua circulos luminosos, qui vulgo capita Sanctorum ambiunt, atque adeo ipsas Sanctorum imagines, designant plerique e Scriptoribus, inprimis Albericus A. 1204. Autor Vit. Abbatum S. Albani pag. 92. Anonymus de Miracul. S. Fidis cap. 8. & aliquot alij. Certe veterum Ciboriorum vsum quodammodo videntur reuocasse, qui Ædis magnificæ, quam nuper Lutetiæ Parisiorum excitauit ANNA AVSTRIA Franciæ Regina, Regis nostri inuictissimi Parens, quamque *Vallem Gratiæ* vulgo appellant, structuræ præfuerunt. Nam ad latera Altaris assurgunt sex columnæ marmoreæ excelsiores, quibus incumbunt arcus aurei, variis subinde ornamentis, ac Angelorum statuis decorati, qui vniuersum Altare contegunt ac obumbrant. Porro cum Ciborium ad mediam Templi, vel Conchæ, altitudinem educeretur, inde forte Papias *Ciburium, altiorem medietatem* est interpretatus.

LVIII. Subdit Paulus Silentiarius, qua inuicem iuncti superficiei Ciborij margines connectuntur, crateres statutos (scyphi dicuntur Exod. cap. 25.) in quibus adumbrata erant ex argento cereorum simulachra. CRATERES CIBORII.

Ὁππόθι δ᾽ ἀλλήλοισιν ἐρηρέδατα πείρατα πέζης
Ἁρμονίῃ τεύχουσιν, ἐνιδρύσαντο παγέντας

Ἀργυρέοις κρητῆρας· ἐπὶ κρητῆρι δ' ἑκάστῳ
Πυρσοφόρους ἐστήσατο, λιπαυγέα δ' εἴκελα κηροῦ
Κόσμον ἀπαγγέλλουσα, καὶ οὐ φάος, &c.

Eiuſmodi Crateres deſcribuntur ab Euſebio lib. 3. de vita Conſtantini cap. 31. & ab Anaſtaſio in Leone III. cuius hæc ſunt: *Fecit ſuper Ciborium de Altari maiori B. Petri Apoſtoli Canthara maiora quatuor ex argento puriſſimo, habentia in medio cereos ex argento deauratos penſ. libras* 140. Idem in Leone IV. *Necnon & ſuper columnas ipſius Ciborij propter amplam pulchritudinem ex argento puriſſimo fecit Cophinos numero quatuor, penſantes* libr. 42. & pag. 194. *Cereorum deargentatorum, qui ſtabant in Preſbyterio*, meminit.

LILIA CIBORII. LIX. Alterius vero formæ fuit Crater ille, qui deſcribitur ab eodem Silentiario, & eo loci poſitus dicitur, vbi Ciborij partes extremæ & ſuperiores inuicem committuntur, part. 2. verſ. 313.

—— ἁρμονίης δὲ
Ζευγνυμένης δολιχὴ ῥάχις ἵσταται· αἱ δὲ τριγώνοις
Εἰδόμεναι μέσσοισι πόροις ὀκτάζυγος οἴμου
Εἰς ἓν ἀγειρομένοις, κορυφῆς σημήιον ἄκρης,
Ὁππόθι καὶ κρητῆρος ἀπήρεσεν εἰκόνα τέχνη.
Χείλεα δὲ κρητῆρος ἀποκλασθέντα πετήλου
Εἶδος ἐμορφώσαντο.

Nam hoc loco per Craterem in folia diſpertitum, Lilia intellexit, quæ in ſuprema Ciborij parte vna cum Sphæra ſtatuiſſe Iuſtinianum tradunt qui de Æde Sophiana ſcripſere. Anonymus: ἐπάνω δὲ τοῦ κιβωρίου ἔστησε σφαῖραν ὁλόχρυσον, ἔχουσαν σταθμὸν λίτρας ριή. καὶ κρίνα χρυσᾶ ἐστῶτα λίτρας ϛ'. καὶ ἐπάνω αὐτῶν, σταυρὸν χρύσεον μετὰ λίθων καὶ πολυτελῶν καὶ δυσαποτιμήτων, ὅς τις σταυρὸς εἶλκε καὶ σταθμὸν λιτρῶν ο'. Κρίνου autem nomen indidere Græci Crateri iſti, quod ita Epiſtylia vocent Architecti, quia in formam foliorum lilij diſſecantur. Ita *lilium* vſurpant etiam Latini. Leo Oſt. libro 3. cap. 28. *Columnas, baſes, ac lilia, necnon & diuerſorum colorum marmora abundanter coëmit.* Anaſtaſius in Leone III. *Et diuerſis columnis tam porphyreticis quamque albis, & ſculptis, cum baſibus & liliis ſimul poſtibus decorauit.* Et infra: *Hic ſacer Antiſtes ſuper ipſas columnas lilios poni fecit, & ſuper ipſos lilios ex metallis marmoreis platonias poſuit, diuerſiſque picturis miræ magnitudinis opus decorauit.* Et in Leone IV. *Fecit Ciborium, & columnas, ac lilia exaurata ex argento puriſſimo, &c.* Adde S. Gregorium lib. 1. Epiſt. 66.

SPHÆRA SEV MALVM CIBORII. LX. Ciborij igitur parti extremæ impoſita erant Lilia aurea, ſeu Crateris labra in liliorum ſpeciem efficta erant, ex quibus Sphæra, ſeu, vt Codino nuncupatur, μῆλον enaſcebatur, cui Crux lapidum fulgore coruſcans inſiſtebat. Quod vero *Sphæram* vocat Anonymus, & *Malum* Codinus, nihil aliud eſt quam *Polus* apud Silentiarium, qui prædictis hæc addit:

—— μέσσῳ δ' ἐνεθήκατο χώρῳ
Ἀργύρεον στίλβοντα πόλου τύπον.

Seu Sphæram ad ornatum tantum, ſeu Cæli figuram repræſentare per Sphæram voluerit Iuſtinianus: nam Cælum per ipſum Bema, τὸν οὐρανὸν μὲν διὰ τοῦ ἱεροῦ βήματος deſignari, & τὸ θυσιαστήριον, ὡς ἄλλον οὐρανὸν nos habere, ait Symeon Theſſalonicenſis lib. de Templo. Vnde Chryſoſtomus Homil. 3. ad Epheſ. ſcribit, cum vela Bematis diducuntur & aperiuntur, tunc Cælum ipſum quodammodo aperiri: ὅταν ἴδης ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διαστέλλεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν, καὶ κατιέναι τοὺς ἀγγέλους.

CRVX CIBORII. LXI. Addit deinde Silentiarius ſupra Polum ſtetiſſe Crucem, quod idem eſt ac *ſupra Sphæram, aut Malum*:

—— ὕψοθι δ᾽ αὐτοῦ
Σταυρὸς ὑπὲρ πετάλων ἀναφαίνεται.

Cruces Ciboriis ſuperimpoſitas, vel Chriſtum in Cruce pendentem repræſentari ſolitum, conſtat ex iis quæ a Nicolao I. PP. traduntur Epiſt. 2. *Quid fidei noſtræ contradicit, quod in centro cameræ, ſuper Altare, eius figuram, quod Verbum Caro factum eſt, animæ noſtræ affectando deſiderant.* Vbi vox *affectando*, idem eſt quod *adorando:* expreſſit quippe verbum σχετικῶς, ſeu *affectiuam ſacrarum Imaginum adorationem*, vti loquitur Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſt. Eccl. quam σχετικὴν appellari a Græcis Scriptoribus in Notis ad Alexiadem pluribus probauimus, quæque in Sententiis SS. Patrum de Adorat. Imag. ſic definitur: ἔστι δὲ καὶ σχετικὴ καὶ ἀσπαστικὴ προσκύνησις ἐκ φιλικῆς διαθέσεως καὶ εὐγνώμονος οἰκείωσιν καὶ εὔνοιαν ἠγαπημένοις ἐπαγγελλομένη. Per vocem autem *Deſiderant*, videtur innuere Sanctus Pontifex Chriſtianos & Fideles, dum Ieſum intuentur in Cruce pendentem ſuper Altare in Ciborio, ſacratiſſimum illius Corpus, quod in eo, & ſub Cruce aſſeruatur, expetere, & *affectuoſis deſideriis* illius perceptionem exoptare. Verbum enim *Deſiderare*, hac vt plurimum notione vſurpant Sancti Patres, vbi de Sacroſanctis Sacramentis, ac præſertim de Euchariſtiæ Sacramento agunt: vt Tertullianus lib. 2. ad vxorem cap. 4. 6. Sanctus Ambroſius de Fratre ſuo, & de Sacrament. lib. 4. S. Eligius Homil 8. & S. Zeno Veron. inuitat. 8. ad Fontem. Vnde in Gloſſ. Lat. Gr. *Deſiderata*, exponitur λειτουργία, τελετή, id eſt, Sacroſanctum Miſſæ Officium, in quo Corpus Chriſti, & diuinæ Euchariſtiæ Sacramentum conficitur, vti pridem obſeruarunt Ioſephus Scaliger in Epiſtolis pag. 195. Caſaubonus Exercit. 16. ad Annal Baron. cap. 45. Lacerda in Aduerſ. cap. 136. N. 15. & alij. *Centrum* denique apud Nicolaum, nihil aliud eſt quam Conchæ Altaris pars ſuperior, quæ in Conchæ ſimilitudinem curuatur ac ſinuatur, & quam ſtellis coruſcantem, veluti Cælum repræſentantem, deſcribit Paulinus Nat. 10.

Eſt etiam interiore ſinu maioris in aulæ
Inſita cella procul, quaſi filia culminis eius,
Stellato ſpatioſa tholo.

Nam Concham & Bema Cælum repræſentare dixit Symeon Theſſal. vt ſupra obſeruatum eſt. Quod vero de Cruce Ciborio impoſita diximus, firmatur præterea ex Anaſtaſio in Leone IV. *Sacrum deſuper conſtruxit Altare, & Ciborium cum Cruce*, &c. & ex eodem Paulino lib. 2. Epigr. 2. vbi totum Ciborij apparatum & ornatum deſcribit:

Diuinum veneranda tegunt Altaria fœdus,
Compoſitiſque ſacra cum Cruce Martyribus.
Cuncta ſalutiferi coeunt inſignia Chriſti
Crux, Corpus, Sanguis Martyris, ipſe Deus.

Quædam his conſentanea habet Epiſt. 12. ad Seuerum:

Pleno coruſcat Trinitas myſterio:
Stat Chriſtus Agno: vox Patris Cælo tonat:
Et per Columbam Spiritus Sanctus fluit:
Crucem corona lucido cingit globo;
Cui coronæ ſunt corona Apoſtoli,
Quorum figura eſt in Columbarum choro.

Vide eumdem infra pag. 155. & Honorium Auguſtodunenſem lib. 1. cap. 135.

LXII. Ciborium, πύργον, ſeu Turris nomine donatur a Silentiario part. 2. verſ. 203. TVRRIS.

Χρυσείης δ' ἐφύπερθε πολυκτεάνοιο τραπέζης
Ἄσπετος εὐρυκέλευθον ἐς ἠέρα πύργος ἀνέστη.

Neque aliter vocatur a Germano Patr. C P. *ἡ κόγχη τοῦ θυσιαστηρίου μετάθεσίς ἐστι τοῦ σταυροῦ, οἱ πύργοι δὲ τὰ σημεῖα, διὰ τοῦτο δ' ἀμφότερα λογοθετοῦνται εἰς πρόσωπον τῶν ἱερουργούντων.* Vix enim Goaro aſſentiar, hoc loco quatuor Ciborij columnas deſignari exiſtimanti: præſertim cum Turris appellatiône apud pleroſque ex Latinis Scriptores, ſiue *maius*, ſiue *minus Ciborium* deſignetur. *Minus* enim *Ciborium* vocabant, quod erat portatile, & adinſtar maioris effictum erat, vt mox oſtendemus: vt *maius*, quod Altare operiebat. Chronicon Abbatum Montis S. Michaëlis: *An.* 1103. *Ciborium maius Eccleſiæ, quod Rogerius ædificauerat, corruit.* Et Paulus Warnefridus lib. 3. de Geſt. Langob. cap. 25. & ex eo Aimoinus lib. 3. Hiſt. Fr. cap. 3. *De quo auro ipſe Rex poſtmodum Ciborium ſolidum miræ magnitudinis, & magni ponderis fecit multiſque illud gemmis pretioſiſſimis decoratum ad Sepulchrum Domini Hieroſolymam tranſmittere voluit.* Per Turrem igitur Ciborium intellexit Fortunatus Pictauienſis lib. 3. Epig. 23. quod inſcribitur, ad Felicem Epiſcopum, in Turrem eius:

Quam bene iuncta docent ſacrati vt corporis Agni
Margaritum ingens aurea dona ferant, &c.

Et Flodoardus lib. 2. Hiſt. Rem. cap. 6. *Turrim quoque auream, quam ad votum ſuum fabricari fecerat, ſuper Altare poſuit S. Remenſis Eccleſiæ.* Anaſtaſius in S. Innocentio PP. *Turrem argenteam cum Patena & Columba deaurata penſantem libras triginta.* Denique S. Remigius, in Teſtamento ſuo, apud eumdem Scriptorem lib. 1. cap. 18. *Tibi hæredi meæ Eccleſiæ ſupra memoratæ iubeo Turriculum, & imaginatum Calicem fabricari.* In his porro Turriculis ſacram Euchariſtiam ad infirmos, ſeu *ad Viaticum*, reponi ſolitam, diſerte docet Gregorius Turonenſis lib. 1. de Gloria Mart. cap. 86. *Acceptaque Turre Diaconus, in qua Myſterium Dominici Corporis habebatur, ferre cœpit ad oſtium; ingreſſuſque Templum, vt eam Altari ſuperponeret, elapſa de manu eius ferebatur in aëra.* Tametſi dubitari poteſt, an Turris voce, intelligatur his locis Turris illa Ciborij, quæ a Columba pendebat, an vero Pyxis ipſa, ſeu *Ciborium*, quod *Itinerarium* vocat Ordo Romanus. Nam in turriculis, ſeu potius arculis in modum Turricularum effictis, non modo Sacram Euchariſtiam, ſed & ſanctas Reliquias reconditas conſtat, vt maiorum Ciboriorum, in quibus diuina pendebat Euchariſtia, formam quodammodo referrent: vnde Gloſſarium Gr. Lat. *πυργισκάριον* & *πυργίσκιν*, *Turriculum* & *armarium* vertit. Certe de Reliquiis in Turriculis reconditis, teſtatur Leo Oſt. lib. 2. cap. 53. lib. 3. cap. 30 & Petrus Diac. lib. 4. cap. 73. De ſacra vero Euchariſtia in Turriculis aureis, vel argenteis aſſeruata, laudandus, qui in Eccleſiis noſtris adhuc perſtat, mos inſigne præbet teſtimonium, in quibus in ſolennioribus feſtis populo ſpectanda & adoranda in iis exponitur, in editiori Altaris, ſeu Tabernaculi loco: ſed in illis præſertim ſacris Ædibus, in quibus non ſub Columba, aut a ſuperiori Ciborij parte pendet: nam in iis nuſquam alio ſacra Euchariſtia loco ſpectanda exponitur. Moris quippe iſtius hodierni inde origo videtur ſumpta, vt & Sacra Euchariſtia, & vaſa ipſa in quibus reconditur, in tutis locis aſſeruentur, ne furtis pateant. Vnde quod certis diebus *monſtratur* fidelibus ſacra in iis aſſeruata Euchariſtia, eiuſmodi ſacra Vaſa *Oſtenſoria* & *Monſtrantiæ* etiamnum appellantur; præſertim in Germania & Belgio: quibus in Prouinciis in Turris ſpeciem ſemper efficta ſunt, vt olim in Francia noſtra: de quo more egit Gropperus in libris de Euchariſtia pag. 450. & Fronto Ducæus ad Paulinum pag.

785. quin & inde Turriculis, in quibus sacræ Reliquiæ reconduntur, id nominis tribuit Chronicon Aulæ Regiæ cap. 17. & Autor Bohemiæ Piæ, pag. 99. & 105.

LXIII. Diximus in Turriculis in Ciborij maioris speciem effictis recondi Pyxides, quæ sacras Eucharistiæ particulas ad Viaticum asseruatas continebant. PYXIS. Obseruat quippe Honorius Augustodunensis lib. 1. de antiquo Ritu Missæ cap. 64. *Oblatam non integram sumptam* olim a Sacerdote sacra faciente, *sed in tria diuisam, vnum in Calicem missum, aliud a Sacerdote consumptum, tertium in pyxidem morituris ad Viaticum repositum.* Pyxis illa, vel certe Turricula, cum ipsa Pyxide, *Ciborium minus*, & *Itinerarium* appellatur in Ordine Romano, cap. quod inscribitur, *Præfatio Minoris, vel Itinerarij Ciborij.* Lemma sequitur hæc Oratio: *Oremus, Dilectissimi, indulgentiam Omnipotentis Dei, vt postpositis humanæ fragilitatis admissis, consuetæ misericordiæ suæ munera, hoc Repositorium sacris vsibus præparatum, per vnigenitum Verbum, Virtutem scilicet & Sapientiam suam in Spiritu sanctificationis consecrare dignetur.* Quod vero in ea Præfatione *Repositorium* vocatur, *Conditorium sacrorum pignorum* appellatur in Consecratione, quæ Præfationem subsequitur: *Conditorium* nude hoc loco: *Tunc inclinato capite Pontifex, vel Diaconus, salutat Sancta, vt si fuerit superabundans, præcipiat vt ponatur in Conditorio.* Dicitur porro *Ciborium minus*, & *Itinerarium*, ad discrimen Maioris Ciborij, quod *vmbraculum Altaris* vocat idem Ordo Romanus: *Itinerarium* autem, id est *portatile*, quemadmodum infra ibidem *Tabula Itineraria* nuncupatur, quod vulgo *Altare portatile* appellamus. Ciborium istud minus *Repositorium* perinde nuncupatur in Testamento Perpetui Episcopi Turon. To. 5. Spicilegij Acheriani, illudque Græci πυξίον vocant, vt colligere est ex Pachymere lib. 7. & Nicolao Casulorum Episcopo in Typico; recentiores vero μηξόμηλον, corrupto, vt par est credere, vocabulo ἐκ πυξόμηλον; quamobrem non desunt qui μυξόμηλον idem esse opinantur, quod ἀρτοφόριον. Sacram vero Pyxidem supra Altare appensam fuisse obseruare est ex Hugone Flauiniacensi in Chron. Virdun. part. 2. *Pyxidem vnam de Onychino, in qua seruatur Corpus Dominicum, dependens super Altare.* Leo Ost. lib. 3. Chr. Casin. cap. vlt. *Pyxis aurea cum smaltis pro Corpore Domini.* Et Leo IV. PP. de cura Pastorali: *Super Altare nihil ponatur, nisi Capsæ cum reliquiis Sanctorum -- aut Pyxis cum Corpore Domini ad Viaticum pro infirmis.* Eadem verba habet Ratherius Veronensis in Synodica ad Presbyteros, nisi quod pro *Pyxis*, habet *Buxida*: qua postrema voce vtitur etiam Paulus Diacon. in vita S. Gregorij M. PP. cap. 19. Eæ autem Pyxides, in quibus Sacra Eucharistia ad infirmos defertur, ex ebore, seu *Eburneæ*, esse iubentur, *propter casum*, in Statutis Synodalibus Odonis Episcopi Parisiensis cap. 5. N. 5. & cap. vlt. N. 35. quod videtur intelligendum, non de præcipua Pyxide quæ a columba pendebat, sed de minore, in quam ex maiori Sacra Eucharistia ad infirmos deferenda refundebatur.

LXIV. Iam vero quod Corpus Dominicum sub Cruce, vel sub Crucis COLVMBA. figura, reponi solitum fuisse in Ciborio diximus, firmatur ex Concilio Turonensi II. Can 3. quo statuitur, *vt Corpus Domini in Altari, non in imaginario ordine, sed sub Crucis titulo componatur*: id est, non in ipso Ciborio, vel vti appellamus, Tabernaculo, quod *imaginarius ordo* dicitur, seu in aureo argentoue elaborato, variisque figuris ac imaginibus adornato opere. Vnde conficitur Sacrosanctam Eucharistiam ad Viaticum, non in ipso Ciborio, sed extra Ciborium asseruatam in Pyxide, pependisse sub Cruce, quod etiamnum in plerisque nostratibus, præsertim Cathedralibus Ecclesiis obseruatur. Pendebat autem sacra Pyxis ex Columba, qua Spiritum Sanctum

apud Christianos adumbrari constat. Eiusmodi vero aurearum & argentearum Columbarum Altaribus, seu Sacris Mensis, & ipsis etiam Baptisteriorum Fontibus imminentium meminit Synodus V. Constantinopolitana Act. 5. in qua continentur expostulationes Cleri aduersus Seuerum, qui Columbas Altaris & Baptisterij abstulerat: τὰς γὰρ εἰς τύπον τοῦ Ἁγίου Πνεύματος χρυσᾶς τε καὶ ἀργυρᾶς κρεμαμένας ὑπεράνω τῶν θείων κολυμβηθρῶν καὶ θυσιαστηρίων, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσφετερίσατο, λέγων, οὐ χρῆναι ἐν εἴδει περιστερᾶς ὀνομάζεσθαι τὸ Ἅγιον Πνεῦμα. Quæ quidem verba habentur etiam in VII. Synodo Act. 5. Verum etsi Columbas Altaribus impendisse ex hoc loco non omnino constet, is tamen Ecclesiarum vsus e cæteris Scriptoribus, Latinis potissimum, colligitur, præsertim ex Paulino Epist. 12. ad Seuerum, vbi totum Altaris apparatum describit:

Et per Columbam Spiritus Sanctus fluit.

Præterea ex Testamento Perpetui Episcopi, cuius meminimus, in quo donat & legat *Amalario Presbytero capsulam vnam communem de serico: item Peristerium & Columbam argenteam ad Repositorium.* Quo loco *Peristerium* Synonymum videtur cum Columba. Est enim Græcis περιστέριον, vt & περιστερίδιον, paruula seu minor Columba: nisi loculus fuerit, in quo ipsa continebatur Columba. Scio περιστέρια, quædam κοσμάρια dici apud Hesychium. Hunc præterea morem astruit Vdalricus lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 30. *Prædictam autem Pyxidem -- Diaconus cum Columba iugiter pendente super Altare -- abstrahit.* & lib. 1. cap. 9. *Ipsæ autem Hostiæ, cum fuerint consecratæ, mutantur quatuor cum illis quæ in Pyxide & aurea Columba super Altare pendente iugiter seruantur, maxime propter infirmos, vt quidquid de eis eueniat, Viaticum sit in promptu.* Meminit denique Anastasius in Hilario & S. Innocentio PP. eiusmodi Columbarum Altaribus impendentium. Ex quibus eum inualuisse in Ecclesia Orientali & Occidentali morem abunde colligitur, proindeque admodum vero esse simile, Columbam suam & Pyxidem habuisse Ciborium Sophianum.

VELA CIBORII. LXV. Verum cum a sacris Adytis arceantur Prophani, solisque illa Sacerdotibus peruia sint, gradum referenti, liceat cum ipso Silentiario part. 2. vers. 338. in hæc verba prorumpere:

Πῆ φερόμεσθα; πῆ μῦθος ἰὼν ἀχάλινος ὁδεύει;
Ἴσχεο τολμήεσσα μεμυκότι χείλεϊ φωνή,
Μηδ᾽ ἔτι γυμνώσειας ἃ μὴ θέμις ὄμμασι λαῶν.
Μυστιπόλοι δ᾽ ὑπὸ χερσὶν ὅσοις τόδε θέσμα κελεύει,
Σιδονίης Φοίνικι βεβαμμένον ἄνθεϊ κόχλου
Φάρεος ἐφαπλώσαντες, ἐρέψατε νῶτα τραπέζης,
Τέτρασι δ᾽ ἀργυρέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας
Ὀρθοτενεῖς πετάσαντες, ἀπείρονι δείξατε δήμῳ
Χρυσὸν ἅλις, &c.

Solis inquam Sacerdotibus patent, & Altaria, & quæcumque intra sacra Vela continentur, seu Sancta Sanctorum. Dicuntur enim ἅγια ἁγίων, τὰ ἐντὸς τοῦ καταπετάσματος, vt est in Lexico M S. Regio Cod. 2062. Nam vt ait Cyrillus Alexandr. lib. 3. de Adorat. πρεσβυτέροις πεπίστευται τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὰ ἔσω τοῦ καταπετάσματος, οἷς δὴ πρέπει λέγεσθαι, Καὶ φυλάξουσι τὴν ἱερατείαν αὐτῶν. Quæ quidem verba de Velis, quæ ad quatuor Ciborij Columnas expandebantur, intelligi debere censuerim, de quibus agit hoc loco Silentiarius, quæ τέτρασι ἀργυρέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας, seu in quatuor Ciborij lateribus explicari solebant, vt totus sacrorum Adytorum locus, in quo Sancta Sanctorum conficiuntur, vndique occluderetur, ne profano vulgo, plebiue

plebiue pateret, quippe vt ait Gregoras lib. 10. Hist. οἱ τῶν Βασιλέων θάλαμοι, καὶ ὁπόσα ἀνθρώποις ἱερά τε καὶ τίμια, ὑπὸ παραπετάσμασιν ἄλλα ἄλλοις καλύπτονται, ἵνα μήτε δήμοις ἀνοσίοις προκείμενα κιβδηλεύηται, μήτε περιφρονῆται διὰ τὸ τῆς καταλήψεως πρόχειρόν τε καὶ ἄπονον. De sacris Altaribus id prodit Symeon Thessal. lib. de Templo: ἀμφίοις δὲ περικεκαλυμμένον ἐστὶ καὶ κεκοσμημένον (τὸ θυσιαστήριον) ὅτι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δυσθεώρητα, καὶ οὐ πᾶσι ληπτά. Et alibi: καὶ διὰ τὸ μὲν τοῦ ἐν θυσιαστηρίῳ καταπετάσματος, τὴν ἐπουράνιον περὶ τὸν Θεὸν ἐκτυποῖ σκηνὴν, ἔνθα οἱ τῶν ἀγγέλων ἡ ἀνάπαυσις. Et mox ad quatuor Altaris latera expandi vela ista satis prodit: τέσσαρα δὲ μέρη ὑφάσματος ταῖς τέσσαρσι ἔχει γωνίαις ἡ ἁγία τράπεζα, &c. Anastasius Bibl. in Paschali PP. *Fecit etiam in circuitu Altaris vela rubea serica quatuor cum gammadiis.* Idem in Leone III. *Fecit & in circuitu Altaris -- alia vela alba holoserica rosata, quæ pendent in arcu de Ciborio, numero quatuor*, &c. adde pag. 142. 165. Guillelmus Bibl. in Stephano VI. PP. *Contulit -- vela serica de Blattin Byzantea quatuor in circuitu Altaris maioris*, &c. Atque inde vela ista τετράβηλα appellant Græci recentiores, Anastasius in Vit. PP. *Tetrauila* & *Tetrauela* pag. 62. 127. 130. 131. 139. 140. 142. 144. 145. Ea autem erant vt plurimum purpurei coloris, auro etiam interdum & Phrygio opere distincta, & variis imaginibus adornata, cuiusmodi describuntur a Silentiario, ab Anastasio, & a Paulo Diac. lib. 24. Hist. miscellæ in Michaële. Nec scio an per Maioris Ecclesiæ ἐνδυτὴν, quam ad Summum Pontificem Romanum misit Michaël Palæologus, rosei coloris auro illusam, & vnionibus insertis coruscantem, *Tetrauelum* intellexerit Pachymeres lib. 5. cap. 17. an vero tapetem qui sacræ Mensæ insternitur, quem ἐνδυτὴν τῆς ἁγίας τραπέζης vocat Ducas cap. 29. quod velle videntur viri docti: tametsi potior videatur sententia, ἐνδυτὰς hoc loco sumi pro quibusuis Ecclesiæ velis, seu aulæis; qua notione ἱερὰς ἐνδυτὰς dixit Ioannes Damasc. in Synodica ad Theophilum Imp. VII. Synodus Act. 7. ἐνδυτὰς, ἢ ἕτερα βῆλα, ἢ ἕτερον ἀφιερούμενον, & B. Dorotheus in præfat Doctr. ait ἐν τῇ θείᾳ ἐνδυτῇ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, depictam fuisse S. Barsanuphij imaginem: ita Maximianus Archiepiscopus Rauennas, apud Hieron. Rubeum, donasse legitur Ecclesiæ suæ *endothyn bissinam pretiosissimam omnem Christi Dei historiam continentem, & aliam ex auro endothyn, in qua auro textili pictæ erant omnium qui illum præcesserant Archiepiscoporum imagines.* Vbi *endothyn*, idem est quod ἐνδυτήν. *Vestes* vulgo dicuntur eiusmodi Ecclesiarum aulæa Anastasio passim, & cæteris Scriptoribus Latinis. Ædis Sophianæ porro ornamentorum, vti vocant, opulentiam sic commendat Sugerius lib. de Administr. sua: *Ammiranda siquidem & fere incredibilia a viris veridicis quam pluribus, & ab Episcopo Laudunensi Hugone in celebratione Missæ de Sanctæ Sophiæ ornamentorum prærogatiua, necnon & aliarum Ecclesiarum audieramus.*

LXVI. Sed priusquam e Bemate excedamus, atque adeo ex ipsa Concha, præstat Σύνθρονον, qui in ea extitit, describere. Mediam enim Concham vtrimque ambibant Sacerdotum & Ecclesiæ Ministrorum Sacra facientium subsellia, atque in iis Patriarchæ Sedes & Thronus excelsior, ita vt in proximum centrum coirent. Silentiarius part. 1. vers. 229. SYNTHRONVS.

—— μέση δ' ἐζώσατο θώκους
Μυστιπόλοις, καὶ βάθρα περίδρομα, καὶ τὸ μετ' αὐτὴν
Ὑστατίην ὑπὸ πέζαν ἀολλίζουσα συνέλκει
Ἐγγύτερον περὶ κέντρον ἐπὶ χθονός.

Anonymus septem sedibus tantum, nescio an vere, constitisse hæc subsellia refert, in quibus Sacerdotes Patriarchæ Sacra facienti ministrantes

cum eo ſedere conſueuerant: ταῖς δὲ βάσεσι ταῖς ἑπτὰ τῶν ἱερέων, ἐν αἷς καθέζονται, σὺν τῷ Ἀρχιερέως θρόνου, καὶ τῶν τεσσάρων κιόνων κατεχρύσωσε, σήσας εἰς τὰ ἑκάτερα μέρη. Hanc porro ſubſelliorum in Concha ſeriem Σύνθρονον Græci appellant. Theophanes pag. 371. τοῦ Πατριάρχου Νικήτου ἐν τῷ συνθρόνῳ καθεζομένου καὶ ὁρῶντος. Scylitzes in Conſtantino: ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν Μητροπολιτῶν προκαθίσαι τοὺς Συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ. Meminerunt etiam Συνθρόνου hac notione Euchologium Gr. vbi de Epiſcopi ordinatione, Pachymeres lib. 7. cap. 31. Symeon Theſſal. & alij. Et recte id nominis inditum, quod vna eademque eſſet ſubſelliorum omnium compages, quæ Conchæ receſſum ambibant, ita vt in iis omnes Eccleſiæ miniſtri vna & ſimul ſederent. Euſebius lib. 10 Hiſt. Eccl. cap. 4. ἀλλὰ καὶ ὧδε καὶ τὸν νεὼν ἐπιτελέσας, θρόνοις τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν, καὶ προσέτι βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθόλου κατὰ τὸ πρέπον κοσμήσας. Et Conſtantinus Porphyrog. in Baſilio cap. 55. οἵτε ἔντος (τοῦ θυσιαστηρίου) θῶκοι, καὶ αἱ περὶ τούτων βαθμίδες, καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περικεχυμένον ἔχουσι τὸν χρυσόν. A loco igitur in quo conſiſtebat Synthronus, nempe Concha, quam etiam *Abſidam* vocant Scriptores aliquot Latini, ipſe miniſtrorum Eccleſiæ in Concha conſeſſus *Abſida* pariter dictus legitur, vel certe Sedes ipſa Epiſcopalis, aut Patriarchalis. Quippe in veteri Gloſſario *Abſida, Sedes Epiſcoporum* eſſe dicitur, vt & apud Papiam, apud quem hæc habentur: *Exedra, abſida, id eſt locus ſubſelliorum.* Neque alia videtur ſignificatione vſurpaſſe S. Auguſtinus Epiſt. 225. *Ad noſtra ſubſellia relicta turba redieram -- dicebam ego quibus poteram qui ad nos in abſidam honoratiores aſcenderant.* Idem Epiſt. 203. *In futuro Chriſti iudicio, neque abſidæ gradatæ, nec Cathedræ velatæ adhibebuntur ad defenſionem.* Ex quibus perſpicuum fit, cur Synodus Sardicenſis Can. 10. dixerit εἰς τὴν ἀψῖδα τῆς ἐπισκοπῆς διαβῆναι, pro, *ad Epiſcopalem dignitatem, vel Thronum, peruenire*, cum in *Abſidis*, ſeu *Conchis*, in excelſioribus ſubſelliis ac gradatis ſederent Epiſcopi. Ea autem non pretioſis duntaxat velis & aulæis tegebantur, vt eſt apud eumdem Auguſtinum, ſed cæteris etiam aliorum Eccleſiæ miniſtrorum ſedibus excelſiora erant, vti innuit loco citato Euſebius, & cautum legitur in Synodo Carthag. IV. Can. 35. *Vt Epiſcopus in Eccleſia & in conſeſſu Preſbyterorum ſublimior ſedeat.* Hunc morem in Eccleſiis Chriſtianorum obſeruatum attigere præterea Vrbanus I. in Epiſt. cap. 4. S. Ambroſius lib. de Dignitate Sacerd. cap. 6. S. Auguſtinus in Pſalm. 126. Amalarius lib. 3. de Reb. eccl. cap. 10. & Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 13. & 15. Præſertim vero Cathedra Epiſcopalis ſeu Patriarchalis Θρόνου voce donatur paſſim apud Scriptores Byzantinos: Anonymus de locis Hieroſol. cap. 3. Hieroſolymitanæ S. Sepulchri Eccleſiæ Bema deſcribens, ἐκεῖσε ἐστὶν ὁ θρόνος τοῦ Πατριάρχου. Atque inde factum eſt vt a Throno, dignitatis ſummo faſtigio, Eccleſiæ compellarentur, & *Throni* dicerentur, quibus Patriarchæ & Epiſcopi præſidebant, quemadmodum Latinis *Sedes* appellari conſueuerunt. Iam vero cum Conchæ mediæ receſſus imus ſubſelliis ab vtraque parte, & vndique cingeretur, Throni Patriarcharum & Epiſcoporum, quos μυστιπόλους θώκους, ſeu Sacerdotales Sedes vocat Silentiarius, ad dextram Altaris partem videntur extitiſſe: Scylitzes in Stratiotico, de Patriarcha: κατελθόντα γὰρ ἐκεῖνον εὐθέως οἱ ἀνάπλεῳ τοῦ πλήθους περιλαβόντες, καὶ θρόνον ἐνεγκόντες, ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ μέρους καθίζουσι τοῦ ἁγίου Βήματος. Id etiam indicat Ordo Romanus: *Tandem Epiſcopus oſculatur Euangelium, & Altare, & pergit ad dextram Altaris ad Sedem ſuam.* Id obſeruare eſt præterea ex Marcellino Comite, dum narrat Ioannem Romanum Pontificem, cum anno 525. Conſtantinopolim

peruenisset, *miro honore* a Iustino Imperatore exceptum fuisse, & *dextrum dextro Ecclesiæ insedisse solio, diemque Domini nostri Resurrectionis plena voce Romanis precibus celebrasse.* Quibus verbis innuit Marcellinus, Ioannem in consessu Patriarcham CP. præcessisse, sedisseque ad illius dextram. At Goarus in medio & intimo Conchæ recessu Patriarchicum Thronum statuit, quem circumstant hinc inde Episcoporum, vel qui Sacris intersunt Sacerdotum subsellia. Addit præterea supra eum Thronum Christum solere effingi, manibus in Mensam appositam in Crucis formam decussatis, dextra Panem sacrum, sinistra Crucem apprehendentem : hinc inde vero, & a lateribus, supra Episcoporum & Sacerdotum sedilia, duodecim Apostolorum effigies delineatas, vt etiam hodie in S. Pauli & Saluatoris Basilicis Romæ conspiciuntur. Vnde planum fit eo respexisse Germanum Patr. CP. cum dixit, βῆμα esse θρόνον ἐν ᾧπερ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται μετὰ τῶν αὐτοῦ Ἀποστόλων, vt & Symeonem Thessalon. lib. de Templo: καθίσας τῷ συνθρόνῳ τὸν Χριστὸν ἐκμιμούμενος, συγκαθέδρους ἔχει καὶ τοὺς συνεπισκόπους καὶ ἱερεῖς μιμουμένους τοὺς Ἀποστόλους. Et lib. de Sacramentis: ἡ ἄνω καθέδρα τὴν ὑπερουράνιον δείκνυσι καθέδραν τοῦ Ἰησοῦ· αἱ ὑπ' αὐτὴν δὲ βαθμίδες, τὴν ἑκάστου τῶν ἱεραρχῶν καὶ ἱερέων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν, ἔνθα δὴ καὶ οὐ θέμις τινὰ ἕτερον καθίσαι, οὐδὲ τῶν διακόνων αὐτῶν. Eadem habet aliis verbis lib. de Templo: διὰ τοῦ ἱεροῦ συνθρόνου, τὸν εἰς οὐρανοὺς ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς ἀρχεθέντα Λόγον καθήμενον· διὰ δὲ τῶν ἀναβαθμῶν, τὴν ἑκάστου τῶν ἱερωμένων ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἀγγέλων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν.

LXVII. Dixi binos recessus, seu potius duas Conchulas, maiori vbi PROTHESIS.
stabat sacra Mensa, adiunctas fuisse, alteram ad dextram & Septentrionem, alteram ad sinistram & ad Meridiem Altaris. Conchulas maiori adiunctas describit, ni fallor, Silentiarius 1. part. vers. 236. Nam cum dixisset mediam ac maiorem Concham, Sacerdotum subsellia in orbem circumducta continere, addit eam excipere (ad vtrumque nempe latus) fornicem alium, validis innixum fundamentis, in ima quidem parte in rectas ductum lineas, superne vero ita sinuatum, vt cylindri semisecti formam referat. Ea est enim minorum Conchularum figura, quæ cum maiori longe strictiores a terra assurgant, cylindri semisecti formam effingunt, donec superne sinuentur: quam etiam figuram maiori Conchæ tribuit Procopius, licet potiori iure minoribus illa conueniat. Mox addit Silentiarius, Concham, Orientalem nempe, binas alias Conchas vtrimque protendere, versus Occidentem progredientes, tanquam si vlnas suas extenderet, quo Clerum ac Cantores excipiat. De minoribus igitur Conchulis, ita Silentiarius:

Τὴν δὲ μετ' ἐκδέχεται κρατεροῖς ἐπαραρυῖα θεμείλοις,
Ἐς βάσιν ὀρθόγραμμος, ὕπερθε δὲ κύκλιος ἄντυξ,
Σχήμασιν οὐ σφαίρης ἐναλίγκιος, ἀλλὰ κυλίνδρου
Ἄνδιχα τεμνομένοιο.

Harum Conchularum alteram, quam ad dextram statuit Symeon Thessalonicensis, Πρόθεσιν Græci appellant, quasi dicas, *Propositionem*, aut *Propositionis mensam*, a ceremonia quæ in ea peragitur nomen habentem. In ea namque, ait Allatius, Sacerdos ante Missam, & vna cum eo ministrantes, res omnes ad sacrum complendum necessarias, vt panem, vinum, & alia præparant, quibus finitis secedunt ad sacram Mensam, vbi sacra Liturgia inchoatur: Pachymeri lib. 1. cap. 19. κόγχη τῆς Προθέσεως dicitur. Vtramque autem Conchulam *Secretarium* vocat Paulinus, priorisque, seu Prothesis, vsum sic describit:

Hic locus est veneranda penus qua conditur, & qua
Promitur alma sacri pompa ministerij.

& Epiſt. 12. ad Seuerum, loco ſupra laudato, de binis iſtis Conchulis verba faciens: *Vna earum*, inquit, *immolanti hoſtias iubilationis patet.* Vbi pro, *patet*, legendum, *parat*, cenſuerim: quippe in hac Conchula *hoſtias non immolat Antiſtes*, ſed in media & maiori Concha: Protheſis vero *hoſtias iubilationis immolanti*, ſeu potius, immolaturo *Antiſtiti parat*, vel præparat. Cum enim in vtraque Conchula, quæ ad ſacram Liturgiam peragendam neceſſaria ſunt, atque adeo in Protheſi hoſtia & vinum, in Diaconico veſtes & libri & vaſa ac miniſteria Eccleſiaſtica parentur, inde binæ iſtæ Conchulæ *Paratoria* nuncupantur in Ordine Romano: *Calicem autem Subdiaconus accipit ſequens, & dat Acolytho, & ille reuocat in Paratorium:* nempe in *Protheſim*, vbi Calices & cætera vaſa ad Sacrificij vſum reponebantur, quod ex ſacris Liturgiis abunde probari poteſt.

DIACONICVM BEMATIS.

LXVIII. Alteram Conchulam, quæ ad ſiniſtram, ſeu ad Meridiem Altaris ſtatuitur a Theſſalonicenſi, *Paratorium* perinde vocat idem Ordo Romanus: *Reponitur liber in Paratorio quodam, ſiue in Secretario.* Conchulas enim maiori adiunctas *Secretaria* appellaſſe Paulinum ſupra obſeruatum eſt. Proinde idem eſt *Paratorium*, quod *Secretarium.* Repoſitos autem fuiſſe libros Eccleſiaſticos in hac Conchula, docet idem Paulinus, dum illius vſum ſic deſcribit:

Si quem ſancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

In ea enim Conchula ſacræ Lectiones fiebant, ſacrique libri, finita Liturgia, publice prælegebantur. Id, ni fallor, ſatis innuit ipſe Paulinus: nam cum dixiſſet vnam earum Concharum immolanti hoſtias iubilationis Antiſtiti parare, hæc ſubdit: *altera poſt Sacrificium capaci ſinu receptat orantes.* Ita enim legendum contenderim, cum edita nihil aut praue ſonent, *altera poſt Sacerdotem capaci ſinu receptat ouantes:* peracto enim Sacrificio, eo ſecedebant Sacerdotes & Diaconi, & ſacrorum Librorum lectioni operam dabanr. Certe in ea Conchula factas eiuſmodi lectiones docet ſatis ſuperque Codinus lib. de Offic. cap. 15. N. 4. dum ait, Imperatorem in Ædem Sophianam ſecedere, ibique Magni Baſilij precationes a Patriarcha prælectas exaudire, πλησίον τοῦ Διακονικοῦ, hoc eſt, iuxta Conchulam, quæ Διακονικὸν vocabatur. Nam haud procul extitiſſe Sedem Imperatoris, cum ſacrorum Librorum lectionem auditu excipiebat, ſupra probauimus ex Silentiario. Diaconicum igitur hæc Conchula appellata eſt, quod eſſet quodammodo appendix maioris Diaconici, ſeu Secretarij, in quo & Eccleſiaſticæ veſtes, & ſacra, vti appellantur paſſim, miniſteria aſſeruabantur, ex quo quæ ad ſacram Liturgiam peragendam neceſſaria erant, promebantur, & in hanc Conchulam deferebantur, quæ inde Diaconicum appellata eſt. Nam in ea veſtes ſacras induebant, & Sacerdos Sacra facturus, & Diaconi illi miniſtraturi. Vnde cum Sceuophylacij appellatione donaretur perinde maius Diaconicum, inde etiam Diaconicum minus, ſeu Conchula Diaconici, Sceuophylacium interdum vocatur: adeo vt quæ in Liturgiis S. Marci & S. Iacobi, ἐν Διακονικῷ peragi preces, exacto ſacrificio, dicuntur, eæ in Liturgia Chryſoſtomi ἐν σκευοφυλακίῳ fieri ſcribantur. Metatorij denique appellationem habuit eadem Conchula, quemadmodum maius Diaconicum, vt infra probamus, vbi nominis rationem expendimus: nam diſerte Euchologium pag. 623. διακονικὸν & μετατώριον, confundit: quo loco non eſt maior *Sacriſtia*, vti velle videtur Goarus, ſed Conchula Bematis ita appellata, ex qua Patriarcha, poſt cantatas tertiam & ſextam Odas, ad Altare procedit, ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους δεξιοῦ. Nec obſtat quod ad

dextram Altaris Diaconicum ſtatuat, quod ad ſiniſtram reponit Theſſalonicenſis, cum, vt ait idem Goarus, dextrum vel ſiniſtrum latus pro reſpicientium ad ortum vel occaſum mutatione Scriptoribus dicatur: adeo vt ipſe Goarus Protheſim ad ſiniſtram, Diaconicum vero ad dextram ſtatuat, contra quam Theſſalonicenſis. Metatorium pariter ad dextrum latus vel Ædis, vel Altaris, ponit Cedrenus in Leone Philoſopho: neque enim omnino conſtat an de exedra Diaconico ac Metatorio dicta, an vero de Conchula iiſdem nominibus appellata, locutus ſit: locum damus infra N. 86. Sed & non deſunt qui totum Bematis extra Altaris vela, atque adeo extra maiorem Concham ſpatium, Diaconicum appellatum volunt: quod, cum intra vela, ſeu παραπετάσματα, de quibus mox agemus, ſolis Sacerdotibus conſiſtere liceret, quæ Bematis pars inde ἱερατεῖον proprie dicta eſt, reliqua Diaconis permiſſa eſſet, vt qui ad vtramque Conchulam, *Protheſim* ſcilicet & *Diaconicum*, pro officij ratione pergendi, & in iis conſiſtendi neceſſe haberent. Nam Symeon Theſſalonicenſis lib. de Templo ait nulli licere in ſacro Synthrono ſedere, præterquam Sacerdotibus, ac ne ipſis quidem Diaconis, quibus alius attributus eſt locus, ὃς ἀκολούθως ὠνόμασται Διακονικόν, ἔνθα καὶ καθῆσθαι τούτοις οὐκ ἀκώλυτον, Diaconicum nempe locus ſic dictus, in quo conſidere eis licitum ſit. Huic quidem ſententiæ neſcio an faueat Lexicon Gr. MS. quod extat in Bibl. Reg. Cod. 2062. vbi παραπέτασμα, τὸ διακονικόν, τὸ παρακάλυμμα, eſſe dicitur: videtur enim διακονικὸν appellari velum Altaris; quaſi totum Bematis ſpatium, quod extra vela Altaris patet, Diaconicum ſit, & quia in eo & conſiſtere & progredi, pro functionis ſuæ ratione, non autem ſacrarium ingredi illis liceret; quemadmodum Subdiaconis eadem Bematis ſpatia: cum Subdiaconi & Lectores in Solea extra Bematis cancellos conſiſterent, vt docet idem Theſſalonicenſis. Atque inde colligitur quid ſtatuat Canon 21. Synodi Laodicenæ, dum ait, non licere Subdiaconis, intra Bematis cancellos conſiſtere: οὐ δεῖ ὑπηρέτας χώραν ἔχειν ἐν τῷ Διακονικῷ, id enim ſolis Diaconis licebat. Ita porro hunc Canonem capiendum par eſt credere, etſi Balſamon & Zonaras Diaconicum, de munere Diaconi interpretati ſint. Priori ſane ſententiæ fauet Iſidorus Mercator, qui διακονικὸν, *Secretarium* vertit: *Secretarium*, inquit, *quod Græci Diaconicum vocant*: quæ totidem verbis habentur in Concilio Agathenſi Can. 66. ita vt per *Secretarium*, Conchulam intellexerit, quam Græci *Diaconicum* nuncupant, quæ a Diaconis in ea miniſtrantibus nomen ſumpſit, vti obſeruauimus. Nam vix eſt ſimile vero Diaconicum pro exedra extra Ædem ita nuncupata ſumi debere, cum & in ea quibuſuis Eccleſiæ miniſtris conſiſtere fas eſſet, & ex ea Clerici omnes ad Altare procederent. Iam vero quod in Concilio Arelatenſi II. ſub Siricio PP. Can. 15. *Diaconi ſedere inter Preſbyteros in Secretario* vetantur, id videtur intelligi, aut de maiori Diaconico, Secretario, vel Veſtiario, in quod Sacerdotes vel Antiſtites de rebus Eccleſiaſticis deliberaturi ſecedebant, & vt verbis vtar Sulpitij Seueri, cum *vel ſalutationibus vacantes, vel audiendis negotiationibus occupati* in eo conſidebant; vel potius de minori Diaconico, id eſt Conchula, quam διακονικὸν vocant Græci. In hoc enim Diaconico quando Sacerdotes Sacra facturi in eo ſacras veſtes induuut, aut alia quæ ad ſacram Liturgiam ſpectant, exequuntur, cum iis, ob reuerentiam, quam Sacerdotali characteri debent, ſedere prohibentur.

LXIX. Ad vtrumque Bematis latus, quatuor præterea exurgunt aliæ Conchæ, binæ ſcilicet in vtroque muri, ſeu parietis, latere, quas verſus Occidentem progredi ait Silentiarius. Suſtentatur autem illarum vna- QVATVOR CONCHÆ.

quæque binis columnis Porphyreticis Ægyptiis, quas Romanas vocant, & a muliere vidua, Marcia nomine, Roma ad Iustinianum transmissas scripsit Plutarchus eiusdem Iustiniani Protosecretarius. Ex quibus tandem docemur, quæ sint quatuor illæ Conchæ Ædis Sophianæ, quarum meminit Codinus: τῶν δὲ πινσῶν ὑφοθέντων, καὶ τῶν μεγάλων κιόνων σταθέντων, ἔμελλον μετ' αὐτῶν καὶ τοὺς Ῥωμαίους κίονας στῆσαι, ἀλλ' οὐκ ἐποίουν, ἀλλ' ἔστησαν αὐτοὺς εἰς τέσσαρας κόγχας. Sed de quatuor istis Conchis audiendus Silentiatius part. 1. vers. 239.

—— δύο δ' ἐς κίονας ἄλλας
Κόγχας ἀμφοτέρωθι περιβάλλεται ἐς δύσιν ἕρπειν,
Οἷά περ ἐκτανύουσα περιγναμφθέντας ἀγοστούς,
Λαὸν ὅπως πολύυμνον ἑοῖς ἀγκάσσεται οἴκοις.
Καὶ τὰς μὲν χρυσέοισιν ἐλαφρίζουσι καρήνοις
Στικτοὶ πορφυρέοισιν ἀποστίλβοντες ἀώτοις
Κίονες, ἡμιτμῆγι περισταδὸν ἄντυγι, κύκλου
Λᾶος ἀερτάζοντες ὑπέρβιον, οὕς ποτε Θήβης
Νειλαίης ἐλόχευσαν ἐϋκνήμιδες ἐρίπναι, &c.

Ad hoc igitur quatuor istæ Conchæ confectæ sunt, vt populum canentem, λαὸν πολύυμνον, exciperent; hoc est, vt interpretor, Clericos & Cantores: qui dum Missarum peragebatur Liturgia, Sacerdoti in Altari Sacra facienti, vel concinebant, vel respondebant. In Choro enim ac Ναῷ cæteræ preces, ac vt vocant, Horæ Ecclesiasticæ, decantabantur. Mox addit vt binis Porphyreticis columnis, sex aliæ Thessalicæ superponantur, qua Gynæcei, seu porticuum superiorum pars vltima adsurgit, quæ ita dispositæ sunt, vt ter binæ iis incumbant, proindeque duæ, quæ in medio consistunt, vacuo in aëre stare, ac nullo fundamento fulciri videantur. Meminit rursum Silentiarius part. 2. vers. 34. columnarum istarum Porphyreticarum Ægyptiacarum.

CANCELLUS BEMATIS.

LXX. Bema, seu sacram hanc & solis Sacerdotibus addictam Ædis partem, a Nao, vel Choro separat tabulatum, columnis, cancellis, hyperthyris, & imaginibus adornatum, ne quibuslibet ad eam aditus pateat, διὰ τὸ μηδένα εἰσιέναι ἐν αὐτῷ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, inquit Germanus Patr. CP. Theophanes Ceram. Homil. 55. de Æde S. Petri in Palatio: ὁ δὲ τῆς ἀρρήτου τελετῆς χωρεῖον, μαρμάρων θώραξ, τοῖς ἱερεῦσιν περικλείει τὸν χῶρον· ἐφ' ὧν ἐστιν ἐπαναπαύεσθαί τε, καὶ μετ' ἀσφαλείας ἑστάναι, καὶ τέρπειν τῇ θέᾳ τὴν ὄψιν· κώλυμα δὲ τοῦτο τῶν, εἴ τις προπετής, καὶ ἀνίερος εἴσω τῶν ἀδύτων ὑπερβῆναι φιλονεικεῖ. Tabulatum istud ἱερὰς κιγκλίδας, seu sacros Cancellos, vocant Nicephorus Callist. Ioan. Cantacuzenus, & alij passim. Porphyrogenneta in Basilio cap. 55. καὶ αἱ τῶν ἐκτὸς διείργουσαι τὰ θυσιαστήρια κιγκλίδες, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς περίστυλα, καὶ τὰ ἄνωθεν δὲ ὑπέρθυρα. Κάγκελος τοῦ ἱερατείου dicitur Cyrillo Scythopolitano in vita S. Euthymij: κάγκελος τοῦ θυσιαστηρίου in Synodo Chalcedon. act. 1. & apud Auctorem vitæ S. Sabæ: ἕρκος, apud Silentiarium: δρύφακτα, seu δρύφακτοι, apud Sozomenum lib. 7. cap. 27. Gloss. Gr. MS. Regium Cod. 1673. δρύφακτοι, τὰ διαφράγματα, ἢ τὰ περιτειχίσματα, τοῦτ' ἔστιν ξύλινοι κάγκελλοι. Alio loco δρυφάκτοις, νεοκαγκέλοις, seu Ædis sacræ cancellos vocat. Denique Cancelli isti dicuntur κιόνια, ἤτοι στήθεα τὰ διορίζοντα τὸ Βῆμα ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ Germano Patr. CP. qui præterea obseruat eos vt plurimum fuisse ære fusiles: cuiusmodi fuere Cancelli apud Leonem Ost. l. 3. Chr. Casin. cap. 33. *Fecit itaque & Cancellos fusiles ex ære ante Altare, scilicet inter Chorum & Adytum statuendos.* Cancellos lapideos habet cap. seq. argenteos vero Anastasius in S. Siluestro, & aliis locis, vt & Cyprianus in vita S. Cæsarij Arelat. quales extitere Cancelli Bematis in Æde Sophiana, quorum ea fuit elegantia, vt non eboris aut marmo-

moris, vel æris quidquam in iis eſſet, ſed tabulatum omne, ſeu quidquid Bema a Nao ſeparat totum argento obductum fuerit. Silentiarius part. 2. verſ. 265.

Καὶ γὰρ ὅσον μεγάλοιο πρὸς ὄρθριον ἄντυγα νηοῦ
Χώρων ἀναιμάκτοισιν ἀπεκρίναντο θυηλαῖς,
Οὐκ ἐλέφας, οὐ τμῆμα λίθων, ἢ χαλκὸς ὁρίζει,
Ἀλλ' ὅλον ἐθρίγκωσεν ὑπ' ἀργυρέοισι μετάλλοις.

Ex quibus etiam percipitur Cancellos Bematis Sophiani extitiſſe ſub arcu Orientali, qui Hemiſphærium ſuſtinet. Ea autem Bematis tabulata non vnicis cancellis, vel tabulis, quas πλάκας vocat Silentiarius, conſtabant, ſed in iis duodecim præſertim columnæ, argento perinde veſtitæ aſſurgebant, quæ ita diſpoſitæ erant, vt binæ ſimul cohærerent. Idem Silentiarius part. 2. verſ. 269.

Οὐδὲ μὲν οὐ μούνοις ἐπὶ τείχεσιν, ὁππόσα μύστην
Ἄνδρα πολυγλώσσοιο διακρίνουσιν ὁμίλου,
Γυμνὰς ἀργυρέας ἔβαλε πλάκας· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Κίονας ἀργυρέοισιν ὅλους ἐκάλυψε μετάλλοις
Τηλεβόλοις σελάεσσι λελαμπότας ἑξάσι δοιοῖς.

Iis adiunctæ erant variæ tabellæ orbiculares, in quibus opere ſculptorio depictæ erant imagines Chriſti, Angelorum, Prophetarum, Apoſtolorum, & Deiparæ. In medio vero, in tabula perinde tereti, depicta erant eodem opere ſculptorio Monogrammata Iuſtiniani & Theodoræ, vna cum Crucis figura. Silentiarius verſ. 295.

Ἐς δὲ μέσας ἱερὰς πλάκας ἕρκεος, αἳ περὶ φῶτας
Εὐιέρους τεύχουσι μεταίχμια, γράμμα χαράσσει
Ἡ γλυφὶς ἓν πολύμυθον· ἀολλίζει γὰρ Ἀνάσσης
Οὔνομα, καὶ Βασιλῆος· ἴσον γε μὲν ὀμφαλοέσσῃ
Ἀσπίδι μεσσατίοισι τύπον κοιλήνατο χώροις
Σταυρὸν ἀπαγγέλλουσα.

De Monogrammate, dixi ad Annæ Alexiadem.

LXXI. A Nao in Bema aditus patebat per tres portas, quæ in cancellis aperiebantur, mediam ingentem, vel maiorem, alias minoris magnitudinis, ad utrumque latus, & vt Paulini verbis vtar Natali 10. PORTÆ SANCTÆ.

Trinaque cancellis currentibus oſtia pandunt.

Idem Silentiarius verſ. 300.

—— διὰ τρισσῶν δὲ θυρέτρων
Ἕρκος ὅλον μύστῃσιν ἀνοίγεται· ἐν γὰρ ἑκάστῃ
Πλευρῇ θύρετρα δίετμαγεν ἐργοπόνος χείρ.

Eiuſmodi Bematis portas ἁγίας θύρας, Scriptores Græci paſſim vocant, ἅγια θυρεῖα Pachymeres lib. 4. cap. 25. & alij. Refert Autor Narrationis de rebus Armeniæ, editus a Combefiſio, ab Armenis, qui Synodo Conſtantinopolitanæ, quam Quintam vocant, conſenſerant, harum alteram Armeniorum Portam de eorum nomine nuncupatam fuiſſe: τῷ ὀνόματι αὐτῶν ἐκάλεσαν ἁγίας πύλας τῆς Ἁγίας Σοφίας, ἥ τις μέχρι σήμερον καλεῖται τῶν Ἀρμενίων πύλη.

LXXII. Portæ vero ſanctæ, cum cancellatæ eſſent, velis vt plurimum obducebantur, ne quæ peragebantur Sacra in Altaribus, a quibuſuis conſpicerentur. Dicuntur autem eiuſmodi fores clatratæ & cancellatæ, καγκελλοθυρίδες Anonymo: vela vero, θεῖα παραπετάσματα S. Dionyſio in Epiſt. ad Demophilum: ἀμφίθυρα Chryſoſtomo Serm. 3. in Epiſt. ad Epheſios, Theophylacto Simocattæ lib. 5. cap. 14. & Euagrio lib. 6. cap. 20. quaſi ἄμφια θυρῶν. Græci poſteriores βηλόθυρα, barbaro vocabulo, fores iſtas ap- VELOTHYRA.

pellauerunt, quo vtuntur Scholiastes Aristophanis ad Ranas, & Codinus de Offic. vnde βημόθυρον effictum in Euchologio, & apud Malaxum, etsi quasi βήματος θυρεῖον dicta videatur posterior hæc vox. At Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. hanc vocem vsurpare videtur pro quouis velo, etiam Altaris: *Fecit etiam in eadem Basilica -- belothera quatuor, ex quibus vnum auro textum.* Et infra: *Contulit -- velothera serica tria in circuitu Altaris.* De velothyris, sic Paulinus Nat. 6.

Ast alij pretiosa ferunt donaria, meque
Officij sumptu superent, qui pulcha tegendis
Vela ferant foribus, &c.

Et Epiphanius Epist. ad Ioannem Hieros. *Inueni ibi velum pendens in foribus Ecclesiæ.* Denique in Concilio Narbonensi an. 589. can. 13. *Iuniores Clerici* iubentur *senioribus vela ad ostia subleuare.* Sed antequam ex Bematis cancellis excedamus, obseruandum inde totam hanc Ædis sacræ partem cancellis clausam vulgo apud nostros *Cancellum* appellari, *le Chancel.* Hugo Plagon in versione Gallica W. Tyrij MS. *Li Patriarche prit le califfre, & l'enmena el Cuer, & el Chanciel, pour bien voir apertement le Sacrement.*

SOLEA. LXXIII. Ex Bemate per tabulati portas egredientibus, primum occurrit *Solea.* Symeon Thessalon. Dial. de Sacramentis: γίνεται εἴσοδος εἰς τὸν Σολέαν ἐκ τοῦ Βήματος. Euchologium in Ordinatione Diaconi: ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου Βήματος, λαμβάνονται τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι διάκονον ἑστῶτα ἐν τῇ Σολέᾳ. Proxima enim sacris Cancellis fuit Solea, vt ex Cantacuzeno lib. 1. cap. 41. colligitur, scribente Imperatorem διερχόμενον τὸν Σολέαν, εὑρεῖσκειν τὸν Πατριάρχην εἰς τὰ ἅγια θυεῖα, & Codino innuente Soleam inter Ambonem & Bema extitisse, dum ait Imperatorem ex Ambone descendere, non ex ea parte, quæ ὡραίας πύλας, sed ex altera, quæ πρὸς τὸν σολέαν & τὸ ἅγιον βῆμα respicit. Vnde euidens est Soleam sacris Cancellis proximam fuisse, atque ipsi Bemati, cum & Solea & Cancelli Bema ipsum a Nao diuiderent. Id enim videtur scribere Theodorus Studita: οἵτε θεῖοι κίονες, καὶ οἱ Σόλιοι καλούμενοι, ἃ τὸ σεβάσμιον διατειχίζουσι θυσιαστηρίου. Ita etiam Nicephorus Patr. CP. Antirrhetico 2. cap. 45. vbi Soleam cum Cancellis iungit: τί οὖν εἴποιεν περὶ τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσι, καὶ ταῖς καλουμέναις Σωλίαις, περὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου ἱδρυμένων. Vbi Soleas numero multitudinis efferunt Scriptores isti, cum Solea non Ædi duntaxat Sophianæ propria fuerit, sed Ædes omnes sacræ suas Soleas haberent. Idque satis præterea colligitur ex Leone Grammatico pag. 450. & 451. vbi meminit Solearum Ædium Blachernensis & S. Mocij. At quæ pars illa sit Templi, ambigunt doctiores, nec inter se consentiunt; præ cæteris vero doctissimam & luculentam ea de re dissertationem instituit Leo Allatius lib. 1. Συμμίκτων, vbi discussis Scriptorum sententiis, suam ipse stabiliuit, dixitque Soleam esse basim, fulcimenta, ac partes inferiores tabulati cancellati, quæ solidæ fieri solent: ex quo, inquit, factum postea, vt spatium illud quod ante ipsam Soleam effundebatur, Solea dici cœperit. Cui quidem sententiæ fauere videtur Lexicon Gr. MS. in Bibl. Reg. Cod. 2062. κιγκλὶς, τὸ τοῦ δικαστηρίου κάγκελον, ἢ ἡ Σωλέα, seu vt habet aliud Lexicon, quod inscribitur Στέφανος λέξεων, Cod 1688. ἢ ἡ τοῦ ἱεροῦ Σωλαία, ita vt vnum videatur esse cancellus & Solea. Verum etsi certum sit Soleam appellatum spatium illud, quod Cancellis Bematis obuersabatur, non ideo tamen a *Solo* isto, seu basi Cancellorum nomen sumpsit; sed potius a *Solo*, vel pauimento editiori, quod hoc loco altius eminebat. Vnde recte Menardus ad librum Sacrament. Gregorij, & Goarus ad Euchologium non vno loco Soleam dixerunt esse pauimentum eminentius Ecclesiæ,

Eccleſiæ, quod eſt ante fores Sacrarij, inter Chorum & Sacrarium, in quo eſt altare, cuiuſmodi deſcribi videtur a Leone Oſtienſ. lib. 3. cap. 27. *Sed illud præcipue quod ſecus altare eſt, & in Choro, gradibus illis quibus ad idem altare aſcenditur, cruſtis pretioſorum marmorum decenti varietate diſtinxit.* Id ſane euincunt non modo ſimile pauimentum aliquanto editius, quod in noſtratibus Eccleſiis perinde his locis conſpicitur, ſed etiam voces Græcobarbaræ, ὁ σολέας, σολεῖος, ἡ σολέα, ὁ σολέας, & ἡ σωλία, quibus vtuntur paſſim Scriptores Byzantini, qui eas indubie hauſerant, vel a Latinis ſequioris æui, vel ab Italis, quibuſcum ſemper magnum habuere commercium. Quippe apud Italos quidquid ſupra pauimentum tantiſper eminet, *ſoglia*, vt apud Francos *ſeuïl*, ſeu *ſolium* dicitur: vnde primum portæ gradum, ſeu domus limen, *le ſeuïl de la porte* nuncupamus, primam nempe & inferiorem trabem, cui totum ædificium ligneum inſiſtit, & quam tranſcendere tenetur, qui domum vult ingredi: quæ quidem trabs, *ſeule* vocatur in Conſuetudine municipali Aurelianenſi art. 238. & Niuernenſi cap. 26. art. 8. 11. *ſoulier* in eadem Niuernenſi cap. 10. art. 10. vt Florentinis *ſogliare*; *ſol* in Remenſi art. 377. *ſoline* in Ambianenſi art. 198. Sed & apud Græcos recentiores σωλείαν ædium quarumuis fuiſſe partem docet Lexicon Gr. MS. mox laudatum: Σολία, χώρα· σωλεία δὲ ἡ τοῦ οἴκου, nempe φλιά, ſeu limen: eſt enim Academicis Cruſcanis, *Soglia, pietra, o ſcalone, doue poſano gli ſtipiti del vſcio.* Itaque, ſi bene auguror, *Solea* idem erit ac *Limen*, & *Soleæ*, idem quod *Limina*; qua vltima voce vtuntur paſſim Scriptores, dum de Ædibus ſacris loquuntur, aut de iis qui ad ipſas ſacras Ædes voti cauſa proficiſcuntur. Paulinus Nat. 9.

Verum vtinam ſanis agerent hæc gaudia votis,
Nec ſua liminibus miſcerent pocula ſanctis.

Et infra:

——— *Cede Sacratis*
Liminibus ſerpens.

Hinc familiaris loquendi formula, *ad Limina Sanctorum* proficiſci, aut ea viſitare, cum de iis qui ad eorum Sepulchra, ſeu Memorias, peregrinationes inſtituunt, verba faciunt Scriptores. Nam cum Sanctorum Reliquiæ ac Corpora intra Abſidas, vel Bemata, in Confeſſionibus, id eſt, ſub ipſis Altaribus recondita eſſent; Fideles in liminibus, ſeu in *Soleis* Bematis conſiſtebant, ibique preces ſuas ac vota exſoluebant. Nicolaus I. Papa Epiſt. 8. *Tanta hominum millia protectioni atque interceſſioni B. Apoſtolorum Principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium, ſeſe quotidie conterunt, & vſque in finem vitæ ſuæ apud eius limina ſemet manſura proponunt*, &c. Ita paſſim apud Victorem III. lib. 3. Dialog. Leon. Oſtienſ. lib. 3. cap. 49. Petr. Diacon. lib. 4. Chr. Caſin. cap. 92. & alios: quibus in locis vox, *limina*, pro ipſa Æde Sacra ſumitur, id eſt, pars pro toto. Quamquam non deſunt, qui *limina*, pro ipſa prima Ædis Porticu, atque adeo ipſis foribus, intelligi debere contendunt, in quibus ſubſiſtebant peregrinantes; cum eo proſequerentur cultu ipſos Martyres, vt & ipſam Ædem iis ſacram ſubire vererentur. Paulinus Nat. 6.

——— *Ille autem qui tanti muneris alto*
Cauſa fuit Domino, mediis in liminibus ſtans,
Flenſque iterum, ſed lætitia, modo debita Sancto
Vota refert.

Sed & interdum ipſos poſtes oſculabantur: vnde apud Chryſoſtomum Homil. 3. in Epiſt. ad Corynth. πρόθυρα τοῦ ναοῦ φιλεῖν, Aratorem lib. 2. Hiſtor. ſacræ, & Paulinum Nat. 6. *oſcula figere poſtibus*, Prudentium Hym. 2. & 11.

Apostolorum & Martyrum exosculari limina : denique apud Gregorium Turonensem lib. 4. de Mirac. Sancti Martini cap. 14. *Limina S. Martini osculari.* Paulinus loco laudato:

Sternitur ante fores, & postibus oscula figit,
Et lacrymis rigat omne solum, pro limine sancto
Fusus humi.

Nam quemadmodum qui excommunicantur, & ab Ecclesiæ ingressu arcentur, dicuntur *à liminibus Ecclesiæ separari*, apud Leon. Ostiens. lib. 3. cap. 43. Petr. Diac. lib. 4. cap. 32. 57. 88. 94. 109. & alios passim : ita peregrinantes, humilitatis maiorisque venerationis gratia, ac Pœnitentium instar, in ipsis liminibus subsistebant, vt qui se ipsam Ædem subire indignos censerent. Vtcumque se res habeat, illud etiam a vero haud procul est, ipsos peregrinantes vota sua exsoluisse in Bematis liminibus, seu Soleis, quæ *liminaria* dicuntur Anastasio in Sancto Hadriano Papa pag. 117. *pari modo & in ipsius Apostoli Confessionis liminari inferiori lib. 25. Liminare* etiam eadem notione vocat Petrus Diaconus lib. 4. cap. 93. quod idem Anastasius pag. 152. 156. 173. 177. *vestibulum Altaris*, & *Confessionis* : cuius quidem vestibuli ingressus meminit præterea pag. 133. 134. 140. 141. 173. Sed quod Græcis *Solea*, nostris *limen* & *liminare* dictum est, *Rugam* videtur nuncupare Ordo Romanus; enarrans vt Pontifex finita sacra Liturgia in Secretarium redit, vbi hæc subdit: *Tunc septem cereostata præcedunt Pontificem, & Subdiaconus Regionarius cum thuribulo ad Secretarium : — post eos Baiuli, post eos Cereostatarij, post quos Acolythi qui rugam conseruant, post eos extra Presbyterium Cruces portantes, deinde Mansionarij iuniores, & intrat in Secretarium.* Neque alia significatione accipienda hæc vox apud Anastasium Bibl. in Vitis Pontificum, vbi passim occurrit, quidquid reclamet Cæsar Bullingerus. In Stephano IV. *Fecit & regulares argenteos super rugas, per quas ingrediuntur ad Altare.* In Sancto Hadriano: *In eadem Basilica ab introitu de rugas, vsque ad Confessionem vestiuit de argento purissimo.* In Leone III. *Necnon & Altare maius sub absida construxit, cuius faciem atque Confessionem, seu rugas ad decorem ipsius Altaris inuestiuit ex argento mundissimo.* In Paschali: *Sacram Confessionem eius interius exteriusque cum rugulis suis nobilissime construxit.* Et pag. 150. *Confessionem denique eius cum rugulis suis interius exteriusque vallantem pulcherrime compsit atque decorauit.* Alibi vero non semel rugas istas in ingressu Presbyterij, id est Bematis, fuisse ostendit. In Sancto Paulo: *Fecit autem & rugas in Ecclesia B. Petri Apostoli in Presbyterio ingredientes, quas vtraque parte dextra læuaque inuestiuit argento purissimo.* Alio loco: *Fecit etiam imagines sex ex laminis argenteis inuestitas, ex quibus tres posuit super rugas quæ sunt in introitu Ecclesiæ Presbyterij.* Rursum: *Fecit simul & rugas argenteas in ingressu Presbyterij pensantes*, &c. Cum igitur, vt habet Ordo Romanus, Acolythi *Rugam* seruarent, neque iis fas esset Sacrarium ingredi, satis euincitur *Rugam* extra Sacrarium, atque adeo ei proximam fuisse. *Ruga* vero idem sonat quod nostris *Rue*, seu platea: sic enim vsurpatur hæc vox apud Willelmum Tyrium lib. 12. cap. 25. & in Bulla Alexandri Papæ An. MCLXV. in M. Pastorali Ecclesiæ Parisiensis lib. 19. Charta 17. *Usque ad locum, qui vocatur Tudella, in ruga eiusdem Sancti Germani.* Ita Papias pariter *Rugam* videtur accipere: *Rugæ, Romæ, Semitulæ:* vbi legendum *Rumæ* : Græcam enim vocem expressit ῥύμη. Gloss. Sancti Benedicti: *Ruga*, ῥύμη. Nam & hoc loco *Ruga* forte accipitur pro platea; ῥύμη enim Græcis non modo rugam frontis sonat, sed & plateam. Hesychius : ἄμφοδα, αἱ ῥύμαι, ἀγυιαὶ, δίοδοι. Lexicon Græc. MS. in Bibliotheca Regia Cod. 930. ἄμφοδος, ῥύμη. ἄμφοδον, δίοδον, ῥύμην. Quibus locis legen-

dum ῥύμη, & ῥύμην. Sed & à ῥύμη, vocem Gallicam, *Ruë*, deducit H. Stephanus. Recte autem *rugam*, *semitulam* vertit Papias, seu parvam semitam, cuiusmodi sunt sulci, quos in fronte senum efficiunt rugæ: vnde indubie rugas appellarunt nostri quasuis plateas strictiores, quod rugarum quæ in fronte senum contrahuntur, formam referant. Sed & obseruo partem illam Templi *Plateam* & *Viam* appellari in charta an. 1337. in eodem M. Pastorali Ecclesiæ Paris. pag. 367. *Item ordinamus & pronuntiamus, quod si in platea, infra gradus, per quos ascenditur ad magnum altare, licet sit seu dicatur Capitium, aliqui cerei in candelabris ponantur in parte inferiori super tumbis defunctorum*, &c. Infra. *De iurisdictione autem Ecclesiæ Parisiensis, — ordinamus, quod à primo inferiori graduum, per quos ascenditur ad magnum altare, & circumcirca magnum & paruum altaria, infra tamen clausuram quæ ibi est; & non extra, tota iurisdictio est, & erit Episcopi: in via autem iuxta ipsos gradus, per quam itur de vno ostio ferreo, ad aliud ostium de transuerso, erit præuentio inter Episcopum & Capitulum*, &c. Sed vt ad Soleam revertar, pars illa Templi, vulgari ac recepto loquendi modo, Βῆμα Αναγνωστῶν dicta est, id est, in qua consistebant Lectores. Cum enim in Bema sacrum, cæteris Ecclesiæ partibus editius, solis Sacerdotibus ac Diaconis ministrantibus aditus pateret, Subdiaconi ac Lectores extra Cancellos in Solea, perinde editori, stabant: vnde eorum Bema appellata est, ad instar Bematis sacri, in quo consistebant Sacerdotes. Id astruit Symeon Thessalonic. Ὑποδιακόνους καὶ Αναγνώστας καθῆσθαι χρὴ ἔξωθεν τοῦ Βήματος πρὸς τὸν Σολέαν, ὃς δὴ καὶ Βῆμα καλεῖται Αναγνωστῶν. Quamquam non desunt, qui Soleam Lectorum Bema esse appellatam censent, quod ea Amboni quodammodo subiaceret, cui id appellationis tribuit diserte Sozomenus lib. 9. cap. 2. εἰκάζω αὐτὴν κεῖσθαι περὶ τὸν Αμβωνα, Βῆμα δὲ τοῦτο τῶν Αναγνωστῶν. & lib. 8. ait S. Chrysostomum orationem habuisse ad populum, ἐπὶ τοῦ Βήματος τῶν Αναγνωστῶν καθεζόμενον. Neque aliter Socrates l. 6. vbi scribit, eundem ex Ambone vt plurimum ad populum perorasse, ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν. In Concilio Laodiceno can. 15. dicuntur Canonici Psaltæ ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαίνειν, & in libro Sacramentorum S. Gregorij: *ascendit Lector in Ambonem, pronuntians*, &c. Ita denique S. Cyprianus Ep. 34. Lectorem ait *super pulpitum, id est super tribunal Ecclesiæ, impositum legisse præcepta & Euangelium Domini.* Soleam Sophianam, vt & Ambonem, ex Onychite lapide, ἐξ ὀνυχίθου λίθου, confecisse Iustinianum tradunt, qui vtrumque casu Trullæ confractum narrant, in quibus est Cedrenus. Anonymus multo pretiosiorem describit: τόν τε Αμβωνα μετὰ τῆς Σολέας ἐποίησε μετὰ σαρδονύχων, ἐντιθέμενος καὶ πολυτίμους λίθοις, σὺν κιόνων ὁλοχρύσων, καὶ κρύων, καὶ ἀσπίδων, καὶ σαπφείρων. Nec vetat solum, seu pauimentum, quod pedibus teritur, Onychite lapide constratum fuisse, cum Onyx marmoris species sit, quod Alabastritem etiam vocant, ex quo pretiosissima olim facta pauimenta autor est Plinius l. 36. c. 7. & 8. Gloss. Lat. MS. in Bibl. Reg. cod. 1013. *Onychinum, genus metalli. Onyx, genus marmoris.* Lucanus de aula Ptolemæi & Cleopatræ, in qua Iulius Cæsar post pugnam Pharsalicam regio apparatu exceptus est, lib. 10.

——— Totaque effusus in aula
Calcabatur Onyx.

Et Martialis lib. 12. Epigr. 50.

Calcatusque tuo sub pede lucet Onyx.

Sed & Paulus Silentiarius inter marmora varia, lapidesque opulentos, quibus Ædes Sophiana passim coruscabat, Onycem recenset, part. 2. vers. 223.

Ὅσσα δ' ὄνυξ ἀνέηκε διαυγάζοντι μετάλλῳ
Ὠχριόων ἐστίπται.

Vt & Statius:

> *Hic Libyus Phrygiuſque ſilex, hic dura Laconum*
> *Saxa virent, hic flexus Onyx, & concolor alto*
> *Vena mari.*

Et alibi:

> *Mœret Onyx longe, queriturque exluſus Ophites.*

Cum autem ſacri Cancelli ad extremas Pilarum, ſeu Pinſorum, partes, quæ Bemati ad Orientem proximæ erant, ipſum clauderent, ſpatium illud quod implebat latitudinem earum Pilarum, Soleam, vt opinor, conficiebat, donec Amboni coniungeretur, qui intra alteram Pilarum extremitatem ad Orientem perinde excitatus fuit. Nam qua interiorem Templi partem reſpiciunt, latiores ſunt Pilæ.

AMBO. LXXIV. Sophianum Ambonem ad Orientem & verſus mediam Ædis partem ſtatuit Silentiarius in illius deſcriptione:

> Ἔστι τις εὐρυπόρειο κατ᾽ ἔνδοθι μέσσα μελάθρου
> Ἀέρος ἰδεῖν, καὶ μᾶλλον ἐς ἀντολίην τε νενευκὼς
> Πύργος, ἀκηρασίοισιν ἀπόκριτος ἤθεσι βίβλων.

Ad Orientem, & e conſpectu Bematis ſtatuitur pariter Ambo a Germano Patr. CP. ὁ Ἄμβων πρὸ τῆς θύρας τοῦ Βήματος ἵσταται, vt & a Symeone Theſſalon. lib. de Templo: ὁ μὲν πρὸ τοῦ Βήματος Ἄμβων, &c. alio loco: τοῦ ἱερωτάτου Βήματος κατὰ ἀνατολὰς ὁρισθέντος, καὶ τοῦ Ἄμβωνος ἀντικρὺ θέντος, ἐπὶ τόπος ἐστί. Ita autem excitatus erat Ambo, vt pars vna Soleam & Bema, altera Ναὸν & Portas ὡραίας ſpectaret, inter Bema vero & Ambonem Solea intercederet: id diſerte colligitur ex locis proxime laudatis, vbi de Solea egimus. Pars vero Ambonis, quæ Bema reſpicit, dextra nuncupari videtur Nicetæ Paphlagoni in vita Ignatij Patr. CP. quo loco narrat ſomnium Bardæ Cæſaris: καὶ ὅτε πλησίον ἦμεν τοῦ Ἄμβωνος, ὤφθησαν ὥσπερ κουβικουλάριοι δύο ἀπότομοι, καὶ ἐμβριθεῖς, ὧν ὁ μὲν δέσμιον τὸν Βασιλέα λαβὼν, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων, ἐξωθεῖτο τῆς Σολέας, κατακρίνων ὡς ὑπεύθυνον, &c. Cedrenus idem ſomnium enarrans: οἵτινες ὁδηγοῦντες αὐτὸν, ἄγουσι πρὸς τὰς κιγκλίδας τοῦ θυσιαστηρίου. Alteram autem Ambonis partem, quæ ſcilicet Ναὸν, & Πρόναον ſeu Narthecem ſpectabat, ὀπίσθιον μέρος τοῦ Ἄμβωνος vocat Alexius Ariſtenus in Can. 21. Ancyr. Atque inde ὀπισθάμβωνος εὐχὴ appellata eſt à Græcis ea oratio quæ peracta Sacra Liturgia ab Sacerdote Sacra faciente in Ambone ad populum recitatur, ἐκφωνουμένη παρὰ τοῦ ἱερέως ἔξω τοῦ Βήματος, vt eſt in Liturgia S. Io. Chryſoſtomi: quæ quidem oratio compendium quoddam eſt omnium orationum quæ in Sacrario dicuntur, & ab ipſomet Sacerdote profertur, vt populus tandem intelligat, quis earum precationum, quæ in Adytis hactenus factæ ſunt, ſcopus fuerit & finis, vt diſertis verbis indicat Germanus Patr. CP. cuiuſmodi ferme fuit *Oratio ad complendum*, ſeu Miſſæ *Collecta* vltima, de qua paſſim qui de Ritibus Eccleſiæ ſcripſerunt. Hanc igitur orationem recitaturus Sacerdos, Bemate egreditur, Ambonemque conſcendit ab Orientali aditu, & ad populum conuertitur ad Occidentem, quæ pars eſt Ambonis poſtica & ſiniſtra, reſpectu Bematis. Vnde cum Balſamon in Can. 12. Concilij Nicæni I. transfugas a fide ait debere τρία μὲν ἔτι ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ὄπισθεν τοῦ Ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν Κατηχουμένων, hæc ita capienda ſunt, vt ij intra Eccleſiæ, ſeu Templi, ſepta eſſe intelligantur, quemadmodum Catechumeni: quippe ſicut ij ante lectum Euangelium Ædem ſacram ſubeunt, ſacraſque Lectiones & Homilias auditu excipiunt, ita iſti ὄπισθεν τοῦ Ἄμβωνος, περὶ τὰ κατώτερα δὴ τοῦ ναοῦ conſiſtunt, vt ait Symeon Theſſal. id eſt, qua parte Ambo Bemati poſticus & ſiniſter conſpici-

tur, cum cæteris fidelibus, in ſtatione tamen ſibi ad inferiorem Ædis partem aſſignata, & quæ Nartheci coniungitur, in Eccleſia ſtant, finitaque Catechumenorum Miſſa, cum iis excedunt, & in Narthecès ſeu Porticus ſeſe recipiunt. Atque hic eſt genuinus verborum Balſamonis ſenſus, quæ doctiſſimos viros fruſtra ſollicitarunt.

GRADVS AMBONIS.

LXXV. Ad Ambonis ſuperiora conſcendenda duplex patuit aditus ſeu gradus, vel Scala, aut Cochlea, ab Oriente ſcilicet & Occidente, vt in cæteris ambonibus: Vgutio Piſanus MS. *Ambo, pulpitum, vbi ex ambabus partibus ſunt gradus*: qui quidem gradus, ſeu aditus, *gradus aſcenſionis & deſcenſionis* dicuntur Anaſtaſio Bibl. in Sancto Silueſtro PP. pag. 17. Paulus Silentiarius:

Ὀρθάδιος βάθρεις, διδυμάονος ἄμβατος οἴμοις,
Ὧν μία μὲν ποτὶ νύκτα τιταίνεται, ἡ δὲ πρὸς ἠῶ.

Duplicis iſtius aſcenſus meminit etiam Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. & ex eo Codinus cap. 17. de Offic. quorum alterum ſtatuit reſpicientem Portas ὡραίας, alterum Σολέαν & Bema: κατέρχεται ὁ Βασιλεὺς τοῦ Ἄμβωνος, οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μὲν τοι, οὗπερ ἀνῆλθε, ἤως τοῦ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὸν Σωλέαν, καὶ τὸ ἅγιον Βῆμα. Aſcenſus ad Orientem meminit Leo Grammaticus pag. 466. Εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἀντιστραφεὶς ἀνέβη πρὸς βαθμοὺς τοῦ Ἄμβωνος ἐστεμμένος. Ex quibus conficitur præterea Ambonem extitiſſe inter ὡραίας πύλας, per quas a Nao, ſeu Choro in Pronaum & Narthecem exitus patebat, & Soleam, quæ extra Bema erat, vti indicauimus: quibus conſentiunt ſcriptores de Æde Sophiana, dum aiunt Iuſtinianum confecto Templo, illud ingreſſum, & a Regiis Portis, ſeu Βασιλικῆς, quæ eædem ſunt cum Speciosis, ad Ambonem proceſſiſſe, & in hæc verba exclamaſſe, νενίκηκά σε Σολομών. Ita porro confecti erant bini iſti aſcenſus, vt ſibi inuicem aduerſi in vnum coirent, & locum teretem, ſeu circulum efficerent. Silentiarius:

Εἰσὶ γὰρ ἀλλήλοισιν ἐναντίαι, ἀμφοτέραι δὲ
Εἰς ἕνα χῶρον ἄγουσιν ἴσον περιηγεῖ κύκλῳ.

Vnde colligi videtur Ambonem media in Æde extitiſſe, neque, vt hodie maiora Eccleſiarum pulpita, vtramque Pilam attigiſſe. Atque id euincit vox πύργος, qua Ambo donatur a Silentiario, quæ cum minime pulpitis hodiernis conueniat, videtur ille potius habuiſſe quid ſimile cum iis Cathedris excelſioribus, ex quibus Concionatores orationem habent ad populum, quæ in quibuſdam Eccleſiis hac etiam in parte ſtatuuntur. Proinde extitit Ambo ante Portam ſacram maiorem, etſi ab ea aliquanto longius diſtaret, quod diſertis verbis declarat Germanus Patr. C P. ſcribens τὸν Ἄμβωνα πρὸ τῆς θύρας τοῦ Βήματος ἵστασθαι. Tanta porro elegantia, ac tam immenſo ſumptu Ambonem primo excitarat Iuſtinianus, vt totum vna cum Solea ex Onychite lapide confecerit, vt ex Cedreno indicauimus. Addunt Scriptores de Æde Sophiana, ſaphyris, cryſtallo, & lapillis aliis pretioſioribus, atque adeo columnis aureis, Ambonem adornaſſe, & in vtroque, Ambone ſcilicet & Solea, ad millies centenas libras impendiſſe eius tributi, quod olim Conſtantinus M. Sarbaro Perſarum Regi indixerat: ita nugantur nuperi Græci. At cum Ambo iſte, quem πολύολβον & πολυθαύμαστον fuiſſe ſcribunt Glycas & Codinus, caſu Hemiſphærij, qui an. 32. Iuſtiniani accidit, vna cum Solea contritus fuiſſet, alium rurſum excitauit Iuſtinianus, ſed elegantia ac decore longe priori imparem, ſi qua fides iiſdem Scriptoribus: τὸν δὲ Ἄμβωνα καὶ τὸν Σολέαν μὴ δυνάμενοι ποιῆσαι τοιοῦτον πολυέξοδον καὶ πολύτιμον, ἐποίησαν αὐτὸν οὐδαμινὸν διὰ λίθων καὶ κιόνων ἀργυρενδύτων μετὰ περιφερῶν ἀργυρῶν, μετὰ τῆς Σολέας· τρουλλον

δὲ τοῦ Ἄμβωνος οὐκ ἠθέλησε ποιῆσαι, ὡς εἶπον, διὰ τὴν πολλὴν ἔξοδον. Vt ſeſe res habeat, conſtat ex Silentiario Ambonem excitatum poſt caſum Trullæ totum ex marmore confectum fuiſſe:

> Πᾶν δὲ τὸ καλλιθέμειλον ἕδος πετραῖον ἐκεῖνο,
> Ἔνθα σοφῶν ἀνάγνωσι θεηγόρα δίνεα βίβλων.

Addit denique Codinus Amboni ſuperimpoſitam fuiſſe Crucem, quæ centum librarum auri fuit.

Pvtevs Sacer.

LXXVI. Bemati & Amboni proximum fuiſſe locum vbi extitit Puteus ſacer, euincunt quæ de eo ſcribit Anonymus, Ædis ſcilicet Sophianæ partem illam in qua erant Ἅγιον Φρέαρ, καὶ τὸ θυσιαστήριον ὅλον, καὶ ὁ τόπος τοῦ Ἄμβωνος, domum fuiſſe cuiuſdam Antiochi Eunuchi. Appellationis rationem mox prodit, dictumque ἀπὸ τοῦ στομίδιου τοῦ φρέατος, cui inſidens Chriſtus cum Samaritana collocutus eſt, quod a Samaria aduectum, hoc loco poſitum eſt: τούτου γὰρ χάριν ἐκλήθη Ἅγιον Φρέαρ. Autor Narrationis miraculi ἐν τῷ Ἁγίῳ Φρέατι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας editi, quem Combefiſio viro eruditiſſimo, vt plurima alia, debemus, ad portam Templi Orientalem Puteum iſtum ſacrum extitiſſe innuit: ἐν τούτῳ δὴ τῷ σεπτῷ, φημὶ, καὶ περιωνύμῳ ναῷ, εἰκών τις ἐκ χρωμάτων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπί τινος πίνακος ἀναγεγραμμένη κατὰ τὴν ἑῴαν πύλην, ἐν ᾗ ἡ ἁγία ἐπιστομὶς τοῦ φρέατος ἐκείνου τῆς Σαμαρείτιδος, καθ' ἣν ἡ ἀληθινὴ πηγὴ, ὁ τῆς γνώσεως ποταμὸς, ἡ μηκέτι διψῆν εἰποῦσα πόσις Χριστὸς, οἰκονομικῶς τῇ Σαμαρείτιδι καθωμίλησεν. ἐπὶ τούτῳ ἡ τῆς σεπτῆς εἰκόνος ἀνακειμένη ἐτιμᾶτο γραφὴ, περισκιωουμένη καὶ σεβομένη πιστῶς. Sacri iſtius Putei meminit præterea Nicetas Paphlago in vita Ignatij Patriarchæ pag. 712. Edit. Concil. 1618. vt & βήλου κρεμαμένου εἰς τὸ Ἅγιον Φρέαρ, Conſtantinus Porphyrogenneta. Addit idem Anonymus Hierichunte allatas Tubas æreas ad ſanctum Puteum poſitas, & ad earum ſimilitudinem, quas tum Angeli tenebant, cum Hierichuntis muri corruere, effictas. Refert denique Codinus (quod ſilet Anonymus) Sellam Sancti Conſtantini (Imperatoris nempe) ſtetiſſe ὑπεράνω τοῦ Φρέατος ἁγίου, ἐπάνω τῶν σαλπίγγων.

Naos.

LXXVII. A Bemate in ſecundam & mediam Templi partem nouis cancellis obſtructam peruenimus, quam Græci Ναὸν peculiari ac proprio vocabulo vocant, in qua non Fideles omnes, vti vult Allatius, ſed ſoli Clerici ac Cantores conſiſtebant. Cum vero pars illa Templi in teretem, vel certe oualem formam contraheretur, inde Χορὸν eam interdum appellarunt Græci, *Chorum* Latini. Ebrardus Bethunienſis in Græciſmo:

> *Eſt hic turba Chorus, qui ventat in aëre corus,*
> *Cancelus eſt Chorus,* &c.

Vbi tamen Chorum perperam cum Cancello confundit, quia forte apud Latinos inferioris ætatis pars illa Templi, in qua extant Altare & Chorus, iiſdem ſepta cancellis, Chorus vulgo dicitur. Sic autem eam Ædis partem nuncupatam vult Iſidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 3. *a choris pſallentium:* eſt enim Suidæ Χορὸς, σύστημα τῶν ἐν ἐκκλησίαις ᾀδόντων. Inde noſtris Chorus, dicitur *pars illa quæ a Cancellis verſus altare diuiditur, & choris tantum pſallentium Clericorum patet,* vt ait Concilium Turon. II. Can. 4. Eam porro Ædis Sophianæ partem intra Pilas & Columnas comprehenſam forma eſſe ouata, ſupra ex Gyllio obſeruauimus: *Pars enim Ædis interior*, inquit ille, *& media illa ingens vacua, ſi ſola conſideretur comprehenſa intra Pilas & Columnas, eſt forma ouata; ſi vero tota tam intra quam extra Pilas perſpiciatur, eſt quadrata. Ita enim ex vtroque latere velut alæ appenſæ ſunt tres Aulæ inferiores, & totidem ſuperiores, vt ab imo pauimento procedat quadrata, deinde intra octo Pilas in ouatam formam contrahatur, vſque ad curuaturam quatuor arcuum ſuſtinentium Hemiſ-*

phærium. Sedebant autem Clerici & Cantores ab vtraque parte ἐν στασιδίοις, vt est in Euchologio.

LXXVIII. Ναὸν & Chorum Sophianum conficiebat totum illud spatium, quod intra quatuor Pilas majores continetur, cujus Vmbilicus, cui nempe centrum copulæ, seu trullæ, ad perpendiculum imminet, videtur appellari ὀμφαλὸς, seu τὸ μέσον τοῦ ναοῦ apud Marcum de Dubiis typicis cap. 96. Μεσόμφαλος, Gregorio Cæsariensi orat. in Nicænos Patres, & Μεσόναος apud Balsamonem in 74. Can. Trullan. VMBILICVS.

LXXIX. Per alios vero Cancellos diuidebatur pars illa Templi Sacerdotibus, Clericis, & Cantoribus addicta, ab ea in qua Fideles consistebant, inferiore nempe, & quæ ad Narthecem vergit. Leo Ost. lib. 3. cap. 27. *Frontem etiam Chori, quem in medio fere basilicæ statuit, quatuor magnis marmorum tabulis sepsit.* Vbi vero pars illa media Ædis Sophianæ ab inferiore separabatur, vt in Bematis Cancellis, ita in ea exurgebant columnæ marmoreæ. Tradit quippe Gyllius, inter Pilas duas, quibus sustinetur quarta pars Sphæræ Occidentalis, quatuor extare Columnas virides, easdemque binas inter se coniunctas, & sex Columellas virides Ionicas, quæ inter eas intercedunt. CANCELLI Ναοῦ seu CHORI.

LXXX. Vt porro Cancelli Bematis tribus aperiebantur portis, ita Cancelli ναοῦ, media scilicet maiori, & duabus minoribus ad latera. Media ὡραία πύλη dicitur Codino de Off. cap. 17. & 18. (nos diceremus, *la belle Porte*) βασιλική, in Typico & Euchologio non semel, & apud Codinum & Anonymum: præterea apud Leonem Grammat. p. 460. & Marcum Hieromonachum de Dubiis typ. cap. 96. qui Βασιλικὰς πύλας à Sanctis, quæ Bematis erant, omnino distingunt. *Regias* vocant Latini æui medij Portas ædificiorum primarias, vt Regula Magistri cap. 30. 83. 95. & Chronicon Noualicense cap. 14. Versus in Vita Sancti Theodardi Confessoris, apud Catellum: PORTÆ CANCELLORVM Ναοῦ.

Composuitque solum deuotus carmine claro,
Erexit Regias vndique mirificas.

Ita apud Anastasium in Honorio PP. *Inuestiuit Regias ianuas in ingressu Ecclesiæ maiores, quæ appellantur Medianæ ex argento.* In Conone: *Qui missi fuerant de exercitu ad custodiendas Regias Basilicæ, clausas obseruabant.* In Leone III. PRONAVS.
Regiæ maiores pag. 131. 133. 134. 143.

LXXXI. Tandem peruenimus ad tertiam, eamque vltimam sacræ Ædis partem, in qua πολύγλωσσος ὅμιλος, vt loquitur Silentiarius, seu Fidelium turba ex variis Gentibus linguisque conflata consistebat. De illius propria appellatione vix inter se consentiunt Scriptores: Allatius enim Narthecis nomine donari contendit, cuius hac in re sententiam supra accurato satis examine discussimus. Alij πρόναον appellatam volunt, vt quæ ante ναόν, seu chorum, ingredientibus occurrat: atque id videtur innuere Codinus de Off. cap. 17. ἐκτὸς τῶν ὡραίων λεγομένων πυλῶν, ἤτοι ἐν προνάῳ. Nam etsi Goarus hæc verba de Vestibulo vel Narthece capienda censeat, longe tamen errant, inquit idem Allatius, Goarum indicans, qui Pronaos Porticus esse volunt. Nec obstat Balsamon in Can. 74. Synod. Trullan. vbi ait, πάντα τόπον τῷ κυρίῳ ἀνατεθειμένον, Κυριακὸν λέγεσθαι, κἂν μὴ ἐκκλησία ἐστὶν, ἀλλὰ πρόναος τύχῃ, ἢ ἕτερόν τι ἱερόν, quippe, vt infert idem Allatius, Ecclesiæ vocabulo ναὸς proprie intelligitur: eodemque sensu percipiendum esse censet alium Balsamonis locum ad Can. 2. Dionys. Alexandr. in quo πρόναον, a Proaulio distinguit, esseque scribit τόπον δευτέρας μετανοίας, τὸν τῶν Ἀκροωμένων λεγόμενον. Neque tamen plana illa fit ex iis locis Allatij sententia: quippe cum ex

eodem Scriptore ad Can. 14. Concilij Nicæni, & in Epist. Gregorij Nysseni ad Letoium, ἔξωθεν τοῦ ναοῦ stetisse Audientes dicantur, vbi alij ἔξω τῆς ἐκκλησίας habent, in Nao vero seu Choro solos Clericos, & extra Naum Fideles constitisse diserte Silentiarius prodat; non plane video quomodo Ναὸς sit illa pars tertia Ædis sacræ. Deinde Balsamon ait προνάοις eorum fuisse, quibus non licebat ἐκκλησιάζειν, seu Ecclesiam ingredi, vt Audientibus; quod intelligendum est, de tempore quo sacra peragebantur Mysteria: nam ante Euangelium Ecclesiam ingrediebantur ad sacras Scripturas & Homilias audiendas; vnde Ἀκροώμενοι dicti: post Euangelium autem ex ea excedebant, & in Narthece consistebant, dum sacra conficiebantur Mysteria, τῶν φρικτῶν ἐκτελουμένων μυστηρίων, vt habet Symeon Thessal. lib. contra Hæreses. Proinde incertum relinquitur, an apud Nicetam in Man. lib. 2. Εἴσοδος τοῦ προνάου, sit ipse Ædis sacræ, an vero vestibuli ingressus. Quod enim Balsamon προνάοις a Proauliis distinguit, fieri potest, vt προαυλίων voce intellexerit areas, quæ ante Ædes sacras prostant: certe constat olim προνάοις eiusmodi atria appellata; qua notione PRONAON MATRIS DEVM, & PRONAON ÆDIS MARTIS habemus apud Gruter. 27. 2. 172. 3. 214. 1 Ita etiam vox hæc vsurpatur a Vitruuio lib. 4. cap. 4. & a Perdicca Ephesio de Thematib. Hierosol.

Καὶ δένδρον εὐσκιόφυλλον ἑστὼς ἐν τῷ προνάῳ.

At qui πρόναον tertiam esse Templi partem contendunt, in quibus est Genebrardus, existimant inde Gallicam vocem *Prone* deducendam, eam scilicet orationem, quam ex officij instituto habet Curio ad plebem in ista inferiore Ædis parte, & extra Chorum, inter Missæ solennia, quæ *Pronum* dicitur in Conciliis Prouinc. Senonensi an. 1524. Carnotensi 1526. Catalaunensi 1557. &c. *Prone* in Consuet. Parisiensi art. 30. Blesensi art. 3. & Dunensi art. 58. ita vt quodammodo hac oratione, seu adlocutione ad populum, Curio fungi dicatur officio *Doctoris Audientium*, vti est apud S. Cyprianum Epist. 24. de Lectore agentem. Scio Salmasium lib. de Primatu Papæ vocem hanc a Latino, *Præconium*, deducere, quod eo in loco Præconis verbi Dei munus impleat Curio: sed vix in hanc sententiam pedibus ierim.

BAPTISTERIVM.

LXXXII. Confecta Ædis Sophianæ ex Silentiario aliisque Autoribus descriptione, superest vt de præcipuis illius Exedris (sic enim sacrarum Ædium appendices appellari autor est Eusebius lib. 10. Hist. Eccl. cap. 4.) aliquid dicamus. Harum duæ potissimum celebriores habitæ sunt, vt cæteras omittam, si quæ extitere, Baptisterium, & Diaconicum. A Baptisterio ordiemur, quo nomine appellant Christiani locum Baptismi officio dicatum: illud ferme seorsim a Templis extrui solitum docet Eusebius loco proxime citato, cæterique, quos passim laudant Brissonius ad Leg. *Dominico*, Cod. Theod. de spectaculis, Steph. Durantus lib. 1. de Ritib. Eccl. cap. 19. Brouuerus ad Fortunat. lib. 1. Poëm. 15. Iosephus Vicecomes, & alij. Neque tantum extra Ædem sacram extitit Baptisterium, sed etiam versus infimam illius partem, seu haud longe a Porticibus Occidentalibus, vel Narthece, quo statui videtur loco Baptisterium Sophianum a Codino scribente, τὸ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ, καὶ τὸν Λουτῆρα, καὶ τοὺς Νάρθηκας, καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν, fuisse domum Damiani Patricij: siue hoc loco Narthex dicatur pars inferior Templi, seu Porticus vestibuli. Paulus Silentiarius part. 1. vers. 148. illud fuisse indicat versus Porticus inferiores quæ intra Ædem sunt, quo ferme loco hinc inde validioribus columnis marmoreis Catechumena suffulciuntur.

Ἐφεδρήασιοι

—— Ἐφεδρήσουσι δὲ γαίῃ
Ἀντίοι ἀλλήλοισι δύω δυσίν· ὧν κατὰ κόρσης
Τετραπόρεις σφῆσιν ἐπειλιχθεῖσα κεραίη
Νῶτον ὑπερτέλλεξε γυναικείοισιν ἐέθλοις,
Λαὸν ἀπιθύνουσα περὶ ἀχράντα λόετρα
Ἀνδρομέου βιότοιο καθάρσια, &c.

Porro tanta amplitudine fuit Baptisterium Sophianum, vt in iis acta Concilia legamus in Synodo Chalced. Act. 1. & apud Cedrenum in Rhinotmeto, & Paulum Diac. lib. 4. Hist. Misc. plebem Constantinopolitanam tumultuantem eo se recepisse. Vnde non mirum, si μέγα φωτιστήριον dicatur apud Autorem Chronici Alexandrini in Basilisco, & μέγας φωτιστὴρ apud eumdem Cedrenum in Leone Isauro.

LXXXIII. In Baptisterio erat Fons, seu aquarum receptaculum, Græcis Κολυμβήθρα, interdum δεξαμενὴ nuncupatum, in quod immittebantur baptizandi. Qui quidem Fons tantæ erat apud Constantinopolitanos venerationis, vt qui ad Ædem Sophianam asyli jus habentem, vt omnes ferme Ædes Sacræ, confugiebant, ad Baptisterium inde contenderent, sacrosque istos Fontes prehensarent. Procopius in Hist. arcana: ὅπερ ἵνα μὴ γένηται δείσασαι, ἐς ὃ τῆς Σοφίας ἱερὸν φεύγουσι, ἔς τε τὸν θεῖον λουτρῶνα ἐλθοῦσαι, τῆς ἐνταῦθα κολυμβήθρας ἀτρεκὲς εἴχοντο. Alio loco: ἐς τῆς Σοφίας ὃ ἱερὸν ἥκων, ἐς αὐτὴν που τὴν θείαν δεξαμενὴν ἐξαπιναίως ἐκάθισεν, ἧπερ μάλιστα πάντων νενομίκασιν Χριστιανοὶ σέβειν, vbi imperite omnino Suidas, qui locum hunc exscripsit, δεξαμενὴν, τράπεζαν τὰ θεῖα δεχομένην interpretatus est, cum nihil aliud sit quam Fons Baptisterij, qui ab eodem Procopio & Theophane an. 2. Theodosij Iunioris & an. 7. Zenonis κολυμβήθρα, ab aliis ὑπονόμος, a Gregorio M. *Cloaca*, ab Anastasio in Hist. Eccl. *Natatorium* vocitatur. Κολυμβήθραν dixit etiam Theodorus Lector Ecl. 1. καὶ τοῦτον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ σφαγῆναι παρεσκεύασε: vt & Cedrenus in Leone, de Copronymo: καὶ γὰρ ἀφόδευσεν ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ, vbi Paulus Diaconus lib. 21. Hist. Misc. habet, *in Sancto Lauacro*. In hos autem sacros Fontes ex Aquæductibus influebant perennes aquæ, vt colligitur ex Anastasio de Vitis PP. pag. 117. 134. 163. & ex Tractatu de capite S. Ioannis B. qui habetur in aliquot Codicibus S. Cypriani. Baptisterium Sophianum præterea jus habuisse asyli, perinde ac ipsam Ædem, testatur Chronicon Alexandrinum pag. 752. λαβὼν Βασιλίσκος τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰ τέκνα, ἔφυγεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, εἰς ὃ μέγα φωτιστήριον.

FONS BAPTISTERII.

LXXXIV. Altera quæ Ecclesiæ Sophianæ adiuncta fuit exedra, Διακονικὸν appelata est. Est autem Diaconicum Græcis Scriptoribus, quod alij Ecclesiæ Secretarium vocant, nos vulgo *Sacristiam* dicimus. Quæ quidem vox occurrit non semel apud Scriptores, non modo pro exedra ita appellata, sed & interdum pro Conchula Bematis, in qua reponebantur vestes Sacerdotales ad sacram Liturgiam necessariæ, de qua egimus supra, vt apud Philostorgium lib. 7. cap. 3. Cyrillum in vita Euthymij cap. 18. & 19. Autorem Vitæ S. Auxentij Archimandritæ cap. 1. N. 3. in Euchologio, Typico Sabæ, Passione SS. Patrum Sabaitarum, &c. Videtur autem ita appellatum, aut quod Diaconorum primitus fuerit in ea sedes & consessus, vel potius quod hæc exedra eorum curæ potissimum commissa fuerit. In ea enim non modo quæ ad Ecclesiæ vasa, & Sacerdotales vestes spectant, priusquam sacra perageretur Liturgia, seu Diuinum ac Ecclesiasticum Officium, munia obibant Diaconi, sed & considebant pro muneris sui ratione. An vero Diaconicum Ecclesiæ idem fuerit cum eo carcere, qui perinde Diaconici nomen habuit, video controuerti, etsi probabile sit eamdem exedram fuisse. Nam cum ne-

DIACONICVM.

fas ducerent prisci Ecclesiæ Pontifices, reos Clericos vna cum reis secularibus eodem carcere detineri, seu quod suam in eos autoritatem & iurisdictionem seruare ac tueri, vel, quod vero similius est, cum Clericis suis mitius agere vellent, quam solent ordinarij Iudices, illos in Ecclesiarum Secretariis, Sceuophylaciis, aut Catechumeniis detinebant, quousque per pœnitentiam iis impositam, quam ἐπιτίμιον vocant, peractamque, sua expiassent delicta ac crimina: ita Gregorius II. PP. in Epist. 2. ad Leonem Isaurum in VII. Synodo: *Pontifices, vbi quis peccarit, -- eum tanquam in carcerem, in Secretaria, sacrorumque Vasorum æraria coniiciunt, in Ecclesiæ Diaconia, & in Catechumena ablegant.* Hinc non semel legimus in Diaconica, vice carceris, coniectos Clericos delinquentes: eo enim spectat Lex 30. Cod. Theod. de Hæret. *Cuncti Hæretici procul dubio nouerint omnia sibi loca huius Vrbis adimenda esse, siue sub Ecclesiarum nomine teneantur, siue quæ Diaconica appellantur, vel etiam Decanica.* Quo loco censet Cuiacius *Diaconicum* idem esse quod *Decanicum*, carcerem nempe Ecclesiasticum, in quo detinebantur rei Clerici; qua notione accipitur Decanicum apud Iulianum Antecessorem Constit. 73. *Executor autem litium constitutus in Decanicis Ecclesiarum recludatur, competentes pœnas luiturus:* quæ totidem verbis extant lib. 5. Capit. Caroli M. cap. 225. vbi Nouella Iustiniani 97. habet, ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς. Decanici præterea, vel potius δικανικοῦ, occurrit mentio in supplicatione Basilij Diaconi in Concilio Ephesino part. 1. κἀκεῖθεν τυπτόμενοι παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν Δεκανῶν, ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δικανικῷ, κἀκεῖ γυμνοὺς ἡμᾶς δεσμίους ὡς καὶ ὑπευθύνους τῇ τιμωρίᾳ ἐσύλισαν, ἐκρεβάτισαν, καὶ ἐσπλέρνισαν. Et infra: θλιβόμενοι ἐν τῷ δικανικῷ λιμώττοντες, vbi Interpres δικανικὸν, *Tribunal Ecclesiasticum* vertit, sed perperam, vt opinor; nam etsi reuera postmodum hac appellatione donari potuerit, hoc tamen loco δικανικοῦ vocabulo diserte carcer intelligitur, si non Ecclesiasticus, certe is qui Decanorum, id est, Lictorum curæ commissus erat. Nisi quis malit, Decanicum in hac Epistola accipi debere pro loco, in quo stationem suam habebant Decani, seu ῥαβδοῦχοι, vti appellantur a Cedreno pag. 170. de quibus passim agunt Scriptores. At si Decanicum idem fuit cum Diaconico, probabile est Decanicum & Dicanicum corrupte postmodum dictum, quod Diaconicum appellari debuerat. Nec scio an etiam Dicanicum a voce δίκη nuncupatum sibi persuaserint posteriores Græci, quod in Diaconicis iudicia sua exercerent Pontifices, quod indicant Gesta de nomine Acacij, hisce verbis: *Dicens Petrum olim in Diaconio esse damnatum, nunc etiam Christiana societate semotum:* nam *Diaconium* & *Diaconicum* idem esse satis declarant supra allata Gregorij II. verba.

SECRETARIVM. LXXXV. Cum igitur Diaconica non modo carceris vicem interdum præstarent, sed etiam Tribunalis Ecclesiastici, inde factum opinor, vt istæ exedræ *Secretaria* appellarentur: nam proprie sunt *Iudicum Secretaria*, vti est in Concilio Mileuitano II. Can. 16. *magnum secretum iudicis, vnde Secretarium nominatur*, ait S. Augustinus in cap. 34. Ezechiel. cap. 3. Idque ex eo fluxisse arbitror, quod in Diaconicis Synodi & Concilia persæpe cogerentur, atque iis in consessibus, Clericorum causæ examinarentur: vnde postea Pontificum, qui Synodis intererant Sessiones, *Secretaria* passim legimus dictas, apud Anastasium in S. Agatho pag. 54. 55. in Synodo Lateran. sub Martino PP. an. 649. in Concilio Rom. an. 745. sub Zacharia PP. Act. 1. & 2. Cæsaraugustano sub Damaso PP. Carthaginensi III. IV. V. Mileuitano II. Carthagin. VI. Africanis cap. 1. 52. Arelat. III. Hierosolymitano sub Agapeto PP. Hispalensi II. cap. 1. &c.

METATORIVM. LXXXVI. Neque vnicum Diaconico Sophiano nomen fuit: nam &

Μιτατώριον dicebatur, ſi quidem μεσατώριον idem eſt quod μιτατώριον, quod quidem opinantur viri docti. Id colligitur ex his Euchologij verbis: μετὰ τὸ ψάλλειν τὴν τριτέκτην, κατέρχεται ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης ἐν τῷ Μεσατωρείῳ, ἤγουν τῷ Διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους δεξιοῦ. Quemadmodum igitur *Meſatorium* ad dextram ſtatuit Euchologium, (Ædiſne, an vero Altaris, incertum) ita *Mitatorium* Cedrenus in Leone Philoſopho, ita vt vnum idemque eſſe par ſit credere, proindeque mendum ſubeſſe in Euchologio. Sic autem Cedrenus: διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ Πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε τὸν Βασιλέα, ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ Μιτατώριον. Et infra: ὅπερ γράψαντες καὶ σφραγίσαντες ἐν τῷ Μιτατωρείῳ ἔρριψαν, τοῦ δὲ Βασιλέως δημοσίαν πρόοδον ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ποιησαμένου, κἀν τῷ Μιτατωρείῳ εἰσελθόντος, καὶ ἐν ᾧ ηὔχετο τόπῳ. Meminit præterea Μιτατωρείου Theodorus Lector Ecl. 2. Lexicon. Gr. MS. Bibliothecæ Regiæ ſign. 2062. & Codinus, qui illud excitatum refert a Iuſtiniano, ἵνα, inquit, ἐκεῖσε περιμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ πολλάκις ἐσθίῃ. Quæ quidem vltima verba Goarum impulere, vt in Notis ad Cedrenum & Euchologium ſcripſerit Μετατώριον dictum quaſi μινσατώριον, fuiſſeque cubiculum ad latus Altaris, in quo feſſis a labore Cantoribus menſa frugalis, panis ſcilicet & vini, apponebatur, proindeque locum fuiſſe menſis inſtruendis idoneum: a qua ſententia haud omnino abhorret Allatius. Verum cum Diaconicum, ſeu Secretarium Sophianum, amplum fuerit triclinium, neque vnico duntaxat, ſed variis conſtiterit cubiculis, multo probabilius videtur hancce inde ſortitum appellationem, quod reuera *domus* eſſet *Eccleſiæ*, hoc eſt Æditui & Νεωκόρου, in qua etiam Imperator, ſi luberet, antequam ſacra peragerentur Officia, vel iis finitis & exactis, moraretur. Nam vt *Metatum* Latini Scriptores ædem, & domicilium vocarunt, vt conſtat ex Gregorio Turon. lib. 5. Hiſt. cap. 7. lib. 5. cap. 19. 40. lib. 7. cap. 6. 24. lib. 8. cap. 2. 44. lib. 9. cap. 6. lib. 10. cap. 2. 15. lib. de Mirac. cap. 44. lib. 2. cap. 21. 24. lib. 2. de Miracul. S. Mart. cap. 11. lib. 4. cap. 21. vt cæteros prætereAm alio a me, ſi Deus fauerit, recenſendos loco, & *metari* dixerunt pro *diuertere*, vt Paulinus Nat. 9. & 10. ita μιτάτον eadem ſignificatione vſurpant Græci recentiores, vt habetur in Gloſſis Baſil. S. Athanaſius, ſiue quiſquis eſt Autor narrationis de imagine Berytenſi: ἐπεζήτησε μιτάτον μεῖζον ὁ Χριστιανὸς, ὡς χρήζειν. Alios ad id firmandum laudat Scriptores Meurſius. Ob hanc igitur cauſam triclinium iſtud excitaſſe, itaque appellaſſe Iuſtinianum ait Anonymus, vt in eo quieſceret: ἐκάλεσε δὲ -- καὶ Μιτατώριον, ὅπερ ἐκεῖσε ἀνέγειρε, κοιτῶνα ὡραῖον διερχευσον, ἵνα εἰσπορευομένου αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ ἐκεῖσε καθεύδῃ. vbi καθεύδειν, eſt non tam *ſomno recreari*, quam *quieſcere* ac *morari*. Eiuſmodi autem fuit, & in eum finem extructa exedra Eccleſiæ adiuncta, cuius meminit Anaſtaſius in Gregorio IV. *Fecit etiam iuxta Acoliti pro quiete Pontificis, vbi poſt Orationes matutinales, vel Miſſarum Officia eius valeant membra ſoporari, hoſpitium paruum, ſed honeſte conſtructum, & picturis decorauit eximiis.* Ita Metatorium, ſeu Diaconicum, amplum triclinium fuit, in quo & Imperator diuerſari, ſiquando à publicis curis vellet ſecedere, & pietati vacare, & Diaconi conſidere, & Synodi peragi, Clerici delinquentes includi, ſacra Eccleſiæ vaſa, miniſteria, & veſtes aſſeruari, atque adeo ipſe æditaus, vel qui Templi conſeruandi curam habebat, habitare, poterant. Æditaos iſtos, quod iis iuxta Ædes ſacras manſio eſſet, παραμοναρίους vocant Synodus C P. ſub Menna Act. 5. VII. Synod. Act. 7. Can. 5. & Petrus Diaconus Caſinenſis in Relat. de Corpore S. Benedicti N. 2. προσμοναρίοις Definitiones Concilij Chalcedon. Can. 2. Leo Grammatic. in Michaële Balbo pag. 459. & Balſamon

ad Marci Patr. resp. 28. Παραμοναρίοις etiam habuere Gentiles, si qua Menologio fides ad 17. Nouemb. quæ quidem vox habetur etiam in Italia Sacra Vghelli to. 8. pag. 421. 423. At qui *Paramonarius* dicitur Diacono Casinensi, *Mansionarius* nuncupatur Leoni Ost. lib. 3. cap. 26. Notum autem ex Gregorio M. lib. 3. Dial. cap. 24. & 25. *Mansionarios* & *Custodes* promiscue appellari, quibus scilicet custodiendæ Ecclesiæ incumbebat cura; vnde *Excubitores* nuncupantur Mansionarij ab Aldreualdo lib. 1. de Mirac. S. Benedicti. Ij enim non modo Ecclesiam, sed & Reliquias & Phylacteria seruabant, vt colligitur ex eodem Leone Ost. lib. 2. cap. 34. vnde *Martyrarij* dicti in Concilio Aurelian. II. Can. 13. apud Gregor. Tur. lib. 2. de Mirac. cap. 46. & lib. 4. Hist. cap. 11. *Custodes Martyrum*, apud Anastasium in S. Siluestro pag. 13. & in Synodo Rom. sub eodem Siluestro Can. 11. *Custodes super sepulchra Apostolorum*, apud eumdem Anastasium in S. Leone I. pag. 27. *Custodes Loculorum*, in vita S. Zozimi Episcopi Syracusani N. 6. vbi eosdem esse cum *Ostiariis* euidenter ostenditur. Sed & penes eos fuisse Ecclesiæ claues docet Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 53. habitabant quippe Mansionarij in domo Ecclesiæ contigua, a qua nomen dignitati isti mansit. Autor Miracul. S. Mauri Abbat. cap. 10. *Clericus quidam nomine Manfredus, qui ob custodiam in contigua Basilicæ ipsius domuncula dormire erat solitus:* vbi *dormire* idem est quod καθεύδειν, id est, morari, habitare, vt monuimus. Inde *Primi Mansionarij* dignitas magna in Ecclesia Romana, qui *Custos Dominicalis Vestiarij* dicitur in Ordine Romano, & cæterorum Ecclesiæ vasorum: cum alij inferioris ordinis *Mansionarij, Iuniores* dicerentur. Vnde haud procul a vero aberraret ille, qui νεωκόρον, cui Sophianæ Ecclesiæ claues commissæ leguntur apud Silentiarium, Παραμονάριον interpretaretur.

VESTIARIUM.

LXXXVII. Sed & non omnino improbanda videtur Wolphangi Musculi diuinatio, qui Μιτατώριον, apud Theodorum Lectorem, *Mutatorium* vertit. Nam cum Μιτατώριον idem sit quod Diaconicum: rursum vero Diaconicum idem quod *Vestiarium*, Vestiarium denique idem quod ἀλλαξιμάριον apud Codinum de Off. cap. 2. locus scilicet, seu cubiculum, vnde vestes mutandæ promuntur: nil vetat μιτατώριον, vocem, pro μουτατώριον, vsurpasse Græcos existimare. Quippe apud Latinos æui inferioris Scriptores *Mutatorium*, si non locum, vnde promuntur vestes mutandæ, certe vestes ipsas quæ alternis mutantur, appellari constat: quæ quidem ἐξημοιβὰ εἵματα dicuntur Homero Odyss. 2. *vicaria indumenta* Cassiano lib. 4. cap. 10. *mutandæ*, in Regula Magistri cap. 81. *mutatoria* aliis, vti monuimus in Notis ad Alexiadem: denique ἀλλαξίματα apud Autorem de Offic. Eccl. CP. a Medonio editum, ἀλλαγαὶ apud Codinum: vnde ἀλλάσσειν apud eumdem & Marcum Hieromon. de Dub. typ. cap. 43. Auitus Vienn. lib. 3. Poëm.

Serica bis coctis mutabat tegmina blattis.

Secretarium autem Ecclesiæ, *Vestiarium* appellari notius est, quam vt firmari necesse sit.

SALUTATORIUM.

LXXXVIII. A variis proinde officiis varias sortita est appellationes hæc exedra: nam & a salutationibus Ἀσπαστικὸς οἶκος etiam dicitur Theodoreto lib. 5. cap. 17. *Salutatorium* Gregorio Turon. lib. 2. Hist. cap. 21. lib. 6. cap. 11. lib. 7. cap. 27. Messiano Presbyt. de vita S. Cæsarij Arelat. pag. 252. Aimoino lib. 3. Hist. cap. 47. Autori Hist. Miscellæ lib. 13. pag. 379. Edit. Canisij, & Orderico Vitali lib. 2. pag. 412. Est autem *Salutatorium*, apud Papiam, *locus in quo ad salutandum aduenientes excipiebantur*: & in Glossario Ælfrici, *Salutatorium*, dicitur esse *Greting-hus*, id est, domus salutationis, vti

definitur ab Vgutione. Sic porro appellatum volunt Diaconicum, quod in eo Episcopi Sacra facturi, antequam ad Bema, seu ad Altare, procederent, Fidelium salutationes exciperent, seu illorum se orationibus commendare, seu de negotiis, Ecclesiasticis præsertim, cum iis agere vellent. Id potissimum colligitur ex Gregorio M. lib. 4. Epist. 54. & 98. in quibus præcipitur Episcopis aut Archiepiscopis, *dimissis iam filiis Ecclesiæ, a Salutatorio ad sacra Missarum solennia celebranda* cum pallio procedere: & Sulpitio Seuero lib. 2. Dial. de vita S. Martini cap. 1. vbi disertis verbis dicuntur *Presbyteri in Secretario sedere, vel salutationibus vacantes, vel audiendis negotiationibus occupati:* quo tunc tempore vetantur Diaconi in Secretario cum Presbyteris sedere in Concil. Arelat. II. vti supra obseruatum est. Certe Pontificem Sacra facturum, antequam ad Altare procederet, a Diaconis salutari obseruare est ex Ordine Romano: *Cum vero Ecclesiam introierit Pontifex, non ascendit continuo ad Altare, sed prius intrat in Secretarium: -- vbi cum intrauerit, sedet in sella sua, & Diaconi, salutato Pontifice, egrediuntur de Secretario:* tametsi hæc verba de salutatione accipi posse non diffiteor, quam exhibent Diaconi priusquam e Secretario excedant. Nec scio an etiam in Salutatorio salutarentur Episcopi a Presbyteris diœcesanis. In Concilio quippe Nicæno Arab. cap. 55. præcipitur, *vt Chorepiscopus bis per annum congreget Presbyteros ad salutandum Episcopum, & tradendum se ei, & Communionem cum eo habendam, & prandeant cum eo, fiatque hoc primum in exitu anni, secundo vero in Festo Resurrectionis D. N. Iesu Christi.* Incertum pariter an ad has salutationes Fidelium referri debeat Canon 12. Concilij Ticinensis sub Leone IV. PP. quo prohibentur Pœnitentes *vacare salutationibus*, ita vt iis interdictum fuerit Sacerdotes in Secretario salutare, quod Fidelibus licebat, vel certe domi salutatores admittere. Quemadmodum autem Episcopi in Secretariis Salutationibus vacabant, ita & Abbatissæ. Quippe in Regula S. Cæsarij cap. 36. & Reg. S. Donati cap. 57. hæc verba habentur: *Obseruandum est ne Abbatissa ad salutationes in Salutatorium sine digno honore suo, hoc est, sine duabus aut tribus Sororibus procedat.* & cap. 40. *Si Abbatissa, vt adsolet, cum Salutatoribus occupata fuerit.* Et in Recapitulatione Regulæ S. Cæsarij cap. 8. & Regula S. Aureliani Episc. cap. 1. præcipitur, *vt quæcumque ad conuersionem venerit, regula ei in Salutatorio legatur.* Denique in Concilio Matiscon. I. Can. 2. vetantur *viri intra Salutatorium aut Oratorium Monasterij Virginum intrare*, quibus consentanea habentur in Regula S. Aureliani cap. 14. quibus in locis *Salutatorium*, idem est quod *Secretarium & Diaconicum.*

LXXXIX. Iam vero cum in Ecclesiarum Secretariis ac Diaconicis asseruarentur sacra Vasa, seu, vti vocant vulgo Scriptores, Ministeria, inde factum, vt quod aliis Diaconicum & Secretarium est, interdum & sæpe Σκευοφυλάκιον appelletur, quod extitisse vt plurimum in interiore Diaconici parte ostendit Passio SS. Patrum Sabaïtarum: οὗ γὰρ ἀποτεμόμενοί τι οἱ πρὸ ἡμῶν πατέρες Διακονικὸν πεποιήκασιν· ἐσώτερον δὲ τοῦ Διακονικοῦ Κειμηλιαρχεῖον, ἤτοι Σκευοφυλάκιον. Hinc eiusmodi Diaconica promiscue dicuntur *Secretaria*, ac *sacrorum Vasorum æraria*, in laudata Gregorij II. PP. Epistola: atque ita vsurpari passim obseruare est. Cur vero in Diaconico reponerentur sacra Ecclesiæ Ministeria, ratio illa potissimum est, quod ea curæ Diaconorum ac sollicitudini incumberent. Isidorus lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 9. *Custodes Sacrarij Leuitæ sunt: ipsis enim iussum est custodire Tabernaculum, & omnia Vasa Templi:* quod etiam habetur apud Cyrillum Alexandr. lib. 3. de Adorat. Inde illis ea manu contingere, non autem Subdiaconis, licebat: & vt ait Concilium Laodicenum Can. 21. οὐ δεῖ ἔχειν ὑπηρέτας χώραν ἐν τῷ Διακονικῷ, καὶ ἅπτεσθαι SCEVOPHYLACIVM.

δεσποτικῶν σκευῶν. Quæ quidem ita vertit Concilium Agathense Can. 66. *Non oportet insacratos Ministros licentiam habere in Secretarium, quod Græci Diaconicum appellant, ingredi & contingere Vasa Dominica*: siue ea verba intelligenda sint de maiori Diaconico, siue de minori, id est, Conchula Bematis ita nuncupata, vt supra monuimus. Verum quod ad Vasorum sacrorum curam primitus Diaconis collatam attinet, id postmodum immutatum: eorum enim illa in Æde Sophiana data est Magno Sceuophylaci, de qua Dignitate Ecclesiastica passim viri docti egere, cui, vt par est credere, suberant Diaconi. Porro Sceuophylacij Sophiani meminit Anonymus: ἔστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν, τὸ Σκευοφυλάκιον ὅλον, σὺν τῷ ναῷ τοῦ Ἁγίου Πέτρου. Sed quo potissimum loco extiterit Diaconicum olim, seu in Æde Sophiana, seu in cæteris maioribus Ecclesiis, vel quæ Sceuophylacij, Vestiarij, Secretarij, & aliis nominibus donatur vulgo exedra Ædi sacræ adiuncta, non adeo promptum est assequi. Allatius, vti supra diximus, Diaconicum rem prorsus diuersam a Secretario facit, contenditque esse Concham illam, quæ θυσιαστηρίου Conchæ, Ædem ad sinistram ineuntibus, adiungitur, vbi σκευοφυλακίου & διακονικοῦ τράπεζα statuitur, quemadmodum nuncupatur a Symeone Thessal. Verum etsi in confesso sit eam Conchulam Diaconicum appellatam fuisse, non ideo tamen sequitur exedram, quam vulgo *Sacristiam* vocamus, Diaconici appellationem non habuisse: nam, vti supra obseruatum est, Conchula ista Diaconicum appellata est, quod in ea allata ex maiore Diaconico sacra Vasa, atque adeo vestes Sacerdotales ad Liturgiam sacram peragendam necessariæ reponerentur. Planum enim esse reor ex præallatis Diaconicum exedram fuisse Ædi sacræ adiunctam, proinde a Bemate seclusam & remotam, quod & indicat idem Symeon, dum scribit Episcopum consecrandum a Diaconico ad Bema procedere per Templi dextram & Soleam, διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ σωλέως, deducentibus eum Sacerdotibus, & Diacono præeunte: vbi per dextram τοῦ ναοῦ, ipsum ναὸν, seu Chorum intelligi obseruant viri docti. A Diaconico igitur, quod extra Ædem extitit, per Soleam transeundum fuit Sacerdoti ad Bema pergenti, (nec mirum, cum Bematis fores Soleæ obuersarentur) proinde per eam Ædis partem, quæ Bema a Ναῷ proprie sumpto disparabat. Atque hæc sunt quæ de Æde Sophiana sparsim apud Scriptores per temporis angustiam obseruare licuit.

ADDENDA IN NOTIS.

DVm excusa folia cursim reuoluimus, vt dies diem docet, occurrerunt δεύτεραι aliquot φροντίδες, quas, si non vt σοφωτέρας, certe vt non omnino inutiles, in has vltimas pagellas reiicere visum est operæpretium. His etiam errata aliquot miscuimus, vt illa haud grauatim beneuolus Lector corrigat. Si autem alia occurrant leuioris momenti, vel etiam παροράματα, ea facile aut per se emendabit, aut pro sua indulgentia condonabit. Pag. 183. *col.* 1. *l.* 20. Oros. *col.* 2. *l.* 35. Sanutus. p. 183. *col.* 1. *l.* 3. *dele*, mille. *l.* 36. Vrb. *col.* 2. *l.* 17. *post*, orig. *adde*, certe Speculi, loci ita dicti versus C P. meminit alicubi Albericus in Chronico. *l.* 53. extructam. p. 184. *col.* 1. *l. pen.* τοι *col.* 2. *l.* 39. tomo. 3. *l.* 44. *post*, vini, *adde*, Veges, Scriptoribus aliquot æui inferioris; qua voce vtuntur Domnizo lib. 1. de vita Mathild. Comit. cap. 13. Vita S. Ioannis Traguriensis Episcopi a Io. Lucio Romæ edita, & Vita S. Andreæ de Galerannis. *p.* 188. *col.* 2. *l.* 61. *post*, Scylitzes, *adde*, neque aliud, opinor, fuit Templum illud

Resurrectioni Christi dicatum, quod a Georgio Logotheta ædificatum, seu forte de nouo instauratum, prodit illius Historiæ ineditæ titulus, quem laudat Allatius in Diatriba de Symeonibus: ἡ πρόοδος Χρονικὴ συγγραφὴ τοῦ Μεγάλου Λογοθέτου τοῦ Ἀκροπολίτου ἐστὶν, ὃς ἔκτισε τὸ Μοναστήριον τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως. *p.* 193. *l.* 6. N. vxor Roberti de Bassauilla, *pro*, N. *lege*, Iulitta. *p.* 197. *l.* 36. solitum. *p.* 199. *l.* 14. videtur. *l.* 29. εὐκατ. *p.* 201. *l.* 40. Tamberlani. *p.* 209. *l.* 29. ἐν. *l.* 37. ἐρχη. *p.* 211. *l.* 33. vtri. *p.* 215. *l.* 43. Roczius. *p.* 216. *l.* 49. ἁγιων. *p.* 217. *l.* 47. ὁ. *p.* 219. *l.* 15. sphinctere. *l.* 21. *post*, sonans, *adde*, certe clocire dicitur aqua in vtre, aut cum effluit, vel cum ea commouetur. Alexander Iatrosophista, cuius Codex MS. asseruatur in Bibliotheca Regia, lib. 1. Passionum cap. 102. vbi de signis hydropisis: *Aschitem ergo scias, cum venter repletus humoribus, quasi in vtre aliquo huc illucque commoto, clociendo decurrit:* vbi Glossæ MSS. *clocio, clocis, verbum factitium; clocit enim venter in aschite, id est, sonat, sicut aqua in vtre. p.* 223. *l. vlt.* ἀνθέμπων. *p.* 227. *l.* 20. ἀργυντικοῦ. *l.* 42. Rhomph. *l.* 44. *post*, ἀργυρήλατα σκῆπτρα, *adde*, istas pariter argenteas Rhomphæas describit Iulianus Expræfectus Epigrammate εἰς ἀργυντικὸν πέλεκυν, quod extat in Anthol. Gr. lib. 4. cap. 42.

Ην μὲν ἀλιτραίνης, πέλεκυν βλεφάροισι δοκεύεις,
Ην δὲ σαοφρονέης, ἄργυρος εἰμὶ μόνον.

Interdum etiam dicuntur σκῆπτρα, &c. *p.* 228. *l.* 48. ὀρθοῤῥημοσιώτων. *l.* 49. ἐσθιόντων. *l.* 40. δυσφράστως. *p.* 229. *l.* 19. τραυλὸς. *l.* 21. ex Epist. *dele*, in. *l.* 28. *post* πάρτασιν, *adde*, Theophylactus Simocatta Epist. 24 οὔτε φρεώρυχοι τὰ τῆς γῆς ἐρευνῶσι φωρῶντες ἀπόῤῥητα. *p.* 233. *l.* 12. *post*, & al. *adde*: hinc συμπενθειάζειν apud Constanstinum Porphyrog. de Adm. Imper. cap. 13. *p.* 237. *l.* 36. Wlc. p. 238. *l.* 9. τοῖς. *p.* 243. *l.* 26. ἴουλος. *l.* 24. ἐπὶ. *p.* 245. *l.* 47. ἡμέρα. *p.* 247. *l.* 38. χρυσοῦ. *l.* 39. *dele*, qui aliis vocatur Presbyterium. *p.* 249. *l.* 27. *post*, pag. 259. *adde*: *Anpits* dicitur in Consuetudinibus MSS. Catalaniæ inter dominos & vassallos cap. 55 *Tenentur operari in muris, & vallis, & lizis, & antemuralibus, siue Anpits, & propugnaculis, siue barbecanis.* Notum autem nostris, *pis*, esse pectus. Charta Petri Reg. Maioricarum an. 1232. *Cum antemurali, qui dicitur barbecana, qui est murus breuis ante murum nostri orti. l.* 41. ἐζώννυον. *p.* 251. *l.* 34. ἐλαφίμαριων. *p.* 253. *l.* 7. τὸν. *p.* 255. *l.* 6. *post*, constat, *adde*, extat tamen Nouella alia eiusdem Manuelis Comneni in Codice MS. Bibliothecæ Regiæ sign. 2023. in qua illius nomen διὰ κινναβάρεως, id est, per cinnabarim, ex recepto tunc more subscriptum fuisse euincitur. Sic enim illa clauditur: ἐν ᾧ ὁ ἡμέτερον, εὐσεβὲς, θεοπρόβλητον ὑπεσημήνατο κράτος· εἶχε δὲ ὁ συνήθης κινναβάρεως, καὶ ὑπογραφὴν τοῦ Βασιλέως ταύτην, Μανουὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ Πιστὸς Βασιλεὺς, Πορφυρογέννητος, καὶ Αὐτοκράτωρ Ρωμαίων ὁ Κομνηνός· καὶ κάτω μὲν ἀπηωρημένην βούλλαν διὰ μετάξης ὀξείας· καὶ ἔξωθεν τὸ, Διὰ τοῦ Ἐπικανικλείου καὶ Δικαιοδότου Θεοδώρου τοῦ Στυππειωτοῦ τοῦ Μεγάλου Λογαριαστοῦ, κατὰ μῆνα Ἰανουάριον, μηνὸς ζ. *l.* 7. Carolum VII. *l. pen.* exuerat. *p.* 263. *l.* 16. ἁγίων. *l.* 36. μοναχ. *p.* 263. *l.* 26. Eremit. *p.* 267. *l.* 21. Gromatici. *p.* 271. *l.* 11. βιβλίον. *p.* 275. *l.* 3. πορφύρας. *p.* 277. *l.* 45. iunct. *p.* 278. *l. pen.* Pescennio. *p.* 279. *l.* 25. κεραυνὸς. *l.* 27. ἀσήμου. *l.* 46. *post*, domesticus, *adde*, nisi intelligatur paruulus caucus, qui ex eorum cyathorum specie fuerit, quos *Viatores* vocabant, quod qui peregre proficiscebantur, eos secum deferrent. Hesychius: βιάτωρ, κύαθιον μικρὸν, ἤγουν κοχλιάριον. *p.* 280. *l.* 27. *tempore. p.* 282. *l.* 35. *post*, deprimantur, *adde*: vide Ioan. Schefferum lib. 3. de Militia nauali veterum cap. 5. *p.* 285. *l.* 59. Hieromonach. *l.* 33. Possidium. *p.* 293. *l.* 25. & 30. Eclog. *l.* 38. *aptamus. p.* 294. *l.* 34. αὐθέντης. *p.* 296. *l.* 31. ἅμα. *p.* 297. *l.* 5. hæreditario iure. *p.* 300. *l.* 36. *pro*, imperauit, *lege*, tradidit. *p.* 306. *l.* 9. Anthol. Gr. lib. 4.

cap. 28. *l.* 11. ἠπείρωσε. *p.* 310. *l.* 44. *post*, Theophilo, *adde*: dicuntur autem ζωστῆρες Athenæo lib. 5. ὑποζώματα, vbi describit nauem a Philopatore extructam: ὑποζώματα ἐλάμβανε δώδεκα, quæ quidem ὑποζώματα appellantur ὑποζεύματα a Scholiaste Aristoph. in Equitibus: ζωμεύματα, τὰ λεγόμενα ὑποζώματα· εἰσὶ δὲ ξύλα τῶν νεῶν. Lignorum enim seu asserum latiorum, quibus nauis latera constant, vnaquæque series ζωστὴρ dicitur, ita vt tot habeat ζωστῆρας nauis, quot eiusmodi asseres, quorum primus est qui supremus & altior, qui πρῶτος ζωστὴρ vocitatur. Adde Heliodorum lib. 1. *p.* 315. *l.* 11. Σκάλας. *p.* 321. *l.* 3. πόρφυρον. *l.* 30. *post*, inditum, *adde*: Ita Marcus Diaconus apud Baronium, an. 401. N. 25. Theodosium Iuniorem, *post septem a matris puerperio dies, ab Amantio Cubiculario in purpura oblatum Porphyrio Episcopo* ad Baptismum refert. *p.* 322. *l.* 17. iure se. *p.* 325. *l.* 17. Marcellino. *l.* 20. θέατρον. *p.* 326. ἀῤῥαγέσι. *p.* 329. *l.* 24. ὅπλ. *l.* 29. ὁρμᾶσθαι. *p.* 331. *l.* 15. διακομισθεῖσα. *l.* 43. μεθ'. *p.* 335. *In Epistola Alexij Imp. lacunæ sic explendæ ex Cod. MS. Bibliothecæ Thuanæ. l. 35. Græcorum angustiatur fortiter a Pincennatis & Turcis quotidie, & deprædatur, & acquiritur sine intermißione, & fiunt cædes diuersæ, & inenarrabiles Christianorum interfectiones & derisiones. Sed quia.* ibidem post, *horribilia*, adde: *conturbant & ipsum.* post, *eos*, adde, *mingere.* post, *animalia*, adde, *adulterando deludunt. p.* 336. *l.* 27. post, *Turcorum*, adde, *& Pincinnatorum. l. seq.* pro, *subiretur*, lege, *subiectus esse vestris. l.* pen. post, *singulariter*, adde, *scribere intermisimus. p.* 337. *l.* 1. post, *vero*, adde, *& iudicium si perdiderim, quod si ob hoc certare noluerint. l.* 7. post, *potest*, adde, *quid iterum de. l.* 8. lege, *poßit. l.* 14. post, *Turcorum*, adde, *& Pincinnatorum. l.* 15. post, *quia*, adde, *dum sunt infinita. p.* 341. *l.* 9. χώρᾳ. *l.* 17. *post*, των. *adde*, nihil tamen temere mutandum, sed legendum ἀμφηρικῷ, est enim ἀμφηρικὸν, in Scholiis Thucydidis ad lib. 4. Hist. πλοιάριον ἑκατέρωθεν ἐρεττόμενον, ἐν ᾧ ἕκαστος τῶν ἐλαυνόντων δικοπίας ἐρέττει, & eidem Hesychio dicitur ἀκάτιον λῃστρικὸν, ἐν ᾧ εἷς ἐλαύνει δύο κώπας. Idem: ἀμφήρεις, νῆες ἀμφοτέρωθεν ὁρμώμεναι ἢ ἐρεσσόμεναι. *l.* 43. ἐνυάλιος. *p.* 348. *l.* 32. *post*, pag. 471. *adde*, certe ex vita S. Aniani ab Huberto edita, eam explorandæ diuinæ voluntatis rationem longe antea obtinuisse docemur. Vbi enim de eiusdem Sancti in Episcopum Aurelianensem electione agitur, hæc habentur: *Atque vt id ipsum diuinæ electionis claresceret, cum triduanum ieiunium more Ecclesiastico indixisset, Breuibus & libris super Altare positis, nec dum loquentem paruulum afferri præcepit, vt ipse Breuia ab Altari subleuaret. Tunc Christi operante virtute, cum puer manum subiecisset Altari, mox vt Breue tetigit, vox insueta nouella verba prodidit, testeque populo proclamauit, Anianus, Anianus, Anianus istius Ciuitatis a Deo Pontifex est institutus. p.* 354. *l.* 42. pretium. *p.* 356. *l.* 45. *post*, donatæ, *adde*, at Ludouicus Dominicus in Ducum Venetorum Historia, in Vrso Participatio, ait deuictis a Venetis Narentanis, qui piraticam in Adriatico mari exercebant, Dorsodurum, quod propter eorum incursiones desertum fuerat, tunc autore Vrso Duce incoli cœpisse, assignatasque eo in loco sedes iis, qui Ducis seruitio adscripti, Principis seu Ducis Excusati appellati sunt, propter eamdem, vt probabile est, munerum excusationem. *p.* 359. *l.* 18. mœnium. *p.* 368. *l.* 22. Symeone. *p.* 378. *l.* 16. ἰαμβ. *p.* 379. *l.* 17. Manosc. *p.* 381. *l.* 22. miror scripsisse. *p.* 385. *l.* 28. ἑρμ. *p.* 388. *l.* 18. *post*, amiserunt, *adde*, quo loco forte quis legat, *in Ouëtonorum piratas. p.* 392. *l.* 28. ἑρ. *p.* 394. *l.* 49. γραμματεῖον. *p.* 398. *l.* 27. λιζίοις. *p.* 412. *l.* 16. *post*, turbæ, *adde*, Lexicon Gr. MS. ex Bibl. Reg. Cod. 930. τύρβη, ἀπόλαυσις, ἢ θόρυβος, τάραξις. Hesychius: ὑανία, τύρβη, μάχη, ὕβρεις, ἀγερωχία. *dele reliqua in nota. p.* 417. *l.* 6. firmaturque id. *l.* 8. *dele*, in. *l.* 19. ἀγιασμῶν. *l.* 47. χειροθεσία. *p.* 418. *l.* 30. *post*, Can. 19. *adde*, incertum porro

quam

quam manus impositionem intellexerit Bernaldus Constantiensis Presbyter de Reconciliat. lapsorum, vbi de Diaconissis agit: *Item in eodem Concilio* (Nicæno) *quod Diaconissæ manus impositionem habere negantur, non nisi de Paulianistarum Diaconißis intelligre, ex diuersis translationibus edocemur: nam Diaconissæ Catholicorum manus impositionem habent, iuxta Chalcedonense Concilium.* *p.* 417. *l.* 47. Tar. *p.* 420. *l.* 4. συνδυαζῆν. ibid. ἀτέρα. *l.* 29. ἄλλη. *l.* 30. & 32. γυναικωνίτις. *l.* 28. ἑκατέρωθι. *l.* 32. ἐκκλησιῶν. *p.* 421. *l.* 42. *post*, Grammatica, *adde*, eiusmodi sunt Prisciani partitiones duodecim primorum Versuum Æneidos Virgilij. *l.* 49. Zygab. *p.* 422. *l.* 28. χαίρετε. *p.* 424. *l.* 19. ὁ. *p.* 430. *l.* 44. *on.* *p.* 434. *l.* 9. Theophil. *l.* 14. ἦτ. *p.* 443. *l.* 19. deu. *p.* 447. *l.* 47. προσυνενδυκυῖα. *p.* 449. *l.* 27. 43. Cæc. *p.* 450. *post lin. pen. adde.* Pag. 7. A. τὸν νεανίαν καὶ ἀγαλματίαν] Respexit forte Cinnamus illud Philostrati, vbi de Neoptolemo: καλὸν μὲν εἶναι καὶ προσεοικότα τῷ πατρὶ, λείπεσθαι δ' αὐτοῦ τοσοῦτον ὅσον τῶν ἀγαλμάτων οἱ καλοὶ λείπονται. Quo sensu dixit Petronius, *mulierem omnibus simulachris emendatiorem.* Quæ quidem loquendi ratio in prouerbium quodammodo etiam apud nos abiit, ex eoque fluxit, quod, vt ait Quintilianus, statuarum artifices pictoresque clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingendo pingendoque efficere cupiunt, non Bagoam, aut Megabyzum aliquem sumunt in exemplum, sed ea corpora, quæ esse decora existimant. *p.* 518. *l.* 57. cælestibus & terrestribus. *p.* 532. *l.* 6. *post*, Ioannis, *adde*, χρυσᾶς ψηφίδας Theophanes Cerameus Hom. 55. *vitreos lapides fuluo auro supertectos* Vita S. Laurentij Episc. Sipontini N. 11. *p.* 553. *l.* 27. πλευρᾶς. *l.* 35. εὔερος. *p.* 536. *l.* 18. αἰθούσῃσι. *p.* 546. *l.* 12. & 14. αἰθούσης. *p.* 557. *l.* 17. *post*, expressit. *adde*, Theophanes Cerameus Homil. 55. vbi de Æde S. Petri extructa in Palatio CP. a Basilio Macedone: πυκνοὶ δὲ λαμπτῆρες πρὸς ἑαυτοὺς, ὡς εἰπεῖν, ἁμιλλώμενοι, τὸν ναὸν δᾳδουχοῦσι τῇ ἀκοιμήτῳ λυχνοκαΐᾳ, ἴσα ταῖς ἡμέραις τὰς νύκτας φωτίζοντες. *p.* 558. *l.* 7. ἐλαφρίζοντα. *p.* 458. *l.* 16. emendanda. *l.* 35. Catech. *p.* 558. *l.* 33. *post*, alij, *adde*, Vita S. Tillonis Monachi cap. 20. to. 2. Actor. SS. Ord. S. Bened. *Cum super vulnus plenum vermibus Christi signum deprimeret, repente mortui sunt vermes.* Sed & *Signum Dei*, in vita Sancti Walerici cap. 21. & *Signum*, &c. *p.* 559. *l.* 23. *post*, Epistola 6. *adde*, verum, ne quid dissimulem, nescio an non aliud voluerit hisce versibus Silentiarius, intellexeritque eas trabes, quæ in sacris Ædibus candelabris ac lucernis instructæ erant, cuiusmodi belle describuntur a Leone Ost. lib. 3. cap. 31. *Trabem quoque nihilominus fusilem ex ære cum candelabris numero 50. in quibus vtique totidem cerei per festiuitates præcipuas ponerentur, lampadibus subter in æreis vncis ex eadem trabe 36. dependentibus. Quæ videlicet æreæ trabes, æreis æque brachiis ac manibus sustentatæ, trabi ligneæ, quam pulcherrime sculpi, & auro colorumque fucis interim fecerat Desiderius exornari, commissa est.* Nam præterquam quod φάλαγγας vocant Græci pariter ac Latini fustes teretes, ibi etiam *ærea brachia* videntur esse, quod δίκραιρον σίδηρον vocat Silentiarius. Sed cum non omnino in promptu sit diuinare ex illius versibus qualis fuerit istius πολυκανδήλου forma, siquidem de candelabro locutus sit, oculatioribus eos accuratius examinandos relinquimus. *p.* 561. *l.* 18. εὐμεγέθης. *p.* 566. *l.* 9. *post*, *Martyr*, *adde*, porro vitrearum fenestrarum, quæ vitro in tenues laminas fuso obductæ erant, meminisse Hieronymum pridem obseruarunt viri docti. Leo Ost. l. 3. c. 29. 32. *Fenestras --- plumbo simul ac vitro compactis tabulis ferroque connexis inclusit.* Harum vsum serius ad Britannos transiisse tradit Beda lib. 1. de Wiremuthensi Monasterio, seu in Vita S. Benedicti Biscopi cap. 5. *p.* 571. *l.* 13. *post*, Altare, *adde*, Gregorius Tur. lib. de Mirac. Mart. cap. 28. de S. Petri tumulo agens: *Sepultus est in Templo, quod vocabatur antiquitus Vaticanum, quatuor ordines columnarum valde mirabilium nu-*

mero nonaginta ſex habens. Habet etiam quatuor in Altari, præter illas quæ Ciborium ſepulchri ſuſtentant. Hoc enim ſepulchrum ſub Altari collocatum valde rarum habetur. p. 572. l. 39. poſt, inſiſtebat, *adde*, ea porro erat Ciboriorum forma, vt quæ in imo latiora in acutum deſinunt, Pomi figuram efficerent. Autor Chronici Fontanell. cap. 13. deſcribens Ciborium, quod Reliquias S. Georgij continebat: *Eſt formæ quadratæ, ex quatuor videlicet angulis ab imo adſurgens, & ita omne opus paulatim minuendo in latitudine, in ſummo anguſtum redditur, vt pyramidem in altitudine reddat, vniuſcuiuſque Mali parui concluſione ſolidetur. p. 531. l. 34. dele*, cuius inuentionem Proconneſi incolis tribuit Silentiarius verſ. 91.

FINIS.

INDICES ALIQVOT
AD HISTORIAM COMNENICAM.

I. Index in Joannis Cinnami Historiarum libros sex.
II. Nobiles Galli, Normanni, ac Latini, quorum mentio fit apud Bryennium, Annam Comnenam, & Joannem Cinnamum, & quorum Stemmata & Familiæ reteguntur in Notis.
III. Index Geographicus ad Bryennium, Annam, & Cinnamum.
IV. Index rerum & verborum memorabilium, quæ in Notis continentur.
V. Index Græcarum vocum, quæ in Notis explicantur.
VI. Index Autorum, qui paßim in Notis ad Bryennium, Annam, Cinnamum, & Paulum Silentiarium laudantur & illustrantur.

INDEX
IN IOANNIS CINNAMI
HISTORIARVM LIBROS VI.

A

Errata in versione Cinnami.

PAG. 6. *lin.* 15. chramoque. *p.* 9. *l.* 4. Tarso. *p.* 17. *l.* 13. perpessos. *p.* 18. *l.* 9. molitos. *p.* 23. *l.* 25. verum etiam. *p.* 25. *l.* 14. secius. *p.* 28. *l.* 41 Sebastocratorica. *p.* 31. *l.* 46. Gabras. *p.* 41. *l.* 25. in via. *p.* 48. *l.* 6. perstrinxere. *l.* 43. eas. *p.* 49. *l.* 1. ctacula. *l.* 7. eo. *l. vlt.* sæuo. *p.* 50. *l.* 22. ipse. *p.* 56. *l.* 28. Siciliæ *p.* 58. l. 54. accerserent *p.* 66. *l.* 16. Pannonum. *p.* 69. *l.* 54. *dele* quo. *p.* 73. *l.* 5. nocte. *p.* 80. *l.* 5. & 41. Voscia. *l.* 11. Bruntzus. *p.* 89. *l.* 21. Masafr. *l.* 58. constitere. *p.* 95. *l.* 5. paratis. *p.* 96. *l.* 1. Cynæg. *p.* 101. *l.* 35. *dele* te. *p.* 102. *l.* 32. *dele.* id est Mich. *p.* 104. *l.* 25. ille. *p.* 109. *l.* 4. Sanctæg. *p.* 116. *l.* 18. quas. *p.* 124. *l.* 46. ludit, fortunæ. *p.* 125. l. 29. Asiaticas. *p.* 137. *l.* 60. sentient, *p.* 142. *l.* 39. excutiebat. *p.* 146. *l.* 12. *dele* a. *p.* 149. *l.* 12. sufficit. *Vide Not.* *p.* 151. *l.* 30. restitere. *p.* 152. *l.* 40. emensi *p.* 153. *l.* 43. batur. *p.* 157. *l.* 61. Sauum. *p.* 173. *l.* 4. *Vide Not.*

NOBILES

NOBILES
GALLI, NORMANNI, AC LATINI,

Quorum mentio fit apud Bryennium, Annam Comnenam, & Ioannem Cinnamum, & Stemmata ac Familiæ reteguntur in Notis.

A. *Annam denotat*, B. *Bryennium*, C. *Cinnamum*, N. *Notas in Historiam Comnenicam.*

INDEX GEOGRAPHICVS AD BRYENNIVM, ANNAM, ET CINNAMVM.

A. *Annam*, B. *Bryennium*, *&* C. *Cinnamum denotant*: N. *vero Notas, in quibus aliquot locorum positiones exponuntur.*

B

C

D

INDEX
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM,
QVÆ IN NOTIS CONTINENTVR.

Concha,

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

INDEX
GRÆCARVM VOCVM,
QVÆ IN NOTIS EXPLICANTVR.

Φρατί-

INDEX AVTORVM
QVI PASSIM IN NOTIS
AD NICEPHORVM BRYENNIVM,
ANNAM COMNENAM,
IOANNEM CINNAMVM,
ET
PAVLVM SILENTIARIVM
laudantur & illustrantur.

A

B

C

E

F

G

H

FINIS.

PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA,
CVRANTE
SEBASTIANO MABRE-CRAMOISY,
eiusdem Typographiæ Directore.

M. DC. LXX.